


No A
2-325



15

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Exento	2
Tabla	
Número	325

at dicitur
na. **Q.**
pit eam dicit

qdes hec se
niserit for
amea libe
ens. Part

ce filius
at in am
lum stant
miciam

magdalen
maria deo
rius lo

Suma Feb. 2^a pars


26 15




15

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Estantería	23
Tabla	
Número	325

87





Del Collegio della Compagnia de S. del Giurista
SVMMAE TABIENAE

QVAE SVMMMA SVMMARVM
MERITO APPELLATVR,

Pars Secunda. R. 1872

A REVERENDO P. F. IOANNAE
TABIENSI, ORD. PRAEDICATORVM
Sacrae Theologiae professore eximio, edita.

Hac nouissima omnium editione à M. D. LEONARDO à LEGE Iurisco-
Mantuano recognita, ab erroribusq; innumerabilibus, quibus passim mutila,
& plerisque in locis quasi decurtata deprehendebatur, tam in textu,
quàm in allegationibus integritati suae restituta:

ATQVE NOVIS SACROSANCTAE SYNODI TRIDENTINAE
reformationibus eiusdem studio integrata, vt iudices animarum fauciatis
mentibus accommodata remedia tutius praebere possint.

Cum indice bipartito, qui, vti Summa, bipartitus est.



V E N E T I I S

Apud Franciscum Franciscium Senensem. M. D. CCXXII.

27 MAY 1864

THE SECRETARY OF THE ARMY

A REVENUE OFFICER

WASHINGTON

RECEIVED

AT THE OFFICE OF THE SECRETARY OF THE ARMY



T A B V L A
T I T V L O R V M
H V I V S S E C V N D A E P A R T I S
S V M M A E T A B I E N A E.

I acob.	1.1	Impedimentum Decimotertio, scilicet de in	
Iacobus minor.	ibid.	terdicto ecclesie.	66.1
Iactantia.	ibid.	Impedimentum Decimoquarto, scilicet fe-	
Iconomus.	2.2	riarum.	67.1
Idololatria	3.1	Impedimentum Decimoquinto, quod ad prae	
Ieiunium.	5.1	scriptionem.	70.1
Ieptc.	28.1	Imperium.	cod.2
Ierarchia.	cod.2	Impossibile.	91.1
Ieremias & Moises.	19.1	Impubes.	ibid.
Ieronimus.	ibid.	Inanis gloria.	ibid.
Ierusalem.	ibid.	Incantatio.	ibid.
Iesus.	cod.2	Incarceratio.	ibid.
Ignorantia.	ibid.	Incendiarius.	cod.2
Illegitimus.	21.1	Incertorum restitutio.	72.1
Illiberalitas.	ibid.	Incestus.	ibi.
Illicite acquisitum.	ibi.	Inconsideratio.	eo.2
Imagines sanctorum.	ibid.	Inconstantia.	73.1
Immisericordia.	cod.2	Incontinentia.	cod.2
Immunditia.	ibid.	Indicium.	75.1
Immunitas.	21.1	Indignatio.	76.1
Impedimentum in communi.	29.1	Indulgentia.	77.1
Impedimentum in particulari, & Primò er-		Infamia.	86.2
roris, personæ & seruitutis.	37.2	Infernus.	88.2
Impedimentum Secundò scilicet voti.	37.1	Infidelitas.	90.2
Impedimentum Tertio, scilicet consanguini-		Infirmitas.	96.1
nitatis.	40.2	Ingratitudo.	98.1
Impedimentum Quarto affinitatis.	46.1	Iniuria.	100.1
Impedimentum Quintò cognationis spiri-		Iniustitia.	102.2
tualis.	50.2	Inobedientia.	ibid.
Impedimentum Sextò, scilicet de Adoptio-		Inquietudo.	ibid.
ne.	54.1	Inquirere.	ibid.
Impedimentum Septimò, scilicet criminis		Inquisitione.	105.1
cod.2.		Inquisitor.	108.2
Impedimentum Octauò, quod ad disparita-		Insensibilitas.	128.2
tem cultus.	57.2	Insidie.	129.1
Impedimentum Nonò, scilicet uolentiae &		Inscientia.	ibid.
metus.	59.1	Inscriptio.	ibid.
Impedimentum Decimò, scilicet ligami-		Insignia.	ibid.
nis.	61.1	Intentio.	cod.2
Impedimentum Vndecimò, quod ad iustitiã		Interdictum. Primò quid & quoruplex sit.	
publice honestatis.	62.1	132.2	
Impedimentum Duodecimò, quod ad impo-		Interdictum. Secundò, scilicet de eius causa	
sentiam creandi.	63.1	effectiua.	141.1

Interdictum Tertio, scilicet de causa forma	Latria.	273.1
ib.	Latro.	ibi.
Interdictum Quarto, de causa materiali.	Laudemium.	ibi.
Interdictum Quinto de causa finali.	Laus.	ibi.
Interdictum sexto de poena illud non servatis.	Lazarus.	ibi.
Interesse.	Legatum. Primò in genere	274.1
interlocutoria.	ibi.2 Legatum. Secundò ad pias causas.	285.1
interpretatio.	162.1 Legatus.	289.1
interrogatio.	ibi. Legitimus.	291.2
intestatus.	165.1 Legitima.	293.1
intimiditas.	185.2 Leno.	296.1
intus.	ibid. Lepra.	ibid.
inventum.	186.1 Leprosus.	ibid.
inventarium.	cod.2 Lex.	297.1
investitura.	ibid. Libellus.	314.1
invidia.	ibi. Liber.	cod.2
invocatio demonum.	187.1 Liber sapientie.	ibid.
Ioannes Baptista.	188.1 Libertus.	315.1
iperdulia.	190.1 Limes.	cod.2
ipocrisis.	cod.2 Litera.	ibid.
ipotheca.	ibid. Litigiosa res.	316.1
ira.	ibid. Liuellarius.	317.1
iris.	ibid. Locatio.	318.1
irregularitas. Primò in communi.	193.2 Longanimitas.	323.1
irregularitas. Secundò quò ad eam quæ sequitur homicidium mentale vel verbale.	194.1 Lucrum.	ibid.
198.2	Ludus.	cod.2
irregularitas. Tertiò quò ad homicidium actuale.	Luxuriosus.	327.2
207.2		
irregularitas. Quartò quò ad indebitam celebrationem, vel executionem.	Macabæi.	331.2
irregularitas. Quintò quò ad dispensationem.	Macarius.	ibi.
213.1	Maceratio.	332.1
irrisio.	218.1 Macometus.	ibid.
ironia.	Magdala.	cod.2
isidio.	Magdalena.	333.1
iudeus.	224.2 Magister.	ibid.
iudex.	ibid. Maledictio.	336.1
iudicare.	ibid. Maleficium.	337.2
iudicium.	ibid. Malitia.	ibid.
iuramentum.	228.1 Mamona.	338.1
iurisdicchio.	233.2 Mandatum.	cod.2
ius.	238.1 Manifestum.	339.1
ius patronatus.	241.2 Manumissio.	cod.2
iustitia.	261.2 Martires.	341.1
iustificatio impii.	262.1 Matematicus.	342.1
	264.2 Mathæus.	ibid.
	268.1 Matthias.	cod.2
	270.1 Matrimonium. Primò quid sit.	342.2
	Matrimonium. Secundò quò ad sacramentum.	346.2
	272.1 ibi. Matrimonium. Tertiò scilicet de eius effectu.	356.2
	ibid. tu.	363.2
	cod.2 Matrimonium, Quartò, s. de diuortio.	

M

Macturum.	367.2		
Medicina.	368.1		
Mendacium.	371.2		
Mendacium.	ibid.	Parasio cordis.	470.1
Mendacium.		indicia.	cod.2
Mensa.			476.2
Mensurum.			
Mensura.			
Mentiri.			
Meretric.	377.1		
Meritum.			
Merus.	378.2		
Miles.	380.1		
Minor.	381.1		
Minores fratres.	cod.2	Oleum.	
Missa.	382.2	Opinio.	
Miserabiles.	398.2	Oratio.	
Moderamen.	399.1	Oratorium.	
Modestia.	ibid.	Ordo.	
Molities.	cod.2	Ordo. Secundò quò ad irum & tempus.	
Monachus.	400.2		
Monasterium.	404.2	Ordo. Tertiò scilicet à quo potest dari.	
Monialis.	405.1		
Moneta.	cod.2	Ordo. Quartò quibus dari possit.	451.1
Mora.	ibid.	Ordo. Quintò ubi conferri possit.	461.1
Mors.	406.2	Ordo. Sextò quò ad scrutinium faciendum.	
Multiloquium.	407.1	Organa.	453.1
Mundana.	ibid.	Ornatus.	cod.2
Munus.	ibid.	Osculum.	456.2
Murmuratio.	ibid.		
Musicalia.	cod.2		
Mutilare.	ibid.		
Mutus.	409.1	P Actum.	457.2
Mutuum.	ibid.	Palla.	461.1
		Pallium.	co.2
		Papa.	ibi.
		Paradisus.	463.1
		Parafrena.	464.1
		Parcitas.	cod.2
		Parentes.	465.1
		Parochia.	cod.2
		Patientia.	466.1
		Patria potestas.	cod.2
		Patricida.	467.1
		Patriarcha.	ibi.
		Patronus.	468.1
		Patruus.	cod.2
		Paulus Apostolus.	ibid.
		Peccatum. Primò in communi.	469.1
		Peccatum. Secundò de originali.	479.1
		Peccatum. Tertiò scilicet de ueniali.	
			481.2

Pecatum quartò, scilicet de mortali.	484.1	Promulgatio.	cod.2
Peculium.	483.2	Profeneta.	ibi.
Pecunia.	493.1	Prudentia.	ibid.
Pedagium.	495.2	Pubes.	552.1
Pœna.	500.1	Publicum.	ibi.
Pœnitentia.	505.1	Pudicitia.	ibid.
Percutere.	515.1	Punicio.	cod.
Peregrinus.	512.1	Purgatio.	ibid.
Periculum.	cod.2	Purgatorium.	553.2
Periurium.	513.1	Purificatio.	555.1
Permissio.	514.1	Paritas.	ibid.
Permutatio.	cod.2	Puffillanimitas.	ibid.
Perplexum.	ibid.		
Persecuerantia.	415.1		
Persona miserabilis.	ibid.		
Personatus.	ibid.		
Pertinax.	ibid.	Q uadragesima.	556.1
Petrus.	cod.2	Quarta trebellianica.	ibid.
Pietas.	516.1	Quæstuarii.	ibid.
Pignus.	517.1		
Pigritia.	519.2		
Pirata.	ibi.		
Piscatio.	ibi.	R ancor.	556.1
Placere.	ibid.	Rapina.	ibi.
Planetz.	ibid.	Raptor primò, scilicet rerum.	557.1
Pollicitatio.	520.1	Raptor secundò, scilicet personarum.	co.2
Pollurio.	ibid.	Ratio.	528.1
Populus.	ibid.	Ratiocinium.	ibi.
Porcio canonica.	ibi.	Ratihabitio.	559.1
Postulatio.	co.2	Reconciliatio.	ibi.
Posthumus.	ibid.	Regularis.	cod.2
Præbenda.	522.2	Religio.	560.2
Precarium.	ibi.	Religiosus.	580.1
Precatia.	523.1	Reliquiz.	co.2
Præceptum.	524.1	Renuntiatio.	581.1
Præcipitatio.	525.1	Represalia.	584.1
Precium.	527.2	Rescriptum.	586.1
Prædicare.	ibid.	Residentia.	589.1
Predo.	528.1	Restitutio.	cod.2
Prælatas.	530.2	Resurrectio.	610.1
Præscriptio.	531.1	Rixa.	co.2
Præsumptio.	532.2	Rogationes.	611.2
Præuaricatio.	539.1		
Primas.	541.2		
Primus motus.	ibid.		
Primitiz.	ibid.		
Princeps.	542.1	S acerdos.	611.2
Privilegium.	co.2	Sacramentum.	612.2
Probatio.	543.1	Sacrilegium.	613.2
Proclamatio.	547.1	Sacrista.	615.2
Procurator.	549.1	Sagittarius.	ibid.
Promissio.	ibid.	Salarium.	ibid.
	551.1	Sanctus.	ibid.
		Saraceni.	ibid.

T A B V L A.

Satisfactio.	616.1	Tactus.	ibid.
Scandalum.	619.1	Talia.	718.1
Scientia.	625.1	Temere.	ibid.
Scisma.	626.1	Temperantia.	ibid.
Scriptura.	627.2	Tentare.	ibid.
Scrupulus.	628.1	Tempus.	cod.2
Scurilitas.	629.1	Testamentum.	719.1
Secretum.	cod.2	Testis.	728.1
Seditio.	ibid.	Tesaurus.	731.2
Segnitias.	630.2	Timor.	732.1
Sem.	ibid.	Tirannus.	733.2
Sensualitas.	ibid.	Tonsura.	734.2
Sententia.	632.1	Torneamentum.	ibid.
Sepultura.	635.1	Torpor.	735.1
Seruitus.	641.2	Tortura.	cod.2
Simonia.	644.1	Traianus.	ibid.
Simplicitas.	672.2	Transactio.	736.1
Simulatio.	673.1	Treuga.	738.1
Sobrietas.	674.2	Turpe lucrum.	ibid.
Societas.	675.1	Tutella.	ibi.
Socrates.	ibi.		
Solicitudo.	cod.2		
Somnus.	676.1		
Sors.	cod.2	V Agatio mentis.	739.2
Spectaculum.	680.1	Vanagloria.	ibi.
Spes.	cod.2	Vafa.	ibi.
Sponsalia.	683.1	Vasallus.	740.1
Statutum.	692.1	Vectigal.	ibid.
Stellio.	cod.2	Vellario.	ibid.
Stipulatio.	ibid.	Venatio.	ibid.
Stolla.	693.1	Venditio.	co.2
Strige.	ibi.	Veneficium.	ibid.
Studiofitas.	ibi.	Veniale.	ibi.
Studium.	ibid.	Veneratio.	ibi.
Stultitia.	ibid.	Vestis.	741.1
Studium.	694.1	Vicarius.	cod.2
Subarratio.	cod.2	Vitiatus corpore.	743.2
Subdelegare.	ibid.	Vidua.	ibi.
Subdiaconus.	ibid.	Villicus.	744.1
Subornatio.	ibid.	Villa.	ibi.
Subsanatio.	695.1	Vindicatio.	ibid.
Substitutio.	ibid.	Vinum.	cod.2
Successio.	699.2	Virginitas.	745.1
Suffragium.	701.2	Virginis consecratio.	747.2
Superbia.	702.2	Vis.	748.2
Superstitio.	704.2	Visitatio.	749.1
Suspensio.	706.2	Vitium.	750.1
Susultio.	714.2	Vnanimitas.	ibid.
Sulurratio.	716.1	Vnctio extrema.	ibid.
		Vnre.	752.2
		Vniuersitas.	753.1
		Voluntas.	ibid.

T
Abellio.
Tacere.

Vomitus.

Vomitus.	755.z	dominium.	797.2
Vorum primò, quid sit.	ibid.	Vfura feptimò, de ciuitatibus dantibus ad	804.1
Vorum fecundò, quotuplex fit.	760.z	vfuram.	804.1
Vorum tertio, quò ad ciuis obligationem.	763.2	Vfura octauò, fcilicet de accipientibus.	805.1
Vorum quartò, utrum fit laudabile.	777.1	Vfura nonò, de ratione pœnz.	808.1
Votù quintò, quò ad personas quæ poffunt	779.1	Vfura decimò, de ratione dotis.	809.2
uouere.	779.1	Vfura undecimò, lab inimicis.	810.2
Vfucapio.	785.1	Vfura duodecimò, de rone periculi.	811.1
Vfura primò in communi.	cod.2	Vfura decimotertio, de pagis, & fcriptis.	812.1
Vfura fecundò, fcilicet ratione mutui.	788.1	812.1	
Vfura tertio, fcilicet de focietate.	791.2	Vfura decimoquartò, de locis & præfidiis.	814.2
Vfura quartò, ratione pignoris in mutuo.	794.2	Vfura decimoquintò, de cambiis.	816.2
Vfura quintò, tatione emptionis, & uendi-	795.2	Vfura decimofextò, de retrouendendo.	821.1
tionis, &c.	795.2	Vfu & vfufuctu.	823.2
Vfura fextò, fcilicet quomodo transferatur		Vxore.	825.1

F I N I S .

DE IACOB.

1 *Iacob quomodo vidit Deum facie ad faciem.*



Accordum dicitur, quod vidit Deum facie ad faciem, secundum S. Tho. 1. q. 12. art. 11. ad 1. Non est referendum ad ipsam diuinam essentiam, sed

ad figuram in qua representabat ipse Deus, & hoc ipsum ad quandam prophetiam eminentiam pertinet, ut videatur persona Dei loquentis vel loquens Deus, licet imaginaria visio, vel hoc dixit Iacob ad designandam quamdam eminentiam intelligibilem contemplationis supra communem statum, unde secundum Dyo. 4. c. cele. ic. sic in scripturis dicitur aliquos Deum vidisse in quantum formatum sunt aliquae figurae, vel sensibiles, vel imaginabiles, secundum aliquam similitudinem aliquod diuinum representantes, & sic Iacob non vidit essentiam Dei, sed quasdam imagines representantes aliquod diuinum quae quamuis immediate representarent Deum, & sic dicatur Deus videri, sicut tamen illae imagines per ministerium angelorum.

DE IACOBO MINORE.

1 *Iacobus minor quare sic dicitur.*

1 **I**acobus frater Ierusalem dei minor, quia vocatus fuit ad apostolatum post Iacobum maiorem, secundum S. Th. not. quod ponitur 12. q. 1. in c. dilectissimis fratribus. Clementem scripsisse Iacobo Episcopo Ierosolimitano, quod est falsum, quia Iacobus mortuus est, antequam Clemens esset Papa. unde illae quatuor epistolae, quae dicuntur Clementis sunt apocryphae, secundum beatum Hieronimum in libro de viris illustribus, ponuntur tamen in decreto ad edificationem, vide vers. lex. §. 29. circa fi.

DE IACTANTIA.

1 *Iactantia quid sit.*

Secunda pars

1 *Iactantia unde procedit.*

3 *Iactantia utrum sit peccatum mortale.*

1 **I**actantia quid sit. Resp. secundum S. Tho. 2. 2. q. 112. art. 1. proprie importare vult quod homo verbis se extollat: illa enim quae vult homo longè iactare in altum eleuat, unde tunc proprie aliquis se extollit quoniam de se aliquid supra dicit quod cōtingit dupliciter, quoniam .n. aliquis loquitur de se non quidem supra id quod in se est, sed supra illud quod de eo homines opinantur quod Apostolus refugiens dicit 2. Cor. 12. parco ne quis existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Alio modo aliquis se extollit per verba loquens de se supra id quod in se est secundum rei veritatem, & quia est magis aliquid iudicandum secundum quod in se est, quam secundum quod est in opinione aliorum, inde est quod magis proprie dicitur iactantia quoniam aliquis effert se supra id quod est in ipso, quam quoniam effert se supra id quod est in opinione aliorum, quoniam utroque modo iactantia dici potest: & ideo iactantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.

2 **P**rimò, quod à quo procedit iactantia. Resp. secundum S. Th. ubi supra, quod iactantiae peccatum potest considerari dupliciter, vno modo secundum speciem actus, & sic opponitur veritati, ut dictum est, alio modo secundum causam suam ex qua, & si non semper, tamen frequenter, accidit, & sic procedit quidem ex superbia, sicut ex causa interioris motiua, & impellente. ex hoc enim quod aliquis interiorius per arrogantiam supra seipsum eleuatur, sequitur plerumque, quod exterius maiora quaedam de se iactat, licet quandoque non ex arrogantia, sed ex quadam vanitate aliquid ad iactantiam procedat: & in hoc delectetur, quia talis est secundum habitum: & ideo arrogantia per quam aliquis supra seipsum extollitur est specie superbiae, non tamen est semper iactantiae, sed ut frequentius eius causa, & propter hoc Greg. iactantiam esse iactantiam superbiae species, tendit, nam iactator plerumque ad hoc quod gloria consequatur per suam iactantiam, & secundum Greg. ex inani gloria oritur secundum rationem finis, opulencia est iactantiam causat dupliciter. vno modo occasionaliter in quantum de diuitiis aliquis superbit. vnde Prou. 8. opes dicuntur superbiae. Alio modo per modum finis, quia ut dicitur in 4. Ethic. alii seipsum iactant non solum pro gloria, sed

Sum. Tab.

a etiam

etiam propter lucrum, qui de seipſis fingūt ea ex quibus lucrari poſſunt, puta quòd ſint medici, uel ſapientes, uel diuini.

- 3 ¶ Secundò, ¶ utrum iactantia ſit peccatum mortale. Reſp. ſecundùm S. Tho. ubi ſupra q̄ peccatum mortale eſt quod caritati contrariatur, dupliciter igitur iactantia conſiderari poteſt. vno modo ſm ſe pro ut eſt mendacium quoddam, & ſic quòdoque eſt mortale, quandoque ueniale: mortale qui dem quando aliquis iactanter de ſe proferit quod eſt contra gloriam Dei, ſicut ex perſona regis Tiri dicitur Eze. 28. eleuatū eſt cor tuum, & dixiſti. Deus ego ſum. Tales ſunt qui iactant ſe ſuis meritis habere aliqua dona Dei, uel à ſe habere, uel illi qui de peccatis mortalibus quæ fecerunt, uel non, iactant ſe ut ſtrenui uideantur, uel etiam laudant alios, uel iactant de peccatis mortalibus quæ fecerunt, ut not. glo. in c. ſunt plur. mi. 6. quaſt. 1. ſecus eſt de uenialibus, quia non ſunt contra Deum. Secundò eſt mortale quando iactant ſe de aliquo quòd eſt contra charitatem proximi, ſicut cum aliquis iactando ſeipſum prorumpit in contumeliam aliorum, ſicut habetur. Luc. 18. de ſariſeo qui dicebat. Non ſum ſicut ceteri hominum raptores &c. uel ut etiam hic publicanus. Quandoque uerò eſt peccatum ueniale, quando. ſ. aliquis de talia iactat, quòd neque ſunt contra Deum neque contra proximum. Alio modo pòt conſiderari ſm ſuam cauſam. ſ. ſuperbiam uel appetitum inanis gloriæ, & ſi ſi procedat ex ſuperbia, uel inanis gloria, quæ ſit peccatū mortale, etiā ipſa erit. alioquin erit peccatū ueniale, ſed quando aliquis prorūpit in iactantiam pp appetitū lucri, & hoc uidetur iam pertinere ad proximi deceptionē, & damnum: & ideo erit tale peccatū mortale. unde & philoſophus dicit in 4. Eth. q̄ turpior eſt q̄ ſe iactat cauſa lucri quàm q̄ ſe iactat cauſa gloriæ, uel honoris, nō tamē eſt ſemper peccatū mortale, q̄a poteſt eſſe tale lucrum ex quo alius non damnificatur, uel parum, uel non intendere multum damnificare, puta ſi aliquis ſe iactat eſſe medicum magnum, & interſicit infirmum: ſicut etiam ſi quis iactat ſe intendens iurgium, uel aliud malū alicuius importanitiæ, eſt peccatum mortale, ſecus ſi ſequatur per accidens, quia non inten-

debat illud, uel non erat uerifiſimile quòd deberet ſequi. ſimiliter ſi eſſet parua exiſtimationis, quia minimū ratio apprehendit quaſi nihil. 2. Fil. hæc Sanct. Thom. Vide verſi. ſuperbiam, & ver. gloria nana. Not. etiā quòd quamuis iactantia ſi proprie ſolū in diſtis, poteſt tamen eſſe etiā in factis, quando ipſa facta ſignificant aliquid aliud à ſe, tunc enim habent vim uerborum, ut puta portate veſtes precioſas, facere magna conuiuia & ſimilia, ut oſtendat ſe de magna domo, & huiſmodi, & tunc erit mortale ſecundùm modos dictos, ſcilicet ſi ſit contra Deum uel proximum, &c.

DE ICONOMO.

1 Iconomus quis dicatur.

- 1 **I**conomus ¶ dicitur cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, ut 89. diſt. cap. quia in quibuſdam. Et idem eſt iconomus quòd ſyndicus. Et debet eſſe clericus non laicus, ut patet in d. c. quia in quibuſdam, & c. iudicatum. 99. diſt. & c. quoniam in quibuſdam. 16. q̄. 7. Sed aduerte quòd eſt differentia inter actorem, procuratorem, & ſyndicum, ſeu icononum. ſecundū glo. in eiga Episcopum. 2. q. 7. Quia actor conſtituitur à non domino & autoritate iudicis ad præſentes lites tantum: procurator uerò ſemper à uero domino conſtituitur, ſue ad vnam litem, ſue ad pluras, ſue præſentes, ſue futuras: ſyndicus autem ſeu œconomus ab vniuerſitate conſtituitur, ſeu à collegio ad vnam cauſam, & plures, & præſentes & futuras, & autoritate Episcopum de iur. cal. c. imperatorum, in ſu. can. tamen omnes adminiſtratores eccleſiæ uocat procuratores. 1. q. 3. c. ſaluator. vide glo. in d. c. imperatorū, cū ſuis allegationibus. Tenet tamē Pan. in d. c. imperatorū quòd ſi ad vnam certā cauſam ſolū cōſtituitur q̄ poteſt fieri ſine autoritate ſuperioris, aliàs non. Vide ver. laicus prin.

DE IDOLOLATRIA.

- 1 *Idololatria quid ſit.*
2 *Idololatrā diuerſi diuerſimode attribuentes honorem latræ creaturis credētes ipſas eſſe Deos.*
Idolo

3. *Idololatria utrum sit peccatum.*

Et an sit gravissimum peccatum. n. 4.

1. **I**dololatria est quedam species superstitionis ad quam superstitionem pertinet excedere debitum modum divini cultus. Est enim superstitio quedam infidelitatis protestatio per aliqua exteriora signa, siue per exteriorem cultum, quæ protestatio significatur per nomen idololatriæ. Hæresis autem significat ipsam falsam opinionem, quæ est species infidelitatis. Infidelitas ergo & superstitio à se invicem distinguuntur, sicut distinguuntur ea quæ pertinent ad mentem interiorem. s. infidelitas, & ea quæ pertinent ad cultum exteriorem. s. superstitio. Et infidelitas est genus ad hæresim & alias species infidelitatis, superstitio verò est genus idololatriæ & ad alias species superstitionis. Idololatria ergo est superstitio. i. indebitus cultus exterior exhibitus creaturæ qui soli Deo debetur. s. cultus latræ qui debetur soli Deo, sicut dictum est versu. adorare in prin. & sic. Not. tamen quod quod dicimus quod cultus latræ exhibitus creaturæ ita quod idololatria est cultus latræ, quod latræ potest accipi dupliciter primo modo scilicet quod significat præcisè actum humanum exteriorem ad cultum Dei pertinentem, & sic hoc nomen latræ est eiusdem rationis in actu idololatriæ, & in actu religionis, quia ille qui exhibetur non cadit in modo sub ratione latræ. Alio modo accipitur latræ secundum quod est idem religioni, & sic tunc sit virtus de ratione eius est quod cultus divinus exhibetur ei cui debetur, & secundum hoc latræ non dicitur secundum eandem rationem de idololatria & verâ religionem, sicut prudentia dicitur secundum diversam rationem de prudentia quæ est virtus, & de prudentia carnis. Vide aliquod. ver. hæreticus prin. & §. 25.

2. **¶** Primò, quomodo diversimodè idololatrant attribuentes honorem latræ creaturis credentes ipsas esse Deos. Quidam enim per quandam nefariam artem imagines quasdam constituunt quæ virtute demonum aliquos effectus habebant, unde putabant in ipsis imaginibus esse aliquid divinitatis & per consequens divinus cultus eis deberetur, & hæc fuit opinio Hæmæcis trimegistri ut August. dicit 18.

de civi. Dei. Alii verò non exhibebant cultum divinitatis ipsis imaginibus sed creaturis quarum erant imagines, & utrinque eorum tangit Apostolus ad Ro. 1. Nā quantum ad primū dicit. Mutaverūt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrū & quadrupedum serpētium. Quātum autē ad sc̄m subdit. Coluerunt & seruiserūt potius creaturæ quā creatori. Horum tamen fuit triplex opinio, quidā enim extimabant quosdam homines Deos fuisse, quos per eorū imagines colebant, sicut Iouē, Mercuriū, & alios huiusmodi quidam verò existimabant totum mundū esse vnum Deum non propter corporalem substantiam sed propter aīam quam Deum esse credebāt, dicētes Deum nihil aliud esse quā animam motu. & ratione gubernantem, sicut hō dī sapiens pp animam non pp corpus, unde putabant toti mundo, & oībus partibus eius esse cultum divinitatis exhibendum. s. celo, aeri, aquæ, & omnibus huiusmodi partibus, & ad hæc referebant nomina, & imagines suorum Deorum, sicut Varro dicebat ut narrat Aug. in 7. de civi. Dei. Alii verò platonici posuerunt vnum esse summum Deum causam omnīū, post quā ponebant substantias quasdam spirituales à summo Deo creatas, quas Deos nominabant participatione. s. divinitatis, nos autem eos angelos dicimus, post quas ponebant animas celestium corporum, & sub his ponebant demones, quos dicebant esse aerea quædam animalia, & sub his ponebant animas quas per virtutis meritum ad Deorum vel demonum societatem assumi credebant, & his omnibus cultum divinitatis exhibebant, ut Aug. narrat in 8. de civi. Dei. has autem duas ultimas opiniones dicebant pertinere ad philosophicā theologiam, quas philosophi cōsiderant in mundo, & doceant in scholis. Aliam verò de cultu horū dicebant pertinere ad Theologiam fabularem, quæ secundum fignenta poetarum representabatur in theatris. Aliam verò opinionem de imaginibus dicebant pertinere ad civilem theologiam, quæ per pontifices celebratur in templis. Omnia autem hæc superstitionē continent sicut dicit Aug. in secūdo de doctrina christiana, ubi sic ait. Superstitiosū

est quicquid institutum ab hominibus est ad faciendā & collendā idola, uel pertinēs ad collendum sicut Deum creaturam, par rem ue ullam creaturæ, hæc omnia S. Tho. 2. 2. q. 84. ar. 1.

- 3 ¶ **Secundò**, ¶ Verū idololatria sit peccatū. Respon. S. Thom. ubi supra, quòd quidam heretici dixerunt q̄ tempore perfectuonis non est pernitiosum colere idola exterior, dum tamen in mente seruent fidem, sed hoc apparet manifestè falsum. Nam cum exterior cultus sit signum interioris cultus, sicut est perniciosum mendacium si quis uerbis asserat contrarium eius quod per ueram fidem tenet in corde : etiam est pernitiosa falsitas si quis exteriorem cultum exhibeat alicui contra id quod sentit in mente, unde Aug. dicit contra Senecā in 6. de cini. Dei quòd eò damnabilius colerent idola quò illa quæ mendaciter agebat sic ageret ut cum populo uocaciter agere existimaretur. Nō sic est de imagine quia non instituuntur in ecclesia ut eis honor lauræ exhibeatur, sed ad quandam significationem ut per huiusmodi imagines mētibus hominum imprimatur & confirmetur fides de excellentia angelorum, & sanctorum, secus autem est de imagine Christi cui ratione diuinitatis latria debetur ut dictum est uer. adorare. §. 7. & sequentibus.
- 4 ¶ **Tertiò**, ¶ Verū idololatria sit grauisimū peccatum. Respon. fm S. Tho. ubi supra. q̄ grauitas alicuius peccati pōt attendi dupliciter vno mō ex parte ipsius peccati, & sic peccatū idololatriæ grauisimū est, sicut. n. in terrena republica grauisimū esse uī q̄ aliquis honorē regiū alteri attribuat quàm uerò regi, quia quantum in se est totū reipublice corūbat ordinem, ita in peccatis quæ contra Deum committuntur quæ tamen sunt maxima, grauisimū esse uidetur, q̄ aliquis honorē diuinū creaturæ attribuat, quia quantum est in se facit aliū Deū in mundo, minuens principatū diuinū. Alio modo potest attendi grauitas peccati ex parte ipsius peccantis, sicut dicitur grauius esse peccatum eius qui peccat scienter quàm eius qui peccat ignoranter, & secundum hoc nihil prohibet grauius peccare hæreticos, qui scienter corrumpunt fidem quam acceperunt, quàm idololatrias ignoranter peccātes, & similiter etiam ali-

qua alia peccata possunt esse maiora propter maiorem contemptum peccantis. Et no. q̄ idololatria presupponit infidelitatem interiorē, & addit exteriori indebitum cultum : si uerò sit exterior tantum idololatria absque interiori infidelitate, est additio culpæ falsitatis pernitiose, & includit magnam blasfemiā, quia Deo subtrahitur dominiū singularitas, & fidem operæ impugnat idololatria. Dans hostiam non consecratam pro eucharistia reus est idololatriæ, non autem adorantes hæc S. Tho. quod. 1. §. 6. ar. 2. Vide uer. hæreticus. §. 26. & uer. infidelitas. §. 2. & 5.

DE IEIUNIO

- 1 Ieiunium dicitur dupliciter.
- 2 Ieiunium quid sit.
- 3 Ad obseruantiā ieiunii ecclesie utrum requiratur quòd homo tantum semel comedat.
- 4 Ieiunium an frangat, potus electuaria, medicine, confectiones, fructus, frustum panis, collatio, uel huiusmodi si ante uel post prandium sumantur.
- Et quid de seruitoribus uel aliis qui diuidunt prandium nu. 5.
- 6 Ieiunii tempore quæ sit hora prandendi.
- 7 In ieiuniis ad ecclesia statuis an sit abstinentium à carnibus, onis, et laticiniis. Et quare magis caro quàm oua prohibeantur nu. 8.
- 9 De Ieiunio ecclesie, an sit præceptum.
- 10 Peccet num quis mortaliter, toties quoties in die ieiunii comedit sine causa.
- 11 In quibus diebus sit ieiunandum de præcepto.
- 12 Ieiuniorum ratio, & conuenientia.
- 13 Ieiunium an possit transferri de uno die ad alium.
- 14 Qui non ieiunauerit die qui est de præcepto an alio die teneatur.
- 15 In ieiuniis an possit dispensari.
- 16 Ad Ieiunium qui teneantur.
- 17 Pueri an teneantur.
- 18 Senes an teneantur.
- 19 Peregrini uel operarii an ad ieiunium obligentur.
- 20 Pauperes an teneantur.
- 21 Quid de mulieribus maritatis.
- 22 Quid de agrotantibus, & debilibus.
- 23 Ieiunium factum in peccato mortali an ualeat.
- 24 Si quis nouis aliqua die ieiunare, & iterum nouis

*vomit die veneris ieiunare, si talis dies accide-
rit die veneris ad quod votum teneatur.*

25 *Qui vomit tali die non comedere carnes, an co-
medere poterit ferculum vel brodiuum in quo
coctae fuerint carnes.*

Ieiunia, quæ ad mortificandâ carnem, & ad pietatem augendam conducunt, quibuslibetq; fidelibus sedulo cõmendari à pastoribus, eos oēs obtestatur sancta synodus Trid. q̄ 6. t. 1. monet & hortatur oēs Christi fideles, eiusdẽ Dñi nostri exẽplo, quantũ tñ humana fragilitas patietur, ieiuniis & orationibus uacare; ut tandem placatis, qui in sæcula sit benedictus Deus, corda hoĩum ad ueræ fidei agnitionẽ, & sanctæ matris Ecclesiæ unitatẽ, ac recte uiuendi normã reducere dignetur. Sess. xij. in fine priuicipii. Sess. xxv. de delectu cib. iei. & dieb. festis. Ex c. non decet. 12. dist. ca. cum quis. 93. dist. c. qua frater. 7. q. 1. LEO. à LEGE.

Ieiuniũ ¶ s̄m S. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 2. ad 4. dẽ dupliciter. Primò metafisicè. i. abstinentia à quibuslibet nociuis q̄ maxime sunt peccata. Isa. 58. Nonnè hoc est ieiuniũ qd̄ elegi dissolue colligationes colliti. vñ Hieronimus, & h̄r de conse. di. 5. c. ieiuniũ. Non est solũ in sc̄is, sed à cõstis illecebris abstinentia. Alio mō d̄r ieiuniũ propriè. sc̄arentia cibi materialis, & istud est ẽ duplex. sc̄i ieiuniũ naturæ, & istud est earentia cuiuscunq; cibi sue potus in eadẽ die incipiendũ à medio nocte, & d̄ isto dictũ est. uer. cõiccare. §. 42. & sequentibus. Aliud est ieiuniũ. sc̄ abstinentia à cibo uel potu uoluntariè assumpta. Et hoc est triplex quoddã ẽ de iure naturæ. i. de iure morali quod ordinatur ad uirtutes, puta ad cõcupiscentias carnis reprimendas. vñ 2. Co. 6. In ieiuniis multis & sequitur in castitate, quia per ieiunia castitas conferuatur. vñ Hic. sine Cerere & Bacco friget Venus: & iterũ ad hoc, ut mens ad sublimia releuet contẽplanda. vñ Dani. 10. post ieiuniũ triũ ebdomadaruũ reuelationẽ accepit à Deo, & ad satisfaciendũ pro peccatis. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio, &c. vñ Aug. in quodam sermone de ieiunio. Ieiuniũ purgat animã, mentẽ subleuat, propriã carnẽ spiritui subiicit, contritiũ & humiliatũ, concupiscentiæ ne-

Secunda pars

bulas dispergit, libidinum ardores extinguit. vñ patet q̄ ieiunium in cõi est actus uirtutis, & sic pertinet ad legẽ moralem, hoc ieiuniũ s̄m Amb. incõp̄it in paradiso in statu innocentię. Gen. 2. de ligno boni, &c. & post lapsum est cõstitutũ. d. auctoritate Ioel. Hoc ieiuniũ dẽr esse s̄m q̄ recta rō in dicat. No. tñ q̄ recta rō s̄m s. T. 2. 2. q. 197. ar. 2. ad 2. non tñ de cibo subtrahit, ut natura conferuari non possit, nec tñ de cibo subtrahit, ut homo reddatur impotens ad debita opera peragenda. vñ regula tẽperantiæ conferuat uitã quantũ ad esse & bene esse ẽt in ordine ad alios. vñ si quis a b̄stineat, ut moriatur aut infirmetur, ut impotens sit ad debita opera peragenda, hmõi contrariatur tẽperantiæ, tã ex parte regulæ q̄ ex parte finis. Si uerò abstineat, ut carnẽ spiritui subiciat, aut ad pœnitentiã pro peccatis agenda & in hoc excedat, aut aduertit se excedere, & putat se bene facere, tñ peccat, cõiter tñ est peccatũ ueniale pp̄ rectã intentionẽ & nocuenti ignorantiam quò ad notabilitatẽ, apprehendit. n. nocuentũ corporis, puta dolorẽ stomachi quasi nihil, tantò plus excusantur, quantò sanitas corporis consideratur ab eis & non absoluet, sed in ordine ad seruitium spiritus, & s̄m regulas morales. z. Etic. declinandũ est in eam partem uitii q̄ est similior uirtuti. Constat aut̄ abstinentiæ magis assimilari nimia abstinentiã q̄ cõpetenter se nutrire. Si aut̄ non aduertit se excedere utendo illa quã habet discretionẽ, nullum peccatũ est, & sic piẽ intelligendæ sunt piæ mentes personarum quæ dicunt q̄ uacando abstinentiæ non curant de diminutione uitæ. Non. n. intendunt dicere q̄ uolunt ita abstinere, ut anticipent mortem. vñ Hiero. qui vñ contrarium dicere intelligitur qñ intendunt se perimere, uel aduertendo nota bilẽ excessuũ nocuenti, cõe aut̄ dictum est extra hos casus uide uer. abstinentia. vñ aliquando ieiunium est actus uirtuosus, puta si fiat pp̄ inanem gloriam. Aliquando est satisfactoriũ, aliquando est uirtuosus, & non habet determinatã die uel horam, neq; materiam, nec est facile iudicare qñ obliget, & de hoc loquitur Pa. post Inn. in rubrica de ieiunio dicens, q̄ ieiunium est abstinentia cuiuslibet edibilis s̄m propriã uoluntatem, & p̄t dici in p̄cepto qñ esset

Sum. Tab.

a 3

expres.

expressè contra uirtutem, puta qñ gula est peccatū mbrtale. Est aliud de iure diuinali, puta qñ datur pro penitentiā facrali, vel noto. Ita. n. habent uim à iure diuino, & debent seruari fm q̄ dictum est. uer. confesio. 2. §. 18. De ieiunio antiquæ legis, siue de ieiunio superstitioso non intendimus, quia nō sunt seruanda. Est aliud ieiuniū, quod de lege humana, siue ex regula, sicut in religiosis, siue ex statuto ecclesiæ, siue ex cōsuetudine generali, & d̄ istis erit sermo.

2 ¶ Primò, † quid est ieiunium. Res. fm Pan. in d. rubrica post Gos. q̄ ieiunium fm q̄ sumitur hic, & in cōsuetudine loquēdi doc. quod d̄ ieiunium ecclesiæ. Est subtractio prandii, & post cenam cuiuslibet cibi priuatio, usq; ad diem sequentem; & abstinentia à carnibus, & trahentibus sementinam originem à carnibus, ut ab ouis, caseo, & lacte. di. 4. c. deniq; & circa hanc diffinitio nem mouentur quædam dubitationes, diffinitio etiam s. Th. 4. di. 15. q. 3. ar. 1. q̄ partimonia uētus abstinentiaq; ciborum, & debet intelligi de abstinentia à cibis alijs licitis, quam ecclesia ieiunantibus determinat. hæc ille. vñ breuiter ieiunium est afflicto carnis p̄ subtractio nem cibi & potus facta secundū institutionem ecclesiæ. vñ de restat uidendum quæ sit intentio ecclesiæ. Et nō secundū s. T. ubi supra, quod consuetudo exponit in multis intentionē ecclesiæ, & quamuis Hosti. in ca. 2. eod. cat. quod consuetudo nihil possit facere in ieiuniis inflruis ab ecclesia, tamen secundū Pan. in d. rubrica debet intelligi quando ex toto tolleretur. Vide infra §. 10. in fin.

3 ¶ Secundò, † quæritur utrū requiratur ad obseruantia ieiunii ecclesiæ q̄ hō tm̄ semel comedat. Res. s. Th. ubi supra q̄ sic. unde ait. Ieiunium ab ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrenandam: ita tñ q̄ natura saluetur, ad hoc aut̄ satisfacere vñ unica cōmestio per quā homo p̄t & naturæ satisfacere, & tñ concupiscentia aliquitur ad detrahendū cōmestionem: & ideo ecclesiæ moderatione statutum est, ut semel in die à ieiunantibus comedatur. Non potuit autem sic statuere de quantitate cibi, ut omnes æqualiter comederent propter diuersas corporum complexiones, ex quibus contingit q̄ unus maiori alter minori ci-

bo indiget, sed ut in plurimum omnes possunt per unicam commestionem naturę satisfacere. Ad hoc præcipue ualet considerate intentionem statuens, intendit autem ecclesia certum modum statuere manducandi, ut. s. semel in die ieiunans manducet: & ideo si aliquorum sumptio secundū quæ manducatio solet compleri iteretur, ieiunium prædicto modo acceptum soluitur, si autem aliqua sumantur quæ de se ad hoc ordinata non sunt, sed ad alium usum, qui usus cōiter manducatio non dicitur, talis cibi uel potus sumptio, præter manducationem unam, ante uel post, non facit esse binam manducationem: & ideo talis sumptio ieiunium non soluit. unde quamuis potus aliquo modo nutriat, tamen de se non ordinatur ad nutriendum, sed magis ad bonam dispositionem eorum quæ nutriunt, ut scilicet per membra deducantur, & in stomacho non conturbentur. unde sumptio potus manducatio nō dicitur: & ideo ille qui portat extra horam unicæ commestionis, non dicitur bis manducare, & propter hoc ne ecclesiæ statutum frangere, nisi fraudem faciat, quia legem uiolat qui in fraudem legis aliquid facit, hæc s. Thom. & sic potus siue ante, siue post, dummodo non sit in fraudem, non frangit ieiunium, de quo in §. sequenti. Pan. in rubrica de obser. iei. dicit, nullo text. caeteri, ut semel tantum comedatur in die ieiunii, sed secundū eum hoc cauetur secundū mentem. cap. quadragesima. de consecra. dif. 5. Nam ibi dicitur, quod dies dominicales sunt illo tempore subraedi ab obseruantia quod non potest intelligi, nisi ut tunc pluries possit comedi: ergo in alijs diebus, ut exceptio sit bona, solū est semel comedendum. Ad idem tex. in cap. sint tibi, ca. distinct. 5. Et sic patet quod Angelica non benè accipit. Panormi. dicens quod ipse Panormi. uidetur esse huius opinionis quod quis possit comedere pluries. uersic. e. §. 3. sed Sanct. Tho. breuius dicit quod consuetudo hoc declarat. concor. Inno.

4 ¶ Teriò, † quæritur strum potus, electuaria, medicinz, cōfectiones, fructus, frustum panis, collatio, uel huiusmodi frangant ieiunium. si ante uel potest prandium sumantur. Respon. secundū, s. Tho. 7. 2.

q. 147. ar. 6. ad 7. & 3. quòd duplex est ieiunium, primum dicitur nature, & hoc soluitur per quamlibet sumptionem cibi, uel potus uer. ex communicare. §. 47. & sequentibus uide ibi. secundum est ieiunium ecclesiæ quod dicitur ieiunantis & istud non soluitur nisi p ea quæ ecclesia interdicitur intendit instituendo ieiuniū. Non autem intendit ecclesia interdicitur abstinentiā potius, qui magis sumitur ad alterationē corporis & digestionē ciborū assumptorū, quā ad nutritionē, licet aliquo mō nutriat, & ideo licet ieiunantibus pluries bibere, si autem quis immoderatē potu uratur p̄ peccare & perdere meritum ieiunii, sicut et si immoderatē cibum in una comestione assumat de quo et uide in §. præcedenti. Electuaria & confectiones et si aliquo modo nutriant, nō tñ principaliter assumuntur ad nutriendum, sed ad digestionē ciborum, vñ non soluunt ieiunium sicut nec aliarum medicinarum assumptio, nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quātitate assumat, per modum cibi: aqua et si soluat ieiunium nature quia aliquo modo nutrit, non tñ soluit ieiunium ecclesiæ, quia ecclesia non attendit in statuendo id quod quocumque modo nutrire p̄t, sed id quod principaliter ordinatum est ad nutriendum. Quidam dicunt q; si electuaria comedantur ad delectationē soluunt ieiunium, si autem eā medicinæ sumantur nō soluunt: sed statutum positum legis non attendit intentionē seruantis ad actum eo q; modus uirtutis non cadit in præcepto, sed est finis p̄cepti, sed ex intentione potest aliquis mereri & demereri, & ideo dicendum q; electuaria aliquo modo nutriant, non tamē hic est principalis usus eorum, unde nec loco manducationis sumi consueuerunt, & ideo talis sumptio ieiunium ecclesiæ nō soluit, ut dictum est, quamuis homo possit totaliter, uel in parte ex hoc meritum ieiunii perdere, uel etiam mortaliter peccare, si sit immoderata libido, non tamen est transgressor p̄cepti ecclesiæ, nisi in fraudem sumeret, aut si eis quasi aliis cibis uteretur ad famem extinguendam. hæc s. Th. in diuersis locis. Pa. in rubrica de iei. sic ait: sumere aliquid pro collatione de sero, magis ad sustentationem nature quā ad delicias non esset peccatum nec frangeretur ieiunium

dummodo hoc fiat temperatē sicut cōsuetudinem loci. Nam ex quo non habemus de hoc ius specificum recurrendum est ad consuetudinem loci, ad hoc. e. utinam. 76. di. & c. ill. ar. 2. di. hæc ille. Not. q; circa hoc multi multa dicunt, & est difficile salutare omnes; hoc tamen pro conclusione uideretur esse sumendum, secundum S. T. & Pa. post Innocen. q; quādo cumq; aliquis accipit aliquid propter potum ne offendant, uel ne deficiat p̄ anxietate, uel ut habeat uocem meliorem, puta ad prædicandum, uel ad adiuuandam digestionem, uel causa medicinæ; uel secundum communem usum Christianorum, etiam si non cogitet quòd faciat causa medicinæ, uel non cogitet quòd potu tunc enim usus communis eum excusat, secundum tamen D. Ar. Floren. non omnia ista sunt prædicanda: secus autem esset si in aliquo istorum excederet uel in intentione, scilicet quia intenderet propter famem, siue ad nutriendum, uel in modo siue quātitate, & magis in mane quā in sero posset excedere, & iterum magis in his quæ communiter solent sumi ad nutriendum, & per modum cibi, & non distinguere in quocumque genere cibi, dummodo per modum medicinæ sumantur, id est ne uinum offendant, uel ut subueniat alicui anxietati, tunc non frangit; si autem alio modo, uel animo uel quātitate magna frangit quicunque cibis. Quidam dicunt quòd frustrum panis frangit, sed hoc nullo iure probatur, uerum est quòd facilius in huiusmodi præsumeretur fraus, eo quòd communiter sumitur per modum cibi, & propter famem, & sic intelligi debent illi doc. secus si per modum medicinæ ut dictum est scilicet ne potus offendant, & per maximē quando non habet aliud quod possit supplere locum medicinæ.

¶ Quarto, † Quid de seruatoribus mensæ uel dominorum, uel lectorum, uel de his qui surgunt de mensa & post aliquod spacium redeunt, isti omnes & similes uidentur diuidere prandium. Resp. secundum Pa. in d. rubrica post Inno. quòd non frangunt ieiunium, quia secundum s. Th. ista non uidentur intentio ecclesiæ obligare similes, unde secundum Innocen. cistercienses statuerunt ut hi qui ministrant reliquis

possint aliquid prælibare tempore ieiunii, ut melius possint differre prandium, imo ministrantes dñis, uel infirmis pñt prælibare de carnibus, pp aliquam rationabilem eam, etiam in quadragesima, dummodo non faciant ad voluptatem, & rō omnium istorum quia ieiunium quantum ad istas circumstantias, est de iure positiuo, quod recipit interpretationem, nec intentio ecclesiæ est ad hoc.

¶ Quintò, † Quæritur de hora prandendi. Resp. sm S. Th. 2. ubi supra ar. 7. q. est circa horam nonam: ait. n. sic. Ieiunium ordinatur ad delectionem & cohibitionem culpæ, unde oportet q. aliquid addatur supra cōem consuetudinem, ita tñ q. per hoc nō multum natura grauetur, est hñc debita & cōis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam, tum quia iam vñ completa digestio nocturno tpe naturali calore interius reuocato, propter frigus noctis circumstantis, & diffusio humoris per membra cooperare ad hoc calore diei, vsque ad summum solis ascensum, tum et quia tunc precipue natura corporis indiget iuuare contra exteriorē aeris calorem, ne humores interius adurentur, & ideo ut ieiunans aliquam afflictionem sentiat, pro culpæ satisfactione, conueniens hora comedendi taxatur ieiunantibus, circa horam nonam. Conuenit et ista misterio passioni Christi quæ completa fuit hora nona, qñ inclinatio capite tradidit spiritum. Ieiunantes. n. dum suam carnem affigunt passioni Christi conformantur, sm illud ad Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cū uitiis, & concupiscentiis. In statu aut ueteris testamenti, ieiunantes ieiunabant vsq; ad uesperam, quia comparatur nocti iuxta illud Nox præce. sit, & ideo sequitur, dies aut appropinquauit. Ista tamen extimatio nonæ sit sm grossam extimationem, sufficit. n. q. sit circa horam nonam, & hoc de facili quilibet cognoscere p̄t. hæc S. Th. & 4. dist. 15. q. 3. art. 3. quodl. 3. hæc hora est ab ecclesia instituta, & cōiter obseruata, & ponit ibidem omnia præcedentia. Ad idem est Pa. in sepe dicta rubrica ubi dicit q. debet esse prandium & non cena per tex. in c. sint tibi, de conse. di. 5. ubi dicit tex [quo ridie esurire & quotidie prandere, &c.] & gl. ibidem concludit q. non est differendū

vsque ad noctis tenebras, sicut faciūt iudei, & saraceni, verum q. in quadragesima sit prandium post uesperas. de conse. dist. 1. Et secundum Pet. de pal. notabiliter anticipare sine cā rōnabili frangit ieiunium, pōt tamen in hora dispensari uel propter debilitatem, uel pp lectiuum, uel propter iter, uel propter aliās piās causas. hæc Pe. Tardare aut horam post nonam quacuuque hora non uitiat ieiunium nisi fiat ex superstitio ne. Ricar. dicit in 4. 15. dist. q. in aliquibus locis est consuetudo comedendi immedia- tē post sextam, & q. non est tanta necessitas de hora sicut de vnica comestione. Angelica. e. ver. §. 2. dicit & tenet, q. anticipare horam et notabiliter sine cā est peccatum ueniale, cum cā aut nullum est peccatum, sed ista opinio non solum est contra opinionem Pet. & D. Ar. Flo. sed vñ esse contra consuetudinem generalem tam religiosorum quàm secularium, unde dicendum q. quamuis non sit aliquis text. expressus de hora prandendi, ipsa tñ consuetudo generalis hoc habet q. in meridie sit hora prandendi, ad quam consuetudinem recurrere debemus, ex quo non habemus ius specificum. c. vtinam. dist. 76. & gl. 25. di. §. alias: unde Pise. ver. §. 5. prudentius loquitur dicens, cōueniens est hora nona. i. meridies. ar. c. solent de conse. dist. 1. Nec illam oportet strictē considerare, sed sufficit grossa extimatio. s. q. sit circa horam illam, nec multum nocet si ex aliqua cā aliquantulum hora illa præueniatur, uel si forte pp infirmitatem uel ætatem uel aliquod hmōi tali hora comedere cederet alicui in magnum grauamen, nam esset dispensandum in ieiunio, uel ut aliquantulum præueniret horam hæc ibi & bene & hoc tene simpliciter. Not. tñ q. diuersis temporibus fuit diuersa consuetudo utilis ecclesiæ, quæ quantum ad hoc maximē seruāda est. Nam tpe antiquo. s. in testamento ueteri non comede- bant vsque ad tenebras in sero, qñ stellæ incipiebant apparere, q. et nunc quidam infideles seruant, deinde. s. in nouo testamento cœperunt comedere in die. s. hora uespertina deinde cœperunt comedere hora nona, & hoc seruabatur tpe S. Th. quam horam nonam, non accipit S. Th. pro meridie ut multi credunt, sed hora sexta sm S. Th. est meridies ut patet quia dicit sextā esse

esse in maximo solis ascensu, horā uerò nonam accipit idem D. S. per tres horas post sextam quod patet, quia dicit q̄ hora nona est illa hora q̄n̄ Christus in cruce emisit spiritum, quod fuit s̄m S. Th. hora 21. ubi notandū q̄ S. Th. accipit horam s̄m, q̄ in euangelio dicitur, Nonne duodecim horā sunt diei. ita q̄ quaelibet dies artificialis diuiditur in duodecim partes, & quaelibet pars dī una hora maior, uel minor s̄m q̄ est dies artificialis, & sic si addatur sex de istis horis ipsi nocti, illa est hora sexta, quę semper est merides: si uerò addatur nouē, erit hora nona, & in ista nona hora prandebant tēpore S. Th. nunc autē est hora prandii in meridie quę erat hora sexta s̄m S. Th. & sic patet, q̄ mutata mutata est ista hora, patet et̄, q̄ exponentes d. S. dicentes, q̄ S. Th. accipit nonam pro principio nonę non capiunt S. Th. Pet. uerò de Pal. Pis. Archie. Flor. & communiter doc. accipiunt horam nonam pro meridie, ut patet ex vulgo, & nullus eorum considerat, q̄ S. Th. aliter accipiebat horam nonam quam ipsi accipiant. uide auctoritas S. Th. non est tēpore moderno in proposito, quia aliter nūc seruatur quā fieret tpe eius, seruanda est ergo, & accipienda hora nona pro meridie s̄m presentem consuetudinem: ad iuxta autē uerba S. Th. non ut debeant seruari tpe moderno, sed ut bene intelligantur. Quidā diuidunt diem artificialem in quatuor partes dicentes, q̄ tertia, & sexta præcedūt meridie & alie duę. i. nona & duodecima sequuntur, sed melius, ut dictum est, & sic patet q̄ Ricar. dicit uerum. i. q̄ post horam sextam. i. in meridie sit prandendum, & sic accipiat sextam s̄m q̄ S. Th. accipit dicit uerum, erat enim magnus Tomitta, & sic accepit mentem S. Th. quantum ad hoc, q̄ hora sexta fit in meridie. Seruandum est igitur & tenendum s̄m quod dicit Pis. ut allegauī supra in isto §. circa medium, & ita teneat communis consuetudo.

7 ¶ Sexto, ¶ utrum in ieiuniis ab ecclesia constitutis sit abstinendum a carnibus, ouis, & laticiniis. Resp. s̄m S. Th. ubi supra, q̄ omnia ista interdiciunt tēpore quadragesime, in aliis autē ieiuniis interdiciuntur semper carnes, oua uerò, & laticinia secundum consuetudinem patrię, quę est seruanda. ait enim sic, ieiunium ab ecclesia est institutum

ad reprimendas cōcupiscentias carnis, qui quidem sunt delectabilium s̄m tactū, quę consistunt in cibis, & ueneris, & ideo illos cibos ecclesia ieiunantibus interdixit, qui, & in comedendo maximē habent delectationem, & iterum maximē hominem ad uenera prouocant huiusmodi autē ex eis sunt carnes animalium in terra nascentium, & respirantium, & quę procedunt, sicut laticinia ex gressibilibus, & oua ex animalibus, quia enim hmōi magis cōformantur humano corpori, plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum, & sic ex eorum commestione plus superfluit, ut uertatur in materiam seminis, cuius multiplicatio est maximum incentiuum, uel incitamentum luxurię, & ideo ab his cibis præcipit ieiunantibus ecclesia esse abstinendum. hæc ille. Et si quis diceret utrum magis prouocet cōcupiscentiā quā caro, & in non prohibetur, ergo nec caro nec oua, &c. Resp. S. Th. dicens ad actū generationis tria cōcurrunt. scilicet calor, spiritus, & humor, ad calorē quidem maximē cooperatur uinū, & alia calefacientia corpus, ad spiritum autem uidentur cooperari inflactiua, sed ad humorem maximē cooperatur usus carniū, ex quibus multum de alimento generatur: alteratio autem caloris, & multiplicatio spirituum, cito transit, sed substantia humoris diu manet: & ideo magis interdicitur ieiunantibus usus carniū quā uini, uel leguminum, q̄ sunt inflactiua. Item si quis dicat aliqui pisces, ita delectabiliter comeduntur sicut quædā animalium carnes, sed concupiscentia est appetitus delectabilis: ergo ieiunium, q̄ est institutum ad concupiscentiā retinendam debet pisces prohibere. Resp. S. Th. dicens q̄ ecclesia ieiunium instruens intrēdit ad id quod cōius est, esus autē carniū est magis delectabilis cōiter quā esus pisciū, quātuis in quibusdā aliter se habeat. Si quis iterum arguat ieiunium est institutum ad retinendam cōcupiscentiam. Sed sunt aliqui puta frigidi qui non habent motus concupiscentiæ: ergo tales non tenentur. Resp. q̄ non solum est institutum contra cōcupiscentiam, sed etiam ad delectationē aliarum culparum, ut dictum est in prin. & pp̄ multa alia. uide infra §. 8. & 11. uide S. Th. 4. dif. 15. q. 3. ar. 2. quodl. 2. ad tertium.

¶ Septimo,



8 ¶ Septimò, † ad declarationem præcedentis. §. queritur, quare magis caro, quàm oua & laticinia prohibeantur, & quare magis in quadragesima, quàm in aliis ieiuniis, & quare vinum non prohibeat. Resp. fm S. Th. ubi supra, quod oua, & laticinia ieiunantibus interdiciuntur inquantum sunt ex animalibus exorta carnes habentibus. vñ principaliter carnes interdiciuntur, quia oua uel laticinia. Sicut et inter alia ieiunia solemnius est quadragesimale ieiunium, tum quia obseruatur ad imitationem Christi, tum quia per seipsum disponimus ad redemptionem nostram, misteria deuote celebranda, & id in quolibet ieiunio interdicitur esus carniū, in ieiunio autem quadragesimali interdiciuntur vñ et oua, & laticinia, circa quorum abstinentiam in aliis ieiuniis diuersæ consuetudines existunt apud diuersos, quas quisque obseruare debet secundum morem eorum inter quos conuersatur. Vnde Hic. de ieiuniis loquens vna, quæ pro uincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorū leges apostolicas arbitretur 76. di. c. utinā. hæc S. Th. & in 4. dicit, quod usus carniū ieiunium soluit, quia sicut ecclesia taxauit ut semel tantum commendatur ita taxauit ut à carnibus abstinere, quia hoc genere cibi præcipue concupiscentia fouet, & sicut dicit de vino, quod non ita efficaciter operatur ad concupiscentiæ momentum, sicut esus carniū quo præcipue materia concupiscentiæ ministrat. Ex alia parte subtractio vini nimis debilitaret naturam pro digestionis impedimentum. Et sicut dicit, quod pisces sunt frigidiore, quoniam carnes nec alimentum ita conueniens corpori præstant & sicut dicit de quadragesima ut supra hanc opinionem approbat Pa. post Ar. dicens, quod c. denique. dist. 4. in quo prohibetur esus carniū, solum loquitur de quadragesima. Sed quid si in aliquo loco esset consuetudo, quod et in aliis ieiuniis non comedant oua uel laticinia, utrum comedens frangeret ieiunium, ex una parte vñ quod non, quia non est textus expressus hoc prohibens in aliis à quadragesima. In contrarium vñ quod sic, quia consuetudo vñ obligare. Primam opinionem sequitur Ang. ver. e. §. 5. sed secundam opinionem sequitur. D. Ar. Fl. post Pe. de pal. qui Pe. alle. d. c. utinā. ubi dicit, quod vnusquisque seruet consuetudinem suam, & ista vñ opinio S. Tho. ut patet supra in hoc. §. ubi adducit auctoritate Hic. d. c. utinā. Nec

ualet ar. quia non reperitur in iure eo, quod consuetudo sufficit ad obligandum, immo ex iure ar. quod teneatur, quia nisi consuetudo sit in contrarium, in omni ieiunio ecclesie debet abstinere ab his ar. de consec. di. 3. c. rogationes. vnde ista secunda opinio est securior, & eorum nec valet ar. Angeli qui dicit, quod propter rationabilem causam hoc posset. Non valet quidem, quia si sit causa sufficiens, & excusans et poterit commedere carnes. c. consilium, de obse. ie. non igitur debemus loqui in causa particulari sed generaliter. No. quod ubi est consuetudo ut commedantur oua, & laticinia possunt et commedere sanguinem. ar. c. denique. dist. 4. & 82. dist. c. si. tam in text. quam in gl. Quidam extendunt dicentes, quod et tunc licet commedere sagimen. i. latidum. sed hoc iure non probatur. D. Ar. Flo. post Pe. de pal. dicit, quod britones commedentes butirum in quadragesima vñ excusari, quia in illis in quibus ecclesia dispensare potest, sciendo, & dissimulando dispensatum modo aliter non prohibeat, quia si ecclesia intenderet, quod peccarent deberet prohibere. Item no. secundum eundem. D. Arc. Flo. quod si quis sextis feriis sine infirmitatis causa commedat carnes peccat mortaliter, de consec. dist. 3. c. de esu carniū. Item sabbatis comedere carnes in locis ubi non est consuetudo, mortale est, de consec. dist. 5. c. quia dies, secus si consuetudo patrie habet ut commedantur, ut in Francia, Cathalonia, & similibus quia tunc stabitur consuetudini. 12. dist. c. illa autem. Et Pan. no. in d. c. consilium, quod non est prohibitum de iure. Ab istis excipitur dies natiuitatis domini, quando est in sexta feria uel sabbato, quia tunc licet commedantur carnes ab omnibus, nisi ex uoto suo uel regulari obseruantia teneretur abstinere. d. c. consilium, uide infra. §. 11. circa si. & secundum Pa. ibidem peregrini debent obseruare in ieiuniis & obseruantiam cibariorum, consuetudinem loci, & ad hoc possunt compelli per episcopum, ne sint alicui scandalum. d. c. consilium, & bonus text. in c. illa. 12. di. ubi vñ, quod ad quacunque ecclesiam accesseris eius consuetudinem serua si non uis esse cuique scandalum, nec quemquam tibi: id peccant Catalani qui commedunt in istis partibus carnes in die sabbati, licet in eorum partibus utantur, & facit quod

no. glo. in d. c. consilium. hæc Pa. Quidam quasi probabiliter exponentes Pan. dicunt q̄ transeuntes non tenentur nisi ratione scandali. Illi etiam qui sunt de patria ubi non consueverunt comedere si ad locum ubi consuetum est veniant ad habitandum totaliter, non peccant comedendo nisi aliter voto uel obseruantia regulati teneantur. c. si. de obser. ic.

¶ **O**ctauo, ¶ Vt um de ieiunio ecclesie sit præceptum. Respon. ubi supra, q̄ sic quod de clarat S. T. ubi supra. 2. ar. 3. dicens. Sicut ad seculares principes pertinet præcepta legalia iuris naturalis determinatiua tradere de his quæ pertinent ad utilitatem communem in corporalibus rebus. ita et ad prælatos ecclesiasticos pertinet ea statuta præcipue quæ ad utilitatem eorum fidelium pertinent in spiritualibus bonis, dictum est autem in prin. huius c. q̄ ieiunium est utile ad de clarationem & ad cohibitionem culpe, & eleuationem mentis in spiritualibus. unus quisque autem ex naturali ratione tenetur tantum in ieiuniis uti, quantum sibi necessarium est ad præcepta, q̄ id ieiunium in eorum cadit sub præcepto legis naturalis, sed determinato temporis, & modi ieiunandi secundum convenientiam, & utilitatem populi christiani, cadit sub præcepto iuris positivi, quod est à prælati ecclesie institutum, & hoc uocatur ieiunium ecclesie quod est in præcepto. Et fuit conueniens ut ecclesia aliqua ieiunia statueret in eorum ab omnibus seruanda determinans in speciali id quod est necessarium in communi, non quia ieiunium secundum se sit bonum, sed quia omnibus est utile cõiter, tum quia cõiter omnes indigent tali remedio, tum quia in multis offendimus omnes, ut dicit Iacobi. 3. tum et quia caro eorum cupiscit aduersus spiritum, ut dicit ad Gal. 5. tum quia quilibet de iure nature & charitatis tenetur aliquando eleuare mentem ad Deum, ver. charitatis. §. 20. & ad hoc multum facit ieiunium iuxta illud, mentem eleuat, &c. unde præcipitur q̄ non impeditus sic aliquando honoret Deum infra §. 8. circa si. Et sic qui contrafacit sine eorum rationabili peccat mortaliter: si autem ex aliqua causa rationabili, de quibus infra præcipue in casu in quo si legislator adesset non decerneret esse seruandum, talis transgressio non constituit peccatum mortale, & inde est q̄ non oēs

qui non seruunt ieiunia peccant mortaliter, & sic ieiunia ecclesie sunt in concilio episcoporum statuta, & consuetudine vniuersalis ecclesie roborata, determinatio igitur talis abstinentie secundum determinationem ieiunij, & determinata cibaria, ad ius positium pertinet, quod moderatur hominum actus, & hoc modo ieiunium sub præcepto ecclesie cadit, & qui ex contemptu, uel sine aliqua rationabili causa, talem ordinationem non seruauit, est transgressor præcepti. Aliquando est sine omni peccato; aliquando sine mortali cum veniali; aliquando et cum mortali, & hoc secundum diuersas occasiones quibus homo inducitur ad ieiunium transgrediendum, hæc secundum S. Th. quibus concordat Pa. in d. Rubrica. in si. ubi dicit, quidam dicit, q̄ transgrediens præceptum de ieiunio solum ex contemptu peccat mortaliter, sed hoc est falsum secundum Arc. in d. c. vtinam. sed qui sine causa transgreditur peccat mortaliter. illi autem qui tenent contrarium decipiuntur credentes, q̄ lex non dicat per modum præcepti, sed hoc est falsum, cuius contrarium per eorum consuetudinem declaratur, facit d. c. vtinam, & c. ieiunia. de conse. di. 5. concor. D. Ar. El. dicens. q̄ si quis omitat ex negligentia, uel gula peccat mortaliter. Et Petr. de Pal. dicit, quod quando est transgressio sine causa rationabili, est mortale. Sed contra videtur esse S. Th. in d. ar. 3. primum, ubi ait, quod ieiunium absolute non est de necessitate præcepti, sed est necessitas præcepti unicuique tali remedio indigent. Et ad secundum dicit q̄ præcepta quæ per modum statuti communis proponuntur, non eodem modo obligant oēs, sed secundum q̄ requiritur ad finem quem legislator intendit. Sed non omnes indigent, &c. Contrarium est uerum, ut dictum est, quia finis non cadit sub præcepto, sed id quod statuitur faciendum quod est ordinatum ad finem. Et sic lex ieiunii data est omnibus non impeditis. unde & si ratio legis sit indigentia remedii: vis tamen coactiua eius est ad oēs non impeditos. quoniam hoc expedit ad communem eius finem qui est facere homines virtuosos, ad primum in contrarium dicitur q̄ quamuis ieiunium sit de genere uitium & sic non cadat sub præcepto nisi in ordine ad finem, datur tamen omnibus eo q̄ omnes indigent remedio uel curatio, uel præseruatio,

præseruatio. Ad secundum dicitur, q̄ legislator intendit ligare ratione finis in cōi non secundum particulares conditiones, præterea nō solum istæ sunt causæ sed multæ aliæ, ut dictū est supra in eo. §. maxime vt sic aliquando honoret Deum.

10 ¶ Nonō, ¶ sed nunquid toriens peccat mortaliter quotiens comedit in die ieiunij sine causa. Respond. D. Archie. Flo. 2. par. titu. 6. c. 2. §. 9. dicit q̄ Ioan. de Neap. in quod. tenet q̄ sic, quia videtur reduci ad præceptū negatiuum, sed sibi magis placet opinio Durandi in 4. q̄ non, nisi semel: nisi fortē comedens nouo cōtemptu mentis pluries comederet, quia tunc prima opinio esset uera, & est secunda opinio communior, aliter obligaretur ad impossibile: quia ex quo semel ieiunium fregit iam illud non potest amplius facere illo die, & ideo præceptum est sibi factum impossibile, grauius tamen est, quando pluries comedit, secus esset de ieiunio quadragesimæ, qui licet fregerit uno die potest tamen ieiunare, & tenetur altero die, & sic quot dies omittit in quadragesima, tot peccata mortaliter, quia contra præceptum ecclesiæ ratione ciborum. d. c. denique. d. 4. Not. tamen, quod ieiunium continet tres negationes, scilicet non uesci carnibus uel prohibitis, non comedere nisi semel in die, & non comedere ante horam consuetam, non tamen eodem modo se habent ad ieiunium. Nam duæ ultimæ cadunt sub præcepto ieiunij non nisi vt partes, prima autem cadit sub præcepto absolute durante tempore illo, puta quadragesimæ, quatuor temporum, & uigiliæ. Et præterea quotiens quis comedit carnes uel alia prohibita toriens de nouo peccat mortaliter iuxta regulam præceptorum negatiuorum, non sic autem quando cōmestiones multiplicantur, quia non cadit sub præcepto ecclesiæ non multiplicare cōmestiones absolute, sed ut requiritur ad ieiunium. Ex quo autē negatio cōmestionis non potest amplius pro illo die esse conditio ieiunij, quia iam ieiunij solutum est, sequitur q̄ nō cadat amplius sub præcepto ieiunij.

Non sic autē esse patet de negatione vsus carniū uel prohibitorū, quia absolute, & non solum ut conditio ieiunij cadit sub præcepto illius tēporis, unde & diebus dominicis quadragesimæ uiget præceptū. Eodē modo dī de tertia. Et per hæc patet cōis opinio, & ueritas eius, pro ut supra dictū est. Vide uer. horæ canonice. §. 18. & infra uer. Iudis. §. 5. vna. n. dies habet suam obligationem particularem, & diuisam ab aliis, sicut una hora officij, quod non est de una cōmestione in uno die, uel de uno psal. in una hora. uide uer. uorum 3. §. 8.

11 ¶ Decimo, ¶ In quibus diebus sit ieiunandum de præcepto. Respond. secundū Pau. post Inno. in d. rubr. q̄ primò ieiunandum est per totam quadragesimam exceptis dominicis diebus, ut in cap. quadragesima. de conse. dist. 5. ubi dicitur, q̄ summa obseruatione est ieiunanda, & incipit in quarta feria quæ præcedit primam dominicam quadragesimæ, quo ad seculares. d. cap. quadragesima. quo autem ad clericos incipit secunda feria post dominicam quinquagesimæ. vt in ca. denique. dist. 4. sed communiter tenetur, quod est consilium non præceptum, eodem modo dicendum de religiosis, nisi secundum suum ordinem haberēt præceptum de hoc. Adde de quadragesima. cap. solent. Secundò quatuor tempora, de quibus in multis cap. 76. dist. & maxime in c. statuimus. vt quatuor tempora anni ab omnibus hominibus eū ieiunio obseruentur. prima tēpora cadūt in quadragesima. s. quarta feria, & sexta & sabbato post primam dominicam quadragesimæ: secunda cadūt, quarta, & sexta feria, & sabbato post pentecostē: tertia cadunt quarta, & sexta feria, & sabbato post exaltationem sanctæ Crucis: vltima cadunt quarta, & sexta feria, & sabbato post festum sanctæ Lucie, ut patet in c. de ieiunio. dist. 76. unde uer.

Vult Crux, Lucia, Cinis, & Carismata dia.

Vt ieiunetur quarta sequens feria, est omnibus uigiliis Apostolorum præter Iacobi, & Filippi, quæ uenit tempore paschali, & beati Ioan. Euangelistæ quæ uenit infra octaua Natiuitatis Domini. c. 2. de obser. ieu. reliquæ uigiliæ Apostolorum ieiunandæ sunt, scilicet uigilia Petri, & Pauli, Iacobi, Bartholomæi, Matthiæ, Simonis, & Iudæ,

de Matthæi, Andree, & Thomæ: vigilia S. Bartholomæi: ieiunanda est quando festum sit s̄m consuetudinem. Pe. de Pal. dicit de vigiliis apostolorum Bartholomæi, & Iacobi, & Matthæi. quòd ubi est consuetudo ibi legantur, aliàs non, sed melius dicitur secundum D. Ar. Flo. & est magis consonum iuri, vt dicantur simpliciter de præcepto sicut communiter dicunt doc. de vigilia sancti Matthæi in bisexto, dic vt supra ver. bissexus in prin. Quartò est ieiunandum in vigilia Assumptionis dominicæ nostræ c. 1. de obser. ie. Et scias secundum Pa. q̄ in iure nõ reperitur aliud festum eius quod habeat vigilia de præcepto. Nã hoc festum assumptionis est celebrius aliis festis, vt in c. n. de sen. excom. lib. 6. Fertur tamẽ, q̄ quidam papa oēs doming nostre festiuitatum uigilias posuit in præcepto. sed de hoc non habeo scripturam authenticam. hæc Pa. D. Ar. Flo. dicit, q̄ à quibusdam d̄f, quòd uigilia natiuitatis beatæ Mariæ sit posita in præcepto in quadam extrauagari. & dicit se uidisse extrauagantem Bonifacii, ubi instituit festum uisitationis beatæ Mariæ, & consulit uigiliam ieiunare sicut ieiunatur uigilia assumptionis, & natiuitatis beatæ Mariæ. Pet. verò de Pal. dicit non esse in præcepto assumptionis qui Pet. nõ uidit illam extrauagantẽ, eò quòd ipse Pet. prædecesserit. ipse in D. Ar. Flo. consuluit non esse præcipitandum, tamen uidetur ad hæretic, q̄ nõ sit de præcepto dicens, q̄ illa extrauagans non uir fuisse promulgata in populo, & hoc uidetur uerius & tenendũ. Quintò est ieiunandum in vigilia natiuitatis domini d. c. 1. Sextò uigilia omnium sanctorum, & sancti Laurentii, & S. Ioan. Baptista, secundum Iuno. & ex generali cõsuetudine, & secundum D. Ar. Flo. non tamẽ reperitur in iure quamuis Inn. hoc ponat. Pa. in Rubrica dicit, q̄ doc. non numerant aliàs uigilias ibidem ipse verò Panor. ad dit uigilias penitenciosas. de qua sunt dux glo. una Ioan. glo. in §. necessario 76. distin. Alia est Ber. in cap. 2. eod. ti. & eas dicit esse menti tenendas, eò quòd Gratianus in d. §. necessario, uidetur tenere contrarium hæc Pan. Et quamuis rex. non sit multum clari de hoc. tamen ut dicit gl. in d. §. necessario generalis cõsuetudo hoc declarat, & sic tenendum est esse in pcepto.

Item dubitatur de diebus rogationum p̄ rex. in c. rogationes. de conse. di. 3. sed secundum Pa. est seruanda cõsuetudo ut ibi. secundum D. Ar. Flo. rogationes, aduersus, de sextæ ferie per totum annum sunt de consilio. Et quamuis quidam dubitent de aduentu utrum sit in præcepto clericis & religiosis, tamen hoc communis est q̄ nõ sit de præcepto nisi fortè aliqui religiosi habeant in præcepto ex regula. Et no. s̄m Host. quem sequitur Pa. q̄ quamuis cõsuetudo non possit facere quin quilibet teneatur in uigiliis apostolorum, & in aliis solennibus ieiuniis, tamen in aliis est sequenda consuetudo intellige quãdo habet condiciones requisitas de quibus ver. consuetudo. §. 5. & sic in qualibet patria seruanda est secundum Hic. Quando uigilia aliquarum prædictarum uigiliarum uenit in dominica, debet die sabbati præcedentis celebrari. c. 1. & 2. e. ti. uide supra. §. 1.

12 ¶ Undecimò, ¶ Conueniẽtiam & rõnem istorum ieiuniorum ponit S. Tho. ubi supra dicit cõs. Ad duo ordinat ieiuniũ. scilicet ad electionem culpæ & eleuationem mentis in superna: adde tertium contra concupiscentiam supra §. 6. Et ideo illis temporibus specialiter fuerunt ieiunia indicenda in quibus oportebat hoĩes à peccato purgari, & mentem eleuari in Deotionẽ que quidẽ præcipuẽ imminẽt ante pascale solennitatẽ in qua culpæ per baptismũ relaxantur qui solenniter in uigilia pasche celebratur quia recolitur dominica sepultura, quia per baptismum cõsepelimus Christo, in mortẽ, vt d̄r Ro. 6. In festo ẽt pasche oportet maxime per deuotionẽ mentẽ hominis eleuari ad æternitatis gloriam quã Christus referendo incoaruit: & ideo immediatẽ ante solennitatẽ pascalem ecclesia statuit esse ieiunandũ, & eadẽ rõne in uigiliis præcipuarũ festiuitatũ in quibus preparari nos oportet ad festa futura deuoid celebranda. Similiter ẽt cõsuetudo ecclesiastica habet, vt in singulis quartis anni sacri ordines cõferantur Ieiunium signũ dñs quatuor milia hominum de septem panibus faciat, per quod significatur anni noui testamenti, vt Hic. dicit ibidem, ad quorum susceptionẽ oportet p̄ ieiunium preparari. Singula uerò ieiunia quatuor temporũ tribus diebus cõtinentur propter numerum mensum, qui conuenit

conuenit cuilibet tempori. Nec obseruat ecclesia ieiunia quatuor temporum eisdem temporibus quibus Iudei, nec etiã propter eandem causã: illi enim ieiunabant in Iulio qui est quartus mensis ab Aprili quem primum habent, quia tunc Moyses descendens de monte Synai tabulas legis confregit, & iuxta Ieremiam muri Ierusalem primò sunt rupti. In quinto autem mense qui apud nos uocatur Augustus cum propter exploratores seditio esse exorta in populo Iuxi in mòtem non ascendere, & in hoc mense Nabuchodonosor, & post à Tito templũ Ierosolimis est incensum. in 7. uerò qui appellatur October Godolias occisus est, & reliquã populũ discipate. In decimo uerò mense qui apud nos dicitur Ianuarius populus cũ Ezechiel in captiuitate positus audiuit templũ esse subuersum. Et nota hæc q̄ ieiunia ecclesiã sunt magis ieiunia abstinentiõis quã non conueniunt in diebus lætitiã, propter hoc non est ieiunium ab ecclesia institutum in tempore paschalis, nec etiam in diebus dominicis, in quibus si quilibet ieiunaret non malè faceret, nisi supersticiosè faceret, ut non crederet, per deuotionẽ festi utilitatẽ ieiunii recõpensare posse, un̄ Hono. 3. in quadam decretali dicit & die natalis sexta feria uenienti non sunt prohibendi qui propter deuotionem uoluerint ieiunare. eo. tit. c. fi. Vbi etiam dicitur quòd illi qui nec uoto nec regulari obseruantia sunt stricti in sexta feria si festum natiuitatis dominicæ die ipse uenire contigerit carnibus propter festi excellentiam uesci possunt. Sed queritur utrum prælati in illa religione, in qua secundum suas constitutiones non possunt comedere carnes puta in ordine prædicatorum, possint dispensare ut comedant carnes cum aliis in sexta feria non possent dispensare. Respon. credo q̄ sic, per dictum notabile Pa. in d. c. fi. ubi dicit quòd quando constitutio disponit id quod ius, & aliquid ultra, sublato iure cõi non tollitur constitutio, sicut hic non tollitur uotum uel constitutio concurrens cum iure communi & disponens aliquid ultra, ita dico in proposito per d. c. fi. tollitur ius commune, & remanet uotum, uel religio, sed in religione potest dispensare, igitur, ar. quia quando tex. in d. c. fi. exci-

pit religionem ab illa dispensatione qua dispensat quòd possunt comedi carnes in die natiuitatis nõ intendit plus in religio so obligationis dimittere quã haberent eo q̄ non appareat causa, sed in obligatione quam habebant prælatus poterat dispensare ergo potest, uide supra. §. 7. circa. fin. & uers. episcopus. §. 6. circa. medietim. Simile habes, infra. §. 16. ubi habes quòd professus in religione ante. 21. annum non tenetur ad ieiunia ecclesiã ratione præcepti ecclesiã quia ab eo remouetur tale præceptũ, teneatur tamen ad ieiunia regulã, & tunc prælatus potest dispensare, similiter dic de eo qui habet uotum non comedere oua. 6. feria. quòd ex dispensatione poterit comedere carnes & oua. utrum autem possit comedere carnes sine dispensatione, uideatur quòd non, quia abstinentia ouorum uidetur includere abstinentiam à carnibus, nisi forte quando emisit uotum aliter habuisset in intentione se non obligandi cum non teneatur aliter.

13. ¶ Duodecimò, ¶ Verum ieiunium possit transferri de vno die in aliũ. Rñ. secundum Pan. in d. rubrica post Iano. q̄ sic, existente causa. Nam uidemus quòd si festum sit in die lune ieiunatur in dominica, secundum transferentur in diem sabbati præcedentis, ut in cap. primo, eod. tit. ita dicendum pari ratione quòd si uigilia contingit in aliquo festo solenni, q̄ tunc uigilia propter uenerationem festi possit quò ad ieiunium explicari die præcedenti, & ponunt exemplum hoc in multis locis Franciã ubi tollitur festum S. Quintini quòd accidit in uigilia omnium sanctorum, non enim tunc ieiunant sed transferunt ieiunium in alium diem, & sic posset fieri in similibus, & placet Pa. ut fiat autoritate episcopi. ar. cap. 2. eod. Et sic de facto accidit. 1519. de mense Iunii, cum enim dies corporis Christi uenisset in uigilia S. Ioann. Bapti. vicarius episcopi cum toto clero ordinauerunt ut uigilia S. Ioan. Bapti. fieret in uigilia corporis Christi. Et ut intellexi idem ordinauit Leo papa decimus in toto orbe quando sic accidit.

14. ¶ Tertio decimò, ¶ sed nunquid ille qui non potuit ieiunare die quæ est de præcepto, teneatur alio die ieiunare? Rñ. Pa. 1. c. 1. eo. titu. dicit q̄ prima facie uerò q̄ sic. facit ille

illè tex. sed ipse tenet cōtrarium, sicut etiā si aliquis non dixit officii uno die nō tenetur dicere alio die. Secus esse quādo aliquis nouisset facere aliquid infra mensem, quia transacto mense iterum tenetur, quia ad duo tenebatur. scilicet faciendū. & faciendū in tpe, & remoto uno remanet aliud, sectus in proposito in c. per tuas. de uoto, eodem modo dicitur si uoueret dare elemosinam infra mensem quia transacto mense tenetur. Vide uer. horæ canonicæ. §. 17. uotum. 3. §. 7.

Not. tamen ad maiorem declarationem, quod aliquando uotum est principaliter de ieiunio, & secundario, & quasi per accidens determinatur ipsi talis diei sicut contingit in ieiuniis iniunctis a confessore, puta, quod singulis unius anni hebdomadibus ieiunet sexta. In his. n. principale est, quod ieiunet semel in hebdomada, & secundario tempus. Aut principaliter est de tempore propter celeberrimam deuotionem ut contingit in his qui uouent in die dominicæ nostræ per totum annum hoc est illo die quo celebratur, hic principaliter eligitur tempus propter deuotionem dominicæ nostræ. In primo casu, tenetur ad duo ex uoto. scilicet ieiunium, & tali die, & propterea si nō ieiunat tali die si tunc nō soluit tenetur post. In 2. aut casu si non ieiunat illo die nō tenetur alio die ieiunare sed penitentiam agere de nō seruato uoto, si in culpa fuit, quia onus temporis erat ieiunium sicut sunt omnia ieiunia statuta ab ecclesia, sunt. n. onera tantum illorum dierum, sicut horæ canonicæ.

15 § Decimoquarto, quod utrum in ieiuniis possit dispensari. Re. fm Pa. in d. rub. post Inn. quod in ieiuniis indictis per ecclesiam nō potest aliquis dispensare præter Papam, nisi causa sit in debente ieiunare, ex causa. n. potest episcopus dispensare, & talia ieiunia in aliud commutare, & causa satis sufficiens est debilitas personæ siue proueniat ex defectu naturæ siue exercitio exteriori, exemplum in agri messoribus, & in aliis artificibus qui ex diurno, & longo labore debilitantur ita quod commodè tollere non possent, licet enim sit istis commutatio. ar. in ca. presbyter. 82. dist. in fi. nec intelligas, quod propria auctoritate quis possit sibi hoc ieiunium commutare. ar. ca. secundo. eo. tit. in fi. In ieiuniis autem ad quæ quis se obli-

guit ex uoto potest episcopus dispensare etiam sine causa existente in uouente dum modo fiat in melius. ca. 1. de uoto. hæc Pa. In ieiuniis autem impositis per penitentiam potest fieri commutatio per superiorem, uel per æqualem confessorem. Et nota quod quando causa rationabilis est nota non indiget alia dispensatione, si uerò non est nota, potest sibi declarari, uel per episcopum uel per proprium parochialem, uel per proprium confessorem, uel per alium qui habeat notitiam iuris, uel per medicum, ista enim non est dispensatio quia solus Papa ut dictum est dispensat in ieiuniis ecclesiæ. sed est declaratio, quod non tenetur, secundum intentionem iuris, & sic intellige præcedentia & sequentem, & sic non uidetur proprie dispensatio, sed declaratio. unde S. Thom. 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. quod. 2. dicit, quod legislator tradit legem secundum id quod communiter accidit reseruans iudicium aliquibus qui hoc habeant diffinitè in illis casibus in quibus modus determinatus per legem non competit, & hæc est dispensatio prælati commissa in huiusmodi præceptis. unde nota quod declarationem facere potest quilibet doctor ubi non requiritur dispensatio, sed declaratio, ubi autem requiritur dispensatio puta, quia non est elatum per se nec potest determinatè cognosci per sapientes, utrum sit contra intentionem legis, & tunc requirit dispensationem, & non sufficit declaratio, & tunc secundum Pa. post Hosti. & S. Tho. si eadem causa rationabilis episcopus potest, si uerò non adest cā solus Papa dispensat in ieiuniis ecclesiæ. uide infr. §. 22.

16 § Decimoquinto, quod qui sunt illi qui tenent ad ieiunium. Res. ubi sup. quod statuta cōtra proponunt fm, quod multitudini cōueniunt, & iō legislator attendit in eis statuendis id quod cōter hñ, & accidit. Si quid autem ex spali cā in aliquo inueniat quod obseruantia statuti repugnet non intendit talē legislator ad statuti obseruantiam obligare, in quo tamen est discretio adhibenda. Nā si causa sit euidentis per seipsum licet potest homo statuti obseruantiam præterire præsertim cōsuetudine interueniente, uel si non possit de facili ad superiorem recurrere, si causa sit dubia etiam non possit declarari, per illos dictos in præcedenti. §. debet recursum habere

habere ad illum qui potest dispensare, & forte tunc episcopus potest dispensare, ut dictum est in §. precedenti, de habete causam, & sic cessante impedimento de quo infra quilibet tenetur. hæc S. Th. Et sic cōcludit Innoc. q̄ omnes tenentur qui sunt sanæ mentis, doli capaces, & potentes ad ieiunandum, cum peccare possint, & peccata deffere debent. ut in c. 1. de deli. pue. & etiam iusti qui non habent peccatum, quia indigent conseruatione, & si quis dicat, q̄ non habet rebellionem carnis ergo non tenetur uide supra. §. 6.

17 ¶ Decimosexto, ¶ utrum pueri teneantur. Resp̄. ubi supra, q̄ in pueris maximè est euidentis causa non ieiunandi tum propter debilitatem nature, ex quo prouenit q̄ indigent frequenti cibo, & non multo simul adump̄o, t̄i ratione augmenti, quod sit de residuo alimenti, & ideo quamdiu sunt in statu augmenti, quod est us in plurimū usque ad finem tertii septennii, non tenentur ad ecclesiastica ieiunia, conueniens tamen est ut etiam in hoc tempore se ad ieiunandum exerceant plus, uel minus s̄m modū suæ ætatis. hæc S. Tho. con. Pan. in cub. Sed quid dicemus de religiosis infra talem ætatem. Resp̄. q̄ siue sint professi siue non, non tenentur ad ieiunia ecclesiæ. si uerò non sunt professi non tenentur et ad ieiunia regulæ. s. de præcepto, si uerò sunt professi, tenentur ad illa ieiunia, quæ sunt secundum regulam, uel ordinationes sicut, & alii. Nec est inconueniens ut possint se obligare ante illam ætatem, quia secundum S. Tho. propter aliquam causam possunt se obligare, puta propter magnam tristitiam, & teneri ad ieiunium ut patet Ioelis. 1. ubi dicitur. Sãctificate ieiunium, & sequitur. Cōgregate paruulos. Sic igitur ante illud tempus. s. ante duodecimum annum possunt obligari, si igitur ex voto religionis se obligant teneri obligatio secundum dispositionem regulæ: u. s. prælati posit in eis dispensare sicut in aliis ieiuniis regulæ supra. §. 1. circa fi.

18 ¶ Decimosextimo, ¶ quid de senibus. Resp̄. nullum tempus determinatum est ab aliquo usque ad quorannos quis teneatur ieiunare, in nimum autem senibus, secus uideatur secundum Ricar. in 4. r. 5. di. ubi dicit, q̄ nimum senes nō tenentur ad ieiunium

quia in eis uirtus, & calor est debilis, & ideo sæpius alitudo. Nimum autem senes dicuntur decrepiti, & secūdum medicos regulariter hoc est à 70. & ultra, & secundum glo. in proœ. 6. à 70. annis ultra non dicitur esse, quis in senectute, sed in senio quod est aliarū ætatū terminus, ad hoc facit. l. 2. §. si fi. de cur. Vbi maior. 70. annis excusatur quò ad excusationē munerū personalium, ergo à simili excusabitur à ieiunio quod est magnū onus personale. Inn. vñ dicit, q̄ idē iudicium est de senibus, & de infirmis, & debilibus. Idē dicit astensis, & quando non teneantur standum est arbitrio boni viri. secundum. D. Arch. Flo. nisi senes sint multum debiles tenentur, nec excusantur ratione senectutis tantum, nec est determinata ætas placet mihi præcedens, scilicet ad arbitrium boni viri.

19 ¶ Decimosexto, ¶ utrum peregrini uel operarii teneantur. Resp̄. s̄m S. Th. 2. 2. ubi supra, q̄ circa peregrinos, & operarios distinguendū est, quia si peregrinatio, & operis labor cōmodè differri possit, aut dimitti absque detrimento corporalis salutis, & exterioris status qui requiritur ad conseruationem corporalis, & spiritualis uitæ, nō sunt propter hoc ecclesiæ ieiunia prætermittenda. Si autē imminet necessitas statim peregrinandi, & magnas dietas faciendi uel etiam multum laborandi, uel propter conseruationem uitæ corporalis, uel propter aliquod necessarium ad uitam spirituale, & simul cum huiusmodi non possunt ecclesiæ ieiunia obseruare, tunc non obligantur ad ieiuniū, quia non uideatur fuisse intentio ecclesiæ ut per hoc impediret alias pias causas, & magis necessarias, & uideatur in talibus recurrēdum esse ad superiorum dispensationem, nisi forte ubi ita est consuetum quia ex hoc appo, quòd prælati dissimulant uidentur annuere. hæc S. Tho. & in 4. ait idem. Sine labore uitæ sine ægritudine imminente siue quocunq; cum quo simul, & ieiunio, proprius status corporalis, uel spiritualis conseruari non potest, non tenetur ex præcepto ieiunare. Si enim operarii ieiunando possunt competenter victum pro persona sua habere, & pro familia cuius cura eis incumbit tenentur alias non. hæc ille. Et qui conduceret operarios cum ista conditione, quòd non ieiunent

nent secundum Ric. non excusantur a peccato, nisi forte causa rationabilis, & necessaria vigeret. Quidam dicunt, quod Euge. 4. 1404. indulget, quod artifices laboriosa opera exercentes, & rustici siue sint diuites siue pauperes non tenentur ad ieiunium sub precepto, & quod absolui possunt, & quod inducatur ad alias elemosinas, & bona opera. Ex his habes quid dicendum de predicatoribus maxime facientibus fructum, quod si non possunt simul ieiunare, & predicare quod non tenentur. Et similiter dicit de quacunque alia operatione bona, necessaria ad vitam spiritualem, puta obedientia prelati, audientia confessionum, & huiusmodi, quidam addunt de peregrinatione ex deuotione. all. S. Th. & Assensum sed de hoc ego dubito. nec S. Th. facit pro eo, loquitur. n. de operatione spirituali siue pia causa necessaria, secus est de peregrinatione ex deuotione, nisi forte sequeretur aliquid maius bonum: vel loquitur rex. in c. non mediocriter de consec. dist. 5. & S. Th. Fortè postquam aggressi sunt iter, & sunt in via, quod possent excusari.

20 ¶ Decimonono, tractatur de pauperibus. Res. fm S. T. quod pauperes qui pat. sufficienter hanc quod eis ad vnam comestionem sufficienti non excusantur pro paupertate a ieiuniis ecclesie a quibus tamen excusari videtur illi, qui frustrant elemosinas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat, vel etiam, quoniam ex precedenti inedia tantum debilitati sunt, quod ieiunium sufferre non possunt, nec aliquis tenetur mendicare, quando non est solitus ut possit ieiunare. Videtur et excusari illi qui non habent preparantes prandium ut commode possint ieiunare, nec etiam ipsi possunt preparare. hanc secundum. D. Ar. Flo.

21 ¶ Vigesimo, tractatur quid de mulieribus maritatis. Res. fm Pa. in d. rub. quod doc. dicit, quod ieiunia voluntaria non debent explere sine licentia maritorum. 33. q. 4. c. noluit, & c. manifestum, sed ad ieiunia necessaria, & indicta ab ecclesia obligantur, nec excusantur maritorum contradictio, quia magis est obediendum Deo, & vicario eius, quam maritis iniuste precipientibus. 11. q. 3. ca. Iulianus, & cap. dominus, & c. qui testitur, nisi orietur scandalum inter eas, & maritum. Tunc. n. salte est licentia proprii sacerdo-

Secunda pars

tis poterunt ieiunia dimittere, pro hoc facit, qui preceptum positum ecclesie non obligat aliquod est scandalum, in c. 2. de no. oper. nun. & in c. nihil cum scandalo, de presc. & in c. cum teneamur, de presc. hanc Pan. Et diceretur oriri scandalum, quando mariti propter hoc procederent ad verbera, vel blasphemias, & similibus. Pe. de pal. dicit, quod in scandalum farisiorum, & quod non faciliter debent dimittere nisi ad aliam causa. Nec est Pet. contra Pan. in eo, quod dicit, quod non debet faciliter dimittere, non enim faciliter dimittit, qui dimittit propter ea, quae dicta sunt vel similia.

¶ Quid de pregnantibus, Res. fm Ric. 4. dist. 15. quod non tenentur ad ieiunium duplici ratione: prima, quia debent accipere cibum non tantum pro se sed etiam pro nutrimento foetus. secunda quia pregnantes consueverunt hanc varia, & inordinata desideria ciborum diuersorum, & quoniam ita intensia, quod nisi possent aliquo modo appetitui satisfacere posset esse periculum periculationis foetus, & propter primam rationem laetantes etiam non tenentur ad ieiunium, & ubi praedicta maxime pregnantes de se vellent ieiunare per magnum tempus, puta per totam vel mediam quadragesimam prohibendae sunt con. Vueruanus, & fm D. Arc. Flo. quando essent fortes, quod non immineret aliquid praedictorum debent ieiunare, & tenentur. Not. fm D. Ar. Fl. quod qui excusantur a ieiunio propter aetatem vel aliam causam rationabilem, & potest uti cibis ieiunorum, & vitur cibis prohibitis sine necessitate, peccat mortaliter.

22 ¶ Vigesimo primo, tractatur de egrotantibus debilibus. Res. fm c. Ric. quod licet in eis aliquod abstinentia sit vtilis, tamen non tenentur ad ieiunium, quia in eis natura est debilis, & ideo si daret eis una vice totum quod est necessarium suae sustentationi, natura grauaretur, & si datur plurius, uicibus, natura confortatur. Vide aliquod de infirmis supra. §. 18. Et de istis, & aliis causis quando sunt legitima, & sufficientes, standum est arbitrio boni viri. Pro quanta aegritudine possunt frangere si non est expressum standum iudicio medici, vel alterius in huiusmodi recte sentientis. Possunt etiam frangere de consilio medici ieiunium vel comedere carnes, peccarent tamen medici si

Sam. Tab. b non

non bene consulerent, scienter secundum.
D.Ar.Flo.

23 ¶ Vigesimo secundò, ¶ utrum ieiuniū factū in peccato mortali ualeat. Res. fm Alb. q non ualet ad uitā æternā. Valet tamē primò ad obedientiā mandati: ita q satisfacit præcepto, ut non peccet de nouo, siue teneatur ex mandato ecclesiæ siue à confesore. Item quia disponit ad castitatem, & ad alia bona. Item quia relinquit effectū post se puta macerationē carnis, quæ posset simul esse cum gratia sequenti, & tunc ualeret ad uitam æternam, intellige de illa quæ est præsens cum gratia secus de præterita.

24 ¶ Vigesimo tertio, ¶ quid si quis uouit in aliqua die, puta uigilia. S. Laurentii nō comedere panē postea uel ante uouit die ueneris uel sabbati non comedere nisi panē, & aquam, & accidit, q uigilia uenit in illa die ad qd uotū teneatur uel ad utrumque. Resp. distinguendo, q aut in uouēdo, secūdo non cogitauit de primo, & si cogitasset excepiisset, tunc tantum tenetur ad primū, aut cogitauit, & uoluit se ad utrumq; obligare, & tunc si potest debet utrumq; explere. ar. de spon. c. commissum. & c. si. quia quæ sine conditione uouentur, sine conditione soluuntur, aut non pōt utrūque adimplere, & tūc tenetur ad primū, & non ad secundum. c. si. de uoto, quia ad impossibile non potuit obligari, & in hoc casu licitum est commutare aliquod istorum per episcopum.

25 ¶ Vigesimo quarto, ¶ sed utrum ille qui uouit nō comedere carnes die mercurii possit comedere ferculum uel brodiū in quo coctæ sunt carnes die, q si inuoluendo cogitauit de eo, & uoluit se obligare ad hoc non poterit. Si uero non intēdebat potest, si uero non cogitauit, & si cogitasset non excepiisset tenetur, secus si excepiisset, ad hoc facit. c. quemadmodum de iur. iur. ubi iuramentum non fertur ad uerisimiliter non cogitata.

D E I E P T E .

1. *Septē quomodo uouendo peccauit.*

1. *Septē peccauit uouendo de quo dicitur Iudic. 11. uotum uouit domino di-*

cus, si tradideris filios amodo in manus meas quicunque primus egressus de foribus domus mee mihiq; occurrerit reuerenti in pace cum offeram holocaustū domino poterat enim sibi occurrere aliquod non immolabile sicut accidit quia occurrerit sibi propria filia, debebat enim uouere eum conditione. vnde Hier. ait. In uouendo fuit stultus, quia discretionem non habuit, & in reddendo impius. vnde etiā reddendo peccauit. Præmittit tamen ibidē, q factus est super eum spiritus domini, quia fides, & deuotio ipsius ex qua motus est ad uouendum, fuit à spiritu sancto propter quod ponitur in catalago sanctorum, ad Heb. 11. Et propter uictoriam quam obtinuit quia probabile est eum penituisse de facto iniquo, quod tamen aliquod bonum figurabat. hæc S. Tho. 2. 2. q. 88. 2. ad 2.

D E I E R A R C H I A .

1. *Ierarchia quid sit.*

1. *Ierarchia ¶ est facer principatus. In nomine autem principatus duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe, quia igitur vnus est princeps non solum omnium Angelorum sanctorum, sed etiam hominum, & totius rationalis creaturæ, quæ sacrorum participes esse potest: ideo vna est ierarchia secundum, quod August. dicit. 12. de ciuita. Dei, duas esse ciuitates hoc est societates, vna in Angelis bonis, & hominibus altera in malis. Sed si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe sic vnus principatus dicitur, secundum, quod multitudo, vno, & eodem modo potest gubernationem recipere, quæ uero non possunt eodem modo gubernari à principe sunt diuersi principatus, sicut sub vno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis reguntur legibus, & ministris. Manifestū est, q homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quam Angeli. Nā Angeli percipiunt eas in intelligibili puritate, homines uero suscipiunt eas sub sensibilibus similitudinibus. v. Dy. dicit. 1. c. cel. ier. & ideo oportet distingui humanam ierarchiam ab Angelica. Et per eundem*

dem modum in angelis tres ierarchiæ distinguuntur, & sic possumus dicere quòd est vna sola ierarchia. s. una ex parte principis, Dei scilicet, & omnium beatorum: possumus etiam dicere quòd dux sunt ierarchiæ, scilicet hominum iustorum, & angelorum, possumus etiam dicere quod sunt tres ierarchiæ angelorum.

DE IEREMIA, ET MOISE.

1 *Jeremias & Moise digni erāt officio ad quod diuinitus eligebantur ex diuina gratia.*

1 **I**eremias & Moyses † digni erāt officio ad quod diuinitus eligebantur ex diuina gratia. Exod. 3. & Ieremiæ primo sed ipsi considerantes propriæ infirmitatis insufficienciam recubabant, non tamē pertinaciter ne in superbiam laberentur. hæc Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 133. ar. primo ad 3.

DE IERONYMO.

1 *Ieronimus punitus fuit de studio Ciceronis.*

1 **I**eronimus † fuit punitus de studio Ciceronis, quia contemnebat profetas sanctos, tantum enim delectabatur in ornatu verborum Tullii, quod displicebat ei inculcus sermo profetarum, ut ipse dicit, sicut etiam accidit illis qui tantum adherent rationibus humanis, quòd à fide discedunt, & eam impugnant. hæc S. Thom. 3. dist. 35. q. 2. ar. 3. quodl. 3.

DE IERUSALEM.

1 *Ierusalem erat locus à Deo electus ad sacrificia sibi offerrenda.*

1 **I**erusalem fuit locus à Deo electus ad sacrificia sibi offerenda, quæ quidē figura lia sacrificia figurabāt Christi passionē, quod est verū sacrificiū, Em illud ad Esel. 5. Tradidit semetipsum hostiā & oblationē in odore suauitatis. vnde Beda dicit in quadā homelia, quod appropinquāte hora passionis voluit loco passionis, appropinquare. Ierusalē quòd puenit ante quinque dies passæ, sicut agnus paschalis ante sex dies pas-

scæ, sed quia virtus passionis eius ad totum mundum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis, idest Ierusalem pati uoluit. unde dicitur in psal. in medio terræ operatus est salutem, idest in Ierusalem qui dicitur esse umbilicus. hæc S. Tho. 3. q. 46. ar. 10. ad 1. & significat ecclesiā præsentem, vel cœlestem.

DE IESU.

1 *Iesu quid significet.*

1 **I**esu † significat naturam humanā, sed Christus diuinam & humanam, & conueniēter inpositum est Christo in sua circumcissione, quia ipsi munus gratiæ collatum fuit, ut per ipsum omnes saluentur: ideo conueniēter vocatum est nomen Iesu, idest saluator, angelo hoc nomen pronunciante, non solum matri, sed etiam Iosef, qui erat futurus nutritius, & fuit sibi proprium simpliciter, idest esse saluatorem vniuersalem omnium. hæc Sanct. Thom. in 3. parte, quæstio. 16. articulo 5. & q. 37. ar. 2. Quanto tempore vixit vel prædicauit. vide ver. prædicare. §. fi.

DE IGNORANTIA.

- 1 *Ignorantia multis modis dicitur.*
- 2 *Ignorantia dupliciter accipitur.*
- 3 *Ignorantia effectata non excusat à quacunque pena, neque minuit peccatum,*
- 4 *Ignorantes utrum lex vel statutum assiciat.*
- 5 *Ignorantiæ probatio utrum admittatur post duos menses.*

1 **I**gnorantia † multis modis dicitur, & accipitur, & diuiditur multis modis, & aliquibus modis sumpta, est peccatū, aliquibus vero nō. Potest igitur primò distinguī ex parte ipsius ignorantis, quæ quædam est inuincibilis, scilicet quæ studio nostro expelli nō potest, sicut ignorantia futurorū contingentium: & ista nullo modo potest dici peccatum. Alia est uincibilis, idest quia in potestate nostra est illam ignorantiam expellere acquirendo scientiam contrariam: & ista est etiam duplex, quia quædam est in potestate nostra secundum se, sicut qui ignorat aliquod præceptum quod statim scire potest

rat aliquod præceptum quod statim scire potest. Alia est in potestate nostra per suam causam, scilicet quia possumus remouere causam illius ignorantie pura ebrius nescit se peccare cuius causam .i. ebrietatem poterat remouere. Secundò distinguitur ignorantia ex parte scibilis. Quædam .n. est ignorantia eius quod quis scire tenetur quæ est peccatū, vt infra, & hæc s̄m Philosophum d̄r ignorantia vniuersalis, & s̄m iuris peritos ignorantia iuris. Et hæc varia tur, quia quidam tenentur scire aliqua quæ alii non tenentur, ut in locis in si. huius c. alleg. Quædam est ignorantia eorum quæ quis non tenetur scire, & hæc est ignorantia particularium circumstantiarū in actu, quā Philosophus vocat ignorantiam particularem, in iure uerò dicitur ignorantia facti. Tertio diuiditur diuisione quæ sumit in ordine ad actum. Quædam enim ignorantia est quæ est, causas actus, qui si sciret non faceret, puta quis credit se interficere inimicum, & interficit patrem, quæ si cognosceret nō interficeret cuius signum est pœnitudo, quāprimū enim cognoscit pœnitet: ideo est causa ipsius actus, & dicitur per ignorantiam peccare. Tollit enim scientiam quæ prohiberet actum peccati. Quædam est ignorantia, quæ non est causa actus, sed per accidēs se habet ad actum, & secundum hanc, vt Philosophus dicit in 4. Ethicorum. non dicitur aliquis per ignorantiam peccare sed ignorans peccat. vnde talis nō pœnitet, vt si aliquis crederet accedere ad vnā mulierem, accederet ad aliam, ad quam tamen accederet si eam non ignoraret. Alia est ignorantia quæ quodammodo affectum peccati consequitur, vt quando ex concupiscentia peccati quam voluntas non reprimat absorbetur iudicium rationis in particulari, secundum q̄ dicitur in 6. Eric. quòd delectatio corrumpit examinationem prudentie, & hæc est ignorantia electionis secundum quā omnis malus vel peccans dicitur ignorans.

1. Primo, ¶ prosequendo præcedentem. §. distinguitur ignorantia ratione significationis. i. per quid nominis. Nam ignorantia accipitur dupliciter, vno modo communiter s̄m quòd dicit negationem scientie, & sic d̄r nescientia. s̄. qm̄ nō habet scientiam alicuius, siue sit aptus natus habere,

siue non: & ista ignorantia, siue nescientia nullum defectum punit, & istam ponit Dionysius in sexto capitulo cœlestis Ierarchie, etiam in Angelis, & solus Deus caret ista, qui scit omnia. Alio modo sumitur ignorantia propriè pro ut habet rationem priuationis, scilicet quando caret scientia quam est aptus natus habere, & deberet habere, si esset completum secundum naturam, & est duplex. Nā quædam est cum habitu contrario veræ scientie, sicut ille qui habet cognitionē falsam, alia dicitur ignorantia praua dispositionis, quæ potest esse peccatum, & sine peccato, ut infra patebit. Si autē huic addatur actualis sententia falsæ conclusionis, tunc dicitur error, quid si sit circa illa quæ sunt fidei cum pertinacia erit hæresis. Alia est ignorantia eorum quæ deberet habere sine habitu contrario, & hæc est duplex, vt quædam, scilicet cuius scientiam non tenetur habere, ut est scientia theorematum geometrie, & contingentia particularia, nisi in casu. Alia est ignorantia illius scientie vel cognitionis quam quis tenetur habere. s̄. sine quorum scientia non potest debitum actum recte exercere. vnde omnes tenentur scire communiter quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta, etiam singuli ea quæ ad eorum statum spectant: & ista siue sit cum errore contrario siue non, semper est cum peccato propter negligentiam. Ille enim qui tenetur habere, vel facere aliquid si non facit, vel non querit ex negligentia peccat peccato omissionis. Non oportet quòd continè peccet quando caret illa scientia, sed sicut in aliis peccatis omissionis solum illo tempore homo actu peccat pro quo tempore præceptum affirmatiuum obligat: ita est, & de peccato ignorantie, tunc enim peccat quando tempus est, pro quo obligatur ad acquirendam scientiam quam habere tenetur, puta si aliquis ignoraret, vtrum vigilia Sancti Laurentij sit de præcepto, & nunc intelligit, quòd aliquis prædicator hoc declarat, tenetur ire ad prædicationem, aliter peccat, & quādo errabit in hoc non erit excusatus, sed peccat. Et notandum, quòd ignorantia quæ est causa peccati, excusatur à toto, vel à tanto. Illa autem quæ non est causa, s̄m q̄ dictū est in princ. sed concomittatur peccatum, vel sequitur

sequitur peccatū ut sit in oī peccato em q
 oīs peccans est ignorans, talis nō excusat.
 Pro cuius declaratione no. q non sp excu
 sat à toto & hoc p̄t esse ex duobus. 1. ex par
 te rei ignorata, in tantū. n. ignorantia excu
 sat à peccato inquantū ignoratur aliquid
 esse peccatū, p̄t autē esse q̄ aliquis ignoret
 quidē aliquā circumstantiā peccati quam si
 sciret retraheretur à peccando, siue illa cir
 cunstancia faciat ad rōnem peccati siue nō
 & tñ remanet aliqua scia in eo p̄ quā scit
 illud esse peccatū, puta si aliquis percutiēs
 aliquē sciat quidē esse hominē quod suffi
 cit ad rōnem peccati, non tñ scit eū esse pa
 trē, qd est circumstantia constituens nouā
 speciem peccati, uel forte nescit q̄ se defen
 dens repercutiat eū quod si sciret non per
 cuteret, quod nō pertinet ad rōnem pecca
 ti, uñ licet talis per ignorantia peccet, non
 tñ totaliter excusatur à peccato, q̄ adhuc
 ei remanet cognitio peccati. Alio mō p̄t cō
 tingere ex parte ipsius ignorantia, quia. s.
 ipsa ignorantia est uoluntaria, uel directē
 sicut cum aliquis studioso uult nescire ali
 qua ut liberius peccet, uel indirectē sicut
 cū aliquis pp laborem uel pp alias occupa
 tiones negligit addicere id per quod à pec
 cato retraheretur, talis. n. negligentia facit
 ipsam ignorantiam uoluntariam, & pecca
 tū dūmodo sit eorū quæ tenetur scire, & p̄t
 & ideo talis ignorantia non excusat totali
 ter à peccato. Si uerō sit talis ignorantia q̄
 oīno sit inuoluntaria siue q̄a est inuincibi
 lis, siue quia est eius quod quis scire non te
 netur, siue sit ignorantia particularis. i. fa
 cti, adhibita tñ debita diligentia cui nō ad
 miscetur rō culpa, talis ignorantia oīno ex
 cusat à peccato. Idē esset dicendū qñ aliq̄
 fecisset totū quod potuit in petendo consi
 liū & fuit sibi falsum cōsultū intellige qñ
 nullā rōnem culpæ habuit de re. iu. c. igno
 rantia. li. 6. & sic habes duas conclusiones
 prima. q̄ aliqui excusatur. 2. q̄ aliqui excusatur.
 3. conclusio ignorantia quæ totaliter exclu
 dit usum rōnis sicut i freneticis uel in dor
 mitione uel amentibus excusatur à toto dū
 modo non sit ex propria culpa sicut in e
 briis, de quo uerū. c. §. 7. 4. conclusio ignorā
 tia uniuersalis de qua in §. p̄cedenti excu
 sat à tanto non à toto ut in priori conclu
 sione. De ignorantia in quolibet genere ec
 clesiastico uide uer. clericus. 2. §. 1. 3. & 4. &

Secunda pars.

5. de ignorantia confessoris uer. confessio
 sacralis. §. 27. Quid teneatur credere & scire
 qlibet fidelis uer. credere. §. 1. & 3. Qñ
 statutū sinodale liget ignorantē, uer. excōi
 catio. 4. §. 1. & melius uer. excommunicatio.
 7. post ultimum casum. hic habes quō
 ignorantia excusatur in oī excōicatione. Quæ
 ignorantia excusatur ab obseruatione interdi
 cti uer. interdictū. 3. §. 1. Quō simplices ha
 bentes dubitationes circa subtilitates fidei
 excusent uer. fides. §. 6. & uer. credere. §. 2.
 ¶ Secundo, ignorantia affectata non excu
 sat à quacunq; pena neq; minuit peccatū,
 quia non minuit uoluntariū, sed auget,
 ideo aggravat peccatum, ex intentione. n.
 uoluntatis ad peccandū prouenit ut aliq̄
 uelit subire ignorantia damnum pp liber
 tatē peccandi. Ignorantia crassa & supina
 non excusatur à p̄enis iuris. quīs possit ale
 uiare. Quid autē sit, uide in c. z. de consti. li.
- 4 ¶ Terriò, ¶ notandū secundū Rai. pro intelligentia prædictorū, qd ad hoc ut aliquis dicatur errare in persona, oportet qd per uisum auditum, uel famam, habeat aliquam notitiam illius personæ absente, quā credit illam præsentē, quia in ignorantia peccatis, nec affectū, nec cōsensum dirigere possumus, unde si nullam notitiam habeat mulier de persona absente, non errat in eam, sed decipitur in præsentē, uerbi gratia, si aliquis Anglicus rusticus ueniat ad aliquā mulierem nobilem dicens se esse filium regis Angliæ, & illa contrahat cum eo credens eum filium regis, non impedit matri. quia non facit error personæ, sed potius qualitatis, hoc exemplum non uidetur placere Ho. quia cum ubique habeatur notitia regis Angliæ, sed per famam, uidetur qd hic sit error personæ, nec in præsentem personam filii regis consentire ut, unde intelligendum, quando non exprimit aliquam certam locutionem per quam habeatur notitia regis Angliæ, uel patris, uel matris, uel alterius determinationis per quam aliquo modo cognoscatur filius, uia dicit se esse filium regis, uel magni comitis in genere, uel si specificat nō uenit aliquo modo in cognitionē illius personæ, similiter secundū Rai. si seit aliquē habere multos filios, & uenit uenit dicens se esse primogenitū, & sic amore hereditati cōsērit, nō est error personæ, sed fortunæ. Et hæc omnia dicit breuiter. S. T. ut recitatū est supra in 1. §. 1. si ubi dicit qd si cōsensus feratur in illā personā directē erit error de nobilitate qd nō impedit, si autē directē intendit cōsērire in filiū regis quicumque sit ille, tunc si alius præsentetur ei, quā filius regis, est error personæ, & non impedit, unde si directē intendit suum cōsensum in hanc personam dirigere, in quo cunque alio decipiatur, non est error personæ, si uerò in aliam directē intendat erit

Secunda pars

error personæ, uide in primo §. in fin.

- 5 ¶ Quarto, ¶ sed quid esset dicēdū ad casum qui accidit Mutinæ tpe quo hæc scriberet Bononiæ. f. 1513. de quo sui interrogatus uidelicet. Erat quidā hñs duas filias quarū prima non erat multū sana neq; pulchra, secundā uerò erat pulchra & sana, quidā uerò iuuenis uidens hanc secundā dixit patri, qd illā acciperet in uxore, pater respondit, qd nō erat cōsuetudo ut secundā prius nuptiū tradatur ante primā, & qd si uolebat primā qd æque bona erat sibi eā traderet. Ille iuuenis qui nunquā uiderat primā misit quendam amicū suum ut uideret eā, cui amico ostenderunt secundā recitens illā esse primā. Ille uerò amicus dicit illi iuueni, qd esset pulchra, & fortis, & bona pro eo. Venit igitur iste iuuenis ad domū istarū, & præsentauerunt sibi primam, eū qua cōtraxit per uerba de præsentē credens, qd esset illa quæ fuerat ostensa amico suo, cognita autē deceptione noluit dimittere eā, allegando, qd fuisset error personæ. Respondi qd matrimonio teneret, & non fuit error personæ, sed qualitatis. mouebat, quia cōsensu suo non potuit esse in secundam ex quo dixerat sibi pater, qd uolebat tradere secundam: & ex consequenti non est uerisimile ut dirigeret cōsensum suum in secundam, uideret igitur qd dirigeret cōsensum suum in illam quæ fuit sibi præsentata, eo qd non cognoscebat aliam nisi primam uel secundam, nec erat alia in quam posset dirigere cōsensum suū, cōsensit igitur in istam præsentatam. f. primam cum isto. f. quod credebat illā esse quæ fuerat ostensa amico suo: & sic erat error in qualitate, si autem nunquam fuisset sibi d. ctum qd uolebant dare secundam: & determinasset cōsensum suū in illam quæ fuit ostensa amico suo omni no fuisset casus ualde dubius, & uideretur error personæ. Mouebat et quia in dubio iudicandum est pro matrimonio.

- 6 ¶ Quintò, ¶ sed quid si per multos annos detineatur isto errore personæ, & habeat filios? Respon. S. Tho. ubi supra dist. 30. ar. 2. ad octauum ar. dicens, qd quantuncunque fuerit cum ea nisi de nouo cōsentire uelit, non est matri. Sed quid si frater eius in quem credit consentire, offeratur ei, & cognoscatur ab eo. Respon. s. Tho. ubi supra immediate, ad nonum ar. dicens

Sum. Tab.

c qd

¶ si ante non consenserat in fratem eius, p̄t eū quē errōre accepit retinere, nec p̄t ad fratē eius redire præcipuē si fuit cognita carnaliter ab eo quem accepit, si at̄ consenserat in p̄imum per uerba de præfenti, nō p̄t secundum habere. 1. uiuente sed p̄t secū dū reliquerit & redire ad p̄imum, & ignorantia facti excusat peccatum, quia fraus alterius non debet sibi præiudicare.

7 ¶ Sexto, † de errore seruitutis, utū conditio seruitutis impedit matrimonium. Res. s̄m. s. Tho. 4. di. 36. ar. 1. q̄ in cōtractu matrimonii obligatur unus coniugū alteri ad debitū reddendū, & ideo si ille qui se obligat est impotens ad soluendū, ignorantia huius impositione in eo cui sit obligatio tollit cōtractū, & sicut p̄ impotentia cōiugū di sic aliquis impotens ad reddendū debitum, ut omnino non possit soluere, ita per seruitutem ubi liberē debitum soluere nō possit, & ideo sicut impotentia cōiugū ignorata soluit matrimonium non autem si sciat, ita conditio seruitutis ignorata matrimonium impedit non autem seruitutis scita, hæc S. T. quæ probatur immo determinatur per ecclesiam in c. 2. de coniug. ser. & hæc dec. est illa quam S. Th. alle. ibi in contra. Et sic patet q̄ istud impedimentum tenet ex statuto ecclesie, fundato in iure naturali. Nā ut ibidem dicit S. T. ad 1. & etiam not. in d. c. 2. seruitus contrahitur matrimonio quantum ad actum ad quem quis per matrimonium obligatur alteri, quem non potest libere exequi, & quantum ad bonum proli quæ peioris conditionis efficitur ex seruitute parentis, sed quia quilibet potest in eo quod sibi debetur sponte detrimentum aliquod subire, ideo si alter coniugum scit alterius seruitutem nihilominus matrimonium. 13. Similiter et quia in matrimonio est æqualis obligatio ex utraque parte ad debitum reddendum non potest aliquis requirere maiorē obligationē ex parte alterius quā ipse possit facere, & pp̄ hoc seruus, si contrahit cū ancilla quam credit liberam non propter hoc impedit matrimonium, & sic patet q̄ seruitus non impedit matrimonium nisi quā ignorata est ab alio coniuge, & ille est liberæ conditionis. Et ideo nihil prohibet inter seruos esse coniugia uel et̄ inter liberū & ancillā. hæc S. T. quæ omnia proban-

tur in d. c. 2. & maxime per Pa. cuius dicta recitata sunt supra in prin. uide ibi.

8 ¶ Septimo † quæritur, utrū seruus possit cōtrahere sine consensu dñi. Res. s̄m. s. Th. ubi supra immediate ar. 2. q̄ quāuis ius positiuū progrediatur à iure naturali, non tñ pōt illi præiudicare, & iō seruitus q̄ de iure positio nō pōt præiudicare illis q̄ sunt de iure naturali, sicut at̄ appetitus naturæ est ad operationē indiuidui, ita est ad cōseruationē sp̄i p̄ gnationē. vñ sicut seruus nō subdit dño quin liberē possit comedere, & dormire, & alia hmōi facere q̄ ad necessitate corporis p̄inent, sine quibus natura cōseruari nō pōt, ita non subditur ei quantum ad hoc q̄ nō possit liberē matrimonium cōtrahere, et̄ dño nesciente aut contradicente. hæc S. T. & ibidē ad 2. dicit q̄ et̄ si dñs p̄ciperet q̄ non contraheret. nō tenetur sibi in hoc obedire. hæc probantur p̄ determinationē ecclesie in c. 1. de coniu. ser. s̄m. at̄ leges ciuiles serui nō p̄nt contrahere, ut dicit Pa. 1. c. proposuit. c. 2. no. Sed nūquid priuabitur dñs seruitio serui, puta quā accideret, q̄ uxor debitū pereret, & dñs aliud p̄ciperet. Res. S. T. ubi supra ad 2. dicens, q̄ si seruus uolente dño cōtraxit, tñc dēt̄ prætermittere seruitiū dñi imperantis & reddere debitū uxori, quia p̄ hoc q̄ dñs cōcescit ut seruus matrim. contraheret, intelligitur cōcescisse omnia q̄ matrim. requirit. Si at̄ matrim. ignorate uel cōtradicente dño est cōtractū, non tenetur reddere debitū, sed potius obedire dño, si utrunq̄ simul esse nō p̄nt. sed tñ in his multa particula considerari debent sicut in omnibus humanis actibus, s̄ periculum castitatis imminens uxori, & impedimentum quod ex redditio ne debiti seruitio imperato generatur, & aliis hmōi quib. ritē pensatis iudicari poterit cui magis seruus obedire teneatur, hæc eadem habes per Pa. in d. c. 1. quasi ad litteram & adducit Hosti. & Do. Ant.

¶ Octauo, † Sed nūquid poterit dñs uendere seruum ad longinquas partes, ut uxor priuetur debito. Respond. secundū S. Th. ubi supra di. 36. ar. 5. ar. 2. ad 5. q̄ in tali casu dī, quod dñs cogendus est ne seruum uēdat taliter, quod faciat onera grauiora matrimonii, præcipuē cum non desit facultas ubicunque uendendi seruum suum iusto p̄xio. hæc sanc. Thom. quæ probantur

tantur in d.c. i. per Pa. in gl. si. in si. ubi sic ait. De hac materia uide per glo. in c. si. 29. q. 2. & distingue hic post Host. q. ut seruus contrahit cum serua, aut cum libera. i. casu aut maritus & uxor sunt serui diuersorum, aut unius. primo casu debet dominus ita uendere seruum ut uxori possit debitum reddere, & idem in effectu uult Inno. & sic sequuntur opinionem gl. si uero sunt unius, compellitur dominus aut ambos uendere, aut ita distrahere ut matrimonium non careat effectu, ar. in l. possessionem, alle. in gl. Si uero contraxit cum libera, aut scienter & tenetur libera sequi maritum, aut ignoranter & non tenet matrimonium, ut in c. sequenti, hæc ibi. Nec ualet si quis dicat. Seruus non potest intrare religionem, nec suscipere ordines sine consensu domini, ergo nec contrahere matrimonium, non ualet, quia ut dicit S. Th. ubi supra immediate, ad Quintum per religionem & ordinis susceptionem aliquis obligatur diuini obsequii quantum ad totum tempus, sed uir tenetur uxori debitum reddere non semper sed congruis temporibus, & ideo non est simile, & præterea ille qui intrat religionem & suscipit ordinem obligat se ad opera quæ sunt naturalibus superaddita in quibus dominus potestatem habet eius, & non in naturalibus ad quæ obligat per matrimonium, unde possit continentiam uouere sine consensu domini.

10 ¶ Non dicitur, si uerum homo liber uxoratus possit uendere seipsum, & uidetur quod non, quia libertas & matrimonium sunt fauorabilia. c. licet, de coniu. ser. ergo præponderant uenditioni. Respon. S. Th. ubi supra ar. 3. dicens quod uir subditur uxori solum in his quæ ad actum naturæ pertinent, in quibus sunt æquales ad quæ seruitutis subiectio non se extendit, & ideo uir, nolente uxore potest se alteri in seruum dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens potest ipsum dissoluere, nec uxori potest præiudicium generari, quin inuito domino possit debitum petere, & ille teneatur ad omnia quæ matrimonium requirit, nec potest ab his retrahi domini præcepto, nec illa uenditio est ita libera sicut si non esset uxoratus, nec est simile de uxore libera quæ non potest se

in seruitutem dare, sicut uir, quia uir est caput uxoris in gubernatione domus, & debet illâ corrigere, hæc S. Th. ibi ad tertium.

12 ¶ Decimo, si uerum filii sequantur conditionem patris uel matris. Respond. Sanctus Thom. ubi supra articulo. 4. dicens quod secundum leges ciuiles Instituitur, de iure per se. Partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter, quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substantiam corporis, seruitus autem corporalis est cum seruus sit quasi instrumentum domini in operando, & ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem, sed in his quæ pertinent ad dignitatem quæ est ex forma rei sequitur patrem, sicut in honoribus & municipiis, & hereditate, & aliis, & huic etiam concordant canones ut in c. licet. de coniug. seruo. & c. ultimo, de ser. non or. & c. unico. de na. ex li. ven. & lex Moy. ut patet Exo. 21. in quibusdam temporibus terris quæ iure ciuili non reguntur partus sequitur deteriorem conditionem, non tamen si post peractum matrimonium pater se in seruum dedit, nolente uxore, & similiter si sit de facto contra, si autem uterque sit seruilis conditionis, & pertineant ad diuersos dominos, tunc diuidant filios si plures sunt uel si sit unus tantum alter recompeusabit de precio, & accipiet prolem natam in sui seruitium, tamen non est credibile quod talis consuetudo possit esse ita rationalis sicut illud quod multorum sapientum diuturno studio determinatum est. Hoc etiam in naturalibus inuenitur quod receptum est in recipiente per modum recipientis, & quia honor est ex patre ut dictum est ideo genealogia textitur ex patre. hæc S. Thom. quæ omnia probantur in d. c. licet, per Pan. ibidem. Io. And. dicit quod per consuetudinem potest induci quod in hoc filius sequatur patrem, scilicet quo ad libertatem & secundum do. Ar. Flo. in Italia est consuetudo quod filii nati ex libero & ancilla sint patris, uide ver. filius. §. 10. & 11. & uer. seruus quasi per totum.

12 ¶ Undecimo, si quid quæ agitur de seruitute antequam sit detecta utrum teneatur reddere uel petere. Respon. S. Th. ubi supra dist. 63. in 2a, ubi Sciendum quod si antequam sit detecta seruitus uxoris de qua dubitatur petat debitum, si leui suspitione moueatur,

debet reddere debitum, nec ex hoc ei aliquod præiudicium generatur, si autem ex causa probabili dubitet, uel uehementer præsumat, aut certe cognoscat, non debet ei debitum reddere, & ecclesia præcipiente, quia uel sibi præiudicium faceret si eâ uxorio affectu cognosceret, aut aliâs fornicaretur. hæc S. T. Notandum tñ q̄ gl. in c. z. de coniug. ser. recitat unam opi. dicentem indifferenter, q̄ ad præceptum ecclesiæ debet reddere & præsupponit reddere affectu. Primò & sic non præiudicat sibi, nec peccat. Ipsa autem gl. in si. tenet q̄ debet reddere si sciat certè, recitat autem opinionè Tancre. dicentis formaliter sicut dicit S. T. quem sequitur Pan. ibidem, quam dicit esse Inn. Io. An. & multorum aliorum, quâ uis Ho. sequatur opinionem glo. Et sic patet, q̄ opinio S. Th. est opinio Inn. Io. An. Pa. & multorum aliorum, quæ uidetur uerior, & rationabilior. Notandum tamen q̄ Supplementum in uer. impedimentum 3. si erroris conditionis, ultima additione ubi Pis. recitat, & tenet hanc opi. S. T. dicit ista uerba. Salua reuerentia, nisi euidenter, & manifestè constet pp̄ probabilem impedimenti præsumptionem non debet denegare debitum. all. c. inquisitioni. de sen. exc. Sed salua sua reuerentia non bene pôderat istum tex. cap. 2. de coniu. ser. ubi dicit tex. q̄ si postquam audiuit ipsam esse ancillam cognouit eam, est matrimonium, hoc tñ uerbum audiuit non dicit scientiâ, sed probabilitatem, sic ergo si habet probabilitatem, & postea cognoscat, præiudicat, & fit matrimonium de nouo, ut dicit S. T. In illo aut̄ tex. in inquisitioni, facit solum mentionem de impedimento, quod fortè non erat simile huic, pura si fuisset consanguinitatis, tunc enim si reddere non confirmatur matrimonium, sicut fit hic, & excusatur à peccato pp̄ præceptum, unde debuit cogitare iste, qui fecit Supplementum. q̄ Inn. Io. An. Pa. & multi alii canonistæ excellentissimi uiderunt illū tex. imo Tancre. all. illū tex. in suis at. qui tenent opinionem S. T. & q̄ melius intellexerunt illum, quam ipse intelligat, & tñ tenet istam opi. sed loquitur more solito contra Pis. S. T. sed Ricar. Angelica. Rosella. qui sunt omnes fratres minores tenent opi. S. T. & sic uoluit etiam dicere contra suos, ut fortè sapiens appare-

ret, dñ etiam q̄ Ho. correxit, dictum suum.
 13 ¶ Duodecimò, sequitur Pa. in c. si. in ult. gl. utrum dñs tradens ancillam libero ignoranti teneat matrimonium. Res. q̄ sic post Gof. & eo ipso fit ancilla libera. Sed quid si liber contraxit ignoranter cum ancilla & illa durante ignorantia contraxit cum alio non ignorante cōditionem eius. Rñ. fm Guil. tenet secundum, quia primū fuit nullū. Sed quid si contraxit ignoranter cū ancilla, quâ dñs uiro ignorante postea manumisit, nunquid eo ipso est matrimonium. Rñ. fm Ho. nō: quia talis cohabitabat quidē mulieri, sed hoc ex primo consensu facit, qui cū fuerit erroneus non fuit effectus matrimonii. con. Tan. Gof. Inno. & Ber. Alii dñt contrariū eo q̄ ipsa manumisa statim est matrimonium, quia sublarū est impedimentū quorū in hanc gl. Ray. credit ueriores, credo primā opi. esse uerissimā, nisi adueniat nouus consensus post manumissionem, & scientiam, & eo tunc secunda est uera. Sed quid si libera ignoranter contraxit cum seruo, & postea ea sciente uult stare cum illo, sed ille non uult secum stare. Rñ. non est matrimonium, tñ deberet cogi, ut staret secū, nisi postea cū alio contraxisset. Sed quid si contraxit ignoranter cū ancilla, & postquā sciuit petit debitū. Rñ. si probabiliter sciuit, & exegit non p̄t separari. c. inquisitioni. de sen. exc. & c. 2. de coniu. ser. Si autem fuit leuis uel temeraria non præiudicat hæc intellige in foro contentioso, in conscia aut̄ consideraretur si intendebat de nouo consentire, uel si cognouit eâ amore maritali. Sed nūquid qñ liber accepit ancillā ignoranter p̄t eam dimittere propria auctoritate, cōperto q̄ sit ancilla. Ric. in 4. dicit q̄ non, si contraxit in facie ecclesiæ. Ho. tñ & quidam alii dicunt contrarium qñ seruitus sit notoria.
 14 ¶ Tertio decimò, ¶ sed quid de ascriptio siue otiginario quod idē est. si quidā homines, qui ita ascripti sunt terris collendis, q̄ non possunt à cultura recedere siue dñorū uoluntate, nec p̄t uendi, & dñr ascripti, q̄ deputati siue ascripti sunt ad culturā, & originarii, q̄ à sua origine tales sunt, uel de libertino. Rñ. Pan. in d. c. 2. q̄ non impedit m̄m. fm D. cōiter, q̄ nō est propriè seruitus, sed ad quædā opera tenetur. Vide de istis terminis. uer. colonus. p̄t.

DE IMPEDIMENTO
II. scilicet uoti.

- 1 *Votum an impediatur matrimonium contrahendum uel contractum.*
- 2 *Votum solemne quare dirimat contractum.*
- 3 *Matrimonium dirimitur si quis post susceptionem ordinis sacri contrahat.*
- 4 *Votum simplex quare non dirimat contractum quauis impediatur contrahendum.*
- 5 *Votum solemne quod impediatur etiam contractum, an sit de precepto ecclesie.*
- 6 *Si quis habeat uotum simplex & contrahat, cum intentione intrandi religionem, & postquam contraxit mutat uoluntatem, an peccet.*
- 7 *Matrimonium an teneatur si ambo contrahentes habeant uotum castitatis.*

1 **I**mpedimentum sibi uoti, ¶ utrum uotum impediatur matrimonium contractum uel contrahendum? Ad quod. Respon. q. antiquitus non erat clarum, ut patet per gl. Io. gl. 27. q. 1. c. 1. & Ber. ca. rursus. qui de. uel uo. hoc fuit determinatum, uel declaratum per Bonifacium VIII. in lib. 6. de uoto. ca. unico. ubi sic ait. Quod uotum debeat dici solemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos consulere uoluisti. Nos igitur attendentes q. uoti solennitas ex sola consuetudine ecclesie est inuenta, matrimonium uero uinculum ab ipso ecclesie capite rerum omnium conditore, ipso in paradiso & in statu innocentie insituate, unionem & indissolubilitatem accepit, presentem declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum uotum debere dici solemne quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnitatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, uel tacitam, factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. Reliqua uero uota, & si quandoque matrimonium impediatur contrahendum, & quantum manifestius sunt emissa tantum propter plurimum scandalum, & exemplum durior penitentia transgressoribus debeat, non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta, hæc ille, formaliter in text.

2 **P**rimo, ¶ quare uotum solemne dirimat contractum assignat. S. T. 4. di. 38. q. 1. ar. 3. quodl. 3. dicens. Omnes dicunt q. uotum solemne sicut impedit contrahendum ita

dirimit contractum, quidam autem assignant pro causa scadalum habet, cum sit quodammodo publicum, quandoq; & præterea indissolubilitas est de ueritate uitæ, q. nō est pp scandalum dimittenda, & ideo alii dicunt q. est pp statum ecclesie, sed hoc et non sufficit, quia sibi hoc ecclesia potest contrarium statuere, quod nō uideatur uerum, & ideo dicendum cum aliis, q. uotum solemne ex sui natura habet, q. dirimat matrimonium contractum, in quantum scilicet homo per ipsum amisit sui corporis potestatem, illud ad perpetuam continentiam actualiter tradens, & ideo nō potest ipsum tradere in potestatem uxoris matrimonium contrahendo, & quia matrimonium quod sequitur tale uotum nullum est, ideo uotum predictum dirimere dicitur matrimonium contractum, hæc ille. Et quauis uotum simplex quo ad deum dicitur non minus obligare q. solemne in his que ad deum spectant, sicut est separatio à Deo per peccatum, quia mortaliter peccat frangens uotum simplex, sicut solemne quauis grauius sit peccatum frangere solemne, ut sic comparatio in genere accipitur non determinata quantitate reatus, sed quantum ad matrimonium. per quod homo homini obligatur, non oportet q. sit obligatio æqualis, et in genere, quia ad quædam obligat uotum solemne & non simplex. hæc S. T. ubi supra ad primū & ad scdm dicit, q. iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio, quam uotum, sed uotum solemne plus obligat quantum ad modum obligandi, in quantum actualiter tradit hoc quod promittitur, q. non fit per iuramentum, neque per uotum simplex.

3 **S**ecundo ¶ non. q. si quis post susceptionem ordinis sacri contrahat matrimonium, dirimitur, ut in c. unico, de uoto. li. 6. & est excommunicatus ipso facto, ut in cle. eos. de consan. & af. si. Si uero contrahat post susceptionem minorum, non dirimitur, sed in officio non ministrat si est occidentalis, & beneficia non assequitur, & ideo ordo sacer impedit, & dirimit. Quomodo se habeat uotum adueniens post matrimonium contractum. uide uer. matrimonium. 1. §. 2. & seq. uide uer. excommunicatio 5. casu 49.

4 **T**ertio, ¶ quare uotum simplex nō dirimat contractum, quauis ipse dicat contrahendum, declarat S. T. ubi supra quodl. 2. dicens.

Sum. Tab. c 3 Per

Per hoc res aliqua definit esse in potestate alicuius p qd transit in dominiū alterius, promissio aut alicuius rei non transfert eā in dñum illius cui promittitur, & ideo nō ex hoc ipso q aliquis rē. promittit aliquā, definit esse in potestate sua, cū ergo in voto simplici nō fit nisi simplex promissio p prii corporis ad continentia deo seruandā, facta post votum simplex, adhuc remanet homo dñs sui corporis, & ideo potest ipsum dare alteri, scilicet vxori. In datione matrimonii sacramentum consistit, qd indissolubile est, & propter hoc uotum simplex, quamuis impediatur contrahendum, quia peccat matrimonium contrahendo post votum simplex continentia, tñ quia verus contractus est, nō potest per hoc matrimonium dirimi, hæc ille. Et in rab. ad primū ar. ait. Votum est fortius vinculum, quam matrimonium, quantum ad illud cui fit, & ad quod obligat, quia per matrimonium ligatur homo vxori ad redditionē debiti, sed per votum Deo ad continentia, tñ quantum ad modū ligandi matrimonium est fortius vinculum, quam votū simplex: quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestate vxoris, non aut p uotum simplex, vt dictum est, potior aut semper est conditio possidentis: sed quantum ad hoc, simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia, vnde propter votū simplex sunt sponsalia sequentia dirimenda, et cum iuramento. c. rursus. qui cle. vel vo. q. si primō iurauit, debet implere iuramentū, & tenetur intrare religionem, vt in ca. commissum. de spon. Quod autem dicitur in d. c. commissum, quod prius contrahat, & postea ingrediatur, est consilium secundum Pa. ibidem, nō præceptum. Quomodo uotum simplex, & sponsalia se habeant adinuicem, vide ver. sponsalia. s. 10. & aliquid ibidem. s. 9. in primo modo soluendi sponsalia. Et præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos non habet in quantum est præceptum, siue Dei, siue ecclesie, qd dirimat matrimonium contrahendum, sed in quantum facit, qd consanguinei corpus non possit transire in potestatem consanguinei; hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votum simplex, ideo non dirimit contractum. Et ille qui contrahit matrimonium

per verba de presenti post votum simplex, non potest cognoscere vxorem carnaliter sine peccato mortali, quia adhuc restat sibi facultas implendi continentia votum ante matrimonium consummatum, sed postquam iam matrimonium consummatum est, est sibi factum illicitum nō reddere debitum vxori exigenti, tñ ex culpa sua, & ideo ad hoc obligatio voti non se extendit, tamen debet lamentum penitentia re compensare pro continentia non seruata, vnde quantum ad ea in quibus non est factus impotens votum seruare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad obseruandum, propter quod mortua vxore tenetur totaliter continere, & quia ex matrimonii vinculo non obligatur ad debitum petendum, ideo non potest petere debitum sine peccato, quamuis possit sine peccato reddere debitum exigenti post quā obligatus est ad hoc per carnalem copulā præcedentem. Notamen qd si aliquis aliquam cognoscat, cū qua nec sponsalia, nec matrimonium contraxit, & post copulā cū ea contrahat per verba de presenti, hoc matrimonium non est consummatum, vt non possit ingredi religionem, quia quod præcedit non consummat, neq; perficit. ar. c. veniens. el. 2. de spon. Quidam dñt post Ric. 4. di. 35. q. si vir vxorem nōdū cognitam, inuitam proprio consanguineo, vel alteri tradat adulterandam, non potest ea inuita religionem intrare, ex hoc acquisito mulieri iure in corpus viri, & fm eos facit ca. disersionem. de eo, qui cognouit vxore. Sed pro certo ratio non appret, nec ille tex. facit pro eo, ideo &c. Hoc aut intelligendum est, siue mulier petat expressè, siue interpretatiuè, ut qñ mulier verecunda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti, tunc. n. sine peccato reddere potest, & præcipue si ei timet de periculo castitatis. Nec obst. qd non sunt pares in matrimonii actu, quia quilibet pot quod suum est abrenunciare. Quidam tñ dñt, qd potest & petere & reddere, ne nimis onerosum reddatur matrimonium vxori semper exigenti, sed si rectè inspiciatur, hoc est exigere interpretatiuè, hæc omnia Sau. Thom. vbi supra ad argumenta. Ex quibus omnia, quæ spectant ad hoc impedimentum, optime soluntur.

¶ Quarto, notandū q̄ circa prius determinata tam per tex. q̄ per S. Tho. quidā dubitant. Et primò. Angelica ver. matrimoniu. 3. impedimento 5. in prin. Et Rosella impedimento 4. §. 2. post Pa. in ca. rursus. quidē. vel vo. tenent q̄ hoc. s. q̄ votum solēne impediat et contractum, sit solū ex statuto ecclesie: & arguunt, quia de iure diuino sunt prohibite quedam persone, vt in c. literas. de resti. spo. inter quas vouens nō reperitur: vnde oportet dicere, aut q̄ ecclesia erret in seruando matrimoniu post votum simplex, aut q̄ et hodie possit statuere, vt matrimonium contractum post votum solēne teneat, quod non est dicendū, igitur. Sed bene consideranti verba. S. Tho. apparent omnia ista esse soluta. Nam ipse S. Tho. vbi supra ait. Alii dicunt q̄ hoc est pp̄ statutum ecclesie, sed hoc non sufficit, quia s̄m hoc ecclesia posset contrariū statuere quod non videtur verū, hæc ille. Vbi patet q̄ ecclesia non potest aliter statuere, quia de iure nature est, q̄ ille qui tradidit corpus vniuersaliter, & actualiter Deo, sicut fit per votum solēne religionis, nō potest alteri tradere, & sic quamuis nō sit nominatus vouens in illa lege diuina, est tamen aliter prohibitus, vt patet, nec oportet q̄ ecclesia erret, quia nunquam determinauit in contrarium, & signū huius est, quia ante illam dec. nouam in 6. Bonifacii, hoc versabatur in dubio. Et S. Th. quāuis non viderit illam dec. quā S. Tho. scripsit hæc, lib. 6. non compilatus erat, qd̄ patet, quia quodli. 3. ar. 1. ad primum recitat dec. Inno. 4. tanquam extrauagantē cuius dec. sunt in 6. & tamen ecclesia declarauit sicut determinauerat S. T. & quamuis ecclesia non alleget rationem, quam adducit S. Th. tñ illa ratio debuit mouere illā, & fortē q̄ illi ordinantes librū 6. viderunt S. Th. Et quamuis dicatur in illa dec. q̄ solēnitatis voti sit ab ecclesia, non tñ dicit q̄ solūm impediatur ex eo, q̄ est ab ecclesia, immo nec dicit [statuimus] sed [declarandum] *preferim duximus oraculo* ecce non statui, sed declarat, & fortē q̄ illud intelligitur de voto annexo ordini sacro, secus de voto religionis, &c. vide ver. matri. 1. §. 2. circa fi. vnde saluo semper meliori iudicio, videtur mihi dicendum q̄ declaratio ecclesie est fundata in iure nature, scilicet q̄ illud qd̄

actualiter est donatum alicui, non possit alteri donari, eo q̄ ius est acquisitum primo, & ratione huius actualis donationis, votum solēne plus vel aliter obligat, q̄ votum simplex, præterea si est solūm ratione determinationis ecclesie, querit s̄m Sco. vbi sit illa determinatio. si dicatur q̄ est in decretis, vel decretalibus: contra, quia dicit Ioan. An. in d. c. vnic. in lib. 6. q̄ ante erat dubium, quod nō fuisset si determinatio ecclesie præcessisset, si verò dicas, q̄ p̄ dictum cap. vnic. de voto. contra, quia ante illam determinationem non impedituisset, vnde papa non statuit, sed declarat, vt dictum est: vnde videtur concludendū q̄ non est solūm ex statuto ecclesie, vt dicit San. Th. sed ecclesia hoc declarauit sua data in iure naturali, vide ad hoc aliquid, ver. si. hæresis. §. 4. §. circa medium, & ver. di. s̄natio. §. 7. in response ad primum, vbi habetur q̄ est solūm ex statuto ecclesie in voto solēni ordinis sacri, secus de voto religionis, & in fi. huius §. 7. ibi. Sed contra determinata, &c. ¶ Quintò, ¶ secundo dubitant quidam, vt Angelica. ver. matrimonium 3. impedimento 5. §. 1. & 2. de eo q̄ si quis haberet votum simplex, & contra heret matrimonium cum intentione intrandi religionem, & postquam contraxit mutaret voluntatem, & confirmaret exactus, q̄ in nullo istorum peccasset, quia in primo non fecit contra votum, in 2. tenebatur, hæc Angelica, quæ sunt expressè contra S. Th. vt patet in 2. §. D. Ar. Flo. in 3. titu. 1. impedimento voti, dicit q̄ peccaret mortaliter, tum quia facit contra iura. 2. 7. di. c. si vir. tum quia exponit se periculo, tum quando consumat tenebatur ingredi religionem propter votum simplex, quod poterat iterum obseruare. & sic patet q̄ illa opinio sit periculosa cuius contrarium etiam tenet Ricar. & Rosella. Item Angelica vbi supra §. 3. videtur tenere q̄ contra hens post votum simplex, post primam potest etiam petere sine peccato, & mortua illa potest aliam accipere, quæ omnia sunt contra ea quæ dicit S. Th. & contra Ricar. in 4. dist. 28. & est illa opinio Angel. valde periculosa, dicit etiam in eodem §. q̄ si deprehendat matrimonium esse onerosum potest petere, sed melius dicendum, q̄ tñ illa est petitio interpretatiua, vt innot. Sā.

Thom. & ideo in omnibus his melius est querere dispensationē quā episcopus potest, ut cōiter tenēt modernē in d. cap. rursus, & hoc pp̄ periculū. Et eodē modo esset dicendū, si ambo haberet votū simplex. scilicet quod teneret matrimonium, & nullus posset petere, possent tamen ambo reddere quā cognoscerent aliam partem petere interpretatiue, & est melior ista opinio & meliorū doc. quā illa quæ dicit quod post primam sunt soluti. Vide Rosellā impedimento. 4. §. 6. & 7. dicit iterum ipsa Angelica ibidē. §. si. cōtra Pis. impedimento voti. §. ult. & contra Host. quod si quis interrogaret utrum contrahens post votum simplex teneatur, vel non, debet respondere quod sic, sed tutior est opinio Hostien. & Pis. quod sufficit dicere, non potes contrahere. Sed quid de illa quæ voueret castitatem solum in aliqua religione approbata, utrum si contraheret teneret? Respond. cum non possit esse religiosa sine essentialibus, si intendebat habere propriū, non est religiosa, & ideo habet vim voti simplicis.

7 ¶ Sexto, ¶ sed pone quod ambo qui contrahunt habeant votū simplex castitatis, nunquid valet matrimonium? Resp. Io. gl. 27. q. 1. c. si quis votum. tenet quod non, quia nullus poterit petere, & sic erit sine effectu. sed alii cōiter tenēt quod sic, sed nō poterūt petere neque reddere, & multo minus si fecerunt votū post cōtractū, gl. tñ vbi supra recitat quod quidā dicunt quod solum prima vice peccant mortaliter sed post p̄nt petere, & reddere, quia p̄ matrimonium sequens votū extinguitur, alle. c. de viduis. 27. q. 1. & c. rursus, qui cle. vel vo. & c. quod votū, de voto lib. 6. hanc opinionē v̄ tenere Host. & d. Car. in d. c. rursus. Sed melior, securior, & vniuersalior est alia opinio quæ dicit quod prima vice peccat ambo mortaliter post primā verō reddens non peccat, siue petatur explicitē siue interpretatiue sed petens sine dispensatione semper peccat, prout dictū est in §. præcedenti s̄m S. Th. hanc opinionē tenet Arch. c. si vir. 17. di. dicens quod talis nō absoluitur à voto nisi in quantum ius matrimonii impellit eū agere contra votum. ar. in c. quanto. de iurē. vbi d̄r quod iur̄m dēt feruari quātū potest, sed ius matrimonii non cōpellit debitum petere, & sic est post mortē alterius non potest alius accipere,

quia iterū stat votum, hanc opinionē tenet et Ric. Sco. & Pe. & sic motiū illorū falsum est, ut patet, quia extinguitur p̄ matrimonium solum quātum ad hoc quod repugnat matrimonio, ut dicit S. Th. Sed quidā. scilicet Angelica ver. impedimētū. §. §. 3. creditur cōcordare istas opiniones dicens, quod nō potest petere quā non petendo redderet se onerosum, sed ista distinctio est illa quā ponit S. Thom. dicens, quod quā cognoscit partē interpretatiue petere, puta quā cognoscit partem tentari maximē si est mulier, vel cognoscit naturā illius moueri. vel breuiter quocunque signo cognoscat aliā petere, tunc potest petere, & tunc d̄r reddere. hęc v̄ s̄m S. Th. quā sequit̄ glo. in d. c. viduis, vbi q̄rit. Pone ambos vouisse quod nunquam exigent. Respond. quod bñ tenet matrimonium, quia uterque potest reddere, sed quō. Ros. quod cū aliquis nō exigit, uterque si sciat altero indigere nec posse expresse exigere reliquo dēt cōmisceri, & uterque dicitur reddere. Cum igitur hęc opinio sit rationabilior, securior, & habeat plures doc. dēt teneri, bonum tamē est semper petere dispensationem.

DE IMPEDIMENTO TERTIO scilicet consanguinitatis.

- 1 Cognatio triplex, est.
- 2 Gradus in Consanguinitate quomodo accipiuntur.
- 3 Gradus prohibiti qui sint.
- 4 Consuetudo in aliqua prouincia quod prohibitio extendatur ad vltiores gradus an teneat.

1 **I**mpedimentum tertium, scilicet consanguinitatis, vbi primō sciendum, quod triplex est cognatio. Prima fundatur in natura quæ dicitur consanguinitas. Secunda in esse spirituali, quæ dicitur compaternitas. Tertia in esse ciuili, quæ d̄r adoptio. 2. notandum s̄m Sā. Tho. 4. di. 40. q. 1. ar. 1. quod consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendētium, & dicitur consanguinitas quasi in sanguine vnitas, & dicitur vinculum, id est vnio, quia omnis amicitia secundum philosophum. 8. ethi. fundatur in aliqua vnione: illi ergo qui conueniunt in naturali cognatione, dicuntur consanguinei, & ideo

ideo in dicta diffinitione ponitur uinculū ut genus, psonę descendentes ut subiectū, ab uno stipite, ut principiu, & dī magis cō sanguinitas q̄ natura uel caro, quia semen uel est sanguis uel ex sanguine immediate generatur, nec est in animalibus quę non ununtur in amicitia ad propagationem.

2. ¶ Primò, s̄ quo accipiātur gradus in cō sanguinitate. Resp. s̄m 5. Th. ubi supra ar. 2. q̄ cō sanguinitas est q̄dā propinquitas in naturali cōicatione fundata s̄m actū gnationis qua natura propagatur, vñ s̄m phios. 8. Ethic. ista cōicatio est triplex, una s̄m habitudinē principii ad principiatum, & hæc est cō sanguinitas patris ad filiū, vñ parentes diligunt filios quasi aliquid sui existentes. Alia est s̄m habitudinē principii ad principiu, & hæc est filii ad patrem, vñ filii diligunt parentes ut ab illis existentes. tertia est s̄m habitudinem eorum qui sunt ab uno principio adinuicem, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, & quia punctus morus lineam facit, & per propagationem quodammodo pater descendit in filium, ideo s̄m tres dictas habitudines, tres lineę cō sanguinitatis sumuntur. s̄. lineę descendētium s̄m primam. Lineę ascendētium s̄m secundam. Lineę transuersalium secundū tertiam. Sed quia propagationis motus non quiescit in uno termino, sed ultra progreditur, ideo contingit q̄ patris est accipere patrem, & filii filium & sic deinceps, & s̄m hos diuersos gradus diuersi gradus in una linea inueniuntur, & quia gradus cuiuslibet rei est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non potest esse ubi non est propinquitas, & ideo identitas & minima distantia, gradum cō sanguinitatis tollit, quia nullus est sibiipsi p̄pinquus sicut nec sibiipsi similis, & propter hoc nulla persona per seipsam facit gradum, sed comparata alteri, gradum facit ad ipsam, sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis, in linea enim ascendētium & descendētium trahitur ex hoc q̄ una persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus consideratur, & ideo secundū computationem canonicam, & legalem persona quę prima in progressu propagationis occurrit vel ascendendo vel descendendo, distat ab aliquo puta à Petrutio in primo gradu ut pater, & filius: quę autem

utrique secunda occurrit, distat in secundō gradu, ut auus, & nepos, & sic deinceps. sed cō sanguinitas eorum, qui sunt in transuersali linea, contrahitur, quia uterq; propagatur ab uno, & ideo debet gradus in hac linea cōputari per comparisonem ad unum principium ex quo propagatur, sed s̄m hoc est diuersa cōputatio canonica & legalis: quia legalis cōputatio attendit descensum à cōi radice ex utraque parte, sed canonica tñ ex altera ex illa. sc̄. ex qua maior numerus graduū inuenitur, unde s̄m legalem computationē frater & soror, uel duo fratres attinent sibi in 2. gradu, quia uterque à radice communi distat per unū gradum, & similiter filii duorum fratrum, distat à se inuicem in 4. gradu. Sed s̄m cōputationem canonicā duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice communi nisi per unum gradum, sed filius unius fratrum distat ab altero fratre in 2. quia tantū distat à cōi radice, & ideo s̄m canonicam computationē quoto gradu distat quis ab aliquo superiori, tanto distat à quolibet descendētium ab ipso & nunquam minus, quia propter quod unumquodque & illud magis, vñ de si filii descendentes à cōi principio conueniunt cum aliquo ratione principii cōis, non possent propinquiores esse descendenti ex alia parte q̄ sit primum principium ei propinquum. Aliquando tamen plus distat aliquis ab aliquo descendente à cōmuni principio q̄ distat ipse à principio, quia ille forte plus distat à principio cōi q̄ ipse, & s̄m remotiorem distantiam oportet cō sanguinitatem cōputari. c. si. de cōsan. vñ de cō sanguinitas est relatio quædam aliquarum personarum adinuicem, quarum collectio lineam cō sanguinitatis facit, & no, q̄ linea hic accipitur improprie pro his quę linealiter disponuntur, sicut in numeris unitas post unitatē ponitur, & sic queli bei unitas adiecta gradum facit, ita in proposito; hæc Sanct. Thom. Ex quibus patet quid sit cō sanguinitas, quid linea scilicet personę linealiter dispositę secundū successionem adinuicem. Quot sunt lineę, scilicet. 3. una ascendētium. secunda descendētium. 3. transuersalium. Et qui sunt gradus, scilicet descendendo pater, & filius, secundū canonicam computationem

nem quod debet attendi in matrimoniis sunt in primo gradu, pater, & nepos in secundo, & sic successiue eodem modo dicendum in linea transfuersali, fratres, siue frater & soror, sunt in primo gradu, filius fratris est in secundo ad fratrem patris & ad filium, primus est inequalis, secundus æqualis, & sic successiue. Pater et vnde sumatur isti gradus. ¶ Secundò, ¶ qui sunt gradus prohibiti? Respon. secundum S. Tho ubi supra ar. 4. quòd secundum diuersa tempora inuenitur consanguinitatis scilicet gradus diuersos matrimonium impedisse, in principio enim humani generis solus pater & mater à matrimonio repellentur, eo quod tunc temporis erat paucitas hominum, & oportebat propagationem maximam curam impendere, vnde non erant remouendæ nisi ille personæ quæ matrimonio incomperentes erant, etiam quantum ad principalem matrimonii finem, qui est bonum proles. postmodum autem multiplicato humano genere per legem Moyse plures personæ exceptæ sunt quæ iam concupiscentiã reprimere incipiebant. Leuit. 18. & quæ sint istæ, vide ver dispensatio. §. 4. vnde ut dicit Rabi Moyses omnes illæ personæ exceptæ sunt à matrimonio quæ in vna familia cohabitare solent, quia si inter eos licite carnalis copula esse posset, maximum incentiuum libidini præstaretur, sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, immo quodam modo præcepit, ut scilicet unusquisque de cognatione sua vxorẽ acciperet, ne successiuum confusio esset, quia tunc temporis cultus diuinus per successionem generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, quæ est lex spiritus & amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spirituales gratiam non per carnalis originem cultus Dei deriuatur, vnde oportet ut homines etiam magis à carnalibus abstrahantur spiritualibus uacantes, & ut amor magis diffundatur, & ideo antiquitus usque ad remotiores gradus matrimonium impediabatur, ut ad plures per consanguinitatem, & affinitatem amicitia remaneret, scilicet usque ad septimum gradum, sed post circa ultima tempora restrictum est ecclesiæ interdictum usque ad quartum gradum. c. non debet. de consan. & affini. quia

ultra inuile & periculosum erat gradus consanguinitatis prohibere. Inutile quidem, quia ad remotiores consanguineos quasi nullum fœdus amicitia maioris quàm ad extraneos habebatur, charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum autem erat quia concupiscentia, & negligentia præualete, tam numerosam consanguinitatis multitudinem homines nõ satis obseruabant, & sic laqueus damnationis multis inniciebatur ex remotiorum graduum prohibitione, satis etiam conuenienter usque ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta, tum quia usque ad quartam generationem homines uiuere consueuerunt, ut sic non possit consanguinitatis memoria aboleri, tum quia in qualibet generatione noua mixtio sanguinis cuius identitas consanguinitatem facit, sic cum sanguine alieno, & quantum miscetur alteri, tantum recedit à primo: & quia elementa sunt quatuor, & in omni generatione euanescent unum primo magis subtile, &c. ideo usque ad quartum, &c. hæc Sanct. Thom. quare papa possit circa hoc sacramentum sic ordinare, est, quia non solum est sacramentum, sed etiam in officium naturæ, de quo uide uer. dispensatio. §. 3. circa finem. De nominibus istorum ascendentium & descendentium, uide uer. patrius.

¶ Tertiò, ¶ utrum consuetudo in aliqua prouincia, quòd prohibitio extendatur ad ulteriores gradus, teneat? Respon. quòd sic. c. quod dilectio. de consanguinitate & affinitate. Angelica dicit quòd debet intelligi de contrahendo, & non contracto, sed hoc nihil est, quia ex eo quòd approbatur ab ecclesia, dirimit contractum, & præterea text. dicit illos seferari, uide uer. impedimentum primo. §. 4. secus si non esset approbata à papa. Et nota quòd ista prohibitio secundum Ioan. Andr. & Panormita. post Hosti. in d. cap. non debet. non debet intelligi nisi in linea transfuersali, in ascendentibus autem & descendentibus sit perpetua, quamuis alii intelligant etiam in linea ascendentium, sed primum probatur secundum Panor. quia in linea ascendentium secundum iura non ponitur, & quia si uiuerent remaneret reuerentia superioritatis. Nota etiam secundum Domi. Archie.


chie. Flor. q̄ in prima prohibitione. s. inter patrem & matrem nunquā fuit dispensatum, & indubitanter papa non potest, quia est de iure diuino fundato super iure naturali. de his autem quæ lege diuina prohibentur. s. primo gradu simpliciter & secundo transuersali inæquali si fuisset solum prohibitio iudicialis, papa posset dispensare, & non obligarent amplius ex lege diuina, sed solum humana; sed videntur prohibiti etiam iure naturali & morali, ideo probabilius videtur q̄ nō possit dispensare, de quo uers. dispensatio, §. 4. Item no. secundum panor. in c. quod dilectio,

de consan. & affin. quod si quis impetraret dispensationem in tertio gradu ex uno latere, & unus non distet ad alterum nisi in secundo. quod tener dispensatio nec est surreptitia. Ad horum intellectum hic consanguinitatis arborem statuo, in qua fit probatio ad oculum ex ostensione facti, per quam melius percipiuntur quàm elocutione. Et est autentica ex canonibus Isidori, & Alexandri. 35. quæstio. 5. cap. 1. 2. & fin. & ex lectura Ioan. Andr. quæ ponitur in principio Sexti, ex qua manifestatur correctio multorum canonum antiquorum.

CONSANGVINITAS est asinitia personarum ex eo prosueniens quod una descendit ab altera uel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendantium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con. quod est simul uel unitum, & a sanguine, quasi sanguinis unitas.

LINEA est collectio personarum ab eodem stipite descendantium gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex scilicet graduum descendantium, & collateralium.

GRADVS est habitudo distantium personarum qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distantia duæ persone inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum uel locorum procliuum, quia ita gradimur de proximo in proximum.



Pro maiori declaratione præcedentis arboris, primò notandum quòd omnia nomina quæ sunt in istis celulis, sic nominantur per comparationem ad celulã uacua quæ

quæ non habet nomen neque gradum, sed fictitiu dicitur Petrus. Nam pater dicitur pater Petri, & filius, dicitur filius Petri, & frater & soror, sicut Petri. Auius Petri & nepos Petri, & sic de singulis omnibus quæ scribuntur in arbore, si igitur habuisset nomen, fuissent plura. Sicut pater, filius, frater, soror, cum suis genitiuis. Sicut pater filius patris, & cetera. melius ergo fuit ut ista ponerentur circa ipsam vacuum, & ipsa vacua fingatur ex stipite omnium. secundum notandum quod in omnibus celulis ponuntur quedam puncta, uel numeri, supra & infra, qui significant gradum quem habent ad Petrum, sicut ubi ponitur, 2. significat quod est in 2. gradu ad Petrum, similiter ubi ponitur, 3. significat, quod est in 3. gradu ad eundem, & sic de singulis. Superiores autem numeri qui deberent esse rubet, significant computationem, sicut canones, inferiores uero, sicut leges. Ex quibus numeris uel punctis, patet in quoto gradu sint tam secundum canones quam sicut leges omnes qui sunt scripti in hac arbore in comparatione ad Petrum, patet etiam quod ascendendo uel descendendo non est distans inter canones, & leges. Et quamuis ista arbor habeat multos gradus inter multas personas, & per eam possit accipi exemplum ad omnes tamen non potuerunt omnia ibi poni, unde accipe regulas generales. Prima regula, tam sicut canones quam sicut leges, si uis scire in quoto gradu una persona distat uel atineat alteri in ascendendo uel descendendo, accipe illas duas & numerum simul cum intermediis, & quot personæ sunt una dempta, in tali gradu sunt inter se, uerbi gratia, si uis scire quantum distat Abauus ab Abnepote numerum personarum, & inuenies nouem unde sunt in octauo gradu, & sic de similibus. secunda regula collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõi stipite toto distat inter se sicut canones, exemplum cum facis stipitem Abauum inter Petrum, & proneporem sunt in quarto, & sic inter se sunt in quarto sicut canones. secundum leges uero aliter est, quia sicut regulam collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõi stipite, toto duplicata distat inter se ut in exemplo dato distat in 8. & insurgit illa diuersitas, quia sicut leges quælibet persona gradum facit in collateralibus, & sic filii duorum fratrum

secundum canones distat in 2. secundum uero leges in 4. ut dicit S. Th. supra. §. 1. circa medium. Nec obstat quod in arbore ponuntur in 3. secundum leges, quia ibi accipit in ordine ad Petrum, sed Sanctus Th. comparat inter se. In linea uero inæquali quoto gradu distat remotior à stipite, toto distat inter se secundum canones, pone exemplum, scilicet pronepos, quod filius Patris uel Proauunculi, faciendo stipitem Abauum, distat à se in quarto gradu. unde persona addita feruntur illa parte in qua est minus remota non mutat gradum usque ad lineam æqualitatis, & sic Nepos eorum & pronepos distat in eodem. Sed secundum leges aliter est, quia collateralium in linea inæquali, quot sunt personæ stipite dempto tot sunt gradus, & sic addita persona additur gradus. Ex his faciliter potest patere ratio omnium quæ sunt in arbore, si tamen unus eorum qui sunt in extremis qui distat ab eo secundum canones in quarto gradu, puta fratris pronepos haberet filium possit Petrum cum ea contrahere. Sed de isto ultimo est dubium quia uidentur esse in linea descendenti in qua secundum aliquos nunquam licet contrahere, Hostiensis etiam dubitat de primo gradu ex alio latere. sicut fratre uel sorore Petri, quia uidentur eadem caro cum Petro, & similiter text. in c. quod dilectio. de consan. & affin. non fecit mentionem nisi de 2. & 3. gradu, eodem modo facit gloss. in c. si. eo. Respon. quod de 2. & 3. gradu omnes concordant quod teneat. de primo etiam uerior est opinio quod teneat, quia non est dubium quod distat in 3. & quod ille primus gradus sit ex alio latere, secus forte esset de primo gradu ex eodem latere quia ab ipso descenderet per lineam rectam & tunc esset maior ratio de eo quam de Petro eo quod descenderet ab eodem, scilicet fratre Petri quod autem text. & glo. all. non faciunt mentionem de primo gradu, non obstat, quia hoc est eo quod raro accidat, uel forte, quia possit aliquis accipere ex eodem latere, scilicet fratrem Petri, & tunc esset maior ratio de eo quam de Petro ex eo quod ab ea descenderet, & non à Petro, sed à fratre eiusdem Petri, &

Se patet ad primū, quia negatur q̄ sint in linea descendentiū, uerum est q̄ pater Petrutii & frater eius distant ab illa filia, s. pronepotis fratris in 5. gradu in linea descendentiū, sed Petrutius & alia soror eius distant in linea transuersali. Iterum not. 3. quod computatio secundum leges parum ualeat, quia non utimur illis in matrimonio, similiter computatio quæ fit inter ascendentes & descendentes, quia nunquam tempore moderno veniunt ad gradum quinimum, ut possint contrahere. Item no. q̄ si uelis comparare Abauium ad propatrum & horum filium, seu eorum nepotem, siue pronepotem eorundem iam non fit in gradibus collateralibus, sed in linea recta. Nam Propatrus ad Petrutium est filius Abaui, & horum filius est nepos Abaui. Et Proauus in comparatione ad Petrutium, est filius Abaui, & est frater Propatru Petrutii & Proauunculi. Et sic abauus si comparatur ad petrutium est abauus, si uerò comparatur ad propatrum in latere dextro, uel ad proauunculum ad sinistram sic est pater, eodem modo intellige de his qui sunt in recta linea in ordine ad lineas ab eis descendentes.

DE IMPEDIMENTO QUARTO
scilicet affinitatis.

- 1 Affinitas quid sit.
- 2 Affinitas uirū deficiat deficere carnali copula.
- 3 Affinitas uirū causetur ex omni actu carnali.
- 4 Modi causandi affinitatis consanguinitatis, & affinitatis qui fini.
- 5 Affinitas quomodo impediatur matrimonium.

Impedimentum. † Quartum affinitatis de quo. 1. notandum, q̄ affinitas est proximitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentella. Quā diffinitionem declarat S. Tho. 4. d. st. 41. q. 1. ar. 1. quodl. 1. dicens, amicitia quædam naturalis in cōicatione naturali fundat quæ est duobus modis. 8. Ethic. vno modo per carnalis propagationem, alio modo per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatum, unde ibidem dicit q̄ amicitia uiri ad uxorem, est naturalis, unde sicut persona coniuncta alteri per carnis propagationē, quoddam uinculum amicitie naturalis fa-

cit, ita si coniungantur per carnalem copulam, sed in hoc differt q̄ persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri, sit particeps eiusdem radicis, & sanguinis, unde eodem ḡne uinculi colligatur filius consanguineis patris, quia pater coniungebatur. I. cōsanguinitate quam uisum alium gradum pp maiorem distantiam à radice. Sed persona coniuncta p carnalem copulam, non fit particeps eiusdem radicis sed quasi extrinsecus adiuncta, & ideo ex hoc efficitur aliud genus uinculi, quod affinitas dicitur, & hoc est quod in hoc uer. dicitur. Mutat nupta genus, sed generata gradum, quia si persona per generationem fit in eodem genere attinentur, sed in alio gradu, per carnalem uerò copulam fit in alio genere, casu enim eius est equiuoca, s. vno matrimonii quæ causat affinitatem, s. quantum ad carnalem copulam, hæc. S. Th. Ex quibus patet. 1. q̄ affinitas dicitur quasi à finibus. i. extrinsecè adueniens. 2. patet quō est proximitas personarum. i. amicitia siue unio quæ ponitur ut genus, persone uerò ut subiectum. 3. quō est per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam, & sic dicitur in diffinitione, ex carnali copulam, & c. declaratur principium affinitatis. Vltimum particulam diffinitionis declarat S. Th. ibidem in 3. quodl. ad 2. dicit q̄ dicitur in diffinitione, omni carens parentella, intelligendum est in quantum huiusmodi. i. ut sic non requirit illam parentellam, sed ex ista sola potest causari, accidit igitur quod aliter coniungantur.

2. Primo, si uerū affinitas deficiat deficiente causa. Carnali copula Ref. s. Th. ubi supra quodl. 2. q̄ non quia causatur ex eo q̄ fuit actū non ex eo q̄ fit, puta si sum affinitas pp uxorem suam ab eo cognitam, q̄ est mihi consanguinea, ipsa mortua remanet affinis, quia ille actus per quem ego sum affinis, non potest esse q̄ non fuerit, hæc S. Th. & 3. q. 10. c. statermitatis.
3. Secundo, si queritur utrum causetur ex omni actu carnali. Ref. s. Th. ubi supra quodl. 3. q̄ causatur ex omni actu carnali in quo fit mixtio seminis. Ait. n. sic, s. Philosophum. 8. Ethic. coniunctio uiri & uxoris dicitur naturalis principaliter pp proles productionem, & secundario pp operum cōicationem, quorum. 1. prius ad m. mo-

nisi ratione carnalis copulæ, sed 2. in quantum est quædam societas in cõem uitam, primum aut horum est inuenire in qualibet carnali copula, ubi est commixtio seminum, quia ex tali copula, potest proles produci, quamuis. 2. desit, & ideo quia matrimonium affinitatē causabat s̄m q̄ erat quædam carnis commixtio, et fornicarius concubitus affinitatem causat, in quantum habet aliquid de naturali cognatione. 3. 5. q. 3. c. nec eam, & c. tuz, de eo. qui cog. consan. & quæuis affinitas s̄ sit honesta. tñ aliqñ in eam eius est aliqua inhonestas. s̄ in fornicatione, sed non causatur ratione inhonestatis, sed ratione illius quod est naturale quod est cõe fornicationi & matrimonio, secus esset s̄m leges quæ nolunt q̄ sit affinitas nisi ratione matrimonii, ff. de grad. l. non facile, §. sciendum. Ex eo et q̄ cõcubitus contra naturã non habet mixtionem seminis quæ possit esse causa generationis, ideo ex tali concubitu nõ causatur affinitas, hæc ille. Ex quibus patet q̄ nunquam causatur affinitas, nisi ubi est mixtio seminis. 3. 5. q. 3. c. extraordinariam. 2. patet q̄ si uir etiam intret claustra pudoris & nõ seminet intus, q̄ non causatur affinitas 3. q̄ etiam si non intret & tamen seminat intus ut fiat mixtio seminis ex quo possit fieri generatio, sic causat affinitatem, non obstat de sterili uel sene, quia sufficit quod possit generaliter fieri generatio. 4. patet q̄ si uir intus seminet & mulier non seminet ex quo potest sic fieri generatio secundum philolophum, & D. 5. quia etiam ex solo sanguine mulieris potest generari, sic etiã causatur affinitas, hæc omnia confirmat Pan. in c. fraternitati, de eo, qui cog. consan. vs. su. quidam all. S. Th. dicentes quod oportet fieri mixtionem seminis, sed non bene intelligunt, quamuis. n. dicat q̄ fiat mixtio seminis, tamen immediatè subiungit, ad generandum, unde fundamentum est generatio quæ potest fieri sine semine mulieris, i. ex sanguine uel mēstruo mulieris, ita tenet Pa. ubi supra. 5. patet q̄ non causatur affinitas nisi semen uiri intret. Et eodem modo non consumatur matrimonium nisi fiat mixtio potens generare. Quocumque igitur modo semen uiri miscetur cū sanguine uel semine mulieris, siue ueniat per dæmonem deferentem siue per ipsam


uirum intantem uel propè locum seminãtem dummodo semen intret causatur affinitas & consumatur matrimonium, ita q̄ non amplius potest ingredi religionē uel in uita, aliàs secus, si tamen sit nixus uel intret & non seminet, quamuis nullū istorum fiat, tamen ratificatur sponsalia ante tempus facta & causatur honestas publica. hæc breuiter propter honestatem quæ ut credo intelligenti sufficiunt. uer. matrimonium 2. §. 1. circa medium.

¶ Tertio, queritur de modo causandi istas attinentias, s̄ consan. & affi. Resp. secundum doctrinam S. Th. ubi supra, quod, ultima, quod duplex est modus causandi aliquid, unus uniuocus sicut homo generat hominem, & affinis affinum, & in tali generatione semper fit idem in specie: sic fit generatio attinentiæ consanguinitatis, alia est generatio æquiuoca. sicut quado sol generat Ranam, quæ non est eiusdem speciei cum sole, & si iterū ex Rana per putrefactionē generetur herba. est alterius speciei, & talis est generatio attinentiæ affinitatis. Nã inuenimus in processu attinentiæ duos modos quibus uinculū huiusmodi causatur, unus per carnis propagationem, & hoc facit semper eandem speciem attinentiæ. s̄ consan. Alius per matrimoniale coniunctionem, & hoc facit aliam speciem, in principio, sicut patet q̄ coniuncta matrimonialiter fratri uel consanguineo meo non sit consanguineus meus, sed affinis. i. stans circa finem, uel limites consanguinitatis, unde etsi iste modus procedendi iteretur non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus, unde persona quæ matrimonialiter affini coniungitur non est affinis, sed est aliud genus affinitatis quod dicitur. 2. genus, & rursus si affini in 2. genere aliquid per matrimonium coniungatur, non erit affinis, in 2. genere, sed in 3. ut puta exemplariter, uxor fratris mei uel germani mei, est mihi affinis in primò genere, mortuo uerò fratre meo uel germano, si ipsa uxor quodam fratris mei accipiat alium uirum ille uir suus erit mihi affinis in 2. genere, & si iterum iste uir uxoris quondam fratris mei accipiat aliam uxorem, illa sua uxor erit mihi affinis in 3. genere, iuxta illud. Mutat nupta genus, sed generata gradum, duo genera, prima olim erant prohibita.

§ 1. q. 2. c. contradicimus, propter publicæ honestatis iustitiam magis quàm propter affinitatem, quia deficiunt à vera affinitate sicut illa attentia quæ ex sponsalibus causatur, modo prohibitio illa cessauit, & manet solum sub prohibitione primi generis affinitatis, in quo est uera affinitas. c. non debet, de consan.

¶ Quarto, † queritur quomodo affinitas impediat matrimonium. Resp. secundum S. Th. ubi supra, ar. 2. quodl. prima, q̄ impedit in genere, & in tot gradibus sicut cōsanguinitas. vnde sic ait. Affinitas præcedens matrimonium impedit cōtrahendū & dirimit contractum, eadem ratione qua cōsanguinitas, sicut. n. inest necessitas quedam inhabitandi cōsanguineis ad inuicem, ita & affinibus, & sic est quoddā amicitie uinculum inter affines, sed si affinitas matrimonio superueniat nō potest ipsum dirimere. hæc ille, con. per c. primum, & secundum, de consan & affini. Multiplicatio. n. amicitie, & depressio concupiscentie, ponuntur causæ prohibitionis matrimonii quæ sunt pariter in cōsanguinitate, & affinitate. Sunt igitur omnes consan-

guinei uxoris meæ mihi affines, & in eodē gradu, quo sunt cōsanguinei uxori meæ, similiter omnes cōsanguinei mei sunt affines uxoris meæ, & in eodem gradu quo sunt mihi cōsanguinei, uerbi gratia, soror uxoris meæ est ipsi uxori in primo gradu cōsanguinitatis, & mihi in primo gradu affinitatis, & similia, & eodem modo de coitu fornicario. Sed cōsanguinei mei nullo modo sunt affines cōsanguineis uxoris meæ, nec inter eos matrimonium prohibetur. c. quod super his, & c. fin. de cōsangu. & affini. Item quamuis mortua uxore mea non possim accipere aliquam consan. uxoris meæ usque ad quartum gradum, possum tamen accipere aliquam quæ fuit uxor cōsanguinei uxoris meæ, & econuerso, & frater meus potest accipere illam quæ fuit uxor fratris uxoris meæ, sicut & ego eandem accipere possem, & licet ego non possem accipere sororem uxoris meæ, frater tamen meus posset illam accipere. Item si aliquis cognoscat aliquam in 5. gradu, non causatur affi. impediens. Item duo consan. imo duo fratres possunt accipere duas sorores.



Ad pleniorē dictorum notitiā hic affinitatis arborem statui iuxta tradita per Secunda Pars.

Io. An. in eius lectura in cuius medio sunt quatuor cellule in quatuor prima superiori Sum. Tab. d ponitur

ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, & in quarta quartus, qui ponitur in medio fratris & sororis, ut detur intelligi, q̄ ex parte utriusq; sexus affinitas contrahitur ex consanguinitate, & non exprimitur utrū illi gradus sint consanguinitatis, uel affinitatis, ut illa computatio ad utrumq; referatur. unde frater, & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater ac uir sororis in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde à latere dextro illarū cellularū ponitur linea aliarū quatuor cellularū & in prima scribitur frater, in secūda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos, & ad dorsum huius lineæ ponitur alia linea, quatuor similiter cellularū, i quarū prima scribitur uxor fratris olim relicta. In secūda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt alie quatuor cellulæ, in quarum prima est soror, in secūda sororis filia, in tertia sororis neptis, in quarta sororis proneptis. Et ad dorsū huius lineæ ponitur alia linea quatuor similiter cellularū, in quarū prima est uir sororis olim relictus, in secūda uir filie sororis. In tertia uir neptis sororis. In quarta uir proneptis sororis. Ponuntur etiam alie duæ cellulæ. una à latere dextro à tergo superiorū cellularū continens relictū relicte fratris. Alia à sinistro continens relictā relicte sororis, quæ ponuntur ad demonstrandum secundum genus affinitatis, quod hodie nō habet locum, cuius rei gratia etiam in cellula uxoris fratris, ponitur olim relicta quod in inferioribus non ponitur, quasi dicatur, q̄ frater habuit uxorem, quo mortuo relicta eius contraxit cum alio, sed ea mortua, iste relictus à relicta fratris uult contrahere cum sorore, & potest hodie, olim fecus. Not. in super, q̄ si compares uxorem fratris olim relictam sorori, sunt in primo genere eo quod uxor fratris facta est affinis sorori, & suis consanguineis in primo genere: si uerō compares eandem uxorem fratris olim relictam uiro sororis olim relicto sic sunt in secundo genere. Eodem modo dic de relicto relicte fratris, si comparatur relicte relicti sororis, sunt in tertio genere, sed est in secundo si comparatur uiro sororis olim relicte, & cōtra, & hæc

patent in figura per lineas.

DE IMPEDIMENTO V.
scilicet cognationis
spiritualis.

- 1 Cognatio spiritualis que sit.
- 2 Personæ prohibite contrahere propter hoc impedimentum que sint. & n. 3.
- 4 Quod di iur de baptismo intelligitur etiam de confirmatione.

Impedimentum ꝑ. 5. cognationis spūalis quæ est attinentia proueniens ex sacro baptismi, uel confirmationis datione, uel ad id detentione. Io. And. in c. 1. de cognatio. spir. in glo. uer. spirituales lib. 6. hanc distinctionem declarat. S. Tho. 4. dist. 42. q. 1. art. 1. dicens. Sicut per carnis propagationē homo accipit esse naturæ: ita per sacramenta accipit esse spirituale gratiæ. vñ sicut uinculū quod ex carnis propagatione contrahitur est naturale homini, in quātū est res q̄dam naturæ: ita uinculū quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est quodāmodo naturale alicui, in quātū est mēbrum ecclesiæ, & ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium: ita spiritualis ex ecclesiæ statuto: tñ distinguendū est de spirituali cognatione, quia aut præcessit matrimonium aut sequitur, si præcessit tunc impedit contrahendum, & dirimit contractum. cap. 1. eod. lib. 6. Si sequitur tunc non dirimit uinculum matrimonii, sed quantum ad actum matrimonii est distinguendum, quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis. ut cum pater baptizat puerum in articulo mortis, & tunc non impedit actum ex neutra parte, aut extra causam necessitatis, tamen ex ignorantia, & tunc si ille ex cuius causa inducitur diligentiam adhibuit est eadem ratio, sicut & de primō: aut ex industria extra cursum necessitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur amittit ius petēdi, sed tamen debet reddere, quia ex culpa eius non debet aliquid incommodū aliis reportare. hæc S. Tho. con. Pan. in c. 2. eo quamuis. Vuer. & quidam alii teneant, q̄ nunquam priuatur. ar. in d. c. 2. ratio, q̄ hæc cognatio impediatur, est, quia hæc sola

sufficit.

sufficit ad amicitiam: ideo per matrimonium debet extendi ad alios. Ex his patet primò q̄ cognatio spiritualis est attinentia quasi loco generis, proueniens ex sacramentis, quasi ex causa: tamen principalis causa est statutum ecclesiæ, patet etiã q̄ dirimit contractum, & q̄ est solũ ex his duobus sc̄ris. hæc omnia probãtur in c. 1. e. li. 6. tã in tex. quã in gl. patet et̄ q̄ si præcedit, impedit matrimoniũ: si sequit̄, aliqũ impedit actũ. hæc habes in d. ca. 2. Quod per ista duo sacra. s. baptismũ & confirmationem impediatur matrimoniu, declarat S. Th. vbi supra ar. 2. ad 2. Quod autem non impediatur per alia sacra, declarat ibidẽ dicẽs q̄ per alia sacramẽta non fit aliqua regeneratio, puta per ordines. In p̄nitentiã et̄ fit per modũ sanationis, & nõ regenerationis, ut in gl. c. 1. li. 6. e. sed tũ per p̄nitentiã cõtrahitur quoddã fedus inter sacerdotẽ et mulierẽ cõsistentẽ simile cognationi spirituali, ut tantũ peccet eã carnaliter cognoscendo, ac si esset spiritualis filia, & hoc ideo quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & cõfidentem, & ex hoc ista prohibitio est inducta ut tollatur peccati occasio. hæc S. Tho. ubi supra ad octauum. uide de hoc ultimo. uer. sacrilegium. §. 2. circa prin. uer. circumstantia. §. fin. De Catecismo dicit idem Sanct. Tho. ibidem ad tertium in Catecismo fit quædam professio futuri baptismi, sicut in spõ salibus, vnde sicut in sponsalibus contrahitur quidam motus propinquitatis matrimonii, ita & in Catecismo ad minus impediens contrahendum, non autem in aliis sacramentis. hæc ille, quæ etiam probantur in cap. 2. eod. li. 6.

¶ Primò quæritur, quæ sunt personæ quæ sunt prohibet̄, cõtrahere propter hoc impedimẽtum. Resp. 1. adducam dicta S. Th. 2. s. in §. sequenti ponam conclusiones breuiter continentes illas personas prohibitas. 3. s. in §. 3. ponã quædam notabilia de clarantia hoc impedimẽtũ. primũ dictũ S. Th. 4. di. 42. ar. 3. quod li. 1. vbi sic dicit. Sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre & matre, ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei sicut patris, & sicut matris: sicut autem ille, qui sacramentum cõfert, gerit vices personæ Dei, cuius instrumentum & minister est:

ita ille, qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmandum, tenet personã ecclesiæ: vnde ad vtrunq̄ spiritualis cognatio contrahitur. hæc ille. Et ibidem ad tertium ait. Non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cum non sit mẽbrũ ecclesiæ, cuius tipũ gerit in baptismo leuans, quãuis possit baptizare, quia est creatura Dei, cuius tipũ gerit baptizans, nec tamen aliquam cognationẽ spiritualem contrahere potest, quia est expers spiritualis vitæ, in quam homo primò per baptismum renascitur. hæc ille. & ibidem, quod l. 2. ad 3. Si vxor leuantis non sit baptizata, non pertinet ad eã spiritualis cognatio propter hoc q̄ non est capax. hæc ille. Baptizatus aut̄ & nõ cõfirmatus p̄t tenere ad baptismũ, & cõtrahit, quia est baptizatus: & per cõsequens est capax: vtrum aut̄ possit tenere ad confirmationẽ, & si tenet vtrũ contrahat. Angelica ver. cõfirmatio. §. 11. dicit quòd non contrahit, nec potest tenere alleg. c. in baptisate. de cõse. dif. 4. Sed em̄ S. Th. & Pet. de Pal. contrarium est verum: ille. n. text. non dicit q̄ non cõtrahat, sed dicit q̄ non p̄t tenere, & est magna differentia inter ista: & rationem assignat S. Thom. vbi supra, & Petr. vbi dicit, quòd non baptizatus non est capax alicuius spiritualitatis, & sic non contrahit, sed non confirmatus est capax: cum igitur spiritualitas sit causa, secundũ S. Thom. & non confirmatus est capax secundũ eundem, quia est baptizatus: igitur contrahit si tenet: non tamen debet tenere propter prohibitionem ecclesiæ, & sic ille text. non facit pro angel. vnde S. Thom. & Petr. dicunt contrarium, quem male alleg. angel. Item Sanct. Thom. vbi supra ar. 3. quod l. 2. sic ait. Aliquis potest fieri compater alicuius dupliciter. Vno modo per actum alterius qui baptizat, vel in ipso baptismo suscipit filium eius, & sic cognatio spiritualis non transit ad uiro ad vxorem, vel econuerso, nisi fortẽ ille sit filius vxoris, quia tunc uxor directẽ contrahit cognationem spiritualement, sicut vit. Alio modo per actum proprium, sicut cum leuat filium alterius de sacro fonte. Et sic cognatio spiritualis transit ad uxorem quã iam carnaliter cognouit, non autem si non sit consummatum matrimonium, qui

nondum effecti sunt una caro, & hoc est, per modum cuiusdam affinitatis. vnde et pari ratione videtur transire ad mulierem, quæ est carnaliter cognita, quamuis non sit vxor. vnde ver.

Quam mihi, uel cuius mea natiõ, fonte leuauit,

Hæc mea commater fieri mea non ualet vxor.

Si qua meæ natiõ non ex me fonte leuauit,

Hanc post facta meæ non inde uetabor habere.

hæc ille. Et ibidẽ ada. ait. Pater spiritualis, & mater spiritualis euidentem, non coniunguntur in generatione spirituali, nisi per accidens, quia unus per se ad hoc sufficit. Vnde non oportet, quod ex hoc aliqua cognatio spiritualis in eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimonium. vnde ver.

Vnus semper erit comparum spiritualis,

Alter carnalis, ne e fallit regula talis.

Sed per matrimonium fit vir, & vxor vna caro, per se loquẽdo, & id nõ est sse. Et ad 4. ait. Ex quo inter patrem spirituale, & matrem non contrahitur aliqua cognatio, nihil prohibet, quod vir & vxor simul aliquẽ de sacro fonte leuant. Nec est inconueniens quod vxor ex diuersis causis efficiatur bis mater spiritualis eiusdem, sicut potest esse, quod sit affinis, & consanguinea eiusdem per carnalẽ propinquitatem. hæc ille. Et ibidẽ quod l. 3. sic ait, filius est alius patris, & non econuerso, ut dicit in 8. Ethic. & ideo spiritualis cognatio transit à patre in filium, sed non econuerso. Et sic patet, quod sunt tres spirituales cognationes. vna quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter patrem spirituale, & filium spirituale. Alia quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrem spirituale, & carnalem eiusdem. tertia autẽ dicitur spiritualis fraternitas, quæ est inter filium spirituale & filios carnales eiusdem patris, & quælibet impedit. Pa. in rub. eo. Et ibidẽ ad 1. dicit. S. Th. quod spiritualis cognatio nõ habet gradum. Idem Inn. in rub. Et ibidem eo. ar. 2. dicit. S. Th. quod à fratre non transit in fratrem, quia vnus non est aliquid alterius, sicut vir & vxor sunt vna caro. hæc sunt dicta. Sancti Thomæ.

3 ¶ Secundõ, sex his quæ dicta sunt in præcedenti. & eliciuntur istæ cõclusiones. Prima inter baptizantẽ, tenentẽ, confirmantẽ, & leuantem ad baptizatũ, vel confirmatũ, causatur cognatio spũalis impediens, & dirimens matrimonium, inter se verõ nihil.

Secũda cõclusio. Si quis baptizet vel leuet filium a licentiõ mariti, qui filius nõ sit filius suæ vxoris, sed alterius mulieris, quamuis ipse leuans cõtrahat eũ pater cognationẽ, nõ in eũ vxore eius quæ nõ est m. Pa. in c. Martinus. eo. Tertia pater, & mater baptizati, vel cõfirmati cõtrahit eũ baptizate vel leuante, quod cognatio dicitur cõpaternitas. Quarta concluditur, quod quoniam proprius maritus post matrimonium consummatum baptizat vel leuat aliquẽ, tunc sua vxor aut cognita cõtrahit eũ eisdẽ. s. c. baptizato, & eũ pater, & mater baptizati. d. c. martinus. Quinta cõcluditur, quod idẽ sequitur eũ muliere quæ fuit cognita extra matrimonium ab ipso leuante, vel baptizate. i. fornicario, quidam tamen post Pa. in d. c. martinus. dicunt, quod contraria est cõis opinio, sed iudicio meo opinio S. Th. post gl. in c. si quis. 30. q. 4. quæ glo. fundatur super tex. d. c. si quis. est verior, & fundatur et super tex. c. 1. eo. li. 6. adducunt enim pro causa, quia sunt facti vna caro quod fit in utroque præterea certum est quod quoniam non est matrimonium, consummatum non contrahitur talis cognatio, igitur nõ est rone matrimonii sed rone copulæ. nec valet, quod ista cognatio fit spiritualis, quia et affinitas de qua impedimento præcedenti. §. 2. Ange. autem in eo impedimento dicit ne cures de alia opinione, sed pro certo Doct. qui tenent illam opinionem, & rationes eorũ sunt multo meliores. Nam S. Th. & alii magui Doct. qui tenent illam opinionem, & fundat dictum suum supra tex. ut facit etiam gloss. profectõ non sunt tales, de quibus non debeas curare, vel saltem faciunt rem dubiam, & in dubiis tutior via est eligenda. cap. i. uenies. de spon. imo sua opinio est valde periculosa, nec est verum, quod illa sit communis. Nam in theologia, & in moralibus opinio S. Th. dicitur communis opinio, sicut est hic: sed ipse Pan. dicit illam esse communem propter glo. 10. And. sed ipse Io. 3. nd. in ca. 1. eo. lib. 6. videtur sequi glo. quæ est in d. c. si quis, quæ tenet eum. S. Th. D. tamen Ar. F. dicit, quod ante factum esset consulenda, prima opinio, quia securior: post factum verõ esset petenda dispensatio. Sexta concluditur, quod duo simul tenent aliquem, non contrahitur inter ipsos tenentes adiuticem secundum Inno. in rub. eo. & Pan. in d. c. martinus, & quamuis secundum canones non debeant plures

plures tenere, tamen si tenent oēs contrahunt. c. si. eo. li. 6. & c. non plures. de cons. di. 4. consuetudo est seruanda, & eps potest dispensate. Septima, vir & uxor prius quāuis non sit decens, leuare pnt simul aliquo baptizatum, & tñ inter eos nō sequitur aliqua cognatio spūalis. Octaua, q̄ qñ pater carnalis cōtrahit cū aliquo baptizato uel crismato legitimo, uel non legitimo cognationem spiritualem, q̄ etiam filii carnales cōtrahunt eum eodem, qui dicuntur confratres. c. si. eo. & Inno. in rub. Nona, q̄ si filius carnalis contrahit cū aliquo spūalem cognationem, q̄ non oportet patrem carnalem contrahere. cū eodem. c. illud. 30. q. 3. & c. 1. ea. Decima, q̄ nō transit ab uno filio in aliū, & sic quamuis filius baptizatus contrahat cū leuante, & filius eiusdē, non tñ ipse leuās, uel filii eius cōtrahūt cū alius fratribus baptizati. d. c. 1. Undecima, q̄ nō baptizatus siue baptizet siue alter conueniat non contrahit cognationem spirituaalem, quia non est capax. Sunt igitur decē personæ combinatę per quinq; cōbinationes. primę sunt inter baptizati, & leuantes qui dñr patrini, & filiatō. secūda inter leuantes, & parentes leuati. s. patrem, & matrem qui dicuntur compadres, tertię inter baptizatum, & filios leuantis, qui dicuntur confratres, quartę inter leuatum, & uxore prius cognatā leuantis, qui dñr matrina, & filiaz. quintę inter uxorem prius cognatam leuantis, & parentes leuati, qui dicuntur et compadres, & extenditur ad filios illegitimos s̄m Pa. in d. c. martinus, non tñ extenditur ad adoptiuos. §. quod autem. 30. q. 3.

¶ Tertiō, ¶ notan. 1. q̄ id quod dicitur de baptismo intelligitur et de confirmacione, & quod dñr de leuante. eodem modo intelligitur de batizante, & confirmante, & qd̄ dñr de viro intelligitur et de uxore, & e conuerso, tā per matrimoniu q̄ per aliam copulā ubi sunt facti una caro. secundō notan. q̄ si esset aliqua consuetudo cōtraria his dictis, & nō seruando genere scandalū q̄ debet seruati. c. 1. eo. & sic consuetudo inhabilitat personas, qñ non seruandō esset scandalū, & vñ hñe uim statuti s̄m Pan. ibi dem, quamuis Bern. uideatur intelligere ante contractum, non uerō post ad dirimendum. uide supra. uet. impedimentum. 1. l. in cōmuni. §. 4. & dic ut ibi. tertiō est. 1

notan. q̄ nō est prohibitū patre spiritualē contrahere cum sorore filię spiritualis. 30. q. 1. c. si. quātō est notandū q̄ si aliquis fingat se esse patrinum nō tamē tangit, q̄ nō est patrinus, si autē tangat, & non respondeat intendens facere, quod alii patrini faciunt, sit patrinus, quia uerba non sunt de essentia. Item tenet Pa. in d. c. si. eo. q̄ non requiritur intentio, sed sufficit tenere hnterum. quomō not. q̄ nō potest contrahi per procuratorem Pa. in c. ueniens. eo. hic habes quomodo idē procurator ipse cōtrahat, quia si intendit nō est dubiū, sed uero non intendet contrahere sunt opiniones, si enim tenet tantum nomine illius cuius est procurator, nec intendat esse patrinus non contrahit; non est tamen simile de eo qui baptizat uel tenet nomine suo, quamuis nō intēdat contrahere cognationē, q̄ cōtrahit, & non sic de procuratore quō ad istud ultimū. Nec ēt ciuitas seu uniuersalitas pōt contrahere, q̄ nō habet animā, quāuis aliqñ fiat ad quandā effigie contractus amicitia. sextō est notan. q̄ Abbates, monachi, religiosi, uel canonici regulares nō dēt baptizare uel tenere ad baptismū seu cōfirmationē. 1. 6. q. 1. c. placuit. de cōse. di. 4. non licet. & c. ex parte. de postu. septimō notan. q̄ cum hoc sit edictum prohibitorium nullus prohibetur contrahere nisi in his comprehendatur. octauō notand. q̄ per reiterationem sacramenti non contrahitur, quia non recipit nouum esse spirituale. nonō notan. q̄ quando aliquis baptizatur in domo causa necessitatis, & postea solenniter in ecclesia, tunc contrahitur qñ baptizatur. s. in domo. decimō notan. quōd leuantes crisma non contrahunt, quia tñ non recipit esse spūale, uidecimō quaritur est sor. maritus tenēs Petrum ex quo ēt vxor cognita sit matrina baptizati, moris sor. & sua uxor accipit aliū uirū, ex quo habet filiā uirū iste filius possit illam filiā accipere. D. An. tenuit q̄ sic, quia non est expresse prohibitum, Ge. tenuit contrariū c. 1. lib. 6. eo. quia est filius spiritualis, & illa filia naturalis, quod uidetur uerius.

DE IMPEDIMENTO VI.
scilicet de adoptione.

Adoptio an impediat matrimonium.

Sum. Tab. d 3

2 Cognatio

- 2 *Cognatio hæc inter quas personas contrahatur.*
 3 *Filius filii criminis arrogatoris an inter se prohiben-*
sur.

Impedimentum ¶. 6. utrum adoptio im-
 pediat matrimonium. Resp. Em S. Th. 4.
 dist. 42. q. 2. ar. 2. q. lex diuina illas præ-
 cipue à matrimonio excludit quas neces-
 se erat cohabitare, ne ut Rabbi Moyses
 dicit: si ad eas liceret carnalis copula fa-
 cilis pareret concupiscentiæ locus, ad
 quam reprimendam matrimonium est or-
 dinatum, & quia filius adoptatus conuersa-
 tur in domo patris adoptantis sicut filius
 naturalis, idè legibus humanis prohibi-
 tum est inter tales matrimonium contra-
 hi, & talis prohibitio est per ecclesiam ap-
 probata, & inde habet, q̄ legalis cognatio
 matrimonium impediatur. hæc S. Tho. quæ
 confirmantur per c. ita diligere. 30. q̄. 3.
 Et non solum impedit contrahendum, sed
 etiam dirimit contractum. Pa. in cap. 1. eo.
 in gloss.

2 ¶ Primò, ¶ quæritur inter quas personas hæc
 cognatio contrahatur. Resp. Em S. Tho. ubi su-
 pra ar. 3. q̄ triplex est legalis cognatio: pri-
 ma quæ est descendentiũ, quæ contrahitur in-
 ter præm adoptantẽ, filium vel filiã ado-
 ptatum, & filiũ vel filiã filii adoptiui, & ne
 potẽ, & sic deinceps quãtis nõ habeat gra-
 dus. secunda quæ est inter filiũ adoptatũ,
 & filiũ naturalẽ. tertia per modũ cuiusdã
 affinitatis q̄ est inter præm adoptantem, &
 vxorẽ filii adoptati. vel econtrario, inter
 filiũ adoptatum, & vxorẽ patris adoptãtis.
 prima aut cognatio & tertia est perpetua
 et soluta adoptione, secunda non impedit
 nisi quãdiu manet in potãte præm adoptãtis.
 unde mortuo præ vel filio emancipato potest
 inter eos contrahi matrimonium, ad primũ
 dicit, q̄ inter præm adoptantẽ, & matrem
 naturalẽ nõ contrahitur, vel patrẽ naturalẽ.
 hæc S. Tho. & dicit ita diligenter, & c. post
 susceptũ, & extra eo. ca. 1. ff. de ritu nup. l.
 adoptiuus. Insti. de nup. §. 1. & 2. secundũ
 Host. & Innoc. filius adoptiuus potest con-
 trahere cum illegitima patris adoptantis,
 quia illegitimus non est in patria potestãte.
 Insti. de nup. §. pen. contrariũ tenet Pan.
 in c. unico. eo. in ff. & ibidem in gloss. tenet
 idem Pan. q̄ filius adoptiuus siue transeat
 in potestatem patris sicut atrogatus, siue

non, ut simpliciter adoptatus non potest
 contrahere cum filia naturali quãtis qui-
 dam teneant contrarium, & non obstat q̄
 non sit perpetua, quia sufficit quòd possit
 esse. Huic v̄ consentire S. Tho. & in ar. c.
 1. 30. q. 3. & ca. 1. eo. Vir & uxor simul ab
 eodem adoptati possunt contrahere, quia
 non reperitur prohibitum Host. in contra,
 & similiter filius naturalis, & adoptatus
 vnus eorum mancipetur possunt contra-
 here. c. per adoptionem. 30. q. 3. & c. 1. cod.
 secus de prima uel tertia specie. Insti. de
 nup. §. ergo. presbyter potest adoptare Pan.
 in c. 1. eo. supra ver. adoptio. §. 6.

3 ¶ Secundò, ¶ Ange. in ter. impedimentũ,
 eo. §. 1. & pen. dicit, q̄ filii filiorum arrogato-
 ris et prohibent inter se. alle. glo. in c. 1.
 eo. & Insti. de nup. §. inter eas, & v̄ in fin.
 concludere, q̄ Tho. & Pe. con. sed hoc non
 v̄ verum. Primò, quia nõ reperitur aliquo
 iure prohibitum: imò aliqui et tenent, q̄
 non dirimit contractũ inter adoptatũ, &
 naturalem ut recitat Pa. in d. c. 1. eo. Secun-
 dò, quia illa gl. alle. nihil dicit de filiis filio-
 rũ, sed solum de filiis. Tertio nõ facit pro
 eo illa. Insti. q̄ nõ loquitur de filiis filiorũ
 nisi respectu patris. s. in prima specie: imò
 ibidem. §. eius d̄ contrariũ. Th. et & Pe. fa-
 ciunt in contrariũ, itẽ peius dicunt, qui di-
 cunt, q̄ tenent simpliciter, 1. et in adoptione
 simplici filii adoptiui Em ueriores opinio-
 nem possunt inter se contrahere. Reliqua
 quæ pertinent ad adoptionem uel arrogã-
 tionem. uide uel sicu. adoptio.

DE IMPEDIMENTO VII. scilicet criminis.

- 1 *Crimina impediencia matrimonium que sint.*
 2 *Crimina que dirimunt matrimonium contractũ*
que sint. Et nu. 3. 4.
 3 *Si quis uiuente uxore cum alijs contraxit, &*
consummavit an ea mortua aliquam illarum
poterit habere in matrimonium.

Impedimentũ ¶. 7. scilicet criminis, & primò
 quæritur quæ sunt crimina, quæ impediunt
 matrimonium contrahendũ. Resp. Em S.
 Th. 4. di. 35. in expositione literarũ, q̄ sunt
 sex. primũ est incestus c. si quis uiduã. 32.
 q. 7. & ca. qui dormierit. & c. concubuiti.
 Secundũ uxoriciidium. ca. admonere. & c.
 interfe.

intersectoris. 3. q. 2. Tertium rapinae alienae sponse. c. statutum. 2. 7. q. 2. Quartum quod aliquis insidiando matrimonio proprium filium de fonte lenauit ut possit priuare uxorem debito coniugali. 30. q. 1. de eo. Quintum qui interfecit sacerdotem. c. qui presbyterum. de poen. & re. Sextum quod aliquis peragit penitentiam solennem, & 3. q. 2. de his, & c. antiqui. Host. addit Septimum, si quis monialem scienter acceperit in uxorem. 2. 7. q. 1. c. hęc uerō, & multis. c. se. Octauum ponit. S. Tho. 4. di. 38. in litera. f. Crimen hæresis, & similiter. 3. 9. in litera ubi dicit, quod non dirimit contractum nisi sit non baptizata, & secundum S. Th. de aliis precedentibus non dirimunt contractum. unde si timeretur de incontinentia posset episcopus dispensare. Secundum aliquos sufficit licentia proprii presbyteri, & s. m. D. Arch. Flo. si tales contrahant sine licentia episcopi, peccat mortaliter. Ego crederem, quod esset consideranda consuetudo. unde secundum aliquos consuetudo habet contrarium.

¶ Primò, ¶ querit secundum quod sunt crimina, quæ dirimunt contractum. Resp. s. m. S. T. ubi supra quod unum est quod aliquis cum aliqua coniugata concubuit, & ex hoc machinatur in mortem uiri cum effectu, tunc. n. ad iniuriam contrahere non debeat, & si contraxerint sperantur circa quod uaria sentiunt Doc. in c. super hoc. e. ti. & c. 1. de conuersi. inf. sed opinio quæ sequitur Io. And. magis placet ut sine adulterio requiratur machinatio utriusque, puta si coniux machinat mortem mariti cum extraneo ut illum possit habere in maritum secuta morte, non potest inter eos esse matrimonium ut est tex. in d. c. 1. Si uerò interuenit machinatio alterius tantum non impeditur matrimonium nisi sit machinatio cum adulterio coniuncta. ar. c. si quis uiuente. 3. 1. q. 1. & sic intelligitur c. 1. eo. & d. c. super hoc. Et hoc intelligitur quando occiso seu machinatio fit, hac de causa. ut. l. habeat in maritum uel uxorem si. n. pp. aliam causam faceret, puta odio uel in bello, non impediret. c. laudabilem. de conuer. inf. & idem intelligitur si per alium occidit ac si per se faceret, semper intelligitur de morte cum effectu. Non tamen impeditur si tantum ratum, & nihil operata sit, habet ergo hoc crimen duo membra primum est, quod ambo machinantur in

mortem, & tunc requiruntur tria ad hoc quod impediatur. primum est ut ambo machinentur. secundum, quod machinentur hoc sine ut possint contrahere. tertium quod ex ista machinatione sequatur mors. secundum membrum est, quod unus solus machinatur, & tunc requiruntur ad hoc ut impediatur. primum quod machinetur. secundum quod hoc sine. tertium quod sequatur mors. quartum quod in tertienat adulterium in uita mariti. Et not. s. m. S. T. 4. di. 3. 7. q. 2. quod nunquam licet homini sine peccato occidere propriam uxorem, quauis sibi liceat eam per adulterium accusare apud iudicem ut interficiatur, & post mortem potest liberè alteri nubere. Et ibidem ar. 2. ponit quomodo aliquando adulterium, & uxoridium impediunt contrahendum, & aliquando dirimunt contractum. ¶ Secundò, ¶ secundum crimen quod dirimit contractum est secundum c. San. Th. ubi supra quando contrahit matrimonium de facto cum adulterina. primum enim matrimonium facit, quod non stat secundum, unde de si primum matrimonium non fuisset uerum saltem per uerba de presenti etiam si esset separatum quod ad thorum c. significauit, & c. literarum. eo. ti. stare secundum, in quo ad hoc ut dirimat contractum requiritur primò quod contrahat de facto per uerba de presenti. secundò, quod sequatur uel precedat adulterium ante mortem mariti, nihil. n. refert utrum precedat uel sequatur contractum matrimonio dūmodo sit ante mortem mariti uel uxoris. tertium, quod tam adulter, quam adultera sciatur, quod habet alium uel aliam. Si. n. p. c. sit solūmodo adulterium sine contractu, uel fide data. ut in s. seq. nō impedit. c. significasti. e. ti. & 3. 1. q. 1. c. si quis uiuente, similiter si solū contraxit uel fidem dedit si ne adulterio non impedit de nouo contrahi, mortua prima uxore. ut in c. si. eod. Similiter si contraxit secuto adulterio cum igno rante, non impedit. c. 1. eo. Et debet intelligi, quod superinducta ignorauit toto tpe ante mortem primæ uxoris, si autem deteriorata de uita primæ coniugis permisit se cognoscei ab illo uiro, non potest amplius illum habere in maritum. cap. fin. cod. titul. Et isto interim quo ignorat si contraheret cum tertia, mortua prima debet stare cum tertia, etiam si post mortem primæ cognosceat secundam ipsa secunda stante in ignorantia. capitul. ueniens. de co.

qui du. in ma. Sed quid si mortua prima
antequam contraheret cum. 3. cognouit.
secundā effectu maritali. Ex una parte
uidetur q̄ debeat stare cum. 2. & illud uide-
tur tenere per dictū Hosti. q̄ recitatur
infra. uer. matrimonium. 2. §. 7. circa prin.
& ibidem, §. 12. ubi dicitur, q̄ isti consen-
sus debent esse simul, uel durent: ad hoc fa-
cit dictum Angelicæ, uel matrimonium.
3. Ipedimēto. 13. §. si. ubi dicit q̄ si post
quam scit q̄ est mortua prima, ei coniūga-
tur amore maritali, perseverante alia par-
te in effectu maritali est matrimoniu, hæc
ex illo ubi loquitur ad propositum. Cum
igitur in casu nostro illa inscia perseveret
in primō effectu maritali, & iste qui fuit
decipiens, de nouo habeat consensum, ex
eo q̄ cognouit ipsam affectu maritali ut
presupponit, ideo erit matrimonium &
sic tertium postea contractum erit nullum.
Ex alia parte uidetur q̄ oīno teneat ter-
tium, quia illa secunda postquam sciuerit
impedimentum quod erat quando ipsa cō-
traxit, secundū cōiter doc. poterit ab il-
lo recedere, & ex consequenti non teneret
matrimonium, ergo tertium erit firmum.
Ad hoc facit dictum Angelicæ & Rosellæ
quod ponitur infra uer. matrimonium, se-
cundō. §. 7. circa si. ubi dicitur, q̄ ille qui
credebat matrimonium tenere, quod non
tenebat, & ideo cognouit amore maritali,
tū non erit matrimoniu, ita in proposito.
Ista. n. secūda inscia credebat matrimoniu
tenere ideo cognouit amore maritali, si
aut sciuisset forte q̄ nō cognouisset, sed se
separasset & sic remanet q̄ dubia. Rñ. in
hac q̄ aliqua clara & aliqua dubia, primū
clarū est, quando iste semp cognouit illam
secundā affectu meretricio quousq̄ contra-
xit cū tertia, tunc. n. clarum est q̄ teneret ter-
tium, & sic intellige q̄ dictū est supra in
isto. §. secundū clarū est, q̄n iste antequam
cōtraheret cum tertia cognouit secundam
affectu maritali, ipsa secūda certificata de
impedimento præterito & cognoscēs eo-
dem affectu. Tūc. n. tertiu est matrimoniu,
& tertiu est nullum. Primū quod est dubiu
est, quando iste cognouisset secundam affe-
ctu maritali antequam contraheret cū tertia
ipsa secūda remanente inscia de impedi-
mento præterito. Tunc. n. remanet dubia
q̄ per argumēta facta supra pro & contra.

Sed pro certo argumentum factum q̄ non
teneat secundū, est fortius: si. n. pōt se sepa-
rare & alium accipere ut cōiter doc. dicit,
ergo non tenet, necesse est ergo q̄ anteq̄
contrahat cū tertia, illa secūda certificetur
de impedimento & de nouo contrahat uel
perseueret, &c. antequam. n. certificetur
stat in cōsensu primo, qui est & fuit sp̄ nul-
lus, quousque cognoscat. Ex his p3. Rñsto
ad dubium quod accidit Veronæ. 1518. in
quadragesima. Quidam. n. acceperat quan-
dam uxorem ignorans q̄ h̄ret aliu uirū, &
ip̄s sic diu stantib. in matrimonio qd̄ erat
nullum, tandem mortuus est primus. 2. p̄
seruante in ignorantia, querebatur utrū
esset necessariū ad hoc ut matrimoniu tene-
ret reuelare illi. 2. Ipedimentū præteritū, &
dicitur q̄ sic, quia q̄n sciuisset potuisset re-
trocedere. Ex his etiam patet glo. ad id qd̄
d̄ infra uer. matrimoniu, secundō. §. 7. cir-
ca si. ubi queritur de illo qui decepti quan-
dam promittens, &c. postea dictū fuit sibi
à cōfessore q̄ matrimoniu teneret & hac
de cā accepit illā quod non fecisset si sciuis-
set, uide ibi. Et est dicendum q̄ si uoluit cō-
trahere absolutē. i. siue teneret siue non tene-
ret illud præcedens, cognoscendo eam
affectu maritali post consiliū, tunc uerū
est quod dicitur in d. 7. §. Si aut ita cogno-
scit q̄ si crederet matrimonium non tene-
re nullo modo cognosceret effectu marita-
li. Tunc uerum est quod dicunt Angelica
& Rosella q̄ non est matrimonium. Et in-
telligitur quando adulterium & matrimo-
nium facta sunt staate primō matrimo-
nio, siue adulterium præcedat contractum
uel fidem uel sequatur. 3. 1. q. 1. c. telatum.
¶ Tertio, ¶ Tertiu crimē est q̄n non præces-
sit matrimoniu, sed dedit fidē cōtrahendi
post mortē ppriē uxoris, uel p̄misit cum
iuuō q̄ cōtraheret post mortē propriē uxo-
ris, & secutū est uel præcessit adulteriu cū
scia impedimēti quæ oīa debent intelligi
fm q̄ dictū est in §. præcedēti, & ut in iuri-
bus ibi alle. uñ primo requirit q̄ promittas
cū iuō uiuēte prima uel der fidē accipiēdi
eā post mortē propriē, secundō q̄ sequat uel
præcedat ad adulteriu uiuēte prima, tertio
q̄ fiat ista cū cognitione utriusq̄; dictū ipe-
dimēti, declarata ut supra. Sed qd̄ de illo q̄ se-
cit simplicē promissionē. Rñ. qd̄ d̄nt q̄ di-
timit, quia ut idem periculū & eadē rō cū

illo qui dedit fidem Pe. de pal. 4. dist. 34. q. 1. ar. 3. dicit, quòd sub nomine fidei intelligitur etiam nuda promissio nihil tamen ad hoc allegat. Sed melius videtur dicendum cum aliis, q̄ non dirimit, quia est editum prohibitorium ideo nō tenet nisi reperitur expressè, sed non reperiuntur nisi prædicta scilicet fidei datio seu fidei promissio. c. si. eo. l. de eo qui du. quam po. & iuramentum. 3. i. q. 1. capit. relatum. Facit communis regula, quia in dubio est iudicandum pro matrimonio, & maxime post factum. Quò differat simplex promissio, fidei, præcatio, & iuramentū. uer. iurare §. 3. i.

¶ Quartò, f̄ sed quid quando contraxit vel promisit multis inficiis viuentē prima, & concubuit cum omnibus, queritur cū qua debet mortua prima. Respond. secundum Hostien. locus est gratificationi, quia cum nullum illorum esset matrimonium oportet, quòd contrahat de nouo, & sic illa erit quam primò post mortem primæ accepit. Sed quomodo dicetur inficia. Respon. secundum Hostien. si maritus venit de longè, & dicit se non habere vxorem. ca. cum apostolica. de spon. & sic inficia non committit adulterium, quia nō committit dolum. ff. ad l. iul. de adul. l. pen. 34. qua. 2. c. in lectum, & etiam filii non erunt illegitimi. Sed quid si. P. sollicitat Bertam vt sibi consentiant, & Bertam non vult consentire nisi promittat, quòd post mortem propriæ vxoris accipiet quam consulit sibi Antonia credens, quòd non de alia, quam de Bertā debeat consulere. Respon. si dolo hoc fecit non poterit Bertam accipere, si autem bono consilio vel sine dolo tunc poterit illā accipere. Sed quid si quis promisit alicui viuentē prima, & tamen illam non cognouit, sed mortua prima accipit aliam, & illa viuentē cognoscit illam secundā cui prius promiserat, mortua tertia utrum possit illam accipere. Respon. secundum Pa. in c. si quis de eo qui du. quòd quamuis quidam dicant, q̄ non tamen uerius uidetur, q̄ sic, quia dum accepit tertiam uidetur recessisse à promissione facta secundæ, & sic est solum adulterium sine promissione, & præterea ratio legis est ne sequatur machinatio in mortē primæ quæ ratio deficit hic.

DE IMPEDIMENTO VIII.
quò ad disparitatem cultus.

- 1 Infidelis cum fidei contrahere non potest.
- 2 Inter infideles an possit esse matrimonium.
- 3 Coniunx conuersus ad fidem an possit cum uxore nolente remanere.
- 4 Infideles an debeant seruare illas consuetudines que inter ipsos sunt si conuertantur.
- 5 Et q̄ id si infidelis contrahet cum alia infidelis alterius ritus.

Impedimentum 7. 8. scilicet cultus disparitas, ubi primò notandū ēm S. Tho. 4. di. 39. arr. 1. q̄ infidelis non potest contrahere cum fidei. Nā principalis bonū matrimonii est proles ad cultum Dei educanda, cum autem educatio fiat communiter per patrē, & matrē, uterq; secundum fidē intendit ad cultū Dei prole educare, & ideo si sint diuersæ fidei, intentio unius intentioni alterius erit contraria, & ita inter eos non pōt esse conueniens matrimonium, & pp hoc disparitas cultus præcedens matrimonium impedit ipsum ne contrahi possit. In ueteri autē lege aliquando. s. quando erat periculum ut traherentur ad idololatriā ut de cananeis, erat prohibitū, aliquando erat permissum. s. quando non erat periculum ut de Moysē, & Ioseph, & Hester. Nūc autem similis est ratio de omnibus infidelibus, & ideo ex statuto ecclesie est uniuersaliter prohibitū. 28. q. 1. c. caue. Nec obstat quòd dicitur Deute. 21. si egressus ad pugnam uideris mulierem pulcrā in medio captiuorum, & adamaueris eam dormiēs cum ea erit tibi uxor, quia uel loquitur de aliis nationibus cum quibus licet poterat inire connubia, uel loquitur q̄ illa captiua ad fidem, & ad cultum Dei conuerteri uolebat, sponsalia tamen de futuro possunt contrahi cum conditione si uoluerit conuerteri. Cum hæretica potest contrahere si sit baptizata quamuis peccet sicut cum excommunicata, quia habent baptismum qui est ianua sacramentorum, secus de catecumino quamuis habeat propositum, qui non est baptizatus. hæc S. Tho. Ex quibus patet solutio. q. quam mouet Rosella uerū. Papa. §. 6. utrum papa possit dispensare cum fidei ut accipiat infidelē

lem ad quod. Resp. quidam Io. Ant. in c. fi. de cond. apo. dicens post Bal. q. sic, ex magna causa, puta regina cum Turco de quo sperat conuersionem. Car. aut tenet q. nō, quia habet ortum à iure diuino, sed prima opinioni uideretur conformis opinioni S. Th. in eo q. dicit, q. est de iure positio, & q. in testamēto ueteri aliqui licebat, &c. Vi de uer. dispensatio. §. 2. conclusio. 5.

2. ¶ Primò, † Vtrum inter fideles possit esse matrimonium. Respon. fm S. Th. ubi supra ar. 2. quòd possunt contrahere, non tamen erit perfectum, neque sacramentum, vtendo autē matrimonio si pp̄ prolem uel fidem qua sibi inuicem tenentur, utatur, non peccant, ait. n. sic. Matrimoniu principaliter institutu est ad bonu proli non tñ generandæ, quia hoc sine matrimonio fieri posset, sed etiam promouendæ ad perfectu statu, quia quilibet res intendit effectū suum naturaliter reducere ad perfectu statu. Est aut in prole duplex perfectio consideranda. s. perfectio naturæ non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam per ea quæ sunt de lege naturæ, & perfectio gratiæ, & prima perfectio est materialis, & imperfecta respectu secundæ, & ideo cum ea quæ sunt pp̄ finem sit proportionata fini, matrimoniu quod tendit ad primam perfectionem est imperfectum, & materiale respectu illius quod tendit in perfectionem secundam, & quia prima perfectio communis esse potest fidelibus, & infidelibus, secunda aut est tantum fidelium: ideo inter infideles est quidem matrimonium, sed non perfectu ultima perfectione, sicut est inter fideles, nec est sacm̄ actualiter quamuis fortè sit sacramentu habituale, sed est matrimoniu fm̄ q. est in officiu naturæ, & possunt contrahere in omnibus gradibus, qui non sunt prohibiti de iure diuino, & si conuertantur poterunt in illis remanere. hzc ille.
3. ¶ Secundò, † utru coniunx conuersus ad fidem possit cum uxore nolente conuerti remanere. Resp. secundum S. Tho. ubi supra arti. 3. q. fidelis conuersus potest cum infideli remanere cū spe cōuersionis si eam in infidelitate nō uiderit obstinatā, & bene facit cōmanendo, & hoc est consiliu apli. 1. cor. 7. nō tñ tenet si nō uult conuerti, unde ex S. Tho. ubi supra arti. 3. 4. & 5.

eliciuntur istæ sententiæ. Quando aliquis infidelis cōuertitur ad fidem, uel alia sibi in matrimonium coniuncta uult conuerti, & sic tenetur secum stare, uel est spes conuersionis, & uult secum habitare sine iniuria creatoris, nec t. ahit cum ad infidelitatem uel aliu peccatum, & sic non pot. alteri nubere, debet de cōsilio secum habitare uel nō uult conuerti, nec est spes conuersionis, uult tñ secum habitare sine iniuria, &c. & tunc non pot. alteri nubere neque accipere sacros ordines nec emittere uotum castitatis, & pot. recedere uel cohabitare si uult. Aut non uult cōuerti, nec est spes uel non uult secum habitare, uel non uult habitare sine iniuria saluatoris, & tunc non pot. secū habitare, & pot. nubere cui uult, prius requisito si uult conuerti, & potest accipere ordines & uouere castitatem, & postquam contraxit cum alia est solutum primum matrimonium, si tamen antequam cum alia contrahat uelit conuerti uel cohabitare sine blasfemia, &c. non potest cum alia contrahere, & sic patet esse falsum id quod notat Panormi. in cap. gaudemus de diuor. in glo. in uerbi. compellentur, scilicet quòd sit solutum an tequam contrahat. soluitur enim secundū Sancti Thom. quando maius uinculum aduenit contrahendo in fide, signum huius, quia si illo interim conuertatur non erit solutum.

4. ¶ Tertio † quæritur de consuetudinibus quibusdam quæ sunt inter infideles: utru quādo cōuertuntur debeant illas seruare. Respon. fm S. Th. ubi supra. primò si contraxerūt in gradibus prohibitis iure diuino uel nature, quia tenentur ad illud et in infidelitate, ideo debent separari, si uerò in gradibus humano iure prohibitis, pos sunt in illis remanere, quia ecclesia nō se impedit de his qui foris sunt. secundò si habuerunt plures uxores, quia est contra ius naturæ, ideo sola prima fuit sua uxor: & ideo si illa uult conuerti, debet alias emittete, si uerò prima non uult conuerti, potest accipere quam uult. Tertio, quia repudium est contra ius naturæ: ideo si dedit libellum repudii alicui, quæ fuit sua uxor, tenetur illam acceptare, si uult conuerti, nec potest sibi obicere adulterium præteritum, pro eo quòd nupsit

alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata. Quartò, si alter conuertatur, altero in infidelitate remanent si habent filios adultos, potest sequi quem uult, si uerò sunt pueri ante usum rationis debent dari uolenti conuerti, non obstant q̄ partus debeat sequi uentrem uel altero indigeat & hoc fauore fidei. hæc omnia. S. Tho. quæ etiam probatur in c. gaudemus, de diuor. & clarius in c. ex literis. de conuer. infi.

¶ Quartò, † Quid si infidelis contrahat cū altera infideli alterius ritus. Respon. q̄ nisi legibus suis prohibeatur q̄ pot fieri. Itē si fidelis contrahat cum hæretica baptizata tener matrimonium nec unquam illa uiuente potest aliam accipere, etiam si fiat postea infidelis, quia primum fuit ratū in ratione sacramenti quod non est de matrimonio infidelium nō baptizatorum. Item infidelis conuersa gaudet privilegio dotis Pa. in d. c. gaudemus, circa si. ubi etiam nota q̄ si infidelis diceret simul multis infidelibus accipio uos in uxores, & ipse responderent & nos te accipimus, non ualeret aliqua illarum, quia non fuit consensus in unam, Item si contrahant contra aliquid eorum statutum auullans, matrimonium cōtractū non tenet, quia secundum Pe. quartò. di. 79. licet talia statuta nihil ualeant q̄ tum ad sacramentum, ualent tamen ut sit sedus humanum. concord. S. Th. ut in principio huius. 8.

DE IMPEDIMENTO IX.

scilicet uolentia, & metus.

- 1 Coactio uel uolentia est duplex.
- 1 Metus aliquis an cadat in constantem uirum.
- 3 Consensus coactus an tollat matrimonium.

¶ Impedimentū 9. † scilicet uolentia seu metus, primò queritur quid sit. Rñ. secundum S. Tho. 4. di. 19. ar. 1. q̄ duplex est coactio uel uolentia, una quæ facit necessitatem absolutam & tale uolentia dicitur à philosophis uolentiam simpliciter, ut eum quis alii impellit ad inbrium, quæ facit conditionalem necessitatem, & hæc uocat philosophus uolentiam mixtū, sicut eum quis proicit merces in mare ne periclitetur & in isto uolento quamuis

hoc quod sit nō sit per se uoluntarium, tamen consideratis circumstantiis hic & nunc uoluntarium est, & quia actus in particula ri sunt, ideo simpliciter uoluntariū est, sed secundum quid inuoluntarium, unde hæc uolentia uel coactio potest esse in uoluntate cum consensu non autem prima. Et quia hæc coactio fit ex hoc q̄ timeret aliquod periculū imminens, ideo ista uis idē est quod metus, qui uoluntatem cogit quod dammodo, sed prima uis cadit etiā in corporalibus motibus, sed quia legislator nō considerat solum interiores actus, sed magis exteriores, ideo per uim intelligit coactionem simpliciter propter quod uim contra metum diuidit, sed nunc agitur de consensu interiori, in quem non cadit coactio, seu uis quæ à metu distinguitur, & ideo quantum ad propositū pertinet idem est coactio quod metus, est autem metus secundum irrisperitis instantis uel futuri periculū causa mentis trepidatio, hæc San. Thomas.

2. ¶ Primò, † utrum aliquis metus cadat in constantem uirum. Respon. secundum S. Tho. ubi supra articulo secundo, quod cadere metum in aliquem est aliquem metu cogi, cogitur autem aliquis metui quando aliquod facit quod alias non ualeret ad euitandum aliquod quod timeret, in hoc autē constans ab inconstanti distinguitur quantum ad duo, primò quantum ad qualitatem periculi quod timeretur, quia constans sequitur rationem reclam per quam scit aliquid pro quo sit aliquid dimittendum uel faciendum: semper autem minus malum uel maius bonum eligendum est, & ideo constans ad minus malum substinendam cogitur metu maioris mali, non autem cogitur ad maius malum ut uret minus malum, sed inconstans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali, sicut ad peccatum, propter metum corporalis poenæ, sed pertinax e contrario non etiam potest cogi ad minus malum substinendum uel faciendum ut euitet maius malum, unde constans est melius inter inconstantem, & pertinacem. secundò differunt quò ad estimationem periculi imminens, quia constans non nisi ex forti estimatione & probabili cogitur, sed inconstans ex Leui. prouer. uigelimosep. Fugit impius nemine persequente,

persequente. Non timet igitur constans secundum philosophum nisi quod oportet, quod oportet, & ubi oportet. Ad peccata ergo quae sunt maxima malorum non potest constans cogi, immo magis uult mori, ut etiam dicit philosophus in 3. Ethic. sed quae dā damna corporalia sunt minora quibus dā aliis quae sunt inter praecipua quae ad personam pertinent, sicut mors uerba, & honestatio per stuprum, & seruitus. Et ideo ex istis constans cogitur ad alia damna corporalia sustinenda, & haec continentur his uer. stupri siue status, uerberis atq; necessis. Nec differt utrum haec pertineant ad personam propriā, uel uxoris, uel filiorum, aut aliorum huiusmodi. Infamia autem quamuis sit magnum malum tamen ei de facili occurri potest, & ideo non reputatur cadens in constantem uirum metus infamiae sicut iura. Nec obstat quod dicitur in glo. l. nec timorem. ff. eo. quod timor infamiae facti non causat timorem iustum, puta si timet, quod dicit mala de eo, uel facit cantilenam, & in hoc concordat cum S. Tho. sed metus infamiae iuris talis qui habet iuris effectum iustus est. l. isti §. si. eo. tit. & cadit sicut iura in constantem uirum, quod est contra S. Tho. Res. quod timor talis infamiae, uel habet poenam adiunctam mortis uel cruciatu, & huiusmodi, & sic continetur in praemis, si uero non habet talem, uel simile poenam, facilius potest proderi, ut dicit San. Tho. glo. potest intelligi de infamia, quae habet adiunctam talem poenam. Et licet aliquando constans uideatur mentiri, & sic peccare, uidelicet quando promittit aliquid quod non uult dare. tamen non mentitur, quia tunc uult dare quamuis postea uelit repetere, uel saltem iudicii pronunciare, si se promissum non repetiturum restitutionem, non potest autem promittere se non denunciatum cum hoc sit contra bonum iustitiae. haec omnia secundum S. Thom. Nota. secundum Pan. in e. cum locum. de spō. quod metus, qui sit cadens in constantem uirum, debet iudicari ex arbitrio boni uiri, unde minor metus in muliere sufficit, & debet his addi uinculatio, & secundum Hostien. si captiuatio uel uinculatio ratione matrimonii non teneret, secus si esset ratione alterius, metus mortis, & cruciatu cadunt in constante e. cum dilectus, de

his quae ui. me. similiter. Supri. & seruituti, & captiuatio, & uinculatio. ff. eo. l. neq; timorem, & sicut Pan. in e. si. qui cle. uel uo. si tirāus solet male tractare non parentes, praesens eius causarent timorem cadentem, & c. ¶ Secundō, ¶ quæritur. 3. utrum consensus coactus tollat matrimonium. Respon. secundum S. Th. ubi supra ar. 3. quod. l. quod uinculum matrimonii perpetuum est, unde illud quod perpetuitati repugnat tollit matrimonium. Metus autem qui cadit in constantem uirum perpetuitatem tollit, quia potest repeti in integrum, talis ergo coactio quae est metus cadens in constantem uirum tollit matrimonium, & non alia. Constans autem uir iudicatur uirtuosus, qui est mensura in omnibus operibus humanis, ut philosophus dicit in tertio Ethicorum. Quidam autem dicunt quod si consensus adsit quamuis coactus interior, est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum ecclesiae, quae praesumit ibi non esse consensum interiore propter metum, sed hoc nihil est, quia ecclesia non debet praesumere de aliquo peccatum quousque probetur: peccauit autem si dixit se consentire, & non consensit, unde ecclesia praesumit eum consensisse, sed iudicat illud consensum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium, non enim sufficit ad matrimonium quicumque consensus, seu quodcumque uoluntarium, sed requiritur uoluntarium completum, quia debet esse perpetuum, & ideo per uolentem mixtum impeditur. haec S. Tho. quae confirmantur per Pan. in e. cum locum, de spon. & dicit quod est communis opinio, scilicet quod est nullum ipso iure, & c. l. de his quae ui. Et quamuis ibi Pa. adducat multas rationes huius sententiae: tamen ratio S. Th. melior est omnibus, & sic patet ex d. c. e. locum, & ex tex. c. unicuique. 1. & 2. quod hoc impedimentum est ex statuto ecclesiae, fundato in iure naturali, & ratificatur per consensum tacitum sequentem, quia quamuis consensus tacitus solus, & per se non sufficiat, cum uita tamen expressione praecedente sufficit secundum Ricardum dummodo consensus alterius perseveret. Quid si confirmetur iuramento, Resp. quod non ualet, quia quod non est non potest confirmari. Quid si per copulam

copulam sequentem. Respond. quamuis præsumatur si non clamauit: tamen non est, nisi de nouo consentiat, quia primus consensus non ualuit, nec etiam pater potest cogere filios. ca. requisit. de spon. Dolut si tantus esset, quòd remoueret consensum, impedit secundum Pan. in c. cum dilectus. de his que vi. vide ver. coactio. per totum, & ver. metus.

DE IMPEDIMENTO. X.

scilicet ligaminis.

- 1 Quando aliquis est coniunctus alicui per matrimonium an possit aliam accipere.
- 2 Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet.
- 3 Mulier credens maritum suum uiuum, qui tamè est mortuus, si contrahat credens posse contrahere tenet matrimonium.

1 **I**mpedimentum 10. scilicet ligaminis, utrum, quando aliquis est alicui coniunctus per matrimonium, possit aliam accipere? Respon. quòd non, alias adulterium committit. de spon. du. c. licet, si etiam primum sit solum per uerba de presentia, & secundum sit consummatum, sed nunquam fuit licitum nisi ex reuelatione diuina. c. gaudemus. de diuor. Potest tamen aliter coniugum ingredi religionem ante consummationem approbatam, & remansens erit liber post professionem de quo impedimento. Secundò potest etiam uir uxore dimittere quo ad thorum siue habitationem propter fornicationem quamuis non possit aliam ducere. 3. 2. q. 7. c. 1. 2. & 3. post mortem uero alterius, alter potest nubere cui uult & infra tempus luctus mulier sine pena infamiae. c. super illa. de secundis nupt. Quando alter alligatus est alteri tantum per sponsalia, uide uersu. sponsalia.

2 **P**rimò dubitans de morte coniugis, nisi prius certificet, contrahere non debet, quamuis ignoret quòd sit de eo qui longo tpe affuit, & si contraxit, & dubitat, debet reddere, sed non exigere: & si postmodum sciat, primum uiuere, dimittit secundum. c. dominus, de secundis nup. & c. in presentia, de spon. secundum Ray. si credidit ex probabili causa ipsum esse mortuum, uel professum ante consummationem, & con-

traxit, excusatur propter ignorantiam facti: & filii, si quos suscepit, iudicabuntur legitimi: si uero primus uenerit, debet statim redire ad primum, aliter si steterit cum secundo est adultera. 3. 4. q. 2. c. cum per bellicam, & c. cum in captiuitate, & c. si uirgo. Primus quoque tenetur eam recipere, ut in d. c. per bellicam. nisi forte postquam sciuit de uita primi, permisit se cognosci à secundo, & sic adultera fuit. gl. no. in c. quoniam frequenter. ut li non conte. in ver. præsumatur. dicit, qd per famam, quia senex erat, uel et quia in acie fuit nec rediit, præsumitur quòd his casibus sit mortuus, & si contrahit ita credens excusatur ab adulterio, et si uiuat propter ignorantiam. d. c. cum per bellicam. quia non committitur adulterium sine dolo. ff. de adul. l. pe. uel si receperat literas illorum cum quibus militauit. C. de repudi. auth. hodie. in dicitur quòd non debet contrahere, nisi primò sit certa de morte ipsius. d. c. dominus. & c. in presentia, sed satis certum est illis per solas hmoi uolentas præsumptiones postquam aliquanto tempore duxerit expectandum. hæc ibi in gl. Qui dam dicunt, quòd in muliere requiritur firma credulitas ex causa probabili, in ecclesia autem certus nuntius ut det licentiam. Sed hoc ultimum est satis dubium, quia sequitur quòd ecclesia nunquam possit dare licentiam nisi sit nuntius certus, unde dicit ut supra, & infra. Sufficit enim certa credulitas, siue scientia, etiam sine nuntio. tex. uero dicit de nuntio quasi exemplariter loquens. Pa. in d. cap. in presentia postquam multum disputauit in illa glossa. concludit, quòd erit in iudicio iudicis, consideratis circumstantiis, utrum sit certum, uel non. Not. secundum D. Archi. Florenti. quòd illud quod quidam dicunt, scilicet quòd sufficit expectare per quinquennium, non est uerum, sed debet expectare quousque certificetur ut supra.

3 **S**ecundò, si credens maritum suum esse uiuum, qui tamen est mortuus, si contrahat cum alio, & consentit in illum credens posse contrahere, contrahit uerum matrimonium: secus si contraheret credens non posse, & stat cum illo tanquam cum adultero, quia non interuenit consensus in matrimonium, id non est matrimonium sicut ueruan. & D. Ar. El. secus ergo si interueniat.

DE IMPEDIMENTO XI.
quò ad iustitiam publicè honestatis.

Iustitia publicè honestatis vtrum impediatur ma-
trimonium & quò diffiniatur.

Iustitiæ publicè honestatis impedimētū
vbi sponsalia quacūq; rōne valida non
erūt, sc̄tā Syn. Tri. p̄sus tollit: vbi autē ua-
lida fuerint, primū gradū nō excedere cē-
suit; quoniam in ulterioribus gradibus
iā nō possit huiusmodi prohibitio absq;
dispēditio obseruari. in sess. xxiiii. cap. iii.

Impedimentum 11. † s. iustitiæ publicæ
honestatis, vtrum impediatur matrimo-
niū. Respon. s̄m S. Th. 4. di. 41. q. 1. art. 1.
quodl. 4. q. sponsalia nō habent perfectam
rationē matrimonii, sed sunt quædā præ-
paratio ad matrimoniu, ita ex sponsalibus
nō causat̄ affinitas sicut ex matrimonio, s̄
sed aliquid affinitati simile, quod dicitur
publicæ honestatis iustitia, quæ impedit
matrimoniu sicut affinitas & consanguin-
itas & s̄m eosdem gradus, & diffinitur sic.
Publicæ honestatis iustitia est propinquit-
as ex sponsalibus proueniens robur tra-
hens ab ecclesiæ institutione. c. contineba-
tur. de despon. impu. & c. iuuenis. de spon.
pp̄ eius honestatē. Ex quo patet ratio no-
minis & causa, quia. s. talis propinquit-
as instituta est pp̄ honestatē. Ex matrimonio
non consummato contrahitur quædā affi-
nitas sicut ex sponsalibus, hæc ille. Ex qui-
bus pater, primò quid sit, secundo ex qui-
bus causatur. s. ex matrimonio nō consum-
mato, & ex sponsalibus. tertio vnde habet rō-
nē impediendi. s. ex statuto ecclesiæ, quarto
q̄ habet gradus sicut affinitas, quinto q̄
impedit vsque ad quartū gradum sicut cō-
sanguinitas & affinitas. In c. verò vnico. de
spon. li. 6. post. S. Tho. determinatū est, q̄
sponsalia pura & certa et si consanguinita-
tis, affinitatis, frigiditatis, religionis aut
alia quauis causa sint nulla, dummodo nō
sint nulla ex defectu consensus, puta ab in-
fante vel furioso, & intelligitur s̄m Pe. de
Pal. q̄n deficit apparenter consensus, puta
quia puer quinque annorū, vel est furiosus
vel pater q̄ iocose, secus si ad decipiendū,
causant efficax impedimētū ad impediendū
& dirimendū sequētia sp̄salia, vel ma-
trimonia, non autē præcedentia, cōditiona-
ta verò conditione quæ suspendit actū, de
quo. ver. matrimonium, secundo §. 11. in

tellige q̄n est honesta contingens, & de fu-
turo ante aduentū conditionis nihil cau-
sant: vnde si quis contraxit de futuro sub
conditione, & ante aduentū conditionis
contrahit sponsalia absoluta cum consan-
guinea eius, illa sponsalia prima sunt nul-
la, nec potest cum illa prima contrahere
propter impedimentum publicæ honesta-
tis contractum ex secunda: si tamen post
sponsalia conditionata sequatur copula, re-
ceditur à conditione & transit in matrimo-
nium: similiter incerta, sicut si promisit du-
cere filiam platonis habentis plures filias.
hæc habentur in d. c. vnico, tā in tex. quā
in gl. & c. iuuenis, & c. sponsa, de spon. vbi
Pa. dicit q̄ idem iudicium, immo magis
est de matrimonio de præsentī non consu-
mato. s. q̄ causat idem impedimentum, &
dicit etiam ibidem q̄ aliquando est solum
iustitia publicæ honestatis, aliquando si-
mul cum affinitate, aliquando etiam cum
consanguinitate, vnde quando petitur di-
spensatio, cautè exprimenda sunt. Et not.
s̄m Pa. in c. non debet, de consan. q̄ quan-
do honestas simul concurrit cum affinita-
te, si honestas sub affinitate comprehendit
necessariò, satis est de affinitate fecisse
mentionem, quando queritur dispensatio.
& sic procedit gl. in d. c. non debet, ut si im-
petro ducere uxorem consanguinei mei de
functi non obstante affinitate in tertio gra-
du, quia ex quo feci mentionem q̄ fuerat
uxor consanguinei mei, feci etiam mentio-
nem de publica honestate. Si uerò ex nar-
ratione uerborum non comprehenditur,
ut si impetro ut liceat mihi ducere vxorē
non obstante q̄ sit mihi affinis in tertio
gradu non ualet ex quo de publica honestate
non est facta mentio expressa, uel raci-
ta, quia affinitas p̄t̄ contrahi sine mīmo-
nio puta per fornicationē, probantur etiā
in c. continebatur. §. si. de despon. impu. tā
in tex. quā per Pa. Pueri ante septenniū
non possunt contrahere sponsalia, & si con-
trahant uel parentes pro eis, non causant
hoc impedimentum: & si contrahant ma-
trimoniū ante pubertatē, sunt sp̄salia, &
causant impedimētū, & si parentes pro fi-
liis cōtrahāt nisi filii cōsentiāt nō tenent,
nec causant. c. unico. de despon. impu. li. 6.
Multa sūt dicta in uer. sp̄salia ad hoc pri-
uatiu, & maximè. §. 4. imo p̄ totū vide ibi.

DE IMPEDIMENTO XII.
quò ad impotentiam coeundi.

- 1 Impotentia coeundi vñ impediatur matrimonium.
2 Impedimenti huius quot sunt species.

1 **I**mpedimentum 12. ff. impotentia coeundi vtrum impediatur matrimonium. Rñ. fm S. Th. 4. di. 34. art. 2. q. sic, vbi dicit. In matrimonio est cōtractus quidā quo vnus alter obligatur ad debitū carnale soluēdum, vnde sicut in alijs contractib. nō est conueniēs obligatio si aliquis se obliget ad hoc quod non pōt dare uel non pōt facere, ita nō est conueniens matrimonii cōtractus si fiat ab aliquo qui debitū carnale soluere nō possit, & hoc impedimentū uocatur impotentia coeundi noīe generali, quod impedit cōtrahendū & dirimit contractū. eo. ti. de frigid. per totū, & maximē in c. qd sedē. Nec valet q̄ copula nō sit de essentia, quia potētia ad hoc ex statuto ecclesie est de essentia, q̄a p̄ matrimonium datur utriq; p̄as in corpore alterius respectu carnalis copulæ, & sic patet q̄ statutū ecclesie fundatur in rōne naturali huius cōtractus, hæc illæ.

2 ¶ Primò, ¶ Quæritur quæ sunt species huius. Rñ. fm S. Th. vbi s̄. q̄ hoc impedimentū pōt esse ex cā intrinsecā & naturali, uel ex cā extrinseca accidentali, sicut p̄ maleficiū. Prima pōt esse dupliciter, uel sp̄alis cui potest subueniri bñficio medicinæ, uel procel su ætatis ut in pueris, & tunc nō soluit matrimonium: ita q̄ ille ex cuius parte allegatur impedimentū perpetuū maneat abiq; spe cōiugii, alius nubat cui vult in dño. Ad hoc autē q̄ cognoscatur vñ sit perpetuū, ecclesia ips̄ determinatū adhibuit, in quo huius rei posset esse experimētū. s. triēniū, ita q̄ si post triēniū in quo fideliter ex utraq; parte dederūt operam carnali copulæ implendæ inueniatur matrimonium non esse cōsumatū, iudicio ecclesie soluitur, & tñ ecclesia qñque errat, quia per triēniū qñq; non pōt sufficēter experiri perpetuitas impotentia, vñ si ecclesia se deceptā inueniat per hoc q̄ ille in quo erat impedimentum inuenitur carnalē copulā cū eadē, vel alia perfecisset, reintegrat præcedens matrimonium, & dirimit scdm, quis de eius licētia sit factū, hæc ille. Et est ista species fm Rayn.

naturalis. s. impotentia pueri. 30. q. 2. c. 1. Frigiditas senis, seu complexionis, aut arctatio mulieris, De senē dic ut infra §. 4. De experimento triēniū intelligitur qñ non pōt aliter probari sufficienter, fm Pa. in c. laudabilē, & c. fraternitatis eo. tit. ubi dī in gl. q̄ si nō erat habilis, primò sine periculo mortis, quāuis p̄ frequētē usum scđi sit facta habilis, primò nō debet restitui. vñ de ibi in glo. in uer. cuius simili, hoc tñ vñ esse cōtra S. Th. & cōiter cōtra doc. de quo infra §. 6. 7. Videtur. n. ex quo est facta potēs p̄ usum naturalē q̄ nō erat simpliciter impotēs, quod requiritur ad hoc q̄ impediatur, q̄ sit facta habilis iudicabitur iudicio matronarū secundūm Vuer. ¶ Scđo, ¶ Vtrū nimia caliditas impediatur. Rñ. fm S. Th. vbi supra ad fm. Caliditas superflua vix pōt esse impedimentū perpetuū, si tñ inueniretur q̄ per triēniū impediret carnalē copulā, iudicaretur perpetuū, tñ quia frigiditas magis & frequentius impedit, tollit. n. nō solum cōmixtionē seminū, sed et̄ rigorem membrorū quo sit coniunctio corporum, ideo frigiditas hic magis ponitur impedimentū quā caliditas, cūm omnis defectus naturalis ad frigiditatē reducat, hæc ille. ¶ Tertiò, ¶ Quæritur de Vetulis ibi ad tertium quamuis nō habeant caliditatem sufficientē ad generandum, tñ habent sufficientem ad carnalē copulam, & ideo conceditur eis matrimonium fm q̄ est in remedium. Supplementum no. in isto impedimento. §. 2. q̄ senes si nullo modo possunt callere, non possunt contrahere, alle. glo. in c. nuptiarum. 27. q. 1. sed contra hoc est S. Th. & cōiter doc. qui dicunt simpliciter q̄ potest, ratio quia si non est in eis ad prolem saltem est ad solatium, contra illā glo. est alia gl. in c. q̄ senē. eo. tit. & sequitur Ar. Flo. Quidam post Ricar. dicunt q̄ si nullo modo iuuari possunt natura uel arte, q̄ idē iudicium est de eis, sicut de naturali frigiditate, sed melius est dicere simpliciter ut S. Th. dicit. Nam datur et̄ ad solatium.

3 ¶ Quarto, ¶ Quando alter scit impedimentum & tamen contrahit, utrum teneat? Respon. vbi supra ad quartum, q̄ in quolibet contractu, hoc vniuersaliter tenet, q̄ ille qui est impotens non reputatur idoneus ad cōtractum illum quo se obligat ad eius solutionem, tamen impotens potest esse tripliciter,

tripliciter, vno modo, quia non potest sol-
uere de iure, & sic talis impotentia facit
omnibus contractum esse nullum, siue sciat
ille cum quo facit talem contractum, siue
non. Alio modo, quia non sit soluendo de
facto, & tamen si sciat ille cum quo con-
trahit talem impotentiam, & nihilominus
contrahit, ostenditur quod alium finem
ex contractu querit: & ideo contractus
stat: si autem nescit, tunc contractus nul-
lus est: & ideo frigiditas quæ causat talem
impotentiam, vt homo non possit de fac-
to soluere debitum, & condicio seruitutis
per quã homo non potest liberè soluere,
impediunt matrimoniũ, quãdo alter coniu-
gũ ignorat hæc, q̄ alius nõ potest soluere. Im-
pedimentũ autẽ per quã aliquis non potest de
iure reddere debitũ, vt cõsanguinitas, an-
nullat contractũ matrimonij, siue sciat al-
ter, siue nõ. hæc San. Th. Pa. in c. consulta-
tioni. eo. ti. dicit, post I. no. & Hof. quos
sequitur Pisa. quod quando scienter con-
trahunt non est verum matrimonium, & si
contraheret cum alia teneret secundum:
quamuis possint simul habitare, immo vn-
us tenetur alteri ad necessaria, sed San.
Thom. videtur tenere contra. vt patet de
seruo, & similiter Pe. de pal. quem sequi-
tur D. Archi. Floren. & Angelica. eo. im-
pedimento.

6 ¶ Quinto, ¶ quando aliquis non habet po-
tentiam cum aliqua virgine ad corrup-
tũ, tamen habet sufficientem cum cor-
rupta, vtum impediatur. Respon. vbi supra
ad quintum, quod non potest esse perpe-
tuum impedimentum naturale in viro, re-
spectu vnius personæ, & non respectu alterius:
sed si non potest implere carnalem
actum cum virgine, & possit cum cor-
rupta, tunc medicinaliter aliquo instrumen-
to posset claustra pudoris frangere, & ei
coniungi, nec esset homo contra matri-
monium, quia non fieret ad delectationẽ.
sed ad medicamentum. hæc ille.

7 ¶ Sexto, ¶ de arctatione mulieris, vtũ im-
pediat. Respon. vbi supra ad sextum, quod
quamuis frigiditas non impediatur ex par-
te mulieris, quia maior caliditas requiri-
tur in viro quam in muliere, qui actiue se
habet: tamen arctatio in muliere eodẽ mo-
do impedit, sicut frigiditas in viro, & est
idem iudicium vtriusque. hæc ille. secundũ

Vderuan. si non potest fieri apta, nisi per
incisionem non est apta ad contrahendũ?
& si sciatur, & postea fit apta, oportet q̄
de nouo contrahat, quia primus consen-
sus non valuit, q̄ caltratus non possit cõ-
trahere clarum est in d. ca. q̄ sedem. Sed
quid de illo qui erigit virgam, non tamẽ
potest emittere semen: Resp. Pa. in d. c. q̄
sedem. dicit q̄ potest contrahere, quia potest
protocare mulierem, sed ipse tenet con-
trariam opinionem, quia potest dicere [uto
lo esse mater] prima tamen opinio uide-
tur uerior, quia sterilis, &c.

8 ¶ Septimo, ¶ queritur de alia specie impo-
tentia, quæ est à causa extrinseca, & acci-
dentali, sicut maleficiũ, vtum impediatur.
Resp. vbi supra ar. 3. q̄ quidam dixerũt, q̄
maleficiũ nihil erat in mundo, nisi in ex-
timationem hominũ, qui effectus natura-
les, quorum cause sunt occulte, maleficiis
imputabant. Sed hoc est contra autorita-
tes sanctorum, qui dicunt q̄ demones ha-
bent potestatem supra corpora, & supra
imaginationes hominum, quando à Deo
permittuntur, unde per eos malefici signa
aliqua facere possunt. Procedit autem hæc
opinio ex radice infidelitatis siue Incredulitatis, q̄ nõ credunt esse demones, nisi
in extimatione vulgi tantum, ut terrores
quos homo sibi ipsi facit ex sua extimatione,
imputet dæmoni: & quia est ex imagi-
natione vehementi aliqua figuræ apparere in
sensu, tales quales homo cogitat, & tunc cre-
duntur demones videri. Sed hoc vera fides
repudiatur, per quã angelos de celo cecidisse,
& demones se se credimus esse subtilitate sue
nature multa posse, quæ nos nõ possumus;
& ideo illi, q̄ eos ad hæc faciẽda inducunt,
malefici uocantur. Et ideo dixerunt alii, quod
per maleficia præstari potest impedimen-
tum carnali copulæ, sed nullũ tale est per-
petuum, unde non dirimit matrimonium
contractum, & dicunt iura quæ hoc dice-
bant, esse reuocata, sed hoc est contra ex-
perimentum, & contra noua iura, quæ an-
tiquis concordant, & ideo distinguendum
est. Quia impotentia coeundi est malefi-
cio aut est perpetua, & tunc matrimoniũ
dirimit: aut non est perpetua, & tunc non
dirimit, & ad hoc experiendam ecclesia
eo modo tempus præfixit triennium [sci-
licet sicut de frigiditate dictum est: tamen
hæc

hæc est differentia inter maleficium, & frigiditatem, quia qui est impotens ex frigiditate sicut est ipotens ad unâ ita ad aliâ, & idèd qñ iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, non datur ei licentia ut alteri coniungatur, sed ex maleficio homo potest esse impotens ad unâ, & nō ad aliâ, & idèd quādo iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur utrique datur licentia, q̄ alterâ copulam querat. hæc ille. Nō. fm Pa. in c. fraternitatis. eo. q̄ quando impedimentum quodcunq; sit, potest per remedium humanum remoueri non impedit, aliter sic. Et quod & qualiter maleficium impediatur, & quale remedium adhiberi debeat, uide in c. si pfortiarias. 3. q. 1. ubi etiam dicitur quod si secūdo nupserit, & factus sit potens primò, q̄ nequibit ad illum, redire.

9 ¶ Octauo, ¶ queritur utrum maleficiū possit esse perpetuum, ut possit impedire matrimonium, & uidetur q̄ non: quia expulso peccato tollitur maleficium, uel etiam per aliud maleficium, uel exorcismos ecclesiæ, qui sunt ordinati ad reprimendum uim demonum. Resp. ubi supra ar. 3. ad tertium, q̄ maleficium est ita perpetuum, q̄ nō potest habere remedium humano opere, quamuis deus possit remedium præstare demonem cogendo, uel etiam dæmon desistendo. Non enim oportet semper q̄ id qd p maleficiū factū est, possit p maleficiū aliud destrui, ut ipsi malefici consistant, & tñ si possit maleficiū adhiberi remediū, nihilominus perpetuū reputaret, quia nullo modo debet aliquis demonis auxilium per maleficia inuocare. Similiter non oportet q̄ si propter peccatum aliquod data esset diabolo potestas in aliquem, q̄ cessante peccato cesset potestas: quia pœna interdum remanet, culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi ecclesiæ non ualent ad reprimendum dæmones semper quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente, semper tamen ualet contra illas infestationes demonum, contra quas principaliter instituti sunt, hæc ille, de hoc in præcedenti §. circa fi.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum maleficium per aliud maleficium sit tollendum. Rñ. ex præcedenti §. patet q̄ nullo modo debet aliquis demonis auxilium per maleficia inuocare ut destruat aliud. con. Bona. Pe. & al. ea. di. 4. fi.

Secunda Pars

militer Hof. possit tamen destrui per exorcismos, per orationes, per confessiones, & similia. Similiter quādo quis sciret remouere causam sine auxilio demonis, uel inuocatione, ut puta si esset posita per maleficos aliqua statua ad caminū ignis, uel aliquid simile, & facta esset conuentio per maleficos, q̄ durer maleficium quousq; stat illa statua, uel quodcunq; aliud, tunc posset remoueri sine peccato, quia non interuenit auxiliū, uel inuocatio demonis. sed sicut posset prolicis statua dæmonis in cloacam, unde quidam dicūt, q̄ possumus uana uanis illudere, dummodo non concurrat actus peccati, nec est necesse q̄ concurrat in fidelitas aliqua quia credit q̄ demon possit &c. Angelica autem in uer. superflitio §. 13. post Pet. Aureo, dicit q̄ si esset paratus aliquis ad destruendū per artem demonū, posset quis uti malo illius ad suum bonum. alledictū Aug. de iuramento infidelis. sed Rossella in uer. impedimentū 15. §. 18. in additione, dicit hanc opinionē esse erroneā, & periculosam ualde, & incentiuam ad infinita peccata mortalia perpetranda, in omni enim ciuitate inueniuntur, qui huiusmodi maleficia sciūt destruere saltē cum maleficijs, & illicitis, & semper stant parati ad talia facienda, & idèd si hoc esset licitū ad tales recurrere, omnes uexati doloribus recurrerent ad tales qui haberēt pro gratia tales sanare, similiter de uulneratis possent ire ad incantatores, & est similis ratio. Nec est simile de eo qui accipit usuram, uel utitur iuramento infidelis, quia secundum S. Tho. 2. 2. q. 78. non se immiscet peccato illius, sed utitur fidelitate iuratis, & mutatione usurarii, quæ sunt bona, nō enim im peccatum usurarii stat in hoc, q̄ mutuat, uel in eo q̄ iurat, sed in sua uoluntate, qua uult iniuste accipere, uel iniuste credere falsis Dijs, & ad hoc non inducitur, sed sunt semper parati. Secus est de inuocatione demonum, sine qua non fit tale remedium, & ad quam actualiter inducitur, si tamen induceret ad uelle iniuste accipere, uel uelle per falsos deos iurare peccaret, unde S. Thom. secunda secundæ quæ. 33. ar. 2. sic ait, actus peccatorum sunt secundum se mali, & nullo modo bene fieri possunt, nec aliquo tempore, aut loco, quia secundum se sunt coniuncti malo sui. ut

Sum. Tab.

c

dicitur

dicitur 2. Eth. Hanc opinionē q̄ non pos-
sit fieri tenet. D. Ar. flo. Vide uer. usura 8.
§. 5. immo per totum.

- ¶ Decimò, ¶ norandum q̄ ad hoc, ut impe-
dimentum istud dirimat matrimoniū, ut
ex præcedentibus potest haberi, quatuor
requiruntur, primò q̄ præcedat, quia ni-
hil sequens matrimonium ratum potest il-
lud dirimere. Secundò q̄ sit tanta impoten-
tia, q̄ nullo modo possit coire. Tertiò sit
perpetuum. Quarto sit ignorans.

DE IMPEDIMENTO XII.
§. de interdicto ecclesiæ.

- I Illi inter quos matrimonium interdictum non
debent contrahere.

I Mpedimentum 13. scilicet de interdi-
cto ecclesiæ, circa quod. Sciendum q̄
illi inter quos matrimonium interdici-
tur non debent contrahere, si tamen con-
trahant peccant mortaliter, non tñ sunt
separandi, nisi ad pœnitentiam peragen-
dam, quia contempserunt mandatum eccle-
siæ de matri contract. contra inter. per
totum. Interdicta sunt etiam matrimonia
clandestina. de quo. uer. sponsalia. §. 1. De
interdicto papæ, uel ecclesiæ utrum matri-
monium contractum contra illud teneat
Pa. in c. ad dissoluendum. in glo. si. sic ait.
Matrim. contractum contra interdictum
papæ et cum clausula decreti irritantis,
quod agitur, tenet mero iure fm istam gl.
alio impedimento non obstante, & idem
uideri tenere Inn. sentiens, aliud esse in
sponsalib. Sed Ho. contra quia interdictū
papæ est foris, quam matri. non consum-
matum, cum supra illud possit statuere fm
libitum, ut in c. ex publico. de conuer. con-
iu. Alii distinguunt inter clausulam gene-
ralem & specialem, ut primò casu non ir-
ritetur. Secundò uerò sic, ex quo constat
de intentione papæ. Sed ego distinguerē,
q̄ aut interdictum papæ habet perpetuam
causam prohibitionis, & tunc matrim. est
nullum, aut temporalem, & tunc matri. te-
net, & decretum debet inferri ad causam,
ut sic durante causa debeat matri. separari,
& pro hac distinctione uide gl. notabilem.
in c. tua. de spon. duo. & facit gl. in l.
non dubium. C. de leg. Notabis tamen q̄

aliquis inferior papa non potest impedire
uirtutem matrimonii ex aliquo impedi-
mento temporali. Nam in papa est dubiū,
ut patet hic, hæc Pa. Quilibet tamen qui
potest cognoscere de matrimonio, ut epi-
scopus uel alius ordinarius potest inter-
dicere, de conan. & affi. c. 1. & contrafaci-
tes peccant, ut dictū est in prin. Not. tñ fm
Pet. de pal. q̄ quāuis parochialis commu-
niter non possit per tractare causas matri-
moniales, possunt tamen prohibere ad in-
quirendum utrum sit impedimentum, &
subditi tenentur obedire. Sciendum q̄ S.
Tho. quodl. 5. ar. 15. ad 1. comprehendens
totum simul dicit, q̄ ecclesia in his quæ ad
matrimonium pertinent tripliciter se habet.
Vno quidem modo per modum iudican-
tis. & quia homines uident quæ appa-
rent fm quòd dicitur primi re. 16. oportet
q̄ iudex ecclesiasticus iudicet fm ea quæ
sibi apparent per confessiones partium, &
per idoneos testes, & per alia legitima
documenta, quibus omnibus adhibitis cō-
tingit quandoque ueritatē latere, & præ-
cipuē in his quæ pertinent ad interiora
cordis, quæ humano non possunt probari
testimonio, & si per aliqua signa exteriora
de his possit aliqua coniectura haberi. Et
ideo iudicium ecclesiæ circa ea quæ ad ma-
trimonium pertinent si ueritas lateat non
impedit sequens matrimonium contrahē-
dum, nec dirimit iam contractum. Alio
modo se habet p̄ modū prohibētis, uel puni-
ētis, & hoc quidē impedit matrimonium
cōtrahēdū, sed non dirimit iā cōtractū. pu-
ta vxoricide p̄nā iponit ecclesia, ulterius
à matrimonio absteat, si tñ contraxerit
matrimonium, nō dirimitur. Tertiò mō se
habet per modū statutis qd̄ sit solum a-
utoritate summi p̄tificis, & fm hoc perso-
næ aliquæ redduntur illegitimæ ad cōtrahē-
dū, ita q̄ si et cōtrahāt nō tenet, ut patet
de quibusdā gradibus cōsanguinitatis, uel
affinitatis. c. nō debet, de spō. uel etiam de
adultera, cū quis dedit ei fidē, &c. hæc S.
Thom. Item idem doc. 4. dif. 40. ar. 4. ad 1.
& 2. sic ait, sicut Deus non coniungit illos
qui coniunguntur contra diuinum præcep-
tum, ita non coniungit illos qui coniungū-
tur contra ecclesiæ p̄ceptū, quod hēt eadē
obligandi efficaciam quā & p̄ceptum diui-
nū, quādo scilicet sit clauē non errante, &

ad secundum dicit dicendum, q̄ matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium, & ideo magis subiacet ordinationi ecclesie ministrorū quam baptismum qui est sacramentū tantū, quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita cōtractus & officia spiritalia lege diuina, hæc ille. Ex quibus patet primò q̄ papa in quo resideret tota autoritas ecclesie tanquam in capite potest illegitimare personas ad matrimonium, ita q̄ contrahiens non teneat. Secundò q̄ inferior illo non potest. Tertio q̄ quando patet de uoluntate summi pontificis, immo etiam aliorum debet seruari, alijs peccat. Quarto q̄ quando in communi loquitur, id est quando non est manifestum quid intendat quomodo credo canonistas supra alle. loqui, tunc præcipiendo uel puniendo loquitur impedit contrahendum sed non dirimit contractū si uero statuendo tunc etiam dirimit, & hoc est quod dicit Pa. quando causa est perpetua, & c. quomodo papa non possit in multis circa matrimonium uer. dispensatio. §. 2. conclusio. 3. & quarta & §. 3. & 4. in isto. §. §. habes autoritates, S. Th. diffusius.

DE IMPEDIMENTO DECIMO-
quarto scilicet feriatum.

- 1 Nuptie quando rite possint celebrari, & an eodem tempore liceat petere uel reddere debitum, quod tamen correctum est nuperrimè in conc. Tridentino, ut uisere est Sess. 24. ca. 10.
- 2 Hisdem temporibus an liceat contrahere per uerba de presenti.
- 3 Prædictis diebus an includatur octaua Epifanie uel Penthecostes.
- 4 Secundæ nuptie an liceat fieri.
- 5 Secundo nubentes an benedici debeant.
- 6 Quando aliquid contrahunt & benedicuntur propterea aliquo impedimento separantur si ad alias nuptias transeat, an debeant benedici.

Impedimentū. † 14. f. feriatū de quo notandum est S. Tho. 4. di. 32. ar. ultimo quod. si. q̄ q̄ nouæ sponse traductur animus coniugū magis ex ipsa nouitate ad cutam carnaliū magis occupatur, & ideo in nuptiis consueuerunt multa signa læticie dissolutè ostendi, & propter hoc

illis temporibus in quibus homines præcipue debent se ad spiritalia eleuare prohibitum est nuptias celebrari: hoc autem est ab Aduentu usq; ad Epifaniam, propter cōmunionē quæ em antiquos canones in natiuitate fieri conueniēter solet, de cōse. di. 2. c. si non frequentibus, & c. secularis. Et à Septuagesima usque ad octauas pasce propter cōmunionē pascalē. Et à tribus diebus ante Ascensionem usq; ad octauas Penthecostes propter preparationem ad cōmunionē, illo tempore sumēdā. Habet enim quandā mundanā & carnalē læticiā adiunctam. Non tamen isto tēpore prohibetur redditio debiti, uel petitio quia non est tanta distractio animorum, sicut in celebratione nuptiarū. Vtrūq; tēporibus sacris sit licitum petere uel reddere debitum, uide uer. matrimoniu. 3. §. 8. Et si tamen fiat traductioes uel celebritas tenet, tū imponitur penitentia quia egerūt cōtra statutum ecclesie, & sic peccat mortaliter em Guil. em Ray. non prohibentur spōsalia, nec etiā matrimonium de p̄nti, q̄ fit solo consensu sed traditio uxoris & omnis nuptiarum celebritas prohibetur. 33. q. 4. c. nō oportet. 1. & tribus sequentibus de matrimonio cōtracto cōtra inter. ec. p̄ totum, & c. capelanus de feriis, facit sequens. §. ¶ Primò, † quidā dubitat in d. c. capelanus de eo qd dictū est, q̄ licet cōtrahere p̄ uerba de p̄nti cui. Ref. Pa. ibidē in glo. dices q̄ putat omni tēpore posse cōtrahi sine celebritati solēnitate, q̄ in cōtrahēdo nulla reperitur cā phibitionis, cū nō fiat cōiunia nec exercetur comertiū carnale, sed tātū uenit cōsensus de p̄nti, in quo nullū reperit peccatū, immo est factū, in. c. debitū de biga. ad hoc facit glo. 33. q. 4. c. vir. ubi d̄ q̄ prohibētur nuptialia cōiunia, nuptiales solēnitates, solēnnes, traductioes, & carnis comixtio. Dom. Ar. flo. dicit esse standum consuetudini. Pe. de pal. tenet quod non potest fieri quia nisi fiat clandestinè oportet quod fiat cum solēnitate quæ prohibetur, sed potest responderi quod potest fieri coram testibus sine celebritate, con. ea. q. cap. nec uxorem, ubi expressè dicit quod nec ducatur nec fiat cōiunia ex quibus concludit ibidē. Pan. quod non solum uirgines sed nec uidue debeant uiris coniungi etiam sine solēnitate

rate, & si ducantur debent separari donec durauerint feruæ. d.c. non oportet & c. nec uxorem. Ex quibus patet quòd est falsum id quod dicit Angelica eo impedimento, in si. vbi dicit se credere, qui aliu uirum habuit ducat & consumat sine alia solennitate, q; nò peccat, patet èr dictis hoc esse falsum, immo gl. in d.c. capelanus adducit consumationē pro principali cā, & sic nò deficit rō prohibitionis, con. S. Th. vbi supra, & Rosella, sed quid si uida con sumaret isto tpe. Res. q; peccatur prima uice, nò tñ. uideur q; denuo debeat separari maximè si timeatur de incōtinentia, quia prohibentur cōsumare, in quod non propriè dñ fieri. nisi in prima ad instar illius qui cōsumauit ante benedictionē, de quo in. §. sequēti, & sm D. Ar. Flo. peccauit solū in prima uice, nec obstat id qd dictū est q; debēt separari, quia intelligit qñ sunt traducti & nōdū cōsumauerūt, ut expressè innuit ibi Pa. s. i. d. c. capelanus. Nā tex. in c. non oportet. el. 2. 3. q. 4. ubi dñ de separatione. s. ad tēpus. nò facit mentionem de cōsumatione, sed tantūm de solēnitare si igitur est traducta uel est facta solennitas & nondum consumauerunt debent separari usq; post terias, uel separantur pro penitentiā peccati q; egerunt contra statutū ecclesiæ supra pi. n. cir. si. Sed qd si alii cōtraherēt, & consumarēt añ septuagesimā, reliqua facerēt, post septuagesimā, & ante cineres. Responso. de hac. q. fuit aliàs interrogatus dum legerem Cremonē, & ieiunii q. non esse multum clarā. Nā sm iura antiqua, s. in c. nò oportet. el. primo. 3. q. 4. prohibētur nuptiæ in e. q. cap. nec uxorem ducere nec conuiuia facere. In glo. uerò cap. capelanus, de feri, dicitur quod quolibet tempore potest matrimonium contrahi, sed nuptiarum solennitas tantum his diebus ne carnaliter coniungantur prohibetur. hæc ibi. mihi aliud expressum reperitur in iure quod uiderim, uerba S. Tho. quæ hic in principio sunt posita, sonant q; consumatio propter quam &c. sit prohibita. Et sic S. Tho. & d. glo. à qua ur credo accepit S. Th. & tex. in d. c. nec uxorem, fundat se principaliter super cōsumatiōe, quæ in q. nostra præcessit & sic dicitur q; possit fieri sine peccato. In contrarium tamen sunt summissæ quorum primus fuit Ray. qui di

cunt q; tria prohibentur. s. traductio, consumatio, & solennitas, siue conuiuia, & sic cōtrarium uideur uerū. Ad istā q. sic respōdi q; prius s. in tempore non prohibito traducerent & cōsumarent, cætera uerò possent facere & post septuagesimā, tamen ante cineres. mouebat, primò quia cā principalis uideur esse consumatio. Secundò quia ex consuetudine scita à tota ecclesia & non reprobata, quæ interpretatur, & limitat ius commune positium sunt maiora signa leticiæ uanæ, quàm sint conuiuium nuptiale, & sic concludo q; præcedat traductio maximè solennis, & consumatio, reliqua possint fieri sine peccato. post septuagesimā, & ante cineres, sed quid si solūm præcedere consumatio sed non traductio, tunc dicerem non posse fieri sine peccato, maximè propter admirationem populi & fortè scandalum, quæ nò credo esse in primo casu, cūm fiant conuiuia & alia signa uanæ leticiæ sine omni respectu in illo tempore.

¶ Sed nunquid in prædictis diebus includitur octaua Epifaniæ uel Pêthecoites, D. Ar. Flo. post Pis. dicit q; non, eo q; non reperitur scriptum, si enim canon uoluisset includere nominasset octauam sicut nominauit octauam pasce. Pa. tamen in d. c. capelanus, tenet contrarium quem sequitur Angelica & Rosella, qui tamen quātū ad octauam Epifaniæ tenent primā opinionē, sed prima opinio uī magis sm tex. quātū ad uerāq; octauā in istis tñ & in aliis hmōi impedimētis, sequēda esse cōsuetudo, q; est optima legum interpret. c. dilectus. de cōsu. De octaua pasce oēs cōcordāt q; includit, q; tex. dicit octauas pasce. De tpe Epifaniæ tenet Pan. q; immediatè post diē Epifaniæ possint duci. d. c. capelanus, & hæc tenet nisi obstat consuetudo. De octaua uerò penthecostes non est dubitatio de ipsis sex diebus qui sequuntur dominicam Pêthecoites, sed de ipso die octauo. s. dñica trinitatis, & ð isto sunt opinionēs ut dictū est & sic sequenda consuetudo de qua si non constaret, uerior uī opinio quòd non includatur, & sm D. Ar. Fl. istę feriæ ordinarię incipiunt à uesperis præter sabbatum septuagesimæ quod incipit à completorio propter alleluia quod dicitur in uesperis, & intermittitur in

completorio, in hoc tñ consuetudo esset consideranda, & si istis temporib. sit morale consummare tñ post primam vicem fm Pe. non amplius peccat & secundum eundem Pe. sacerdotes benedicentes tali tempore grauitur puniuntur.

4 ¶ Tertiò, † queritur de secundis nuptiis utrum sint licitæ. Res. fm s. T. 4. di. 42. q. ult. ar. 1. uinculum matrimonium quod nõ minatur per nuptias non durat nisi usque ad mortem ut patet ad Ro. 8. & idè moriente altero coniugum, uinculum matrimoniale cessat, unde propter præcedens matrimonium non impeditur aliquis à secundo mortua coniuge, etiam infra tempus luctus, cap. super illa. de secundis nup. nec fit infamis, eodem ca. si. Ponit Pa. q. 11. ciuiles q̄ sunt contra libertatem matrimonii sunt sublata, aliz uerò manent. Pa. ibidem, & sic non solum secundæ, sed etiam tertiz, & deinceps nuptiz sunt licitæ. Christo. qui dicit q̄ est fornicatio intelligitur quantum ad causam quæ aliquñ est concupiscentia. Et quando Ambro. dicit quòd secundum non est bonum intelligit quantum ad horrorem significationis, qui est in primis nuptiis, ut sit una unius sicut Christus & ecclesia, qua ratione causat irregularitatem. Et est uerum sacramentum secundum s. Thom. ibidem, art. secundò, quia est ibi materia & forma. Nec ualet quòd sacramenta non reiterantur, quia intelligitur de his quæ habent effectum perpetuum, scilicet quæ imprimunt caracterem hæc S. T.

5 ¶ Quartò, † utrum debeant benedici. Respon. secundum San. Thom. ubi supra artic. secundo ad secundum quòd quamuis, secundum matrimonium in se considerata sit perfectum sacramentum: tamen considerata in ordine ad primum habet aliquid de defectu sacramenti, quia non habet plenam significationem, cum non sit una unius, sicut est in matrimonio Christi & ecclesiz, & ratione huius defectus benedictio à secundis nuptis subtrahitur, sed hoc est intelligendum quando secundæ nuptiz sunt secundæ, & ex parte uiri & ex parte mulieris, uel ex parte mulieris tantum. Si enim uirgo contrahat cum illo qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiz benedicuntur, saluat enim aliquo modo significatio, etiam

Secunda pars

in ordine ad primas nuptias, quia Christus & si unam ecclesiam sponsam habeat, hêt tñ plures personas sponsatas in una ecclesia, sed aña non p̄t esse sponsa alterius q̄ Christi, quia dzmone fornicat, nec est ibi matrimoniu spũale, & pp hoc qñ mulier. z. nubit, nuptiz non benedicuntur pp defectũ sacri, & quis in z. reperiat perfectũ significationẽ fm se considerato, non tñ si consideretur in ordine ad præcedens, & sic habet defectum sacri, hæc ille. Notadũ autem q̄ in c. uir. aut de secundis nup. non fit dfa inter uirũ & uxore sed indifferetẽr dfr, uir aut uel mulier ad bigamiã transies, non dèt à psbytero bñdici, quia cum alia uice bñdici sint, eorum benedictionẽ iterare nõ debet, hæc ibi, vñ dicendum q̄ in multis locis consuetudo habet fm q̄ dicit S. Th. quæ est seruanda fm omnes doct. & idè ipse s. Th. reddit rationem illius consuetudinis quæ quasi ubique seruatur, credo tamen quòd deficiente consuetudine, debet seruari ille tex. tanquam determinatio ecclesiz. Sacerdos iterans benedictionem quando non debet iterari grauitur punitur. c. 1. de secundis nup. Non tamen ibi Pa. post Host. & Io. An. primò q̄ si sit consuetudo non incurrit illam pœnam, secundo q̄ ille sacerdos reiterans, &c. non sit suspensus, sed sit ab ep̄o pœna arbitrarie imponenda, q̄ sponsa quæ non est uirgo non debeat benedici, habes. 3. di. c. seriatim.

6 ¶ Quintò, † Queritur quando aliqui contrahunt & benedicuntur sed propter aliquod impedimentum pura consanguinitatis uel alterius cuiuscunq̄ separantur, & transeunt ad secundas nuptias, utrum in secundis debeant benedici. Respon. si uir secundò contrahat cum uirgine, debet benedici ut in præcedenti. §. si uerò uxor quæ prius fuit benedicta contrahat, uidetur q̄ non debeat secundò benedici, tum quia quantum in se fuit contraxit secundò, & sic non seruatur miseriu unius, uel fm rationem tex. d. c. uir aut, quia transit ad bigamiã, hoc idè tenet Host. Sed quid sit de illis qui secundò cõtrahunt & in primis non fuerunt benedicti. Rñ. Rosella in uer. nuptiz. §. 4. dicit, q̄ pñt benedici quia fm dir. non fit uis in bigamia, sed in reiteratione, sed fm rationes s. Thom. uidetur quòd fiat uis in bigamia, quia dicit q̄ non

seruatur in secundis nuptiis perfecta rō sacramenti, s. unius, & ista vī ratio tex. d. ca. uir autem, in eo q̄ dicit ad bigamiam trāsfiens, & quamuis tex. subiungat causam reiterationis: tamē prima videtur melior, quod declarat consuetudo quorundam locorum, ubi si uirgo contrahat cū illo qui habuit aliam vxorem ambo benedicuntur quia secundū San. Tho. seruatur significatio vnus ex parte vxoris & tamen reiteratur benedictio in viro, ecce quōd reiteratur: ergo illa saltē non est ratio principalis & istam rationem S. Tho. adducit ipsa Rosella ibidem & approbat, ex quo apparet quōd ipse nō intelligebat quid diceret, q̄ ratio S. T. quam ipse approbat est contraria illi determinationi quā posuit in principio eiusdem. §. Conclude igitur ex omnibus his, quōd quando nuptiæ sunt secundæ ex parte utriusque nullo modo debent benedici: similiter quando sunt secundæ ex parte uxoris: quando uerō sunt secundæ ex parte uiri solū, benedicuntur secundū consuetudinem quæ in istis seruati debet secundū gl. d. c. si. maxime quando scitur à Papa, & non prohibetur. Et si quis consumaret ante benedictionem quando debent benedici peccaret mortaliter prima vice solū, quia facit contra præceptū ecclēsiæ d. c. r. & d. c. uir autē, & debent benedici etiam post consumationem quando consuetudo sic habet. Quomodo se habeat Episcopus ad dispensandum circa ista impedimenta. uide uer. impedimentū 1. §. 7.

DE IMPEDIMENTO XV.
quōd ad præscriptionem.

- 1 Allegans impedimentum ut fugiat præscriptionem quomodo probare debeat.
- 2 Iustus comparere sub pēna excoicationis late sententiæ, si detentus impedimento non comparat an sit excommunicatus.

Impedimentū 15. † allegans, ut fugiat præscriptionem, uel aliam instantiā tēporis non sufficit probare impedimentum, nisi probet se adhibuisse diligentiam, ad impedimentum remouendū & non potuisset actum expedire. Et debet probare q̄ illa fuit causa impeditiua sufficiens. i. sine qua nō potuit fieri, Et ille qui dimittit ac-

cedere ad locū timore inimicōrum, si fuit negligens in petendo securitatem quā potuisset obtinere, non releuatur, secus si fuisset periculum in petendo etiam in nūtio, & debet tentari uel experi, utrum sit periculum. Et similiter non excusatur occidens non ritē bannitum, quia debebat q̄re re, utrū esset ritē bannitus, oīa ista intellige nisi esset notoriū q̄ omnis diligentia fuisset frustratoria. Item appellans impeditus, ita q̄ non p̄t facere q̄ cā committatur, nō sufficit conatus unius, pro adeundo superiorē, nisi impedimentum perseveret quo casu est protestandum, & hoc narrandum in protestatione & solū ultima mora nocet, & pestis est legitimū impedimentum quæ æquiparatur hostilitati, etiam si reddatur ius, quia timebat horribilitatē pestis, intellige quā erat magna. ita q̄ nec fuisset infectus, quod ad arbitrium boni uiri & docti esset recurrendum, utrum sibi immineret periculum, & est utile protestari, & ista protestatio ualet quando notoriē non patet de impedimento. hæc D. Fel. in c. ex transmissa de appel.

z † Primò, † iustus comparere sub pēna excoicationis late sententiæ, si detentus impedimento nō comparer est excoicatus s̄m gl. in c. z. de testi. cog. quā multi sequuntur: cōtrarium tenet ibi Host. & Pa. & multi alij, quia si intendat eum ligare iusto impedimento obstante est error intolerabilis. Prima tamen opinio s̄m D. Fel. in d. c. z. limitatur. Primò nisi iudex sciui s̄t impedimentum. Secundò nisi ex verbis sententiæ exprimeretur q̄ non excommunicat nisi in contemptum, ut quia dixit si contemptoris uel si distuleris & similibus.

DE IMPERIO.

1 Imperium merum habere uel mixtum quid sit.

Imperium † merum est habere potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod & potestas appellatur. Mixtum uerò imperium in danda possessione consistit, ut in l. imperium. ff. de iur. omnia iudi. & ibi glo.

DE IMPOSSIBILI.

1 Impossibile quid dicatur.

¶ Dei præcepta homini iustificato ad obseruandū esse impossibilia, prohibuit dici sacrosancta syno. Trid. sub anathemate. Nā Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis; & adiuuat ut possis. Sess. vj. cap. xj. Ex Mar. 11. in fi. & Io. 14. LEO. à LEGE.

DE INCENDIARIO.

- 1 Incendiarius qua pœna puniatur.
- 2 Rapiens res eorum qui fatiscitur incendium ab te neatur ad restitutionem.
- 3 Destruens domum vicini timore incendi, ne sua comburantur, an teneatur ad restitutionem.

1 **I**mpossibile † dicitur aliquādo illud quod non commodè possumus facere, & sic sumitur in c. Catanensis ecclesie. 61. dist. ff. de verb. sig. l. nepos proculo. impossibile dicitur quod non est honestum, vt Inst. de condi. l. filius: impossibile dicitur quod non iuste potest fieri. 2. q. 2. c. sane, el primo. Et est in ar. quod illud quod de iure possumus possibile dicitur.

DE IMPUBERE.

- 1 Impubes quis dicitur.
- 2 Impubes vel furiosus capitalem penam non potest incurrere.

1 **I**mpubes † dicitur masculus donec compleuerit quatuordecim annum, femina autem duodecim, quia in ista ætate homines incipiunt pubescere. l. si. C. quando tutor, uel cura. & insti. qui. mo. si. tu. in prin. & hoc verum quo ad tutelam, sed ad matrimonium contrahendum tam diu est impubes masculus vel femina, quādiu non sunt potentes ad generandum, ut in c. puberes, de despon. impu. in text. & in gl. hoc veram quantum ad naturalem dispositionem, sed quantum ad determinationem ecclesie, secus quo ad matrimonium. vide ver. matrimonium. 2. §. 6. circa prin.

2 **¶** Primò † impubes nel furiosus capitalem fraudem. i. penā propter quam capite puniendus, communiter nō potest incurrere. ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. 1. facit C. de fal. mo. l. 1. in fin. nec debent torqueri: tamen solent & habena vel ferula cedi. ff. ad senatus consul. sillennianum. l. 1. §. impubere autem.

¶ INANIS gloria. vide gloria uana.

¶ INCANTATIO, vide supra uer. diuinatio, & uer. sortilegium, & uer. supersticitio.

¶ INCARCERATIO, vide uer. carcer, & uer. accusatio. §. 10.

1 **I**ncendiarius † qua pœna puniatur. Respon. de iure ciuili. l. qui ædes. ff. de incendi. Qui ædes acertum ve frumēti iuxta domū positū cōbussit, contuictus uerbe tatus igni necati iubetur, si modo sciēs prudenstis cōmiserit. si uerò casu, idest negli gentia, aut noxā, sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur. hæc ibi in text. Ex quo patet illud, qui nō pōt soluere in ære luat in corpore. ff. de iurisd. omnium iudi. l. si qd §. in seruos, & ff. de in ius uoc. l. si. & ff. de penis. l. 1. in fi. Quo uerò ad ius canonicum ultra mortale si scierit & uoluntariè fecit uel ex lata culpa tenetur ad restitutionē totius dāni dati. c. si egressus, cum c. sequenti. de iniuri. facit. l. si fornicu. ff. de incendiis, si uerò fuit leuis nel leuiffima culpa, sic similiter tenetur ad restitutionē si modo teneatur de leui, uel leuissima, non uidetur tamen peccasse mortaliter. Si aut nihil omisit de contingenti bus non tenetur. Vide qñ tenetur. ver. culpa. Et no. q. tales incendiarij culpabiles non solum tenentur de damno incendiij, sed etiam de rebus perditis pro incendio c. ff. de iniur.

2 **¶** Primò, † vtur rapiens res illorum qui patiuntur incendium teneatur ad restitutionem. Respon. q. sic c. si quis domum. de iniur. nisi haberentur pro derelictis, puta quia ignis tantū inualuit q. nullus sine periculo uitæ potest eis succurrere, & dominus dimittebat eas pro derelictis. tunc si q. ea caperet non tenetur de necessitate. ar. l. si quis merces. ff. pro derelicto.

3 **¶** Secūdo † vtur destrues domū vicini timore incendi, ne sua cōburatur, teneatur ad restōnē. Rñ. q. nō vñ teneri, si erat iustus metus, puta quia ignis iā peruenerat ad domū uicini, uel probabiliter dubitabatur, quia tēpus erat uentosum, & hmoi. l. 3. §. quod ait prætor. ff. de incen. ruin. & nau. uide dicit text. in l. si alius fecerit. §. et & alia exceptio. ff. quod uij, aut clam. nullam iniuriā aut damnum dare uideri, æquē perituris ædibus, facit. l. si q. fumo. §. quod dicitur.

ff. ad l. acq. Si autem non fuit iustus metus, tunc tenetur ad simplex damnum, fm Hofst. Addit tñ Hofst. q. si à vicinitate domus alicuius est diuupta iusto metu incendii, q. iudex ex officio & summa æquitate debet facere, q. vicini ei satisfaciant quilibet pro parte sua arg. l. 1. §. æquissimum. ff. ad leg. Ro. de iactu. & l. interdum. ff. qui po. in pigno. ha. Quis proprie dicatur incendiarius, & quomodo incurritur excommunicatione. ver. excommunicatio. 5. casu. 7. ¶ **INCESTORVM** restitutio. vide ver. restitutio. §. 18. & uersu. dispensatio. §. 15. 3. no. casu. 5.

DE INCESTV.

- 1 *Incestus quid sit.*
- 2 *Incestus an sit grauius adulterio.*
- 3 *Incestum an committat accedens ad monialem.*

1 **I**ncestus test sanguinearum, uel affinium abusus, unde incestuosi dicuntur qui consanguineis, uel affinis abutuntur. 2. 6. q. 1. c. lex, §. cum ergo, & prohibetur, & est peccatum. primò quia naturaliter homo debet quãdam honorificentiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis, & affinis qui ex eis parentibus de propinquo originem trahunt in tantũ q. apud antiquos ut Maximus Valerius recitat non erat fas filium simul cum patre balneari, ne se inuicem nudos conspicerent, in actibus autem ueneris maxima turpitudine & ex consequenti irreuerentia consistit, & contra honorificentiam, unde in his uerecundantur, unde Leuitic. 18. Mater tua est, non reuelabis turpitudinẽ eius, & idem dicitur in aliis ibidem. 2. quia pp magnam conuersationem induceret corruptelam castitatis. 3. qui propter nimium ardorem amoris qui est inter eos magis castitas violaretur fm S. Tho. q. dicit philosophus 2. politi. & nimius amor esset maximum libidinis inuentium. Quare quia non tantum multiplicaretur amicitia, unde antonomatice abusus talium personarum uocatur incestus, quasi priuatio castitatis, uel non castus. hæc S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 9. Et no. q. dñ incestus quandoque cognoscit q. aliquam consanguineam uel affinem vsq; ad quartum gradum, nisi fiat matrimoniu

INCONSIDERATIO.

per dispensationem, de quibus ver. impedimentum, consanguinitatis uel affinitatis, unde D. Ar. Flo. dat bonum documentum propter corruptelam hodiernam, ne germani uel affines pueri infra istos gradus permittantur simul dormire, quia multa inconuenientia sequuntur.

- 2 ¶ Primò, ¶ utrum incestus sit grauius adulterio Resp. q. sic 32. q. 7. c. quemadmodum. §. sanct. n. & c. se. vincitur tñ à peccato contra naturam, ut in d. c. q. incipit, adulteriu malum, & fm S. Th. ubi supra ar. 13. uitiũ contra naturam est grauissimum in isto genere. secundum est sacrilegium. tertium incestus. quartum est raptus alterius mulieris. Quintum est adulterium. Sextum stuprum. Septimum simplex fornicatio. unde D. Ar. Flo. narrat multa exempla in quibus multi tale incestorum habuerunt malum finem propter enormitatem peccati.
- 3 ¶ Secundo ¶ utrum accedens ad monialem committat incestum. Resp. q. sic. 27. q. 1. c. virginibus, quia sponsa Dei est, qui est pater noster. 12. q. 2. qui adulterit, nec solum incestum, sed etiam adulterium, quia sponsam alterius corrumpit, & etiam sacrilegiũ ut d. c. de virginibus, sed tamen non sunt tria peccata, sed unum solum habens diuersas differentias fm S. Th. Quomodo impedit matrimonium contrahendũ, & quis possit dispensare ver. impedimentũ. 7. criminis.

DE INCONSIDERATIONE.

- 1 *Inconsideratio quid dicatur.*
- 1 **I**nconsideratio ¶ quamuis possit accipi, & dici quãdocunque quis malè iudicat de aliquo agibili, quasi non benè considerans quid iudicandum, uel benè agendum sit, tamen secundum quandam appropriationem dñ inconsideratio fm S. Tho. 2. 2. q. 153. ar. si. qñ impeditur rō à bono iudicio agendorum pp delectationem uenerem, vñ dñ Dan. 13. de sensibus luxuriosis. Auertunt sensum suum ut non recordarentur iudiciorum iustorum, & est filia luxuriæ. vide uer. cecitas mentis, quando igitur aliquis uoluntarie auertit mentem suam, ut non iudicet talem delectationem esse fugiendam ne retrahatur à tali delectatione est inconsideratio. Et, 2. 2. q. 64. art. 4. ait idem

idem S. docto. quia consideratio, maxime pertinet ad iudicium: ideo defectus recti iudicii ad vitium inconsiderationis pertinet prout. s. aliquis in recte iudicando deficit ex hoc, q̄ contemnit uel negligit attendere ea ex quibus rectum iudicium procedit, vnde manifestum est, q̄ inconsideratio est peccatum, & pars imprudentiæ, quia prudentia est quæ recte iudicat. hæc ille. Et est mortale quando ex illa inconsideratione siue falso iudicio sequitur peccatū mortale. Et est filia luxuriæ in quantum ex delectatione ueneræ impeditur ut dictum est.

DE INCONSTANTIA.

I Inconstantia quid importet.

Inconstantia ¶ secundum San. Tho. 2. 2. q. 53. ar. 5. importat recessum quandam à bono proposito diffinito, huiusmodi autem recessus principium, quidem habet in ui appetitiua, non enim aliquis recedit à priori bono proposito nisi propter aliqd quod sibi inordinatè placet, sed iste defectus non consumatur nisi per defectum rationis, quæ fallit in hoc, q̄ repudiât id quod rectè acceperat, & quia cum possit resistere impulsui passionis, scilicet quod non resistat, hoc ex debilitate ipsius qui non se tenet firmiter in bono proposito cōcepto, & ideo inconstantia quantum ad sui consummationem pertinet ad defectum rationis, quia autem omnis recitudo rationis præctice pertinet ad prudentiam aliqua liter: ideo inconstantia quantum ad sui cōsumationem pertinet ad imprudentiam, & sicut præcipitatio est ex defectu consilii, & inconsideratio circa actum iudicii: ita in constantia circa actum præcepti, ex hoc. n. aliquis dicitur esse inconstans, quia ratio deficit in præcipiendo, quæ sunt consiliata, & iudicata. vnde cum bonum prudentiæ participet in omnibus, virtutibus moralibus, & s̄m hoc persistere in bono pertinet ad omnes virtutes morales, præcipue tamē ad fortitudinem quæ patitur maiorem impulsu, ad contrarium. Ira tñ, & inuidia quæ sunt contentiones principium faciūt inconstantiam ex parte appetitiuæ virtutis, ex qua est principium inconstantie: cōtinentia autem & perseverantia sunt species

constantie: ita & incontinentia, & non per seuerantia, sunt species inconstantie. Et s̄m. S. T. 2. 2. q. 153. ar. fi. Inconstantia est filia luxuriæ in quantum præceptum bonum impeditur per delectationem ueneræ, in quantum ex impetu concupiscentiæ ne exequatur id quod decreuit esse faciendū. vnde Terent. dicit in Eunuchō de quodam qui dicebat se recessurum ab amica: hæc verba. vna falsa lacrimula restringet. hæc S. Tho. Vide uer. constantia.

DE INCONTINENTIA.

- 1 Incontinentia utrum sit magis in anima, quam in corpore.
- 2 Colerici, & melancholici utrum sint secundum irreparatam concupiscentiam incontinentes.
- 3 Incontinentia utrum sit peccatum.
- 4 Incontines an magis peccet quam intemperans.
- 5 Incontines concupiscentiæ an sit peior, quā ira.

Incontinentia ¶ quæ dicitur eo, q̄ caro concupiscens aduersum spiritum superat ipsum, utrum sit magis in anima, quam in corpore. Respon. secundum S. T. 2. 2. q. 156. ar. 1. q̄ sic. Nam unum quodque magis attribuitur illi, quod est causa per se alicuius quàm illi cui conuenit solum occasionaliter, id autē quod est ex parte corporis in solam occasionem præstat in continentie, ex dispositione enim corporis potest contingere, quod insurgant passionēs uehementes in appetitu sensitiuo, qui est uirtus corporis organici, sed huiusmodi passionēs quantumcunque uehementes non sunt sufficiens causa incontinentie, sed occasio sola eo quod durante usu rationis semper homo potest passionibus resistere, si uerò passionēs adeo insurgant quod totaliter auferant usum rationis sicut accidit in his qui propter uehementiā passionum amentiaro incurrunt, non remanebit ratio incontinentie, quia non saluatur in eis usus rationis, quod continens seruat, & incontinens deserit, & sic relinquitur, quod per se causa incontinentie sit ex parte animæ, quæ rōne passionibus non resistit, quod quidem fit duobus modis, ut philosophus dicit septimò. Ethicorum. vno modo quando anima passionibus cedit antequam ratio consilietur, quæ quidem

dem uocatur irrefrenata incontinentia, uel preuolatio. Alio modo q̄n non p̄manet homo in his quæ conciliata sunt eo q̄ debilitate est firmatus in eo quod ratio indicat, unde & hæc incontinentia uocatur debilitas, & sic patet q̄ incontinentia principaliter ad animam pertinet. Et nota secundum Philosophum ubi supra q̄ mulieres nō dicuntur continentes neque incontinentes quia debilitate inheret his quæ determinat ratio, s̄m illud prouer. vlti. Mulierem fortem quis inueniet. Et quia id quod est patuum uel debile, reputatur quasi nihil, inde est q̄ Philosophus loquitur de mulieribus quasi non habētibus iudicium rationis firmum, quamuis in aliquibus contrariū accidat, & propter hoc dicit quod mulieres non dicuntur continentes quasi non habēt res solidam & firmam rationem, quod sequitur ad continentiam, sed dicuntur quasi de facili sequentes passionēs.

2 ¶ Primò, † vtrum colerici & malencolicis sint, secundum irrefrenatam concupiscentiam incontinentes. Respon. secundum S. Tho. ubi supra post Philosophum 7. Ethic. quod sic communiter, & ratio secundum S. Tho. quia impetu passionis contingit q̄ aliquis statim passionem sequatur ante consilium rationis, impetus autem passionis prouenire solet uel ex uelocitate, sicut in colericis, uel ex uehemētia, sicut in malencolicis, qui propter terrestrem complexionē uehementissimè inflantur, sicut eōtrario contingit quod aliquis non persistit in eo quod consiliatum est ex eo quod debilitate inheret propter moliciem complexionis, ut de mulieribus dictum est in §. præcedenti, quod etiam uidetur in flegmaticis contingere propter eandem causam sicut in mulieribus, hoc autem accidit in quantum ex complexionē corporis datur aliqua incontinentiæ occasio. non autem datur causa sufficiens quia semper ratio potest resistere: ideo dictum, communiter, unde concupiscentia carnis in eo qui est incontinens superat spiritum, non ex necessitate, sed per quandam negligentiam spiritus, non resistens fortiter.

3 ¶ Secundò, † vtrum incontinentia sit peccatum. Respon. secundum S. Th. ubi supra, q̄ incontinentia potest attendi circa aliquid tripliciter, vno modo propriè, & sim-

pliciter, & sic incontinentia attenditur circa concupiscentias delectationum tactus, sicut & intemperantia, & hoc modo incontinentia est peccatum dupliciter, uno modo ex eo q̄ incontinens recedit ab eo quod est secundum rationem. Alio modo ex eo q̄ immergit se turpibus delectationibus, & ideo philosophus dicit in 7. Ethic. q̄ incontinentia uituperatur non solum ut peccatum quod. s̄ est per recessum à ratione, sed sicut malitia quædam in quantum prauas concupiscentias sequitur. Alio modo incontinentia attenditur circa aliquid propriè quidem, in quantum homo recedit ab eo q̄ est s̄m rationem, sed non simpliciter, puta cū aliquis non seruet modum rationis in concupiscentia honoris, diuitiarū & aliorum huiusmodi, quæ secundum se uidentur esse bona, circa quæ non est incontinentia simpliciter, sed secundum quid. & sic incontinentia est peccatum, non ex eo q̄ aliquis ingerat se prauis concupiscentiis, sed ex eo quod non seruat debitum modum rationis etiam in concupiscentia rerum appetendarum per se: tertio modo incontinentia dicitur esse circa aliquid non propriè, sed secundum similitudinem, puta circa concupiscentias eorum quibus non potest aliquis malè uti, sicut circa concupiscentias uirtutum, circa quas potest aliquis dici incontinens esse per similitudinem, quia sicut ille qui est incontinens totaliter ducitur per concupiscentiam malam, ita aliquis totaliter per concupiscentiam bonam ducitur quæ est secundum rationem, & talis incontinentia non est peccatum, sed pertinet ad perfectionem uirtutis. Et hoc est quod dicit Dion. 4. cap. de di. no. quod Paulus per incontinentiam diuini amoris dixit. Viuo ego iam non ego, sed uiuit in me Christus.

4 ¶ Tertio, † quis magis peccet incontinens uel intemperatus. Respon. secundum S. Tho. ubi supra, quod intemperatus magis peccat & minus est conuertibilis, unde Philosophus ubi supra. Intemperatus non est penitius. Rationem assignat S. Tho. dicens peccatum secundum Ange. præcipuè in uoluntate consistit, uoluntas enim est qua peccatur & rectè uiuitur, & ideo ubi est maior inclinatio uoluntatis ad peccandū, ibi est maius peccatum. In eo autem qui
est in-

est intemperatus, voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quæ procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem qui est incontinens voluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione, & quia passio cito transit, habitus autem est qualitas difficile mobilis, inde est, quod incontinens statim pœnitentia transeunte passione. quod non accidit de intemperamento quinimmo gaudet se peccasse eo quod operatio peccati est sibi facta connaturalis sibi habitus. unde de his dicit Prover. 2. quod lætantur eum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Unde patet, quod intemperatus est multo peior, quam incontinens. ut etiam dicit philosophus ubi supra, quod incontinens est melior imperato, quia saluatur in eo optimum principium, scilicet recta extimatio de fine, sed intemperatus errat circa finem, quia eligit delectationem tanquam vltimum finem, & magis intemperatum vituperamus, quia peccat etiam ex parua tentatione: imò quandoque eam præuenit, incontinens autem non peccat si ne magna tentatione.

3 **Quartò**, ¶ *utrum incontinens concupiscentia sit peior, quam incontinens iræ.* Respon. secundum S. Th. ubi supra, quod aliquo modo sic, aliquo modo non. Quantum n. ad principium mouens turpius est incontinens concupiscentiæ, quantum verò ad malum in quod incidit ut in plurimum est peior incontinens iræ.

DE INDICIO.

- 1 *Indicium quid est.*
- 2 *Indicium unum an sufficiat.*
- 3 *Indicia an sufficiant si reo non detur copia & aduocato suo.*
- 4 *Indicium sufficiens an sit fama.*
- 5 *Indicium an faciat particeps criminis interrogatus vel spontè dicendo.*

1 **I**ndicium ¶ quid est. Respon. sibi Bal. in l. ea quidem. C. de accu. Indicium plenum est diuinitio rei per signa sufficientia per quæ animus in aliquo tanquam uero quiescit, & plus inuestigare non curat. ut C. de rei vendi. l. indicia. Semiplenum verò indicium est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum vel dicen-

dum. de quo in l. cum probatio. ff. de proba. & probat indicium ad minus per duos testes. ut est gl. singular. & Doc. in l. si. C. familiar. her. & Bar. in l. si. ff. de quæstionibus, ut præiudicent reo oportet quod citetur, & iurent testes, aliàs non præiudicatur. ut not. in l. si quis. ff. de adul. Est igitur triplex indicium. scilicet quod est abiciendum, uolentium quod probationem fecit, & probabile quod mediat inter ista, & sufficit ad torturam, & facit præsumptionem esse semiplenam probationem.

2 **Primo**, ¶ *utrum unum indicium sufficiat.* Respon. quod regulariter nõ, sed oportet sint plura. ut no. gl. & Bar. in l. i. §. occisorum. ff. ad Silleia. & Bal. in l. congruit. ff. de of. prin. tenet in processu si non opponeretur, quãuis plura non præcessissent indicia, sed tñ damnari non posset et si in tormentis est confessus, & et post ratificauit, ut est tex. c. i. gl. & ibi Bar. in l. pe. de quæsti. secus si spontè, & sine tortura est confessus, sibi Petr. de Anch. in cle. 1. de homi. sufficeret tñ aliquò unum indicium, puta vnus testis in tege: & bonæ famæ, qui testificatur de visu, & tunc potest poni ad torturam ad inquirendum. no. gl. & Do. in l. si quis. C. ad l. Iul. maie. & Bar. in l. 1. §. 2. & l. maritus, & l. pe. ff. de quæsti. Intellige quando testificatur super facto, ut uidi Titium occidere, secus si super indicio ut uidi Titium cū gladio euaginato. Item confessio extraiudicialis rei si est homo malæ uitæ, & conditionis non sufficit. ut dicit Bar. in l. si. ff. de quæsti. Itè si iuuenis inuenitur exire de domo pulchræ mulieris, uel inuentus est cum ea in locis secretis, & apertis ad fornicandum, ut no. in c. literis, de præsump. & huiusmodi, & ita uidetur relinquendum arbitrio iudicis, quando unum sufficit. Conclude igitur secundum Pa. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. & Bar. in l. si. ff. de quæsti. quòd non potest dari certa regula quæ indicia sufficiunt, sed dimittendum iudicis arbitrio, & similiter eius arbitrio relinquatur utrum sufficiat indicium unum uel plura requirantur sibi Ange. in lib. de malef. duo etiam leuia indicia constituunt unum sufficiens ad torturam secundum Bar. in d. l. si.

3 **Secundò**, ¶ *utrum indicia sufficiant, si reo non detur copia, & aduocato suo.* Respon. quòd non, ut l. custodias, & ibi glo.

- & Bar. ff. de pu. iudi. limitat. Angel. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. nisi quando iudex procedit ex mero officio, & non ad querelam. ut no. D. Anto. in c. qualiter, & quando. el. 2. de accu.
- 4 ¶ Tercio, ¶ utrum fama sit sufficiens indicium. Resp. q̄ non, vt tenet Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæsti. nisi iungatur cum aliis iudiciis. Fama tamen cum vno teſte in ciuilibus facit plenam probationem. ut in c. ueniens. el. 1. de teſtibus ſecus in criminalibus, quid ſit fama. ver. eo. prin.
- 5 ¶ Quarto, ¶ utrum participes criminis inter rogatus uel ſpontè dicendo faciat iudiciũ contra ſocium. Resp. q̄ non, vt not. Bar. in l. 2. §. ſi ſeruus. ff. de quæsti. facit quod not. gl. in l. ſi filium. C. de li. cauſa. ſimiliter nec pater uel filius aut alii commenſales, de quibus in l. parentes, & liberi. C. de teſti. faciunt iudiciũ, ut no. Bar. in d. §. idẽ Cornelio, & hæc procedunt quando nulla alia iudicia vrgentia præcedunt, & ideo ſocius de ſocio non eſt interrogandus. l. ſi. C. de accu. fallit in aſſaſſinis. ut not. glo. in l. non ideo minus. C. de accu. & in delictis in offenſam generalitatis. ut not. Bar. in l. reperi. ff. de quæ. ſicut ſunt latrones, & huiuſmo di. vide ver. in quĩſitor. §. 6. & ſequentibus, & uer. in quĩſitor. & uer. teſtes.
- 4 Quare aliquando dicitur remiſſio poenæ & culpa.
- 5 Remiſſio poenæ an ualeat exiſtenti in peccato mortali.
- 6 Poena remanet perpetua niſi homo deleat.
- 7 Peccatum duplex eſt actuale, & originale.
- 8 Confeſſores ſimplices utrum poſſint dare indulgentias ſibi conſtitentibus. Et indulgentias iſtæ quis dare poſſit n. 9.
- 10 Indulgentiam an poſſit dare non ſacerdos.
- 11 Indulgentiam ad hoc ut alicui ualeat tria requiruntur.
- 12 Indulgentia utrum poſſit dari pro merè temporali, ut non committatur ſimonia.
- 13 Recompensationis effectus quis ſit.
- 14 Indulgentiæ qualem, & quantum effectum habeant, & quomodo dies, & anni in eas nominari intelligantur.
- 15 Opus unum an poſſit eſſe pro alio ſatisfactorium.
- 16 Indulgentiarum uerba quomodo habeant intelligi.
- 17 Prælati inferioris à Papa an poſſint concedere ſubditis ſuis indulgentias.
- 18 Indulgentiam ad hoc ut aliquis conſequatur que requirantur.
- 19 Indulgentiam an poſſit obtinere unus pro alio faciendo id pro quo ponitur indulgentia.
- 20 Indulgentiam an qualis poſſit obtinere pro amico exiſtente in purgatorio.
- 21 Indulgentiæ utrum ualeant religioſis.
- 22 Indulgentiam an conſequatur iſ qui eſt uicinus eccleſiæ in qua eſt indulgentia illam uifiſtrando cum quotidie uadat in ea etiam ſine indulgentia.
- 23 Verba illa Confeſſis, & contritis quomodo intelligantur.
- 24 Abſolutionis forma quæ ſit.
- 25 Abſolutio plenaria generalis in articulo mortis quomodo fiat.
- 26 Indulgentiam an conſequatur ille qui eunſto ad locum indulgentiæ moritur.
- 27 Indulgentia ſubilei an differat à plenaria.
- 28 Ingrediens religionem intellige per profeſſionem habet tantam indulgentiam quantum habes pertransiens ad terram Sanctam.
- 29 Indulgentiam an ſibi ipſis poſſint facere prælati.
- 30 Reuocatio indulgentiæ an noceat.
- 31 Poena religioſorum pronuntiantium indulgentias indiſcretas.

DE INDIGNATIONE.

1 Indignatio eſt filia iræ.

1 Indignatio ¶ eſt filia iræ ſecundum q̄ ira eſt in corde inquantum reputat indignũ ut ſibi tale quid fecerit ille contra quem iraciſcitur. hæc S. Th. 2. 2. q. 158. ar. 7. Vide uer. ira. Et ex iſta indignatione ſequitur, q̄ non uult uidere uel audire eum cui iraciſcitur, & communiter eſt ueniale, niſi per accidens ſcilicet ratione ſcandali uel quia de negat loqui, uel reſpondere in caſu quo tenetur de præcepto.

DE INDULGENTIA.

- 1 Indulgentia quid ſit.
- 2 Indulgentia diſſiniſio.
- 3 Remiſſio poenæ utrum ſe extendat ad culpam.

¶ Indulgentias cōferendi p̄tās cūm à Chri-
sto concessa sit; atq; h̄mōi p̄tate diuinitus
sibi tradita, antiquis ēt tēporibus illa usā sit
sancta synodus Trid. indulgentiarū usum,
Christiano populo maxime salutare, & fa-
rorū conciliorū auctoritate probatū, in ec-
clesia retinendum esse docuit, & p̄cepit;
eosq; anathemate dānat, qui aut inutiles
esse asserunt; uel eas concedēdi in Ec-
clesia p̄tatem esse negant. Ad quāstū uerō eas nō
exercendas, & abusus in eis exortos omni-
no tollendos, statuit; atq; moderatiōē in
his concedendis adhiberi exoptauit. Sess.
xxj. c. xj. Sess. xxv. c. de indulg. Ex Matt. 16.
& 18. Ioā. 26. c. audiuius. & c. quodcunq;
ligauerit. 24. q. 1. c. adhuc. de p̄cni. di. 1. tot.
tit. de p̄cni. & rem. extra in 6. & in clem.
LEON. A LEGE.

1 **I**ndulgentia f̄m Arc. in c. indulgentia,
de p̄cni. & rem. li. 6. est nomē sumptū ab
indulgeo, qđ uerbū sumitur multis mo-
dis. Aliqñ. n. significat concessiōē gr̄a, un-
de solet dici: Dñs papa indulget mihi talē
gratiā, ad hoc, ut lit. p̄cni. c. delictus. de pri-
uileg. c. dudū. Aliqñ dispensatiōē. 77. di. c. fi.
in fi. de elec. c. dudū el. 2. & aliqñ ius cōe.
33. q. 2. c. interfectiones. & 3. q. 3. c. de in-
c. estis. Aliqñ accipitur pro uacare, seu ope-
rā date, ut dicēdo iste indulget gulæ. unde
Cato. Indulgere gulæ noli quē uentris ami-
ca est. Aliqñ remittere, uel condonare, nam
dicimus, deus peccata indulget p̄cnitenti.
Aliqñ demonstrat p̄cnae remisiōē. ut 2.
q. 3. in fi. Et sic cōiter accipiunt doc. qñ lo-
quuntur de indulgentiis, quæ dantur cōi-
ter in ecclesiis, uel personis priuatis, per p̄e-
latos, de qua dicit S. T. 4. d. 20. ar. 3. quodl.
1. q. ab oībus conceditur, indulgentias ali-
quid ualere, qā impiū esse dicere qđ ecclesia
aliquid uanē faceret. Sed quidā dicunt, qđ
non ualeat ad absolueūdū à reatu p̄cnae qđ
quis in purgatorio f̄m iudiciū dei mereat,
sed ualeat ad absolueūdū ab obligatiōe,
qua sacerdos obligauit p̄cnitentē ad p̄cnaē
aliquā, uel ad quā ēt ordinatur ex canonū
statutis. Ista opinio non uī uera. Primō qui
dē quia est expressē contra priuilegiū. Pe-
tro datū, ut qđ in terra remitteret in celo
remitteretur. 24. q. 1. c. quodcunq;, unde re-
missio quæ fit quantū ad forū ecclesie, ua-
let ēt quantū ad forū Dei, & p̄terea eccle-

sia per h̄mōi indulgentias magis dānificat-
ret, qđ adiuuaret, quia remitteret ad graui-
res p̄cnas. s. purgatorii absolueudo a p̄cni-
tiis iniunctis. h̄c S. T. multas alias opinio-
nes ponit Pa. post gl. in c. quod aut. de p̄c.
& re. quas dimitto, quia parū ualent, sub-
iungit S. T. h. ubi supra. & dicit. Et iō aliter
dicendū qđ dolent, & quantū ad forū eccle-
siae, & quantū ad iudiciū Dei, ad remissiō-
nē p̄cnae refidū, post contritiōē, & cōfesi-
ōnē, & absolueōē, siue sit iniuncta, siue
non, h̄c ille, & hoc est, quod dicit Pa. ubi
supra dicens ultra glo. datur, & alia opinio
quæ uī cōis, quā sequunt Gof. Ho. Io. An.
& cōiter alii doc. qđ istæ indulgentiæ pro-
sunt, prout uerba sonant, & quo ad Deū,
& quō ad p̄cnitentiam hic iniunctam, p̄
hoc est tex. in c. eum ex eo. de p̄cni. & rem.
h̄c illa. infra §. 12. & 17.

2 ¶ Primō, ¶ ex his pōt haberi diffinitio in
dulgentiæ f̄m d. Fel. in quodā sermone quē
facit de indulgentia, qđ est remissio p̄cnae
tēporalis pro peccatis actualibus p̄cnitenti-
tū non remissis in absolueōe sacramen-
tali, facta à p̄elato ecclesie ex causa rōna-
bili pro recōpensatione, de p̄cna indebita
Christi, & sanctorū, h̄c ille. Nec est facien-
da uis in hoc qđ sit donatio uel remissio,
quia per id qđ iste dicit donatio ille intel-
ligit remissionem & potest dici remissio
quantum ad recipientem, donatio uerō
quantum ad dantem pro cuius declara-
quaruntur aliqua.

3 ¶ Secundo, ¶ quærit in eo qđ dicit remissio
p̄cnae, utrū extendat ad culpā, ita qđ habēs
culpa peccati mortaliter sic capax indulgē-
tiæ. Rñ. f̄m S. T. 4. di. 20. ar. 5. qđli. 1. qđ nō
ubi sic dicit, quidā dicunt indulgētiās ua-
lere ēt existentib. in peccato mortali, non
quidē ad dimissionē p̄cnae, quia nulla pōt
dimitti p̄cna nisi cui iā est dimissa culpa,
qui. n. non est cōsecutus operationē Dei in
remissionē culpe, non pōt consequi remissi-
ōnē p̄cnae à ministro ecclesie, neq; in in-
dulgentiis, neq; in foro p̄niali, ualeat tñ eis
ad acquirendū gratiā. Sed hoc non uī uerū,
quia quāuis merita illa, quæ p̄ indulgen-
tiā cōicant, possent ualere ad merendū gra-
tiā, non tñ p̄ hoc dispensantur, sed determi-
natē ad remissionē p̄cnae, & iō non ua-
lent existentib. in mortali, unde in omnib.
indulgentiis fit mentio de cōtrariis, & cō-
fessis.

fessis. Si autem fuerit cōicatio p̄ istū modū facio te participē meritorū totius uel unius cōgregacionis, aut unius specialis persone, sic possit ualere ad merendū aliquid illi, q̄ est in p̄cto. s. dispositiōe, ut p̄dicta opi. dicit hęc S. T. cōcor. Pe. Ric. Ar. Flo. & cōiter doc. unde d. Fel. post Fran. de Mai. in d. ser. monē dicit, q̄ papa nō p̄t dare indulgentiā à pena & à culpa, q̄a est culpa materia repugnās indulgētiā, quia nō remittit nisi p̄ contritiōe, & iō bene d̄ in diffinitione, remissio p̄cne. Et iterū S. T. in quodl. ar. fin. ait. Ideo consequit̄ quis indulgentiā quia unus p̄t pro alio satisfacere sicut vnū mēbrū corporis, satis facit p̄ alio, eō q̄ sūt unita ī uno corpore, ita oēs existēs ī charitate sunt uniti ī illa sicut ī uno corpore, & sic meritū unius p̄t alteri attribui, & sic pro illo satisfacere, secus ergo ēet si nō est in caritate, & sic existens in p̄cto mortali, non est capax. hęc ille q̄ faciunt p̄ s. se.

¶ Tertio, ¶ Quartitur ergo si nō ualeat ad culpā quare aliqui d̄ remissio p̄cne, & culpæ. Res. do. Fel. in d. tra. dicit q̄ talis indulgentiā à pena, & à culpa nunquā emanat à euria nec sic dēt dici, pro quo facit tex. in cle. 1. de priu. & in cle. 2. s. ad hęc, de p̄c. & re. ibi ut cōtū uerbis utamur qd̄ denotat abusionē uocabuli, s̄m tū. Do. Ar. Flo. p̄t saluati talis locutio, ut remissio culpæ referatur ad contritiōe, & confessionē quæ sūt p̄ambula necessaria ad consequendā indulgentiā, ut patet ex forma, & remissio p̄cne referat̄ ad effectū indulgentiæ. Io. uerō de Imo. in quodā consilio dicit, q̄ illa uerba à pena & à culpa, un̄r adiecta ī superhabundantē cautelā, quia si non esset à pena & à culpa non esset plenissima indulgentiā, siue igiē tūc fiat remissio culpæ p̄ contritiōe siue p̄supponat̄ p̄cedere. si dēt esse plenissima oportet q̄ sit remissio ab utroq; qd̄ maximē ūt uerū qn̄ id qd̄ facit p̄ indulgentiā consequenda, reliquit effectū post se.

¶ Quarto, ¶ Dicit̄ est q̄ non ualeat existenti in peccato mortali. Sed quid si qn̄ impetrat pro aliquo tpe futuro & tpe impetracionis est in peccato mortali uel qd̄ si incipit iter ad eundū ad indulgentiā, & est in peccato mortali, in p̄cessu tū conuerit̄. Res. s̄m Do. Fe. ubi supra q̄ sufficit ipsū esse sine peccato mortali qn̄ consequitur, nō qn̄ impetrat, uel qn̄ incipit uel mediat iter. Idem

s̄m D. Ar. Fl. de eo qui hēt indulgētiā ut possit absolui in articulo mortis si ieiunet per annū, & qn̄ ieiunat est in peccato mortali consequitur tū. In tempore igitur in quo consequitur remissionē necesse est esse sine peccato mortali, sed non requiritur qn̄ impetrat uel qn̄ facit id p̄ quod consequitur remissionē, cōcor. S. T. in quodl. secundo ar. si. Sed quid si dās intenderet q̄ reciperet qn̄ erit in grā, & nō qn̄ facit forte q̄ possit sicut aliqui datur dicēdo si fuerit infra mēsem cōfessus, uide aliqd̄ uer. ex cōicario. s. casu. 11. s. si. satis ēt simile est qn̄ absoluit in articulo mortis, & dicit, si nunc non decesseris, referuo illā tibi in alia uice ex quo ūt q̄ sit in auctoritate concedenti determinare tempus infra s. 17. citā priu.

¶ Quinto, ¶ Dicitur. 2. in diffinitione, tēporalis, q̄a s̄m. c. Fe. post Car. nisi hō doleat, pena remanet p̄petua & talib. indulgentiā nō p̄dest, sed p̄ cōtritiōe recōciliat̄. Deo, & aboleat culpa, & pena quæ erat p̄petua remanet tēporalis, recessura in hoc seculo uel in purgatorio, & hęc p̄ indulgentiā tollitur uel p̄ certo tpe, uel ī totū, qd̄ ultimū est solius papæ, un̄ bene dicitur pena tēporalis.

¶ Sexto, ¶ Dicitur. 3. in diffinitione, pro peccatis actualibus, ubi not. q̄ duplex est peccatū. s. originale, & actuale, primū fuit delictū per mortē Christi, & p̄ baptismū, ideo nō est onus satis faciēdi p̄ illo. Actuale uerō qd̄ aliqui cōmisit post baptismū siue sit mortale, siue ueniale, hēt aliquē reatū p̄cne, ita q̄ opus est aliqui satisfacere pro illa pena siue hic siue in purgatorio, & iō dicit p̄ peccatis actualib. & nō pro originali, d̄, 4. p̄nitentib. quia anteq̄ p̄nitentat & cōteratur non est capax, ut dictum est. s. 2.

¶ Septimo, ¶ Subiungitur. 5. in diffinitione nō remissis in absolute sacrali. ubi quæritur utri cōfessore simplices possint dare indulgentias sibi cōsuetib. Res. s̄m In. in c. q̄ at q̄ sic & p̄nt concedere q̄ indulgentiis uel remissionib. non suorū iudiciū uti possint. Idem tenet Zab. in cle. religiosi, de pri. Pa. ēt in c. sicut dignū, de homi. in 1. col. sic ait. Pōt ēt sacerdos ex p̄tate sibi cōmissa aliquantulū dispensando minuire de pena debita, & ē pulcher tex. A. u. de pen. di. 1. quæ p̄nitent. s. ipsi aut̄, & iō bonū est ut sacerdos in impossibilitate p̄nitentiæ dispenseret eū cōsistente circa residuum p̄cne: si maior esset

eſſet imponenda. hęc ille. Et Ar. in cap.
 indulgentiæ, de penit. & rem. lib. 6. ſic ait.
 Alii dicunt quemlibet ſacerdotē poſſe con-
 cedere indulgentias nec obſtat, quod vi-
 detur eſſe contra de exceſſibus præla. c. ac-
 cedentibus, cum ſimilibus. Nam aliud eſt
 dare literas generales indulgentiarum quæ
 eſt iuriſdictionis, aliud in abſolutione pœni-
 tentis providere diuerſos modos liberandi
 à pœnis, quod eſt officium ſacerdotis ſecū-
 dū Inn. qui etiam dixit & bene, quod li-
 cēt reſtrieta ſit hęc poteſtas in indulgentiis
 quæ ſunt publicæ, non tamē ſunt reſtrieta
 in foro pœnitentiæ, quin poſſint annos
 & dies pro ut vult indulgere dummodo iu-
 ſtē faciāt. Item eſt dicendū ad autoritatem
 S. Tho. di. 20. ar. 4. quod l. prima qui dicit
 unde ſacerdotes parochiales ut Abbates
 & alii huiusmodi prælati non poſſunt hu-
 iusmodi indulgentias facere. Idē no. gl. in.
 c. noſtro, de pœ. & re. quod inferiores epiſ-
 copo nō poſſunt dare indulgentias niſi ex
 ſpeciali cōceſſione, uel privilegio uel alia
 legitima cauſa, puta præſcriptione ut fa-
 cit in quæſitores, uel prædicatores, ar. c. ac-
 cedentibus, de exce. præla. intelligit publi-
 cæ ut dictū eſt, uel forte S. Th. intelligit
 per modū indulgentiæ, ſecus uirtute clauū.
 Et ſic parer ſolutio, ad illos qui tenent con-
 trarium. Poſſunt etiam inferiores prælati
 concedere participationem bonorum ſuæ
 congregationis ſecundū S. Th. quæ ſit
 per mutuam charitatē. concor. Alia. dicēs
 cum Inn. quod poteſt dare annos uel dies ſicut
 eis uidebitur dūmodo diſcretē hoc faciāt.
 Idem tenet gl. in c. menſuram. de pœn. di.
 1. ubi dicit quod apud Deum non tantūm ua-
 let menſura temporis quantum doloris, &
 ideo relinquatur arbitrio ſacerdotis pro ut
 uiderit expedit ut tempus atterat uel pro-
 roget, hęc ibi. Non igitur ſecūdū Inn. re-
 ſtringitur autoritas confeſſoris ad annum
 uel dies ut reſtringitur epiſcopis d. c. cum
 ex eo & d. c. indulgentiæ, dūmodo diſcre-
 tē, concor. Be. in d. c. indulgentiæ. Idem Io.
 An. Sic igitur poſt remiſſionem factam ra-
 tione contritionis, & ratione abſolutio-
 nis ui clauū, & ratione alterius pœnitē-
 tiæ, & rōne remiſſionis à confeſſore. i. pro
 reſiduo purgatio dat indulgentia, unde be-
 ne dicitur in diſſinitione, nō remiſſis, & c.
 ¶ **¶** dicitur, 6. in d. diſſinitione, fa-

cta à prælato eccleſiæ, iuxta hoc quaeritur
 quis poſſit dare iſtas indulgentias. Reſpon-
 ſeundū S. Th. ubi ſupra quod ſolus papa pōt
 uniuerſaliter p. totū mūdū indulgentias uni-
 uerſales uel particulares ſecundū quod ſibi pla-
 cet cōcedere dūmodo rōnabiliter ut infra. §.
 10. papa enim habet plenitudinem poteſta-
 tis pontificaliæ quaſi rex in regno. confir. p.
 d. c. cum eo. & 24. q. 1. quodecunq; item le-
 gati papæ poſſunt facere indulgentias per-
 petuas in terminis ſuæ legationis, ſicut &
 perpetua ſtatuta, de offi. leg. c. ſi. & archie-
 piſcopi in ſua prouincia ſubiungit. S. Th.
 ubi ſupra. Sed epiſcopi aſſumentur in par-
 tē ſolicitudinis quaſi iudices ſingulis ciui-
 tibus præpoſiti, propter hoc etiam ſolos
 eos in ſuis literis fratres uocat, reliquos au-
 tē omnes uocat filios, intelligit inferiores
 epiſcopis, & ideo poteſtas faciendi indulgē-
 tias plenē reſidet in papa, quia pōt facere
 quod uult, cauſa tamen exiſtere legitima, ſed
 in epiſcopis eſt taxata ſecundū ordina-
 tionem papæ, & ideo poſſunt facere ſecun-
 dū quod eſt taxatum & nō amplius. hęc.
 S. Th. Et ideo non poſſunt excedere ſecun-
 dū ſummā, 40. dierū, ſiue fit pro uniuer-
 ſario eccleſiæ, ſiue pro quacunq; alia cau-
 ſa. In dedicatione uero Baſilicæ poſſunt cō-
 cedere uſq; ad ſummam unius anni, & nō
 plus, ſiue deditur ab vno epō aut archie-
 piſcopo ſiue à pluribus, ut in. d. c. cum ex
 eo, & c. noſtro. e. ti. ar. per no. in c. indulgē-
 tiæ. e. ti. li. 6. quod intellige ſecundū glo.
 non ualere, quod ad exceſſum nō quo ad
 numerū cōceſſum, de inferiorib. epis, dic-
 tim S. Tho. ut in præcedenti. §. Sed quid ſi
 unus epiſcopo concedit, 40. ſucceſſor uero
 alios 40. uel alius quidam, dicunt quod ſecū-
 da non ualeat, ne fiat contra ſtatutū eccle-
 ſiæ, & durant poſt mortem, ut dictū eſt
 de legato. Intelligit ſcilicet quod epiſco-
 pi poſſunt ſuis ſubditis ea, quod autem, de
 pœ. & re. uel illis qui habent à propriis, ut
 poſſint participare, quam licentiam poſ-
 ſunt dare proprii parochiales Archiepi-
 ſcopi uero in tota prouincia & ſimiliter le-
 gati dummodo non excedant numerum
 ut dictū eſt, quidam dicunt quod quan-
 do epiſcopus celebrat poteſt concedere
 annum, & etiam. 40. dies, ſed Pa. in c. cū
 eo, de pœn. & rem. dicit hoc eſſe uerum
 in papa, uide infra. §. 16. d. Fel. in d. tra. di-
 cit,

dit. i. quod legatus papæ etiam non facer-
dos archiepiscopus & episcopus sunt pa-
res in dando indulgentias. Item dicit q̄
narius episcopi non potest dare nisi ha-
beat specialem licentiam. Item q̄ cōciliū
generale potest dare plenarias, secun-
dum Abb. in quoddam sermone. Item q̄ capitu-
lum sede uacante non potest dare.

10 ¶ Nonō, ¶ utrum non sacerdos possit da-
re indulgentiam. Ref. fm. S. T. ubi supra q̄
sic, dummodo habeant iurisdictionem ec-
clesiasticam, ubi sic ait potestas faciēdi in-
dulgentias sequitur iurisdictionem, & quia
diaconi & alii nō sacerdotes possunt habe-
re iurisdictionem, uel cōmissam sicut lega-
ti, uel ordinariā sicut electi, ideo possunt
indulgentias facere, etiam non sacerdotes,
quamuis non possunt absoluerē in foro pē-
nitentiā qd̄ est ordinis. Indulgentias enim
facere pertinet ad clauem iurisdictionis, hęc
ille. Eodē modo probat q̄ existens in pecca-
to mortali pōr dare indulgētiā quę æqua-
liter ualent, quia p̄ peccatū nō tollitur iu-
risditio & ideo indulgētię equę ualent si
fiant ab eo qui est in peccato mortali sicut
si fierent ab eo qui est sanctissimus, cū non
remittat pēnā ex ui suorū meritorū, sed ex
ui meritorium reconditorū in thesauris ec-
clesiæ hęc. S. Th. uide infra.

11 ¶ Decimō, ¶ dicitur septimo in diffinitio-
ne, ex causa rationabili unde fm. S. T. ubi
supra tria requiruntur ad hoc q̄ indulgen-
tia alicui ualeat. Primō causa rationabilis
scilicet pertinens ad honorem Dei, uel ad
necessitatem aut utilitatem ecclesiæ secun-
dō autoritas dātis ut dictum est in tribus.
§. precedentibus. tertio ut recipiens sit in
statu charitatis ut supra. §. 2. 3. & 4. & hęc
tria signātur in literis papalibus, nam cau-
sa designatur in hoc q̄ promittit de subsi-
dio terrę sanctę & huiusmodi. Autoritas
in hoc q̄ fit mentio de autoritate Petri &
Pauli, & ipsius Papæ. Charitas autē recipi-
tis in hoc quod dicit omnibus uerē pēni-
tentibus & confessis, non dicit & satisfac-
ientibus, quia indulgentia non excusat à
contritione & confessione, sed cedit in lo-
cum satisfactionis. hęc S. Tho. potest addi
quarto scilicet q̄ faciat id pro quo datur,
& communitur hoc. dicunt q̄ non debent
dari sine magna causa, & hoc secundum.
d. Fel. in d. tractatu, ne thesaurus ecclesiæ

uilescat, & facit. ca. legimus. 93. di. ubi om-
ne rarum præciosum, cā rationabilis est
pro recuperatione terrę sanctę pro ædi-
ficatione ecclesiæ, pro uisitatione corpo-
rum sanctorum Rome, & similibus pro re-
paratione pontium maximē ubi peregrini
in transitu patiebantur periculum. c. q̄
autem, & ibi Pa. pro defensione fidei, pro
his etiam quę sunt ad laudem Dei ut præ-
dicare & similia, & pro promotione stu-
dii. Si tamē inordinatē remittat ita quod
homines quasi pro nihilo ab operibus pē-
nitentię reuocentur, peccat faciens tales
indulgentias, nihilominus quis plenam
indulgentiam consequitur. hęc. San. Th.
uide infra. §. 7.

12 ¶ Undecimō, ¶ utrum possit dari indulgē-
tia pro merē tēporali, ut nō cōmittat simo-
nia. Ref. fm. S. Th. ubi supra quod non,
sed pro temporali ordinato ad spirituale, si-
cut pro elemosina data ad ædificationē ec-
clesiæ, uel similia quod probatur p̄ cōmū-
nē consuetudinē ecclesiæ, unde. s. T. sic ait.
temporalia ad spiritualia ordinantur quia
p̄ spiritualia temporalibus. uti debemus, &
ideo pro tēporalibus simpliciter nō p̄t fieri
indulgētia, sed temporalibus ordinatis ad
spūalia sicut pressio inimicorū ecclesiæ
qui pacē ecclesię turbant, & similia ut di-
ctū est. Et per hoc patet q̄ non fit ibi simo-
nia, quia non datur spūale pro temporali,
sed pro spūali, pro purē etiā spūalibus po-
test fieri indulgentia, & fit quq̄. s. ut quicū
que orat pro rege Frācię habet decem dies
indulgētię, à papa Inn. 4. & similiter cru-
cem p̄dicantibus datur quq̄; eadem indul-
gentia quę datur crucē accipiētibz, hęc il-
lę debet etiam esse id q̄ datur uoluntariū
non necessarium ut est solutio debiti uel
remissio iniurię, debet etiam esse aliquo
modo penale.

13 ¶ Duodecimō, ¶ Dicitur. 8. in diffinitio-
ne pro recompensatione ubi queritur quis
sit effectus eius. i. quid remittit. Ref. fm.
S. T. ubi supra post illa quę dicta sunt su-
pra in principio, q̄ ualent & quantum ad
forum Dei, & quantum ad forum ecclesiæ,
ad remissionem pēnæ residuę post con-
tritionem, confessionem, & absolutionem,
satisfactionem qualemcunq̄ quę prius
fuit facta siue fuerit iniuncta siue non,
residuum igitur pēnarum quas deberet
pati

pati uel hic in presenti uita, uel in purgatorio pro peccatis actualibus, siue sit sibi imposita à cōfessore, siue à lege, siue à iusto iudicio Dei, remouetur aliquò totaliter sicut in indulgentia plenaria, aliquò in parte sicut in alijs indulgentijs, uñ dñ in tex. in c. ex e. de pen. & re. q̄ p̄ indulgentiã satisfactio pœnitentialis eneruat, & sic remouet illa opinio q̄ dicit q̄ satisficit solũ corã Deo non corã ecclesia, ita q̄ nihilominus tenet facere penitentiã. sicut destruitur illa opinio q̄ dicit q̄ solũ satisficit pro pœnitentiã hic iniuncta. uñ D. Fel. post Lau. ait p̄ indulgentias relaxantur pœnã iniunctã à canone, & iniunctã à sacerdote in cōfessione, & soluentur in purgatorio, & est pœna tpalis correspondens culpã remissã. uñ s. T. non oportet q̄ tales faciant aliquid de pœnitentiã in confessione quod ad necessitatẽ, expe dit tñ q̄ faciat pœnitentiã, ut ex eis remedij cōsequatur quis à debito pœnã essent immunes, quia qñq; sunt debitores plus q̄ credat, & est quia illa bona opera disponunt ad augmentũ charitatis, & p̄seruatione peccati futuri. Nec p̄ indulgentias dēt solui regularis obseruatiã, q̄ religiosi magis merentur religionẽ suã seruãdo quãtũ ad p̄mũ uitã eternã q̄ indulgentias exquendo, quãuis minus quãtũ ad remissionẽ pœnã, quod est minus bonũ. Nec iterũ p̄ indulgentias dimittuntur pœnã iniunctã in capitulo à p̄latis, q̄ i capitulo agitur quasi forũ iudiciale magis quãm pœnitentiã, uñ est non sacerdos capitulũ tenet, sed absoluitur à Papa iniuncta, uel debita p̄ pctõ in foro p̄nali. hæc s. Tho. uide infra. §. 20.

14. ¶ Decimotertiõ, ¶ queritur quantũ & qualẽ effectũ habeat ista indulgentia, & quõ intelligatur isti dies, & isti anni. Resp. s. T. possimus dupl. loqui. Primõ quantũ ad p̄mũ essentialẽ uel ad dispositionẽ p̄fectionis, & charitatis, & sic non est dñia inter ista opera q̄ fiunt pro indulgentia ac si fierent pro alia cã. Secundõ quãtum ad remissionẽ pœnã, & tunc uel non fit id qd̄ imponitur pro indulgentia, & sic nihil ualeat, uel fit, & tũc uel imponitur ali quod determinatẽ fiendũ puta qui dederit decẽ solidos tali ecclesiã, & tũc si dat habet indulgentiã aliã secus. Si uerõ dicitur ind. determinatẽ, ut puta si uisitauerit talem ecclẽsiã, & contulerit, &c. tunc dicitur qd̄

Secundas pars

q̄ debet cõtribuere p̄portionabiliter sicut statũ suũ, uel uisitare eum decenti cõmittatu, &c. sed hoc esset difficile limitare, uñ in dubio iudicãt q̄ obtinet dũmodo uisitet & aliquid contulerit, quantum aut ad determinationẽ istorũ dierũ uel annorũ quõ debeãt intelligi, credo q̄ esset difficile sicut doctrinã sanctorum determinare, credo tñ probabiliter posse dici q̄ intelliguntur sicut pœnitentiam quã cõiter solet fieri, ita q̄ si est plenaria nõ est dubiũ, si aut uisus dicit, tanta sit remissio quanta fieret p̄ pœnitentiã cõem, quã fieret i uno die, & sic in vno mense, uel in uno anno, & similia. Et hoc est q̄ cõiter, dicitur doc. q̄ tantũ ualent quãtũ sonant. No. q̄ Pa. post Host. in d. e. cum eo. facit longum sermonem de istis. 40. diebus, uel uno, utrum sint usuales uel continui, &c. Et quamuis diuersi diuersa dicant, ego tamen sic intelligo, scilicet quodã quando dantur pro pœnitentiã. 40. dies, q̄ nõ est necesse quod sint continui, sed p̄t illam pœnitentiã facere diuisim, puta icinare uno die in septimana, & alia alio die, usque ad determinatum tempus. 40. dierum, & tunc si episcopus det. 40. dies indulgentiarum est satisfactum omnibus illis diebus, & ibi no. Pa. per illum tex. q̄ indulgentiã non solum ualent pro pœnitentiã uel pro pœna quam dēt in purgatorio, sed etiam ualent pro pœnitentiã iniunctã à canone. De anno autem dicit quod dēt esse continua. i. qñ quis habet facere pœnitentiã p̄ annũ dēt p̄ unũ annũ cõtinuẽ pœnitere, & tunc si datur sibi annus indulgentiã satisficit, ex illo etiam tex. quidã uolunt q̄ qñ dicitur in indulgentiã relaxat per. 40. uel per annũ, uel uniuersaliter de iniunctis pœnitentijs, q̄ tunc nõ intelligitur de pœna purgatorii, sed de pœnitentijs iniunctis solum, & sic per talem in indulgentiã non euolaret, sed hoc nõ dicit Pa. sed potius innuit cõtrarium. s. q̄ intelligatur de omnibus, dicit. n. q̄ non solum ualent pro pœna purgatorii, sed etiam pro pœnitentiã iniunctã, non igitur dicitur pro iniunctis diuisiue, sed accumulatiue, scilicet non solum pro hoc scilicet purgatorio sed etiam pro iniunctis.

15. ¶ Decimoquartõ, ¶ sequitur ultimo in dis-
 finitione, de pœna indebita Christi & san-
 ctõrũ, ubi notandum est secundũ s. Th.

Sum, Tab.

f 13

in præal. quol. q. opus unius p̄t esse p̄ alio
satisfactoriū ad quē p̄ intentionē facientis
refertur q̄n ambo sunt in charitate, sicut vñ
mēbrū pro alio p̄t satisfacere. Christus
ā̄t pro ecclesia sua sanguinē suū fundit, &
multa alia fecit, & sustinuit, quorū æstima
tio est infiniti ualoris propter dignitatē p̄
sonæ, unde d̄r Sapientia 8. q̄ infinitus the
saurus est hoībus, Similiter ē̄t, & oēs alii
sancti intentionem habuerunt in his quæ
passi sunt, & fecerunt pp̄ Deū ut hoc esset
ad utilitatem nō solū sui, sed etiam totius
ecclesiæ. Totus ergo iste thesaurus est in di
spensatione eius qui præest ecclesiæ genera
li. vñ Petro dñs clauēs regni cœlorum com
misit, Mat. 16. q̄n ergo utilitas uel necessi
tas ecclesiæ hoc expōcit potest ille qui præ
est ecclesiæ de ista infinitate thesauri com
municare alicui qui per charitatem sit mē
brum ecclesiæ de prædicto thesauro quan
tum sibi uisum fuerit oportunum uel usq;
ad totalem remissionem pœnarum, uel usq;
que ad aliquam certam quantitatem, ita. s.
q̄ passio Christi, & aliorū sanctorū ei im
putetur, ac si ipse passus esset, quantum suf
ficeret ad remissionem sui peccati, sicut cō
tingit cum unus pro alio satisfacit. hæc s.
T. Vide uer. satisfactio. §. 5. & se.

26 ¶ Decimoquintō, † Quō habeāt intelligi
uerba indulgentiarum. Ref. q̄ difficile es
set dare certā doctrinā, sed possunt aliq̄æ
regulæ assignari. Prima ut insipientur uer
ba, & cōiter d̄r tantum ualent quātum so
nant. ar. de priui. c. cū & plantare. z. quōd
dans habeat auctoritatem, ut dictum est §.
3. & 9. 3. q̄ recipiens sit conuenienter di
spōsitus, ut dictum est §. 2. & 4. 4. regula q̄
faciat id quod in ipsis continetur, & s̄m q̄
ei conuenit facete, ut dictum est §. 10. &
11. 5. quōd q̄n datur indulgentia sic. pura
ā̄ primis uesperis usq; ad secundas, uel us
que ad octo dies, sic solum semel habetur
etiam si uisitaret decies, secus si diceretur
quōd totiens quotiens quis uisitauerit, uel
quando est perpetua, secundūm s. T. vbi su
pra. 4. Inīarum, ubi ponit tres modos, pri
mus q̄n dicit totiens quotiens, & tunc cla
rum, q̄ cōsequitur totiens quotiens facit,
& c. 2. modus est q̄n in bullis exprimit q̄ se
mel tantum, & tunc etiam est clarum, ter
tius modus q̄n non exprimit, & tunc si est
perpetua cōsequitur totiens si uerō est per

unum diem uel duos uel plures determi
natē tunc tantū semel consequitur. Idem
dicit do. Fel. in d. trac. post io. An. & d. Car.
Rosel. e. c. §. 12. All. Spe. & Inno. v̄r dicere
in distinetē, quōd q̄n datur pro uisitatione
ecclesiæ habet totiens, & c. sed illi quos al
le. optime possunt intelligi ut dictum est se
cundūm s. T. ita quōd non oportet dubita
re de eo quōd dictum est, in quo cōiter do.
concor. literæ quæstoris non sunt acceptan
dæ à parochialibus nisi habeat literas pa
pæ uel episcopi.

17 ¶ Decimosexto, † Vtrum prælati inferio
res à papa possunt concedere nō suis subdi
tis. Ref. quōd non, nisi in duobus casib. pri
mus est in c. nostro. de pœn. & re. ubi ar
chiepiscopus non concedit per totam prouin
ciam, licet non sint eius subditi, nisi in casi
bus à iure expressis, non ualet tamen aliis
qui non sunt de prouincia, nec habent in
ea domicilium, secundus casus est q̄n illi
qui uolunt eam accipere hñt licentiā à pro
prio ep̄o secundūm aliquos, ut no. Inn. in
d. c. qd̄ ar. Alii uerō dicunt q̄ ē̄t de licentiā
proprii sacerdotis parochialis possunt ip
sas accipere, & cum hoc transit Host. Cui
uerō in Spec. dicit, quōd requiritur licentiā
ep̄i uel archiepiscopi. d. ca. nostro, & quōd
ep̄s p̄t statuere quōd ualeant uenientibus
ex alienis locis, facit d. c. quod autem. Nō
tamen possit concedere, quōd indulgentiæ
factæ ab aliis episcopis in eius diocesi con
cessæ ualent. Ex quo patet quōd illi qui
habent literas diuersorum episcoporū dan
tes indulgentiam facientibus eis elemosi
nas non ualent nisi habeant licentiā à
proprio episcopo, uel sacerdote, ut tales in
dulgentiæ eis profint, de fo. cōp. c. significa
sti. Sed qd̄ si ep̄s cōcedit, similiter archiep̄s
facientibus tale quid? Resp. q̄ oēs subditi
ep̄i habebunt utraq; alii uerō habebunt
solum archiep̄i. Vide aliquod supra §. 8. in
fi. hæc intelligit Pa. in d. c. quod autem. de
aliis à papa, & dat documentum ut pere
grinantes habeant licentiā à propriis par
ochialibus, ut possint participare de alien
is indulgentiis.

18 ¶ Decimoseptimō, † Quis pro maiori decla
ratione quæ sint necessaria ad hoc q̄ ali
quis cōsequatur indulgentiam. Ref. post illa
q̄ dicta sunt supra. c. 10. 1. quōd d̄r esse cō
rationabilis de quo, c. §. 10. 2. requirit au
toritatem

toritatem in dante, de quo supra. §. 8. & 9. debet esse capacitas in recipiente. s. q. fit in charitate uide supra. §. 4. confessus & cōtritus, hoc tñ non requiritur in dante quia hoc est iurisdictionis si tñ esset excommunicatus, suspensus ab officio, uel irregularis, secus esset ut dictum ver. excoicatio: r. §. 1. t. quæ tñ non cadunt in papa. Sed quart. Pa. in c. omnis de pœ. re. in pe. col. Verū requiratur actualis confessio in recipiente indulgentiam. Res. q. non sed sufficit contritio cum proposito confitendi tempore determinato ab ecclesia, dicuntur. n. confessi si ex quo fuerunt confessi tempore suo determinato ab ecclesia, & habent propositū confitendi & sic dñt confessi in proposito, & cum indulgentia sit gratia sufficit sic esse confessos in fauorem recipientis, bonū tñ esset ut confiterentur actualiter maxime, quia ut in plurimum nesciunt seculares uere contriti nisi confiteantur, hanc uiam. s. q. non requiritur actualis sequitur Io. An. & Car. Requiritur quarto, q. sit subditus de quo in præcedenti. §. quæ. q. non erit de papa s. q. habeat deuotionem fidei qua credat hanc potestatem esse in ecclesia de quo supra. §. 14. licet. n. non habemus manifesta testimonia ante tēpus Græ. tñ credendum est q. et ante siebat, licet nō ita frequenter, quia ante sua tempora raro poterant fieri ita solemnis sicut fit in iubeis & catholici erant magis perfecti, & ideo non tñ indigebant, & d. Fe. in. d. trac. adducit multos summos pontifices. & multa iura ad probandum q. possit, concludens quod uideatur hæreticum dicere q. summus pontifex non possit, & c. 6. q. faciat id pro quo datur supra. §. 15. Nec et ualet si libenter faceret id pro quo datur nisi faciat.

19. ¶ Decimo octauo, q. ritur utrum unus pro alio possit obtinere indulgentiam faciendo id pro quo ponitur indulgentia. Resp. s. Th. ubi supra q. sic, si sint ambo in charitate & indulgentia sit papalis & in bulla fiat mentio q. unus pro alio possit obtinere. Ait. n. sic. opus proprium p̄t quis applicare per intentionem cuiusq. uoluerit staple. si sunt uniti in uno corpore charitatis sicut unum membrum p̄t pro alio satisfacere. Et ideo p̄t pro quocunque uult satisfacere, sed indulgentia non potest applicari ad aliquem nisi ex intentione eius

qui dat indulgentiam supplet aueritate propria, id est papæ, & ideo quando applicat ad facientem uel tantem aliquid, ipse faciens non potest alteri applicare, si tamen fieret sic indulgentia. Ille qui facit uel pro quo hoc fit habeat tantam indulgentiam, ualeret ei pro quo fit, nec tunc iste qui facit hoc opus daret alicui indulgentiam, sed ille qui indulgentiam sub tali forma facit. hæc S. Th. Conclude igitur q. unus potest pro alio facere opus meritorium si est in charitate & alteri applicare, & si ille cui applicat non sit in charitate ualent sibi ad disponendum se, & per modum suffragii. Si uero sint ambo in charitate & papa exprimit in bulla, ualebunt etiam per modū indulgentiæ concor. communiter alii doc. maxime Ricar. & Feli.

20. ¶ Decimo nono, q. ritur utrum aliquis possit obtinere indulgentiam pro amico suo existente in purgatorio. Resp. secundum. S. Th. 4. di. 45. q. 2. ar. 2. quod. 2. q. sic si ipse est in charitate & in bulla papæ fiat specia li mentio & hoc indirectè, unde sic ait S. Th. Indulgentia alicui dupliciter prodesse potest, uno modo principaliter, alio modo secundario. principaliter quidem prodest ei qui indulgentiam accipit, id est qui facit hoc pro quo indulgentia datur, ut qui uisitat limina alicuius sancti, unde eū mortui non possint aliquid eorum pro quibus indulgentiæ dantur, eis indulgentiæ directè ualere non possunt: secundario autē & indirectè profunt ei pro quo aliquis facit illud quod est indulgentiæ causa, quod quandoque contingere potest, quæ aut non potest, s̄m diuersam indulgentiæ formam. Si enim talis sit forma indulgentiæ. Quicunq. facit hoc uel illud habebit tantum de indulgentia, ille qui hoc facit non p̄t fructum indulgentiæ in alium transferre, quia eius nō est applicare ad aliquid intentionem ecclesiæ p̄ quam cōicantur cōia suffragia ex quibus indulgentiæ ualent. Si autē indulgentia sub hac forma fiat, Quicunq. fecerit hoc uel illud, ipse & pater eius uel quicunque ei adiuuetus in purgatorio detentus tñ de indulgentia habebit. talis indulgentia non solū uiuio, sed et mortuo proderit. Non enim est aliqua ratio quare ecclesia non possit transferre merita cōia quibus indulgentiæ inuunt in uiuos, & nō in

mortuos. Nec sequitur q̄ prælatus ecclesie possit pro suo libito animas à purgatorio liberare, quia ad hoc quòd indulgentie ualeant requiritur cā conueniens indulgentias faciendi. hæc S. T. uide aliquid supra. §. 10. Roboratur ex consuetudine ecclesie quæ aliquando hoc facit. 2. probatur ratio ne quia meritum ecclesie est efficatius quā meritum particularis personæ, sed hoc prodest ut est cōis opinio ut elemosine ualeant pro defunctis. 3. quia indulgentie profunt illis qui sunt de foro ecclesie, sed illi qui sunt in purgatorio sunt de fo. ecclesie, aliàs eis suffragia ecclesie non prodesse. hæc S. T. & concor. serè omnes doc. & sum mistæ, quamuis quidam dicant q̄ profunt eis per modum suffragii solum, sed de hoc non est rō ut dicit S. Tho. Nec ualet si aliquis arguat quia auctoritas absoluendi data est super terram, quia papa dum est super terram potest omnibus dare qui sunt in sua iurisdictione, secus tamen esset de existentibus in inferno uel in limbo, tum quia non habent charitatem in qua fundatur ista communicatio, tum quia sunt in termini non autem illi qui sunt in purgatorio.

21 § Vigesimo, ¶ Verum indulgentie ualeant religiosis. Res. fm S. T. 4. di. 20. ar. ultimo quod 2. q̄ sic. Ait. n. tam secularibus q̄ religiosi ualent indulgentie dummodo sint in charitate, & seruent ea quæ pro indulgentiis indicuntur, non. n. religiosi sunt minus adiuuabiles meritis aliorum q̄ seculares, & quāuis religiosi sint in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato uiuere non possunt, & iō si aliquando propter peccatum aliquod cōmissum sit reus alicuius pœnæ pōt per in indulgentiam expiari. Non. n. est inconueniens si ille qui est simplr superabundans, aliquo tpe indigeat, & quantū ad aliquid, & sic indiget supplemento quo subleuetur. vnde dicitur ad Gal. 6. Alter alterius onera portate. hęc S. Th. Et licet non habeant proprium q̄ possint dare pro conseq̄da indulgentia, nec possint exire claustrum sine licentia, tñ prælatus potest sibi dare licentiam ut faciat id propter quod datur indulgentia, & sic obtinebunt, non tamen debet dimittere religionis obseruāziam, ut dictum est. §. 12. neque pp hoc dimittitur pœnitentia data à prælato in capi

22 tulo in d. §. 12. § Vigesimo primò, ¶ Verum il

li qui sunt vicini ecclesie in qua ponitur indulgentia habeant illam uisitando ecclesiam cū quotidie uadant et sine indulgentia. Res. q̄ sic, vñ S. T. ubi supra. Ille qui est vicinus ecclesie, & et sacerdotēs, & clerici illius ecclesie consequuntur tantam indulgentiam, sicut illi qui ueniunt à mille diebus, quia remissio non proportionatur labori, sed intentioni dispensantis illa merita, ut dictum est. §. 14. quamuis plus laboras, ceteris paribus, plus acquiras de merito essentiali. Quidā dubitat qñ ueniens ad uisitandū ecclesiam, & non p̄t intrare eo q̄ est parua, & plena aliis hoīb. sed credo qñ ueniunt cā uisitandi, & intrarēt si possēt, q̄ obtineat, quia bñ ex hoc dñr uisitare ecclesiam, dñmō faciant alia quæ in bulla ponuntur.

23 § Vigesimo secūdo, ¶ Quantū ueniens intelligatur illa uerba cōfessis, & contritis. Res. 1. utiū requiratur actualis cōfessio, uide supra §. 17. 2. nō requirit cōfessio uenialium, fm d. Fel. fm tñ d. Ar. F. requirit contritio corū, quia si quis acciperet indulgentiā plenariā, & h̄ret aliqua p̄ctā uenialia in proposito, ita q̄ non esset contritus neq; in gnali neq; in spali, fm eū nō cōsequerēt indulgentiā illorū uenialiu. Non credo tñ q̄ impediant remissionē aliorū. 3. fm e. d. Fel. non requirit q̄ de nouo consistat illa q̄ aliàs est rite cōfessus. 4. fm e. Fe. non requirit cōfessio de oblitis dñmō fecerit diligentia necessariā, & doleat in gnē. paratus cōfiteri si posset & oporteret, aliàs non esset uere contritus. cōcor. d. Ar. F. vñ tñ ipse Ar. F. q̄ tum ad mortalia oblita tenere contrariū. s. q̄ non cōsequit remissionē eorū, eo q̄ d̄ ore cōfessus, melius tñ v̄ q̄ cōsequatur, quia est cōfessus in gnē, eo modo quo est possibile cōfiteri, & similiter est cōfessus in proposito, & etiam secundum S. T. est absolutus ab illis q̄ cōfessio absolui et ab oblitis

24 § Vigesimo tertio, ¶ Quantū de forma absolutionis. Res. fm d. Fel. post d. Ar. F. q̄ quotidie conceditur pluribus à papa per uiam specialis indulti quod in articulo mortis per idoneum confessorem quem elegerint possint auctoritate apostolica absolui plenarie, & q̄ apud Eugenium III. qui maxime in hoc fuit liberalis, multe dubitationes propositæ fuerunt & per ipsum, & pœnitentiales declarate, inter reliquas fuit quādo quis dubitat quis sit articulus mor-

tis in hoc responsum fuit q̄ si plus non habet forma indulti, nec concedens aliter suam intentionem declarat, intelligendū est articulo p̄sumpto, non uero: sicut ēt extrema unctio quæ dicitur sacramentum exequuntur, debet dari his qui cōmuni extinctione reputātur morituri, cum igitur in tali articulo p̄sumptio absoluitur uideretur consequi actum indulgentiæ usque ad illud tempus, licet postea euadat periculum, & gratia expirat in posterum, fallit quando in forma indulti dicitur, quod consequatur effectum indulgentiæ in casu quo moriatur, tunc enim non consequitur effectum si non moritur, nec gratia expirat per illā absolutionem, unde dicat confessor absoluo te si hac vice morieris. Idem dicit, si non dicitur hoc in forma, & tamē p̄cedens declarat uerbo, vel scripto sic intendere. s. de articulo uero, non p̄sumpto. hæc Fel. Idem sequitur Rosella. c. uer. §. 2. 4. addens non esse mirum quia tantum ualent quantum sonant.

25 ¶ Vigesimoquarto, ¶ Absolutio plenaria generalis in articulo mortis tantum habetibus licentiā, & plenariā indulgentiā à Papa, & primò dicat infirmus cōfiteor, &c. si potest, & postea dicat sacerdos Misereatur tui, &c. deinde. Autoritate domini nostri Iesu Christi, & Apostolorum eius Petri, & Pauli, & domini nostri Pape. N. in hac parte tibi specialiter cōcessa, cōcedo, & do tibi plenariā remissionē omnium peccatorum tuorum de quibus ore confessus, & corde contritus es: quæ non cōmisiisti sub pretextu istius indulgentiæ, in quantum clauis ecclesiæ se extendunt, & beneplacitum est in oculis diuinæ maiestatis. In nomine patris, & filii, & S. S. Amen. Eadem autoritate do, & concedo tibi plenariam remissionem omnium penarum de quibus propter peccata tua es obnoxius, & obligatus quantum clauis ecclesiæ se extendunt, & restituo te illi puritati in qua fuisti, quando fuisti baptizatus. Quæ quidem plenaria indulgentia sit tibi in augmentum uirtutis, & in acquisitione uitæ æternæ. in nomine patris, & filii, & S. S. Amen.

26 ¶ Vigesimoquinto, ¶ Quid de illo q̄ ante quā iter arripiat uel dum est in ipso itinere ueniendi ad locum indulgentiæ moritur, utrum consequatur indulgentiā. Res. Em

S. Th. quod. 2. ar. si. q̄ si fm formam indulti concedatur, accipientibus. Crucē, uel iter incipientibus, q̄ dum incipit iter, habet, uel si dicat q̄ accipientes crucem, ipsa cruce assumpta habet indulgentiam. Si autē in forma literæ contineatur, q̄ indulgentia detur his qui transierint ultra mare, ille qui decedit in uia non accipit, quia non hēt indulgentiæ cām. hæc ille tō igitur est quia tantum ualent quantum sonant, si igitur exprimitur, sic debet intelligi. concord. Felinus.

27 ¶ Vigesimo sexto, ¶ De indulgentia Iubilei dicit d. Fel. post Io. de Ana. q̄ nō est d̄ra inter illam, & alias plenarias nisi quia tā in uia quā ibi pp cōtēplationē multorum sepultorū, & fundamētōrū fidei, & reliquiarū q̄ Romę oculata fide cōcernunt, multū p̄ducunt ad peragendū residuū uitæ uirtuosus, & in hoc aliquid plus operatur.

28 ¶ Vigesimo septimo, ¶ Ingressus religionis intellige p̄ professionē habet tāā indulgentiā quantā hēt p̄transiens ad terrā sanctā. plenariā. hæc S. T. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad. 3. ubi sic ait. uotū religionis cū sit p̄petuū. ē maius q̄ uotū p̄grinationis terræ sanctæ quæ est tpale sicut Alex. 3. dicit in c. scripturæ, & uoto. Reus fracti uoti. aliquid nō h̄r q̄ tpale obsequiū in p̄petuū noscitur obseruauit cōmutare, rōnabiliter ēt dici p̄t q̄ ēt per ingressum religionis aliq̄ cōsequat remissionē oīum p̄ctōrū, si. n. aliquibus elemosinis factis hō p̄t statim satisfacere de peccatis suis Em illud Dani. 4. Pēta tua elemosinis redime, multo magis in satisfactio ne p̄ omnib. peccatis sufficit, q̄ aliq̄s se tōtaliter diuinis obsequiis mācipet, p̄ religionis ingressum qui excedit oē genus satisfactiois, ēt publicæ penitentia ut habetur. 33. q. 2. c. ad more, sicut ēt holocaustū excedit sacrificiū ut Greg. dicit sup Eze. unde legitur in uitis patrū, q̄ eādē gratiā cōsequitur religioē intrātes quā cōsequuntur baptizati, si tñ nō absoluerent p̄ hoc ab oīreatu penę nihilominus ingressus religionis utiliore quā peregrinatio terræ sanctæ quantum ad promotionem in bonum, & quæ p̄ponderat absolutioni à penā. hæc S. T. eandē sententiam ponit in. 4. di. 4. q. 3. quod. 3. ad. 3. D. Fel. dicit quod putat istam sententiam non subitētabilem et dicit Alex. & Sanc. Bona. tenere oportum. Tal. f 3 positum

positum, sed pro certo non uidetur bene intelligere illos quos all. ut sui motis est, dicunt enim quod equipollet martirio, sed in martirio habetur indulgentia plenaria ut piè creditur, & expresse dicit S. Thom. ubi supra in quarto. & probatur, quomodo martir, & omnis q moritur propter Christum, & similiter iusto qui deprehenditur, potius uult mori quam Christum offendere negando veritatem, omnes isti sunt martires & si habent plenariam. Vide uer. martires. §. 2. & 3.

29 ¶ Vigesimo octauo, † Vtrum prælati possunt sibi ipsis facere indulgentiam. Respon. secundum S. T. di. 20. ar. 5. quodl. quarta, q non possunt tamen uti indulgentia facta alteri ex legitima causa.

30 ¶ Vigesimo nono, † Quid autem de reuocatione indulgentiæ, an noceat ante certificationem: exemplum: olim per Papam Calixtum concessa fuit indulgentia plenaria omnibus qui dabant subsidium, & c. postea per successorem fuit reuocata. Nunquid illi qui exburauerunt pecunias suas illo intermedio tempore puta à die reuocationis, & notitiæ habuerint dictam indulgentiam, dicendum secundum doc. in c. primo. de concessis. præben. lib. 6. q sic, & Ge. ibi dicit q talis indulgentia ualeat quousque certificati fuerint illi quibus concessa est. Nisi in dicta reuocatione esset clausula de ereti uel quid simile, per quod expresse appareret de uoluntate papæ cõtraria, ita q uel scit q à die bullationis nõ amplius ualeat quod tñ cõmuniter nõ fit. Sed quid de impetrante utrũ immediatè gaudeat uel incipiat tẽpore notitiæ. Respon. ubi supra, dicit q si ipse uel nuncius eius impetret immediatè gaudet, secus si papa daret ex se uel ad instantiam alterius.

31 ¶ Trigésimo, † De pœna religiosorum pronuntiantium uel prædicantium in indulgentias indiscretas habes in cle. religiosi de priuil. ubi patet, & peccant mortaliter, quia prohibetur eis in uirtute sanctæ obedientiæ sub pœna maledictionis æternæ. Et dicuntur prædicare indulgentias indiscretas secundum gloss. quando pronuntiant indulgentias non concessa, id est quas non habent, intellige non ueras uel non ualidas, Car. in d. cle. dicit quod etiã si sunt concessæ tamen indiscretè. Et secun-

dum Pan. dicuntur indiscretè quando excedunt quantitatẽ puta episcopus dat plus quàm quadraginta dies d. cap. ex eo. uide supra. §. 3. possunt etiã dici indiscretè quando non possunt probari, ar. de proba. c. quoniam, & cap. post uisionem, & de fi. instr. c. 2. Sed solum uidentur mortaliter peccare quando pronuntiant non ueras aut non ualidas. Quando absolunt à pœna, & à culpa, uer. excommunicatio. §. casu 11. §. fi.

DE INFAMIA.

- 1 Infamia quid sit, & quotuplex sit.
- 2 Infamia iuris que dicatur.
- 3 Infamia quibus casibus incurratur ipso iure.
- 4 Infamem an redeat aliquem confessio delicti in iudicio.
- 5 Infamia iuris an tollat executionem ordinum.
- 6 Infamis an efficiatur condemnatus de falso in officio testificandi.
- 7 Infamiam iuris qui tollere possit.
- 8 Infamiam iuris an reges tollere possint.
- 9 Restitutus per Imperatorem an indigeat alia dispensatione.
- 10 Infamia canonica unde causetur.
- 11 Infamia facti in criminalibus indubie repellit.
- 12 Infamia facti quando incurratur.

1 Infamia quid sit, f. uide uer. fama in principio. Quotuplex sit. Respon. secundum Pa. in c. testimonium, de testi. quod est triplex, quædam iuris que dicitur ciuilibus: quædam canonica: & quædam est infamia facti, que potius dicitur infamia.

2 Primò, † infamia iuris dicitur illa que irrogatur per suam, uel ipso facto, in casibus in quibus iure cauetur duntaxat, ut qui conuictus est de furto per sententiam, uel qui pugnat in arena pro lucro, de quibus per tex. & glo. 3. q. 7. c. porto, & I. a. h. l. e. t. a. §. ca. l. u. m. i. a. t. o. r. c. u. §. l. e. & l. i. ff. de his qui. no. inf. & tene regulariter quod omnes infames secundum leges sunt infames secundum canones, hoc probat text. not. in c. omnes uerò 6. q. 1. & Innoc. in c. qualiter, & quando, el. 2. de accu. Ista infamia indistinctè repellit à testimonio, & probatur hac ratione, quia fundamentum testimonii est fides in c. forus. in fine, de uer. sign.

- sed iste caret fide cum eius status sit diminutus, & maculatus iuris dispositione.
- ¶ **Secundò**, ¶ Quibus casibus incurritur ipso iure. Resp. q̄ incurritur. Primò quando Imperator militi auferit insignia vel mittit aliquem in exilium. l. quod ait. §. ignominiosa. ff. de hi. qui no. inf. Scđo qui exercet improbū senus, exigētes vltimas c. usurarium. de usur. 3. q. 7. c. infames. §. porro. Tertio cū aliquis deprehēditur in adulterio. l. palā. §. que in adulterio. ff. de rit. nup. vel cōtrahit simul cū duab. vel simul habet duas spōsas. l. qd igitur. ff. de hi qui no. infra. de biga. c. nup. à nobis. Quarto qui leno ciniū exercuit, vel filias, vel nepotes prostituert. l. athletas. §. ait prætor. ff. e. & ibi de multis. Quintò qui pugnavit cum fera. ff. de postul. l. 1. §. bestias, & multis aliis, de quibus in d. §. porro, & d. l. athletas. Adde sextò ioculatores qui mercedis grā ludibrium sui corporis faciunt, maxime in ludis periculosis. d. l. 1. & gloss. l. 2. ff. de his, qui. no. infra. & not. fm Pa. in. c. cū decorē. de vit. & ho. cle. q̄ qui bis exercet aliquem actū alicuius artis denominat talis, sicut meretrix dī quez bis admittit aliquem cā quæstus, & fm Arch. in c. illud. l. 2. dist. in malis actib. & delictis binus actus sufficit ad probandā consuetudinē, maxime si publicē actus sit, quamvis Inn. in d. c. cum decorē videatur dicere q̄ binus actus nō inducat cōsuetudinē. ¶ **Tertio**, ¶ Vtū cōfessio delicti in iudicio reddat aliquem infamē infamia iuris. Res. fm Bar. in l. infamē. ff. de publi. iud. & no. Pa. in c. at si clerici, de iud. q̄ non, quia requiritur snīa vt dictū est. §. 1. vñ dat cautella, vt soluat ante snīam, qñ ex 8. sententia debet incurere infamiam.
- ¶ **Quartò**, ¶ verum infamia iuris tollat executionem ordinū. Res. fm Pa. in c. licet heli. de simo. q̄ sic. & etiā exercitium cuiuscunque dignitatis, & admittit honorem questum, & querendum, ut dicit tex. l. infamia. C. de decuri. Et ideo prælatus non expectet sententiam, sed resignet sponte à principio, & sic evitabit infamiam. Sed nunquid talis infamia priuat titulo beneficii, & aliis dignitatibus ipso facto. Res. Pa. in c. querelam de iur. puto q̄ sic in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales, probatur ex tex. l. 2. §. miles. ff. de his qui no. infra. ubi dicitur q̄ sicut in
- famia priuat ipso facto militem militia ubi. si pari ratione priuat militia cœlesti in aliis dignitatibus, & honoribus, & fm Pa. in d. c. querelam. non inuenitur text. qui hoc dicit. unde non debemus imponere hanc pœnā in spiritualibus, fateatur tamē idem Pa. q̄ collatio facta infami, ipso iure est nulla, regula infamibus de reg. iur. lib. 6. uide. uer. iniuria. §. 7.
- ¶ **Quintò**, ¶ vtrum condemnatus de falso commissio in officio testificando efficiatur infamis. Res. in c. cum dilectus. de or. cog. in si. q̄ sic si directē fuit condemnatus, secus si directē non fuit actum contra eum, sed ut repelleretur à testimonio ar. d. c. cū dilectus, & l. Lucius. ff. de his qui nō infra. Sententia tamen arbitri non infamat, sed oportet q̄ sit iudicis ordinarii. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de hi. qui no. infra. uer. iniuria. §. 7.
- ¶ **Sextò**, ¶ Quis potest tollere infamiam iuris. Resp. fm Pa. in c. cum te. de sen. & re. iudi. quod per solum principem tollitur quod ad eos qui sibi sunt subiecti, sed non quod ad subiectos papæ, sed per ipsum papam solum, ut in l. 1. ff. de postu. & in d. c. cum te, & hoc directē, sed indirectē potest aliquando episcopus ut cum dispensat incasibus sibi à iure permisis, ut puta cōdē natus de adulterio efficitur infamis, & tñ episcopus potest dispensare super adulterio, & sic cōsequēter super infamia, sed nō principaliter seu directē, posset et papa restituere secularē nō sibi subiectū, si illo digerer in clericatu. Quomodo papa possit illā tollere, uerū papa. §. fin.
- ¶ **Septimò**, ¶ Vtrum reges possint tollere infamiam iuris. Res. q̄ non illi qui subsunt Imperatori secundum Innoc. sed bene illi qui non recognoscunt superiorem, fm dom. Anton.
- ¶ **Octauò**, ¶ Vtrum restitutus per Imperatorem indigeat alia dispensatione, ut promoueat. Res. pon. secundum Pan. in d. c. cum te. quod non, dummodo egerit penitentiam: uel dic, q̄ episcopus poterit dispensare respectu criminis quod fuit notorium.
- ¶ **Nondò**, ¶ Infamia, secundò, s. canonica secundum Panor. in d. c. testimonium causat ex quolibet peccato mortali, ut in c. infames. 6. q. 1. & ibi per gloss. & illa si da

tur perseverantia, repellit ab accusatione & testimonio de iure canonico & hoc in dubitatum si datur perseverantia in crimine. Nam solum crimen continuatum sufficit. Sed an sublato crimine remaneat effectus illius infamiae, communiter tenetur quod non, ut no. in iuribus præallegatis & gl. in c. illi qui. 6. q. 1. & Inn. hic hec Pa.

¶ **11** Decimo, tertia infamia, id est facti, in criminalibus, in dubio repellit, & idem in causis grauioribus secundum Bal. nisi quod ad præsumptionem: in aliis vero puto quod admittantur, sed plus vel minus uel nihil credetur secundum qualitatem & quantitatem infamiae, de hoc uidetur text. in d. c. licet, de proba. ubi dicitur quod quidam ex illis testibus erant ita male famę & leuis opinionis quod modica uel nulla eis erat adhibenda fides, rumor autem in minus se habet quam infamia seu fama, & tollitur infamia facti saltem quod ad iuris effectum per emendationem, cum tollatur per purgationem quod minus est, ut est text. in c. decretum. 1. q. 5. & in c. mennam. 2. q. 5. & in c. cũ in inuentute, de psum. hæc Pan.

¶ **12** Undecimo, si infamia facti incurritur aliquando à crimine, ita quod crimen est proxima causa infamiae. Aliquando causatur ab aliqua alia causa, quia fuit incarcerationis, uel fuit propter crimen repulsus à testimonio, ut. d. c. testimonium. vel cũ pater per uerba turpia instituit filium hæredem, dicendo filium meum proditorum, nequam, & huiusmodi, instituo hæredem, uel ei lego, ut C. ex quita. infra. iro. l. ea quæ pater, & multis aliis modis, ut quando est apud graues & bonos uiros infamatus ex aliquo facto uel apud eosdem grauata est opinio super crimine aliquo. Infamia enim nõ facit dicta paucorum uel leuium. Et not. quod omnis infamis sine iuris, siue facti debet repelli à promotione, siue sit dignitatis, siue ordo, quia portæ dignitatis infamibus patere non debent. dif. 5. 1. qui in aliquo, & de reg. iuris infamibus. lib. 6. Itẽ infamis nõ potest esse iudex uel procurator. d. regula, infamibus licet possit esse arbiter. 3. q. 7. c. infamis. §. tria, repellit et ab accusando. l. quia accusa. ff. de accu. similiter à postulatio. ff. de postu. l. 1. Et incidit querelam in officio testimonium contra testimonium fratris, si infamem hæredem instituit & rumpit, C. de inoffi. testa. l. fraues.

Inducit etiam purgationem canonicam si iudici v. de accu. c. ueniens, & quãuis collatio facta infami sit nulla ipso iure per regulam, infamibus, de re. iur. li. 6. tñ nõ reperitur text. quod debeant priuari beneficio.

DE INFERNŌ.

1 *Infernus quadruplex est.*

2 *Infernus damnatorum ubi sit.*

3 *Assignare receptacula animabus post mortem, & distincta an fuerit conueniens.*

4 *Christus an descendit ad inferos. Et etiam ad infernum damnatorum. 5. Et an ibi moram traxerit. 6.*

7 *Et an aliquos damnatorum inde liberauerit.*

8 *Et an liberauerit aliquem à purgatorio.*

¶ **I**nfernus, tertia quia omne multiplex secundum philosophum in ante prædicamentis, prius est distinguendum quàm diffiniendum. Ideo secundum S. Tho. di. 45. q. 1. dicendum quod infernus est quadruplex, scilicet damnatorum, puerorum, purgandorum, & sanctorum patrum. In primo sunt tria, scilicet tenebræ gratiæ, id est caritatis gratiæ. secundo tenebræ gloriæ: tertiõ pœna sensus. In secundo inferno, scilicet puerorum qui dicitur limbus puerorum sunt duo: scilicet tenebræ gratiæ, & tenebræ gloriæ. In tertiõ scilicet purgatorio sunt duo scilicet tenebræ gloriæ, & pœna sensus. In quarto qui dicitur limbus patrum erat tantum unum, scilicet tenebræ gloriæ, qui nunc est uacuus.

¶ **S**ecundo, tertia infernus damnatorum secundum S. Tho. ubi supra probabiliter creditur esse in medio terræ, qui locus est S. Tho. super Isa. 30. c. in fi. est largus quadrupliciter, primo retinendi auiditate, secundo dānatorum multitudine, tertiõ pœnarum diuersitate, quarto eternitate durationis. Et si consideremus est situm, probabile est quod ille locus sit idem qui est infernus, purgatorium, limbus puerorum, & patrum, ita tamen quod quidam superior pars inferni, limbus patrum dicatur, secunda uerõ limbus puerorum, tertia purgatorium, quarta infernus damnatorum. Existentes enim in inferno est diuersitatem culpæ, diuersas sortiuntur pœnas, & ideo est quod grauioribus peccatis etiam irretiuntur damna-

ti, secundum hoc obscuriorem & profundiorē locū obtinent in inferno, vnde sancti patres in quibus minimū erat de ratione culpæ suppressū & minus tenebrosū locum habuerūt omnibus alijs puniēdis, & sic successiue ut dictū est. Nā sancti patres solū fuerunt puniti retardatione gloriæ ad tēpus; pueri verō retardatione gloriæ æternaliter & carētia gratiæ; purgandi verō retardatione gloriæ ad tempus & pœna sensus ē tēporaliter, sed dānati puniūtur omnibus his æternaliter. In patribus. n. erat solū impedimentū ex parte naturæ pro quā nōdū fuerat plenariē satisfactū, sed in pueris erat impedimentū, & ex parte personæ, & ex parte naturæ, quia in patribus fuit expiatū peccatū originale s̄m q̄ erat infectiūm personæ, nō autē in pueris. In alijs autē erat et̄ puniēdū vel expiādū p̄c̄m̄ actuale.

3. ¶ Secundō, ¶ vtrū fuerit cōueniēs assignare receptacula animabus post mortē & distincta. Res. S. Th. 4. sententiā vbi supra q̄ sic. Et declarat dicēs. Receptacula aīarū distinguntur s̄m diuersos status earū, aīa autē cōiuncta mortali corpori habet statū merendi, sed ex utā a corpore est in statu recipiēdi pro meritis bonum vel malū, vel igitur est in statu recipiēdi finale prēmii, vel est in statu quo impeditur ab illo. Si. i. modo hoc est dupliciter vel quantū ad bonū, & sic est Paradisus, vel quantū ad malū, & sic vel ratione actualis culpæ, & sic est infernus, vel rōne originalis culpæ, & sic est limbus puerorum. Si autē est in statu in quo impeditur a finali retributione recipiēda, vel hoc est pp̄ defectū personæ, & sic est purgatorium in quo detinentur animæ ne statim prēmium consequatur pp̄ peccata quæ cōmiserūt, vel pp̄ defectū naturæ, & sic est limbus patrū in quo detinebantur patres a cōsecutione gloriæ pp̄ reatū humanæ naturæ qui nōdū poterat expiari. Si aliquibus autē Angelis vel animabus determinetur iste aer caliginosus, hoc non fit quasi sit locus in quo recipiant retributionē pro meritis, sed quasi cōpetens officio eorū in quātum deputantur nobis ad exercitiū, ideo non computantur inter receptacula. Similiter d̄r de paradiso terrestri, quia pertinet magis ad statum viatoris quā ad statum recipientis pro meritis, ideo nō reputantur inter receptacula, & sic re-

manēt quinq; quorū duo s̄m S. Tho. sunt temporalia. s. limbus patrū qui iā est euacuatus & purgatorii quod euacuabitur. Alia tria erunt perpetua. s. paradysus, infernus. & limbus puerorum, de isto vltimo videtur supra ver. aqua princ. circa medium.

4. ¶ Tertio, ¶ vtrum Christus descendit ad inferos. Res. s̄m S. Th. 3. q. 52. ar. 1. q̄ sic, probatur per hoc q̄ d̄r in simbolo, descendit ad inferos, & ad eph. 4. q̄ autē ascendit quid est, nisi quia descendit primū ad inferiores partes terræ gl. i. ad inferos, & fuit cōueniens vt sicut mori dignatus est vt nos liberaret, ita descendere vt nos eriperet de manu inimicorū tenebrarū, & potestatem suam et̄ in inferno ostenderet. Non tamen anima Christi descendit ad inferos eo genere motus quo corpora mouentur, sed eo genere motus quo angeli mouentur ut dicitur in sequenti. 9.

5. ¶ Quinto, ¶ vtrum Christus etiam descendit ad infernum damnatorū. Res. s̄m S. Th. vbi supra q̄ ad locū inferni vbi sancti patres detinebantur descendit anima eius et̄ s̄m essentiā, ut quos ipse per gratiā interioris visitabat s̄m diuinitatem, eos s̄m animam visitasset & loco, & lumē gloriæ suæ infunderet, sic autē in vna parte inferni existens effectū aliquāliter ad omnes inferni partes deriuauit, sicut in vno loco terrę passus totum mūdum sua passione liberauit. In infernum autē dānatorum descendit per hunc effectū q̄ descendēs ad inferos eos de sua incredulitate & malitia confuauit. Ad illos autem qui detinebantur in purgatorio descendit dādo spem gloriæ consequendæ & quāuis ibi non fuerit corpus tamen potest dici quod Christus fuerit ibi totus ratione suppositi, q̄ nō erat separatam ab anima, & sic erat ibi tota persona Christi quamuis non taliter, quia erat etiā vni-ta corpori quod erat in sepulcro.

6. ¶ Quinto, ¶ vtrum Christus traxerit morā in inferno. Res. s̄m S. Th. supra ar. 4. q̄ sic, vsque quo surrexit. Nam sicut Christus vt nostras pœnas in se susciperet voluit corpus suum in sepulcro poni. ita etiā voluit animam suam ad infernū descendere, corpus autē eius mansit in sepulcro per diem integram & duas noctes ad cōprobandū veritatem mortis suæ, vnde et̄ credendū est animā fuisse in inferno, vt simul aīa eius educeretur

ceretur de inferno, & corpus de sepulcro.

¶ Sexto, † utrum Christus aliquos ab inferno damnatorum liberauerit. Resp. ubi supra q̄ non, quia solum illos liberauit qui fuerunt per fidem charitate informatam participes, sed illi non habuerunt fidem passionis, uel si habuerunt non habuerunt charitate informatam: simili est ratione nullum liberari a limbo puerorum & illud apostoli ad Ro. 2. Deus proposuit Christum propiciatorem per fidem in sanguine eius, sed illi non participant fidem, igitur.

¶ Septimo, † utrum Christus descendens ad inferos liberauerit aliquem a purgatorio. Resp. ubi supra q̄ liberauit illos qui si nunc adessent liberarentur non alios q̄ sic declarat. S. Th. descensus Christi ad inferos fuit liberatorius in uirtute passionis ipsius, passio autem eius non habuit temporalem uirtutem & transitoriam, sed sempiternam & illud ad Hebr. 10. Una oblatione consummavit sanctificatos in sempiternum, & sic patet q̄ non habuit tunc maiorem efficaciam passio Christi quam habeat nunc ideo illi qui fuerunt tales quales nunc sunt qui in purgatorio detinentur non fuerunt a purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos. Si q̄ autem inuenti sunt tales quales est nunc uirtute passionis a purgatorio liberantur, nihil prohibet per descensum Christi ad inferos a purgatorio esse liberatos, hæc S. T.

DE INFIDELITATE.

1. Infidelitas in quo consistat.
2. Infidelitas an sit peccatum & an grauiusimum peccatum. 3.
4. Omnis actio infidelis utrum sit peccatum.
5. Infidelitatis species quot sint, & earum qua sit grauior. 6.
7. Infideles an sint compellendi ad fidem.
8. Fidelibus an liceat cōicare cum infidelibus.
9. Infideles an possint habere prælationem super fideles.
10. Infidelium ritus an sint tollerandi.
11. Christianis an liceat expellere de regnis suis Idoeos & alios infideles.
12. Christianis principibus an liceant uouere bellum contra infideles & eis auferre bona & dominia.
13. Infideles si delinquant a quo debeant puniri.
14. Infidelium auxilio an uti liceat fidelibus in bello iusto.

15. Infidelibus an sit credendum in præiudicium aliorum.

16. Infidelium habitum sumere, uel se, infidelem simulare an alicui liceat.

¶ Infidelitas non modo, per quam & ipsa fides amittitur, sed est quocunq; alio mortali peccato quauis non amittat fides, accepta iustificationis gratiam amitti, firmiter tenendum esse docuit & præcepit sancta synodus. Trid. & qui secus dixerit, eum anathematis reum damnauit. Sess. vj. c. xv. Ex Paul. 1. ad Tim. 1. Mar. 16. 1oan. 3. LEON. A LEGE.

1. Infidelitas † quæ opponitur uirtuti fidei est subiectiua in intellectu, motiua autem in uoluntate sicut est fides siue fidelitas sicut dictum est uer. fides in princ.

2. ¶ Primo, † utrum infidelitas sit peccatum. Res. S. T. 2. 2. q. 10. ar. 1. q̄ infidelitas potest sumi dupliciter, uno modo negatiue, scilicet quod dicitur aliquis infidelis ex hoc solum quod non habet fidem, & isto modo non habet rationem peccati, sed magis poenæ, quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis secuta est: qui autem sic sunt infideles, dantur quidem propter alia peccata quæ sine fide remittuntur non parent, non autem dantur propter infidelitatis peccatum, unum dominus dicit Io. 15. Si non uenisset & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, quod exponens Augustinus dicit quod loquitur de illo peccato quod non crediderunt in Christum. Alio modo sumitur infidelitas priuatiue scilicet contrarietate ad fidem quales, quis repugnat auditui fidei uel est contentus ipsam scilicet illud Isa. 53. Quis credidit auditui nostro, & in hoc proprie perfitur totum infidelitatis, & scilicet hoc infidelitas est peccatum. Et quauis fides non sit scilicet natura humanam, est tamen natura ut mens hominis non repugnet iteriori institui & exteriori prædicationi ueritatis, unum infidelitas scilicet hoc est contra naturam, & oritur a superbia ex qua contigit quod homo intellectum suum non uult subicere regulis fidei, & sano intellectui parum unde scilicet Greg. 1. morali. Et inani gloria oriuntur nouitatum presumptiones, quamuis possit dici quod sicut uirtutes Theologicæ non reducuntur ad uirtutes cardinales, sed sunt priores eis ita est uirtus opposita uirtuti. Theologicis non reducuntur ad uirtutes capitales, hæc S. T. Quid de illo qui nunquam audiuit aliquid de fide & non haberet aliud peccatum, unde supra uer. credere. §. 4.

Secundo,

3 ¶ **Secundo**, ¶ **utrum infidelitas sit grauiſſimum peccatum.** Reſpon. ſm. S. Th. vbi ſupra q̄ eſt maius omnibus peccatis quę contingunt in peruerſitate morum, ſecus de aliis peccatis, quę opponuntur virtutibus Theologicis, ut eſt odium Dei, vel deſperatio, quod ſic declarat, tanto aliquod peccatum eſt grauius, quāto per ipſum homo à Deo ſeparatur, per infidelitatem autem maximè homo à Deo ſeparatur & elongatur: quia nec veram Dei cognitionem habet, per falſam autem cognitionem ipſius non appropinquat ei, ſed magis ab eo clōgarur, nec poteſt eſſe q̄ quantum ad quid deum cognoſcat, qui falſam opi. de eo habet: quia id qđ ipſe opinatur non eſt deus, idēo manifeſtū eſt, qđ eſt maius peccatum, vt dictum eſt. Vide ver. idolatria. §. 2. & 3. & ver. hæreticus. §. 26. Et hoc intellige de peccatis per ſe loquēdo, poſſet enim id qđ eſt minus peccatum per ſe, fieri grauius ex aliqua circumſtantia. Et quamuis infidelitas habeat excuſationē ex parte ignorantiz, vt in Paulo, ex parte tamen diſenſus per contemptum ad ea, quę ſunt fidei habet grauitatem.

4 ¶ **Tertio**, ¶ **utrum oīs actio infidelis ſit peccatum.** Reſp. vbi ſupra, qđ non. Et declarat ſic. Omne peccatum mortale tollit gratiā gratum facientē, non autē totaliter corrūpit bonum naturę. vnde cū infidelitas ſit quoddam peccm mortale, infideles carent gratia Dei, remanet tñ in eis aliquod bonum. vnde manifeſtū eſt, qđ infideles non poſſunt operari bona opera, quę ſunt ex gratia ſcilicet opera meritoria, tamen bona opera ad quę ſufficit bonū naturę aliquo modo operari poſſunt, unde nō oportet qđ in omni opere ſuo peccet. Sicut. n. habens fidem, pōt aliquod opus committere in actu quem nō refert ad fidei finē, vel venialiter, vel etiam mortaliter peccādo: ita etiam infidelis poteſt aliquem actū bonum facere in eo quod non refert ad finem infidelitatis. Et ſi quis adducat gl. ad Ro. 14. omne quod non eſt ex fide peccatū eſt ibi gl. dicit. Omnis infidelium uita eſt peccatum. ad hoc. Reſp. S. T. dicens, qđ uerbum illud eſt intelligendum, uel quia uita infidelium non poteſt eſſe ſine peccato, cū peccata ſine fide non tollantur, uel quia quicquid agūt ex infidelitate pec-

catum eſt, ut quando Saracenus ieiunat, ut ſeruet legē Mahumeti uel iudæus ſabaitizat, & hmōi. vnde in eadem gl. ſequitur, quia omnis infideliter uiuens, uel agens uehementer peccat. hæc ille. Faciūt hæc ad declarationem eorum quę dicta ſunt ſupra. ver. charitas §. 20. & ver. gloria uana. §. 6.

5 ¶ **Quarto**, ¶ **quot ſunt ſpecies infidelitatis.** Reſp. vbi ſupra, qđ ſunt tres in generali, ſcilicet paganorum, qui nunquam habuerūt fidem, iudæorum qui habuerunt fidē Chriſti in figura, & hæreticorum. In ſpeciali uerō ſunt infinitę, quod ſic declarat dicens. Cū peccatum infidelitatis cōſiſtat in renitendo fidei, hoc poteſt cōringere quia aut renititur fidei nondum ſuſceptę, & talis infidelitas eſt paganorum, uel gentilium. Aut renititur fidei Chriſtiane ſuſceptę in figura, & ſic eſt infidelitas iudæorum, uel ſuſceptę in ipſa manifeſta ueritate, & ſic ex infidelitas hæreticorum. vnde in generali poſſunt aſſignari itę tres ſpecies. Si uerō diſtinguātur infidelitatis ſpecies ſm errorem in diuerſis quę ad fidem pertinet, tunc non ſunt determinatę infidelitatis ſpecies, poſſunt enim errores in infinitum multiplicari, vt patet per Ang. in lib. de hæreſibus, hæc s. Tho. Vide u. r. hæreticus. §. 25. hic habes quod ſunt tres ſpecies. §. uerō 27. & ſeq. habes alias ſpecies.

6 ¶ **Quinto** ¶ **quæritur quę illarum ſpecierum ſit grauior.** Reſpon. vbi ſupra. Simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum eſt peſſima, qđ declarat S. Tho. ſic. In infidelitate duo poſſunt conſiderari, quorum unum eſt comparatio eius ad fidem, & ex hac parte aliquis grauius peccat contra fidem, qui fidem renititur ſuſceptę, quam non ſuſceptę ſicut grauius peccat, qui facit contra id quod promiſit, & cognouit, quā qui facit contra id quod nunquam promiſit, uel non ſic cognouit, & ſm hoc infidelitas hæreticorum, qui proſiterur fidem euangelii, & ei renititur, eam corrūpens grauius peccat, quā iudæi, qui fidem euangelii nunquam ſuſceperunt, ſed quia ſuſceperunt eius figuram in ueteri lege, quam malè interpretantes corrūpūt idēo etiam eorum infidelitas eſt grauius peccatum, quā infidelitas gentilium, qui nullo modo fidem euangelii ſuſceperunt. Aliud quod in infidelitate conſideratur

est corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent, & sicut hoc cum in pluribus errent gentiles, quam iudei, & iudei quam hæretici, grauior est infidelitas gentiliū, quam iudeorum, & iudeorum quam hæreticorū, nisi forte quorundam puta manichæorū, qui etiā circa credibilia plus errāt, quam gentiles. Harum tamen duarum grauitatū prima præponderat secundæ, quātū ad rōnem culpæ, quia infidelitas habet rōnem culpæ, quia non habet ea quæ sunt fidei, hoc non uidetur magis ad rationem ponnæ pertinere. Vide uer. hæreticus. §. 26. & uerfi. idolatria. §. 2. & 3. Vtrum sit disputandum cum infidelib. Vide uer. disputatio.

- 7 ¶ Sexto, ¶ utrum infideles sint compellendi ad fidem. Respond. ubi supra quod infidelium quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem sicut gentiles & iudei, & tales non sunt ad fidem compellendi, ut ipsi credant, quia credere uoluntatis est, sunt tamen compellendi a fidelibus si ad sit facultas, ut fidem non impediāt, uel blasphemias, uel malis persuasionibus, uel etiam apertis persecutionibus, & propter hoc fideles Christi frequenter cōtra infideles bellum mouent non quidem, ut eos ad credendū cogant, quia si etiam eos uicissent, & captiuos haberent in eorum libertate relinquerent an uellent credere, sed propter hoc, ut eos compellant ne fidem Christi impediāt. Alii uerō sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur sicut hæretici, & quandoque apostatæ, & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt. ar. 4. §. dist. de iudæis, utrum filii iudeorum sint baptizandi inuitis parentibus. vide uer. baptisimus. 7. §. 9. & 10.

8 ¶ Septimo, ¶ utrum liceat fidelibus communicare cum fidelibus Respond. quod sic, & in quantum ecclesia in aliquo prohibet siue iure communi quo prohibet multa, ut patet de iudæis, & maxime magnam cōuersationem periculosam, siue iure particulari propter aliquod peccatum eorum directe puniendo, tunc non est conuersandum. Isto autem non obstante tunc respondetur secundum S. T. ubi supra quod illi qui sunt in fide firmi ita quod ex eorum conuer-

satione speratur magis illorum conuersionem, quam subuersionem sequi, non sunt prohibendi. Simples autem, & infirmi prohibendi sunt, ne sine magna necessitate cum eis conuersentur, & præcipue est cauendū a magna familiaritate. uide 28. q. 1. c. dñ. Nullus eorum qui in sacro ordine sunt, aut laicos azima eorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorū in infirmitatibus uocet, aut medicinā ab eis percipiat, aut se eū in balneo lauet, si quisquā hoc fecerit, si clericus est deponatur, si laicus excommunicetur, intelligere sine necessitate, uel dispensatione papæ. Vide uer. iudæus. §. 1. & sequentibus.

- 9 ¶ Octauid, ¶ utrum infideles possunt habere prælationem super fideles. Resp. ubi supra, quod circa hoc dupliciter loqui possumus, uno modo de dominio, & prælatione de nouo instituenda, & hoc nullo modo permitti debet, cedit enim hæc in scandalū, & periculum fidei, de facili. nulli qui subiacentur aliorū iurisdictioni immutari possunt ab eis quibus subsunt, ut sequantur eorum imperiū, nisi illi qui subsunt sint magnæ uirtutis. Et similiter infideles fidem contemnunt si fidelium defectus cognoscant, & ideo Apostolus prohibuit, ut fideles non contendant in iudicio coram iudice infideli, & nullo modo permittit ecclesia, quod infideles acquirant dominium super fideles, uel qualitercunq; eis præficiatur in aliquo officio. Alio modo possumus loqui de dominio, uel prælatione iam præexistente, & sicut Rain. non possunt habere aliqua officia publica, ne habeant occasionem se ueniendi in Christianos. 5. 4. di. c. nulla. & 17. q. 4. c. constituit. ubi considerandum, quod dominium uel prælatio introducta sunt ex iure humano, distinctio autem fidelium, & infidelium est ex iure diuino. Ius autem diuinum, quod est ex gratia non tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione, ideo distinctio fidelium & infidelium sicut se considerata, non tollit dominium & prælationem infidelium super fideles, potest tamen iuste per sententiam, uel ordinationem ecclesiæ, auctoritatem Dei habentis, tale ius dominii uel prælationis tolli, qui infideles merito suæ infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferunt se in filios Dei, sed hoc ecclesia quandoque facit.

facit, quæque non. In illis. u. in fidelibus qui
 et temporali subiectione subiiciuntur eccle-
 siæ, & mēbris eius, hoc ius ecclesiæ statuit,
 ut seruis iudæorū cū fuerit christianus sta-
 tim à seruitute liberet, nullo precio dato, si
 fuerit uernaculus. i. in seruitute natus, simi-
 liter si infidelis existens fuerit emptus ad
 seruitiū. Si autē fuerit emptus ad mercatio-
 nem tenetur eum in tres menses exponere
 ad uendendū. Nā in hoc ecclesiā non facit
 iniuriā, quia cū iudæi sint serui ecclesiæ p̄t
 disponere de rebus eorū, sicut et principes
 seculares multas leges ediderunt circa suos
 subditos in fauorē libertatis. In illis uerò
 infidelibus, qui temporaliter ecclesiæ, uel eius
 mēbris subiacerēt, prædictū ius ecclesiā nō
 statuit, licet posset instituire de iure, & hoc
 fecit ad scandalum uitandum. Vide uer. iu-
 dzus. §. 10. & 13. & uer. emprio. §. 6.

10 ¶ Nono, ¶ utrius ritus infidelium sint tolle-
 randi. Resp. ubi supra, q̄ humanū regimē
 deriuatur à diuino, & ipsum debet imitari.
 Deus autē quamuis sit omnipotens, & sum-
 mē bonus, permittit tñ aliqua mala fieri in
 uniuersis, quæ prohibere posset, ne eis sub-
 latis maiora bona tollerentur, uel et peiora
 mala sequerentur, sic igitur, & in regimine
 humano illi, qui præsent, rectē aliqua ma-
 la tollerant, ne aliqua mala bona impedian-
 tur, uel et ne aliqua peiora eueniant, sicut
 Aug. dicit in lib. de ordine. Auser meretri-
 ces de rebus humanis, turbaueris oīa libidi-
 nibus. sic ergo quamuis infideles in suis ri-
 tibus peccent, tollerari tñ possunt, uel pp̄
 aliquod bonum, quod in eis prouenit, uel
 pp̄ aliquod malū, quod uitatur. Ex hoc au-
 tem, q̄ iudæi ritus suos seruant in quibus
 olim præfigurabatur ueritas fidei, quam te-
 nemus, hoc bonū prouenit, q̄ testimoniū
 fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi
 in figura nobis reputatur, quod credimus,
 & ideo in suis ritibus tollerantur. Vtrum
 possit aliquis uēdere infidelibus, & quibus
 utuntur in suis ritibus, uer. ars. §. 3. Aliorū
 uerò infidelium ritus, qui nihil ueritatis,
 aut utilitatis afferunt non sunt aliquo modo
 tollerandi, nisi fortē ad aliquod malū ui-
 tandum. s. scandalum, uel delidum, quod
 ex hoc posset prouenire, uel impedimentū
 salutis eorū, qui paulatim sic tollerati con-
 uertuntur ad fidē, pp̄ hoc. n. et hæreticorū,
 & paganorum ritus aliquando ecclesiā tol-

lerant, quando erat magna infidelium mul-
 titudo. ar. de iudæ. c. consultiu.

- 11 ¶ Decimo, ¶ quæritur nunquid sit licitum
 Christianis expellere iudæos, & alios infide-
 les de regnis suis, & eis auferre bona. Resp.
 fm̄ Pan. in c. q̄ super. de uoto post Inn. q̄
 non, ex quo non sunt infesti christianis,
 nec aliter delinquent contra legē naturæ,
 uel legē licitam, sed Old. plenē disputat cō-
 tra. §. 1. & ibi concludit, q̄ priuatis christia-
 nis hoc non licet, ad hoc. C. de iudæ. l. nul-
 lus. & c. sicut. de iudæ. Principibus uerò li-
 cet, si imminet periculum fidei, aliā secus.
 Nam debemus tollerare infideles, & eos lu-
 cri facere Deo, nec debemus eos compelle-
 re ad fidem suscipiendam. ut in c. quæ sin-
 cera. & c. de iudæis. 4. §. distin. & c. ad fidem.
 23. q̄ stio. 5. hæc Panor.
- 12 ¶ Undecimo, ¶ utrum principibus christia-
 nis sit licitum mouere bellum contra infi-
 deles, & eis auferre dominia, & alia bona.
 Resp. Pan. in d. c. q̄ super. dicit, q̄ Inn. cō-
 cludit, quòd infideles licitè tenent Domi-
 nia, & Principatus, & alia bona, quia Deus
 subiecit orbem rationabili creaturæ, nec
 inter homines distinxit, postea superuenit
 ius gentium, & habuit locum illud quod-
 cumque calcauerit pes tuus, tuum erit ita
 q̄ licitè infideles acquisierunt dominia,
 & ideo non debent molestari sine causa à
 Christianis, fatetur tamen, q̄ si infideles
 sunt molesti Christianis, uel aliter delin-
 quunt cōtra legem naturæ, q̄ papa poterit
 contra eos indicere bellū, & eos priuare hu-
 iusmodi bonis, facit c. dispar. 3. 2. q. 2. Vide-
 tur excipere terram sanctam, quā Christus
 consecrauit suo sanguine. Host. autē dicit,
 q̄ si infideles non cognoscunt dominium
 ecclesiæ, licitè possent bonis suis expoliari
 per illud Matt. vlti. Data est mihi omnis
 potestas in celo, & in terra, quam quidem
 transtulit in uicarium suum, sed si cognos-
 cunt dñum ecclesiæ, nec sunt infesti Chri-
 stianis debēt tollerari. Facit rex. cum gl. in
 c. si de rebus. 23. q. 7. & c. quicunque. hæc
 Pa. Et nō approbat, neque reprobat aliquā
 istarum, sed dicit q̄ prædicta fallunt in pro-
 uincia Ierosolimitana, quia cū sit conse-
 crata sanguine Christi nō debet esse in do-
 minio infidelium. Maximè cū multi Im-
 peratores illam acquisierint dominio Chri-
 stianorum, hæc ille, in hoc autē, quòd facit

exceptionē huius provincie vñ in reliquis approbare opinionem Innoc. intelligendū in est in his in quibus pñt expoliari, q̄ fiat auctoritate papæ, & non priuatae personæ s̄m s. T. 2. 2. q. 66. ar. 8. ad secundum, & vñ approbare opinionem Hostij. Quia autem tpe moderno acceperunt multa dominia Christianorum, & detinent, similiter fuerunt multum molesti, & sunt, Christianis, vñ secundum opinionem Hostien. q̄ possint expoliari, maximè Turci de iudeis ut dicit s. T. in epistola ad Ducissam Lothoringiæ, q̄ cum merito culpæ seruituti sunt adiecti, & sic domini res eorum possint accipere tanquam suas: ita tamen q̄ non subtrahantur vitæ necessaria, quod etiam intelligendum est in superioribus: quia tamen oportet nos ambulare honestè ad eos qui foris sunt, ne nomen domini blasphemetur, hoc obseruandum videtur, ut in actionibus quas facere non consueverunt non prægrauerentur, sed ad consuetas cogi possunt. obseruandum tamen est, q̄ usuræ restituantur, & de hoc satis ad præsens. Quomodo dñi pñt exigere nouas angarias a iudeis, vide uer. dominus. §. 8. Hæretici autem ex constitutionibus sanctorum patrum possunt licitè omnibus bonis expoliari, quia magis delinquent ipsi, qui fidem semel agnouerunt, quam infideles, vt in c. uergentis. de hære. uide supra §. 5. & uersic. hæreticus. §. 5. & sequentibus. Pro declaratione eorum, quæ dicuntur in isto §. & tribus præcedentibus. & uersic. furtum. §. 7. & uer. iudeus. §. 10. & 13. Notandum, q̄ infideles tripliciter se habent ad Christianos Principes. Quidā n. sunt subditi de facto, & de iure Christianis, ut iudei, hæretici, & marani, qui sunt in terris Christianorum. Et hi sunt priuati, ut patet per sacros canones, ut patet in ti. de iudeis. & heretici. & in decre. di. 54. Nec solum ecclesia, sed principes, quibus hi temporaliter subsunt, possunt leges cōdere contra istos, in fauorē nominis christiani, sicut pñt pro aliis piis causis. Quidā uerò sunt subditi de iure, & non de facto principibus christianis, ut infideles occupates terras christianorū, hi namque, si eorum principes christiani, aut ipsi, heredes uiuunt, illis de iure subsunt in quorum sunt dominio. Et si nullus superest hæres, subdendi sunt de iure, ecclesie

Romanæ, uel alicui alteri christiano ab Apostolica sede, cuius interest in hoc casti prouidere de principe christiano in fauorē fidei. Et hi non solum sunt infideles, sed hostes christianorum. Et sic de rebus istorū aliquid lege sancitum sit, à prædictis executioni mandandum est publica auctoritate non priuatis rapinis, aut furtis: uerum tñ est, q̄ quòd ad bellum inferendum istis, quibus christianus princeps habens auctoritatem indicendi bellum pro republica propria, p̄t ex cōi uoto quauis tacito, christiani populi prædictis in ferre, & licitè possidere, q̄ obtinebit, si nullus superest hæres christianus. Si n. superessent deberent sua sibi restitui. Manifestat enim hoc commune notum christianorum, celebrata semper solennitas in Romana, quæ communis est ecclesia, in notis uictoriis principum christianorum quorumcunque bellanrium ad uersus Maumetanus. Quidam autem infideles, nec de iure, nec de facto subsunt secundum temporalem iurisdictionem principibus christianis, ut si qui inueniuntur pagani, qui nunquam Imperio Romano subditi fuerunt, terras inhabitantes in quibus christianum nunquam fuit nomē. Horum namque domini quamuis infideles, legitimi domini sunt, siue regali, siue politico regimine gubernentur, nec sunt, propter infidelitatem à dominio suo priuati, cum dominium sit ex iure positum, & infidelitas ex diuino iure, quod non tollit ius posituum, ut patet per Innoc. in locis alle. Et hi essent trahendi bonis exemplis à prædicatoribus non uolentia, & de eo quod queritur. d. §. 7. uer. furtum alleg. de furto christiani, serui infidelis, patet quòd publica auctoritate licitum est, & per modum furti & rapinæ, sicut bellum, uel infidiz contra infideles liceret. Priuata uerò oportunitate concessa alicui cum licitum sit adiuuare tale seruum ad sui libertatem uendicandam, ut potè qui iniuste est oppressus in libertate, habet iustum bellum contra infidelem, potest & debet opem ferre tali seruo, siue occultè per modum furti, siue manifestè per modum rapinæ, nec oportet distinguere inter tempus belli uel pacis, quia ex hoc capite, scilicet ex parte adiutorij ad liberationem sic oppressi non oportet, quia oppressus habet

continuum bellum iustum contra detento-
rem. Nec oportet publicam auctoritatem
aliter hic querere p̄ vim vi repellere eū mo-
deramine, cum nulla sit spes optatæ liber-
tatis. Treuga tñ & fides si qua data sit, ser-
uetur ēt Host. Sed tunc insurgit dubium
cui non liceat priuata auctoritate rapere
ab istis infidelibus res quas iniuste deti-
nent, sicut hos seruos. Ad hoc dī, q̄ res ho-
rum infidelium iniuste sunt duplices. Que
dam. n. ideo iniuste possidentur ab eis, q̄
infideles sunt, ut status, dominium, & hu-
iufmodi. Et hæc non nisi publica auctori-
tate inuadere licet, quia in nullius singula-
ris personæ bonis sunt. Quædam verò ideo
iniuste, quia sunt alterius singularis perso-
næ; ut res furtiue rapte, vel per vsuram ex-
ortæ. Et has per modum furti, dñm acci-
pere ab eis sine scandalo, non minus licet
quàm à nostris. Accipere autē per modum
rapinæ priuata auctoritate cum impossi-
bile sit, ut in pluribus hoc fieri sine scādalo,
& actus de genere suo sit illicitus, ideo illi-
citur v̄r, nisi forte tanta esset commoditas
eblata, ut omnia incontinentia cessarent,
& deficiente spe iudicis, liceret sibi ius fa-
cere contra huiusmodi, qui hostes sunt
christianorum. Et pōt esse maior ratio de
seruis, quàm de rebus: quia liberatio serui
habet rōnem recuperationis factæ incon-
tinenti, qm̄ homini uiuo continue infer-
tur violentia personalis dum detinetur in
seruum. Exceptio autē rerum, non habet
huiusmodi rationem, quia occupatio iam
transit in rem indicatam. Ab infidelibus
igitur, qui sunt serui de iure & de facto,
possunt eorum domini, & iudices per sen-
tentiam auferre, & seruos, & res dictas. Ab
his qui de iure, & non de facto sub sunt,
possunt omnia, ut dictum est christiani
principes per uiam belli auferre, & tunc. si
tpe belli omnia iuste sunt accipientiū pu-
blica auctoritate, ea. f. qua bella geruntur.
Et per ista concordata omnia quæ dicit in d.
s. all. & si q̄ alibi dicuntur de ista materia.

13 ¶ Duodecimò, ¶ queritur si infideles deli-
quant à quo debeant puniri. Resp. Pa. in d.
c. quod super. post Inn. q̄ per papam, quia
est generalis Vicarius in terris, & ipse Deus
fecit vnum ouile, & unum pastorem, ut
h̄r in euangelio, & sic infideles, uelint, no-
lint, sunt de illo ouili, & dicit Inn. q̄ cum

infideles non habeant aliam præter legem
naturæ, si deliquunt in illam puniuntur
per papam ad instar Dei, qui puniuit So-
domitas Gen. 16. & 2. q. 1. deus omnipo-
tens. Iudæi uerò si delinquant contra legē
eorum in moralibus puniuntur per eccle-
siam. Et aduerte, quia Inno. totam iurisdi-
ctionem infidelium videtur attribuere pa-
pæ, quod non procedit indistinctè. Nam
sunt sub Romano Imperio, ut patet. C. de
paga. per totum. Ad idem c. postulasti. de iu-
d. Item Imperator saltem quo ad exerci-
tium habet iurisdictionem super uniuersum
orbem & est dominus mundi. l. de
præcario. ff. ad l. rodiam de iac. & l. bene à
Zenone. C. de quadrien. præscrip. Facit q̄
ipse Inn. no. in c. licet ex suscepto. de foro
compet. ubi dicit, quod si Imperator non
est negligens, sed subditi sunt sibi rebelles
non succedit papa in iurisdictione, sed de-
bet iuuare imperatorem ad domandum
rebelles. ar. in c. cum ad uerum. 96. distin.
Sed concordando dicta Innocen. potest di-
ci quod in criminibus ecclesiasticis, sicut
in matrimonio, uel hæresi, papa exercet iu-
risdictionem in c. nouit de iud. In aliis ue-
rò Imperator, in mixtis autem locus erit
præuentio, sicut in peccato contra natu-
ram, concernit enim Dei reuerentiam, qui
est conditor naturæ, & simili causa impe-
dit se de crimine vsuræ contra laicos, &
etiam contra infideles. ut in c. post misera-
bilem. & c. si. de vsu. hæc Pan. Quomodo in-
quisitor possit procedere contra iudæos. ui-
de uer. inquisitor. §. 32.

14 ¶ Decimotertio, ¶ item querit Pan. in d. c.
quod super. vtrum sit licitum christianis
uti auxilio infidelium in libello iusto, qui.
Resp. post Old. conf. 67. q̄ sic. Nam Macha-
bei qui fuerunt uiri sancti, iniurierunt ligā
cum Romanis, qui tunc erant gentiles, ut
mutuo se adiuuarent Macabeorum. 1. Item
in bello iusto, iustum est parare insidias, &
simulare. ut in c. ultimo. 12. q. 1. c. dominus
23. q. 2. ergo fortius est licitum uti auxilio
infidelium. Nam & fideles in bello licitè
adiuuant dominium infidelium. ut in c. lu-
lianus. & c. si dominus. 1. q. 3.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ vtrum infidelib. sit cre-
deadum in præiudicium aliorum. Resp.
secundum Pa. in cap. 1. de hære. q̄ non ar-
d. c. i. ex quo sunt infideles Deo, non præ-
sumuntur

sumuntur fideles hominibus, & ideo nõ admittuntur in testes, contra christianos. 2. q. 7. c. non põt. & c. pagani. uer. iudæus. §. 1. 2.

16 ¶ Quintodecimo, ¶ vtrum liceat assumere habitum infidelium, & sic se simulare infidelem. Resp. q. si fiat ex rationabili causa licet, sicut fecit S. Sebastianus. Dummodo in tali vestimento non sit aliquod signum, uel aliquis character principaliter constitutus ad discernendũ professores alicuius infidelitatis, quia sic non liceret, quia sic mētriretur contra fidei confessionē, uel professionem. Sine causa autem rationabili nullo modo licet. uer. fides. §. 7. & seq.

DE INFIRMITATE.

- 1 Infirmitas quid est.
- 2 Peccatum ex passione, & infirmitate, vtrum sit mortale.
- 3 Peccatũ ex passione vtrum possit dici veniale.
- 4 Passio vel infirmitas vtrum excuset à peccato.
- 5 Peccare ex passione, quod est peccare ex infirmitate an alleuet peccatum.

¶ Infirmitatem remedium optimum docuit sacrosancta synodus Trid. in Spiritu sancto congregata, eucharistiæ, & vnctionis sacramentum. scriptum est enim, Oratio dei saluabit infirmum; & alleuet eũ Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. res enim hæc gratia est Spiritus sancti: cuius vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & ægroti animam alleuiat, & cõfirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando: quia infirmus subleuatur, & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus Dæmonis facilius resistit, & corporis interdum, vbi salutis animæ expedit, conseq̃uitur. Sess. xiiij. c. ij. & can. ij. Ex Iac. 5. Paul. I. ad Cor. 12. L. 10. à L. 61.

1 Infirmitas quid est, ¶ quando homo dicitur peccare ex infirmitate. Resp. secundum S. Th. 1. 2. q. 77. ar. 3. q. est quando homo aliqua passione irascibilis, uel concupiscibilis motus, non operatur s̃m rectã rationem. At enim sic causa peccati propria est ex parte animæ in qua principaliter est peccatum, potest autem dici infirmitas in anima ad similitudinem infirmitatis

corporis. Dicitur autem corpus hominis esse infirmum quando debilitatur, uel impeditur in executione propriæ operationis propter aliquam inordinationem partium corporis, ita scilicet q. humores & mēbra hominis nõ subdantur regitui, & motui corpori, vnde & membrum dicitur esse infirmum qñ non potest perficere operationem membri sani sicut oculus qñ nõ potest clarè videre, vt dicit Phi. in 10. de historiis animalium, vnde & infirmitas animæ dicitur quãdo impeditur anima in propria operatione propter inordinationē partium ipsius, sicut autem partes corporis dicuntur esse inordinatæ qñ non consequuntur ordinem naturæ, ita & partes animæ dicuntur esse inordinatæ, qñ non subdantur ordini rationis: ratio. n. est vis regitua partium animæ, sic ergo qñ extra ordinē rationis vis concupiscibilis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & per hoc impedimentũ præstatur, modo prædicto, debite actioni hominis, dicitur esse peccatum ex infirmitate, vnde & Filo. 1. Ethi. comparat incontinentem paralitico, cuius partes mouentur in contrarium eius quod ipse disponit. Et sicut quanto fuerit motus fortior in corpore præter ordinem naturæ, tanto est maior infirmitas, ita quanto fuerit motus fortior passionis præter ordinem rationis, tanto est maior infirmitas animæ, quæ aliquãdo dicitur infirmitas carnis, iuxta illud, Recordatus est, quia caro sunt, inquantũ ex conditione carnis passiones animæ insurgunt in nobis, eo quod appetens sensitiuus est uirtus utens organo corporali, & inquantum est in potestate uoluntatis assentire, uel non assentire intantum dicitur appetitus esse sub nobis, iuxta illud Gen. 4. Subter te erit appetitus, & tu dominaberis illius, sed tamen iste assensus, uel dissensus uoluntatis impeditur per passionem modo dicto, ideo dicitur peccare sic.

2 ¶ Primò, ¶ vtrum peccatũ ex passione, & infirmitate modo prædicto sit mortale. Resp. secundum S. Th. vbi supra 1. 2. quod sic, quãdo est cum consensu deliberato in his quæ sunt mortalia, uel procedit ad actum peccati mortalis, puta fornicationis, uel homicidii, quod sic declarat. Peccatum mortale consistit in auersione ab ultimo fine, qui est Deus: quæ quidẽ auersio pertinet ad

rationem deliberantem cuius est ordinare in finem, hoc igitur solummodo potest contingere, & inclinatio anime in aliquid quod contrariatur ultimo fine non sit peccatum mortale, quia ratio deliberans non potest occurrere, quod contingit subditis motibus, cum ex passione aliquis procedit ad actum peccati, vel ad consensum de liberatum, hoc non sit subitum. unde ratio deliberans potest hic occurrere, potest, n. excludere vel saltem impedire passionem, unde si non occurrat est peccatum mortale, sicut videmus, & multa homicidia, & multa adulteria per passionem committuntur.

¶ Secundum, ¶ utrum hoc peccatum ex passione possit dici veniale. Resp. fm s. Th. ubi supra, & sic dupl. primò ex causa, quia s. habet aliquam causam veniè, que diminuit peccatum, & sic peccatum ex infirmitate vel ignorantia dicitur veniale. secundò ex genere, sicut omne peccatum per penitentiam sit veniale .i. veniam consequitur. tertio modo dicitur veniale ex genere, sicut verbum otiosum, & hoc solum veniale opponitur mortali, & sic peccatum, & est ex passione est mortale. ut dictum est.

¶ Tertio, ¶ utrum passio vel infirmitas animæ totaliter excuset à peccato. Re. ubi supra, & aliqui sic aliquando non, ubi sic ait. Secundo hoc solum actus qui de genere suo est mortale, totaliter à peccato excusatur, & totaliter inuoluntarius redditur. unde si sit talis qui totaliter inuoluntarius reddat actum sequentem, totaliter à peccato excusatur alioquin non totaliter excusatur circa quod duo consideranda sunt. Primò, & aliqua possunt esse uoluntaria dupl. scilicet per se, sicut quod uoluntas directe in ipsam fertur, vel fm suam causam quando uoluntas fertur in causam, & non in effectum. ut patet in eo, quod uoluntarie inebriatur, ex hoc, n. quasi uoluntarium imputat ei, quod per ebrietatem committit. Secundò considerandum est, & aliquid dicitur uoluntarium directe sicut illud in quod uoluntas per se fertur, indirectè uero id quod uoluntas potest vel potuit prohibere, & non prohibet: fm hoc distinguendum est, & passio quandoque est tanta, & totaliter auferit usum rationis, sicut patet in his qui propter amorem vel iram insaniant, & tunc si talis paulò à principio fuit uoluntaria imputatur actus ad peccatum, quia est uoluntarius in sua causa, sicut de

Secunda pars

ebrietate dictum est. Si uero causa non fuerit uoluntaria, sed naturalis, puta cum aliquis ex agilitate uel aliqua humidi causa, incidit in talè passionem, quæ totaliter auferit iudicium rationis actus omnis redditur inuoluntarius, & per consequens totaliter à peccato excusatur. Quandoque uero passio non est tanta, & totaliter intercipiat usum rationis, & tunc ratio potest passionem excludere, diuertendo ad alias cogitationes, uel impedire ne suum consequatur effectum, quia membra non applicantur operi nisi per consensum rationis ut dictum est, unde talis passio non totaliter excusatur à peccato, sicut tamen inebriatus excusatur cause ignorantia ut dictum est supra. ver. ebrietas ita posset dici de passione, unde in q. de ma. q. 3. ar. 10. ad 4. ait. Non uelle repellere passionem aliquam, & si simpliciter non sit peccatum mortale, tamen in hoc casu quando inclinatur ut que ad consensum peccati mortalis, est peccatum mortale, & ibidem ad 5. Euentus in posterum procedens ex passione, & improuisus non aggravat in infinitum, sed euentus, & prouisus potest aggravare in infinitum ut sit peccatum mortale, quod aliàs non esset, sic proicere sagittam non est peccatum mortale, sed proicere cum occisione hominis est peccatum mortale, & similiter non repellere passionem inclinante ad peccatum mortale, non est absque peccato mortali.

¶ Quarto, ¶ utrum peccare ex passione quod est peccare ex infirmitate alleviet peccatum. Resp. fm S. Tho. in q. de ma. q. 3. arti. 11. & si passio præcedat alleviat, si uero sequitur uel concomitat aggravat, unde ait. Passio appetitus sensitui dupliciter se habet ad motum uoluntatis, uno modo ut præcedens. Alio modo ut consequens, ut præcedens quidem, sicut cum propter passionem inclinatur uoluntas ad aliquid uolendum, & sic passio diminuit rationem meriti uel demeriti, quia meritum, & demeritum in electione consistunt ex ratione præcedente. Passio autem obnubilat uel etiam ligat iudicium rationis, quando autem iudicium rationis fuerit peritius tanto electio est perperatior ad merendum uel demerendum unde quod inducitur ad beneficium ex iudicio rationis laudabilis operatur, quam qui inducitur ad hoc idem ex sola animi passione, hic enim interdum

Sum. Tab.

g

errare

errare potest indebitis miserendo, & similiter ille qui inducitur ad peccandum ex deliberatione rationis, magis peccat, quā ille qui inducitur ad peccandum ex sola animi passione. Vt consequens autem consideratur passio quando ex forti motu voluntatis commouetur appetitus interior ad passionem, & sic passio addit ad meritum, quia tunc passio est signum, quod motus voluntatis sit fortior, & hoc modo verum est, quod ille qui cum maiori compassione facit eleemosinam magis meretur, & qui cum maiori libidine facit peccatum, magis peccat, quia hoc est signum, quod motus voluntatis sit fortior. Sed hoc non est ex passione bene facere vel peccare, sed potius pati ex electione boni vel mali. Vide uer. cogitatio. §. 6. Infirmus famulus quomodo debeat habere salarium vel expensas. Vide uer. familia. §. 2.

DE INGRATITUDINE.

- 1 *Ingratitudo quid est.*
- 2 *Ingratitudo utrum sit peccatum, & an sit mortale. 3.*
- 4 *Ingratitudinis peccatum an sit in omni peccato.*
- 5 *Per peccatum sequens recidiuanti utrum redeant omnia peccata dimissa.*
- 6 *Ingratis utrum sint beneficia auferenda.*

1 **I**ngratitudo ¶ quid est. Resp. secundum S. Thom. 2. 2. q. 107. ar. 2. quod ingratitude est vitium oppositum gratitudini, gratitudo autem habet tres gradus. Primò quod homo acceptum beneficium recognoscat. Secundo, quod laudet, & gratias agat. Tertio, quod retribuat pro loco, & tempore sui facultatem. Primus igitur gradus ingritudinis qui opponitur tertio gradui gratitudinis est, ut homo beneficium non retribuat, vel malum pro bono reddat. Secundus est, ut dissimulet quasi non demonstrasse beneficium accepisse vel beneficium vituperet. Tertius est qui est grauissimus, quod non recognoscat siue per obliuionem siue quocumque alio modo, vel maleficii reparet, & pertinet ad duas primas species superbix. Vide uer. beneficium. 1. per totum.

- 2 ¶ Primò, ¶ utrum ingratitude sit peccatum Resp. secundum S. Tho. 2. 2. q. 107. art.

1. quod ex hoc aliquid est peccatum, quod repugnat virtuti, sed ingratitude repugnat debito gratitudinis quod est debitum honestatis quam virtus requirit: unde manifestum est, quod omnis ingratitude est peccatum. Et secundum Senecam ingratus est qui non reddit beneficium. unde apostolus ad Thimo. 3. Numerat ingratitude inter alia peccata dicens parentibus non obedientibus, ingrati, iniusti, &c. Sed quid quando aliquis adiuuit alium ad malefaciendum vel peccandum. Respon. San. Thom. ibidem ad primum dicens, quod gratitudo respicit beneficium, ille autem qui alicui auxiliatur ad peccandum non confert beneficium, sed magis nocumentum, & ideo non debetur gratiarum actio nisi forte propter voluntatem si sit deceptus, dum credidit adiuuare ad bonum adiuuit ad peccandum, & tunc non debetur talis recompensatio ut adiuuetur ad peccatum, quia hoc non esset recompensare bonum, sed malum quod contrariatur gratitudini, & quando redditur impotens sufficit bona voluntas, obliuio autem beneficium quod prouenit ex naturali defectu memorix, quod non subiacer voluntati non pertinet ad ingratitude nec illa quae ex negligentia prouenit. ut dicit Seneca in 3. de beneficiis, apparet illum non scire de reddendo cogitasset cui obreperit obliuio.

- 3 ¶ Secundo, ¶ utrum ingratitude sit peccatum mortale. Respon. secundum San. Thom. ubi supra ar. 3. quod aliquando sic aliquis non, ubi est prænortandum, quod ingratus dicitur aliquis dupliciter. vno modo per solam omissionem puta quia non recognoscit, uel non laudat uel retribuit uices pro beneficio accepto, & hoc non semper est peccatum mortale, quia debitum gratitudinis est, ut homo est aliquid specialiter tribuat ad quod homo tenetur, & ideo si illud prætermittit non peccat mortaliter, est tamen peccatum ueniale, quia hoc prouenit ex negligentia quadam, aut ex aliqua indispositione hominis ad uirtutem. Potest tamen contingere, quod etiam talis ingratitude sit mortale peccatum uel propter interiorem contemptum, uel est propter conditionem eius, quod subtrahit quod ex necessitate debetur beneficium siue simpliciter, siue in aliquo casu necessitatis. Alio modo dicitur ingratus quia non solum prætermittit imple-

re gratitudinis debitum, sed etiam contrarium agit, & hoc est secundum conditionem eius quod agit, quandoque est mortale quandoque veniale. Sciendum tamen quod ingratitude quae est peccatum mortale habet perfectam ingratitude rationem, illa vero quae provenit ex peccato veniale imperfectam, haec S. T. Notandum secundum S. Th. 2. 2. q. 107. art. 2. ad primum, quod ingratitude sumitur dupliciter scilicet formaliter & sic est contemptus beneficii vel benefactoris & sic est speciale peccatum, sicut inobedientia est contemptus praeccepti & sic formaliter solus ille est ingratus & proprie qui ex contemptu, omittit retribuere aut laudare vel reminisci, siue committit aliquid contra benefactorem unde ingratitude sic sumpta de suo genere est peccatum mortale, quia contemptus beneficii & benefactoris directe contrariatur virtuti gratitudinis & tollit caritatem ex qua tenemur diligere benefactorem, nisi forte ratione imperfectionis, puta quia primus motus vel est de re minima ut etiam dicitur de furto, nisi forte intenderet in magno. Alio modo sumitur materialiter. id est sine contemptu, & tunc est mortale ratione rei quae committitur vel committitur contra benefactorem, sic ergo primo est mortale si praetermittit facere id quod est necessitatis. 2. quoniam quae facit sunt contra ea quae necessario debet cauere, tertio quoniam ex contemptu praetermittit recognitionem beneficii, aliter ut veniale.

¶ Tertio, si virtus omni peccato sit peccatum ingratitude. Respondeo secundum S. Th. 3. q. 88. ar. si. quod ingratitude potest esse quaedam circumstantia est in quolibet peccato. quae in circumstantia non est de necessitate confessionis, sed ad bene esse, et in recidivitate, prout autem est contra gratitudinem inter homines, sic est quoddam speciale peccatum, ut dictum est, secundum autem quod aliquis peccat in contemptum Dei & contemptum suscepti beneficii sic est speciale peccatum, pertinens ad peccatum ingratitude, & circumstantia vel species peccati de necessitate confessionis, unde S. Th. sic ait. Ingratitude peccatis quandoque est speciale peccatum quandoque autem non, sed est circumstantia generaliter consequens generaliter omni peccatum mortale quod aliquo modo contra Deum committitur, peccatum enim specieem recipit ex intentione peccantis, si igitur aliquis peccator in contemptum Dei & suscepti beneficii aliquid

peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitude, & haec in ingratitude peccatis est speciale peccatum. Si autem aliquis recidivus intendens aliquid, puta adulterium non retrahitur ab hoc, pro hoc quod quodammodo pertinet ad contemptum Dei, ingratitude talis non erit speciale peccatum, sed trahetur ad adulterium sicut circumstantia quaedam ut Augustinus dicit in libro de natura, & gratia. Non omne peccatum est ex contemptu Dei, & tamen in omni peccato Deus continetur in suis praecceptis unde manifestum est quod ingratitude peccatis quoniam est speciale peccatum, & non species, haec S. T. in 2. 2. q. 107. art. 2. ad primum dicit, in quolibet peccatum est materialis ingratitude ad Deum inquantum sit aliquid quod est contra beneficia accepta, formaliter autem ingratitude est quoniam actuali, & specialiter beneficium continetur, & hoc est speciale peccatum, haec ille. Virtus propter ingratitude revocetur donatio, vide uter. donatio. §. 26. Virtus ingratitude sit circumstantia necessaria ad confessionem, ver. confessio sacralis. §. 25. & uter. circumstantia. §. 6. Quomodo propter ingratitude patet potest filium exheredare, uter. exhereditatio. §. 1.

¶ Quarto, si virtus peccatum sequens recidivantis redeat omnia peccata dimissa. Respondeo secundum S. Th. 3. q. 88. ar. pen. quod aliqui dixerunt quod peccato sequenti propter ingratitude consurgit tantus reatus quantum fuit reatus omnium peccatorum prius commissorum post reatum proprium huius peccati, & postquam S. T. probavit quod hoc non est necesse, concludit dicens, unde manifestum est quod non est necesse quod propter ingratitude semper per peccatum sequens redeat tantus reatus quantum fuit praecedentium peccatorum, sed necesse est quod proportionabiliter quantum peccata prius dimissa fuerint plura & maiora, tanto redeat maior reatus per quaecumque sequens peccatum mortale, haec ille. unde intelligendum est quod peccata semel remissa non dicuntur redire secundum se propter peccatum sequens, sed in suo effectu ita quod sit sensus, ille cui plura peccata prius fuerunt remissa, si iterum committat aliquid peccatum, illud erit gravius ceteris paribus peccato alterius cui non fuerunt remissa tot vel tanta peccata, quia ex eo quod receperat beneficium remissionis committit maiorem ingratitude, & quomodo sit de necessitate confessionis habes in §. praecedenti.

¶ Quintò, ¶ Verum ingratum sint beneficia auferenda. Resp. fm S. Tho. 2. 2. q. 107. ar. si. q. circa ingratum duo cõsiderãda sunt: primò quidè quid ipse dignus sit pati, & sic certũ est q. meretur bñficiũ subractionẽ. Alio mō cõsiderandũ est quid oporteat beneficiũ faciens, facere, primò nanq; oportet q. bñficiẽs non debet esse facilis ad in gratitudinẽ indicandã, q̃a frequẽter aliq; (vt Seneca dicit) q. nõ redidit gratũs est, q̃a fontẽ nõ occurrit ei facultas aut debita oportunitas reddedi, sed debet tendere ad hoc q. de ingrato gratũ faciat, q. si nõ p̃t primò beneficio. satis facere satis faciet forẽ secundo. Si verò ex beneficiis multiplicatis ingratitudinem augeat & peior fiat debet à beneficiorum exhibitione cessare. hæc s. Tho. facit. c. non omnis. q. g. s.

DE INIURIA.

- 1 Iniuria quid est.
- 2 Si aliquis alicui dicat, fur. larvo, & similia, & verum dicat, an sit iniuria.
- 3 Iniuriam quis facere possit.
- 4 Iniuriarum actio cui deitur.
- 5 Iniuria an fiat matrone inuenta in veste meretrici, si intenetur.
- 6 Iniuriam vtrium quis possit repellere.
- 7 Iniuriarũ actio quomodo dimittitur seu tollitur.
- 8 In actione iniuriarum quanti condẽnabitur reus.
- 9 Infamis efficitur quis si pro rẽmissione iniurie ob tinẽda pecunia soluat sine aueritate iudicis.
- 10 Iniuria personales quomodo & quando sustineri debeant.
- 11 Petens veniam de iniuriis factis & fatetur se male fecisse iram mitigat.
- 12 Iniuriis non moneri quomodo contingit.

¶ Iniurias nasci ab eis, à quibus iura expectantur, cũ maximè nefariũ esse, prospexit sacrosancta Synodus Triid. ideo præcepit omnibus cuiuscunq; gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pena, quam ipso facto incurrit, ne quouis modo directe, vel indirecte titos subditos, vel quoscuq; alios eo gant; quò minus libere matrimonia contrahant. sess. xxiii. c. ix. Ex c. nullus. §. 6. q. 2. Et o. l. e.

- 1 Iniuria ¶ quid est. Resp. q. quadruplìter accipitur primò generaliter & sic omne quod non sit iure ar. c. quid dicit, l. q. q. secundo accipitur specialiter, & sic est ini-

quitas vel iniusticia iudicantis quã ius iniquum & iniustũ, tertio iniuria dicitur culpa vt in l. Acq. quarto singulariter & proprie, & sic fit aliq; re q̃ manus violentie inferuntur. ff. de ol. l. 1. §. iniuria. 17. q. 3. c. si quis sua dente, aliq; fit verbis, cõuiciando vel cõtuumeliã dicẽdo, facit. c. olim. extra eo. u. fit & tertio. l. literis cũ uidelicet libtũ uel cartã uel historiam ad infamiã alicuius pertinentẽ, quis. l. scripsit, cõposuit, edidit uel dolo malo fecit ut aliquod horũ fieret, puta permisit scripturã cadere in plateã ar. ff. de uet bo. sig. l. late, nec distinguitur utram noĩe suo uel alterius ediderit, uel utrũ nomen expresserit illius quẽ intẽdebat infamare, uel non, dũmodo alr per circumstãtias cognosci possit, eodẽ mō tenetur si sine scriptura, notã uel signũ aliquod prodidit puta ueste lugubri uetur in iniuriam alicuius, uel cotinua posuit in & hmõ, ff. de iniur. litem apud labeonẽ. §. ait pretor ne quid infamandi causa fiat, & §. q. 1. quidam.

- 2 Primò, ¶ quid de illo qui dicit alicui larvo, fur, homicida, & hmõ, cum dicat uerũ. R. n. fm Host. q. si facit aĩo accusandi, uel denuntiãdi ad puniendũ delictum, & probauerit nõ punitur nec tenetur iniuria rũ, ff. e. l. eũ qui in priu. ubi dñ, peccata. n. nocentiũ nota esse & expedire & opponere, & C. e. r. l. si quidẽ, & idẽ si faciat excipiẽdo ut cũ repellat à testimonio, de testi. c. ex parte, uel ab ordine, uel beneficio, de accu. c. super his, quia hoc à iure conceditur, & nemo facit iniuriam qui utitur iure suo, de elec. c. cũ ecclesia. Si uerò dicit ad infamandũ tãtum quod præsumitur q̃n non hẽt eã iustã dicẽdã, tũ iniuriam facit, & eodẽ mandus est d. l. si quidem, & l. 3. C. eo. & §. q. 1. c. ex merito, & e. deteriorẽ, & nota. Hosti. & Berin. c. si culpa, eo. u.

- 3 Secundo, ¶ quis p̃t facere iniuriam. Resp. q. nile tũ qui & p̃t eã possunt. Fallit hoc in sarculo, & p̃t eã, qui non sunt doli capaces etiã iniuria fieri, ipsi tũ alius non possunt facere, & idẽ de dormiente. Aduerte tamen q. nemo iniuriam potest facere nec tenetur de iniuria, nisi qui scit se iniuriam facere, uel scire debeat, etiam si ille cui se nesciat, quia si quis per iocum percutiat, aut dum certat, non tenetur in iniuriam, hæc habentur ff. eo. l. illud. l. ibi etiam d. nanque si patr iniuriam possunt

non facere cum iniuria affectu facientis eò fiat. 1. 5. q. 1. c. illud.

- 4 ¶ Tertiò, † cui datur actio iniuriarum Respon. q. illi qui eam patitur, & non q. nedù iniuria fit in propria persona alicuius sed etiã ei dicitur fieri si fit in filio, uel ei què habet in potestate. Insti. eo. §. patitur. dum tñ iniurians sciat eù filiumfamilias, licet ignoret cuius, datur et actio filiosfamilias in nomine suo. l. filiusfamilias. ff. de acti. & obligat. Item in sponsam uel uxorem, & sic datur actio uiro uel mulieri, & si fit filiusfamilias. l. 1. §. si. ff. eo. Non tñ eã quæ fit uiro, iniuriam patitur sponsa uel uxor, quia uxores à uiris, non uiri defenduntur ab uxore. l. 2. ff. e. de sponsa dicitur in l. itè apud labeonè. §. sponsum. Itè datur heredi ob iniuriam factam cadaveribus defuncti cuius est hæres. Item si fama defuncti sit la cessita. d. l. 1. §. sed si fortè cadaveri. Itè dat domino ob atrocem factam seruo. d. l. item apud labeonem. §. prætor ait. z. §. seq. & insti. eo. §. seruus. Item datur episcopo pro iniuria facta clericis, & Abbati in sui monachis ut no. in c. parochianis, de sent. exc.
- 5 ¶ Quartò, † nunquid matrone in ueste metreticali deprehensæ fiat iniuria si intenteur. Respõ. q. non facit. c. in audientia, de sent. exc. Non iniuriatur matrimonio s̄m Host. & Ber. qui ipsum ignorauit. C. de adul. l. si ca. sicut nec militæ qui militiam ignorant ff. loca. l. si ignorans, secus si in habitu honesto.
- 6 ¶ Quintò, † utrum iniuriã quis possit repellere. Resp. q. defendèdo solum licet, sed percutièdo s̄m diuersa opinio Vg. in §. si uerò ira. 50. di. tenuit, q. non licet. Ber. uerò, & Lau. in §. suscepimus de homi. restringat hoc ad clericos. Tu uerò uide uersico. excommunicatio. 5. casu. 1. §. 10. & sequent.
- 7 ¶ Sextò, † quomodo dimittitur seu tollitur actio iniuriarum. Respon. quòd tribus modis. Primò remissione, ut per supplicationem, & preces. 2. 3. q. 4. ca. si illic, ut per pactum. ff. de pact. l. si tibi decet. §. 1. Secundò remittitur per dissimulationem. ff. de iniur. l. non solum. §. 1. & Insti. eo. §. fin. unde si iniuria illata, & per annum utilem si est per mentem, aut continuum si alio modo est illata, non agit, aboletur. l. si cum exceptione. §. in causæ. ff. quod merus causa, & C. de iniur. eo quod nota. in glossa. l. si nõ

Secunda pars

conuittij. Posset tamen indirectè agere, etiã post annum, per uiam exceptionis, puta si esset excommunicatus iniuriator ne absolueretur, s̄m Host. & Pa. in c. ea noscitur. de sen. exc. Item tertiò remittitur actio iniuriarũ saluatione, deofcultatione, cõmissione, & hmõi signis. Nã hmõi signa sunt reconciliationis, sicut subtractio est signũ inimicitie. ut no. gl. in ca. cum Adrianus. 63. dist. & in c. cum super Abbata, de offi. deleg. quod v̄t uerum nisi à principio pro-uocasset aduersarius faciendo eum citare, quia tunc per osculum uel per dicta signa non tolleretur nisi expresse renuntietur, uel transigatur, & sic intellige prædictam l. non solum. §. 1. Non v̄t, q. tollitur actio iniuriarũ si homo exhibet signa, quæ necessariò teneretur exhibere inimico, quia p̄ illa non d̄ quis reconciliatus, & pro hoc facit quod no. Bart. in d. l. si ubi decem, q. infirmus sacerdoti dicendo, q. remittit iniuriam sibi illatam, intelligitur remisisse odiũ, nõ satisfactionem iniuriæ, quod not. Item tollitur actio iniuriarum quotienscũ que quis incitat iudicem ut torqueat iniuriant, eo ipso, q. ipsum torquet, aut condemnat ad uindictã remittitur iniuria. vñ aliam satisfactionem pro iniuria petere nõ poterit, ut est bonus tex. & ibi Barto. in l. sed & si unus. §. si ante iudicem. ff. de iniuriis, nisi protestetur, quòd ex hoc non uis tibi præiudicari, quin pro tuo interesse possis agere actione iniuriarum. ut l. si. ff. de iniur. Item remittitur per mortem, quia iniuriarum actio non transit ad hæreses ante litis contestationem moriète iniuriato. vt l. iniuriarum. in prin. ff. de iniur. Et hæc omnia limita secundum Pa. in c. olim. de iniur. quòd ad actionem iniuriarum uera, sed non quòd ad damna, & expensas, quia per hoc non tollitur quin agere possit ad restitutionem. ar. c. 1. de iniur. & sic uidetur seruandum in conscientia, & etiam si iniuriatus non ageret ad interesse, & damnum quod intulit nisi ipse remittere uelit. ut d. c. 1. tñ s̄m Host. si iniuriatus nollet componere, tunc iniuriator in conscientia posset tenere arbitrium iudicis præsentis. ar. ca. ueniens. de iureiur. & c. 1. de arbi.

- 8 ¶ Septimò, † quanti condemnabitur reus in hac actione, & dico quòd tantu quanti actor iurauerit se nolle illam iniuriam

Sum. Tab.

g 3

susti-

sustinisse, præmissa iudicis taxatione. In sti. c. §. pœna. In isto autē iuramento duo modi traduntur. Nam quidam dicunt, q̄ sufficit actorem iurare, quod nollet lucrari tantum pro eo, q̄ talem iniuria sustineret. Sed alii melius dicunt, q̄ debet iurare se potius uelle de duo perdidisse tantum, q̄ talem iniuriam sustinuisse, quod v̄r approbare Host. in sum. de iniur. & Spe. eo. ti.

9 ¶ Octauo, † aduertere etiam, q̄ si quis soluat pecuniam pro remissione iniuriæ obtinenda, efficitur infamis, nisi pactū fiat auctori tate iudicis. ff. de his, qui no. infam. l. furti. §. pactus, & no. Io. in d. c. si illic, similitres esset infamis si esset condemnatus per iudicem siue ciuilitur siue criminaliter agatur. ff. de his qui no. infam. l. athletas. §. si. & idēd cum agitur contra aliquem ut constituitur procuratorem uel faciat compromissum, ut dictū est. ver. infamia. §. 4. Quomodo aliquis tenetur remittere iniurias. ver. charitas. §. 10. & se. Quomodo vindicare aliquando iniurias sit uirtus. uindicatio que iniuria dicat enormis uel atrox. uer. enormis. Quomodo iniurias possit remittere iudex. uer. dominus. §. 10.

10 ¶ Nono, † de iniuriis personalibus secundum S. Tho. quodl. 7. q. si. ar. 1. decet perfectos uiros esse maxime patientes, ut sint etiam parati plura sustinere secundum illud Mat. 5. Si quis percuterit in dextera maxilla præbe ei & alteram, intellige secundum animi præparationē, uide supra uer. consilium. §. 2. Statum uerō suū impugari pati non debent quantum resistere p̄nt, hoc. n. uergeret in iniuriam Dei, & iō dñs iniurias que cōtra humanitatē eius inferebatur patienter tollerant, sicut cum Iudæi dicebant ecce homo uorax, & potator uini. Mat. 6. sed iniurias Dei non tollerabat. vn de Barisæos durē redarguit, quia dicebant in Belzebub eicere dæmonia quod pertinebat ad iniuriam spūs sancti. unde Chri. Mat. 4. Illius dicamūs exēplo nostras quidem iniurias magnanimitur sustinere, Dei autem iniurias nec usq; ad auditum sufferre, qm̄ in propriis iniuriis esse quemlibet patientem laudabile est, iniurias autē Dei dissimulare, nimis impium est.

11 ¶ Decimo, † illi qui petunt ueniā de iniuriis factis, & consentunt se malē fecisse, & humiliantur, & pœnitēt, mitigat irā, secū

dū illud Pron. 25. Rñsio molis stangit irā in quantum scilicet tales uidentur non despicere, sed magis magnipendere eos. hæc S. Tho. 2. 2. q. 47. ar. ult.

12 ¶ Undecimo, † non moueri iniuris, q̄nque quidē cōtingit ex hoc, q̄ homini non sapiūt terrena sed sola cœlestia. un̄ hoc non pertinet ad stultitiā mundi, sed ad sapientiā Dei. ut Gre. dicit. 11. moral. q̄nque autem contingit ex hoc, q̄ hō est simpliciter circa omnia stupidissimus. ut patet in amētibus, qui non discernunt quid sit iniuria.

DE INIUSTITIA.

1 *Iniustitia uerum sit peccatum mortale.*

1 **I**niustitia † utriū sit peccatū mortale. Respon. secundū S. Th. 2. 2. q. 59. ar. ult. q̄ sic em suum genus, excusatur tñ à peccato mortali uel rōne ignorantie, uel ratione prauitatis, quod sic declarat dicens. Peccatum mortale est, quod contrariatur charitati per quam est uita animæ, oē autē nocumentū alteri iniuste illatum, ex se caritati repugnat que mouet ad uolendū bonū alterius, & iō cū iniustitia semper cōsistat in nocumentū alterius, manifestū est, q̄ facere iniustū ex genere suo ē peccatū mortale, nō oportet autē, q̄ ita sit de aliis uirtutibus, q̄n autē esset ignorantia facti excusaret, q̄a nō facit iniustū nisi p̄ accidens. Et q̄a ēt in paruis deficit à rōne perfectæ iniustitiæ: iō ēt excusatur, puta si auferat aliquis alicui unū pomū, uel aliquod de quo probabile est, q̄ ille inde non ledatur nec ei dissimulat. hæc S. Tho. uide uer. furtum. §. 3.

¶ INOBEDIENTIA Vide uer. obedientia, & uer. præceptum.

¶ INQUIRITVD' mentis est filia auaritiæ, de qua uer. auaritia.

DE INQUIRERE.

1 *Inquirere facta aliorum bono animo quando sit laudabile.*

2 *Inquirere tenetur creditorem ille qui ei pecuniam debet, & quando.*

1 **I**nquirere † facta aliorum bono animo uel ad utilitatem propriam, ut scilicet homo ex bonis operibus proximi pro-uocetur

nocetur ad melius uel etiam ad uilitatem illius ut scilicet corrigatur, si aliquod illo lagitur uitiosum secundum regulam civitatis uel debitum officii, est laudabile secundum illud ad Heb. 10. considerate nos inuicem in prouocationem charitatis bonorum operum. Sed quod aliquis intradat, ad consideranda uitia proximorum ad despicendum, uel detrahendum, uel saltem inutiliter inquietandum, est uitiosum, pro uer. 24. Ne infidicris, & queras impietatem in domo iusti. neque uastes requiem eius, hæc S. T. secundæ. q. 267. ar. 2. ad 3.

- 2 ¶ Primò, † inquirere tenetur creditorem ille qui ei pecuniam debet cum tempus aduenerit ut ei debitum reddat sicut qui habet spiritualiter curam alicuius, debet eum inquirere, ut eum corrigat de peccato, sed illa beneficia quæ non debentur certæ personæ, sed communiter omnibus proximis siue sint corporalia siue sint spiritualia, nõ oportet nos inquirere quibus impendamus, sed sufficit ut demus his qui nobis occurrunt, hæc S. T. 2. 2. q. 33. art. 2. ad quartum, & in hoc differt prælatus ab aliis.

DE INQUISITIONE.

- 1 *Inquisitionis diuisio.*
 - 2 *In inquisitione quæ sint attendenda.*
 - 3 *Prælatus in inquisitione quo procedere debeat.*
 - 4 *Inquisitus confitens delictum proprium, an debeat interrogari de aliis criminosis.*
 - 5 *Inquisitus si habet Indicem suspectum an illum recensare possit.*
 - 6 *Inquirendum an sit de iuribus singularium per sonarum, sine instantia partis.*
 - 7 *Differentiæ quæ sint inter processum ex officio iudicis, & ad instantiam partis.*
 - 8 *Episcopus uirum facere possit excommunicati- nem, ut qui sciunt furtum renellenti illud.*
- 3 **I**nquisitio † per quam proceditur iudicialiter ad inquirenda crimina secundum Pa. in c. qualiter & quando. el. 2. de accu. quædam est generalissima, ut quando prælatus inquit super statu totius prouinciæ, & de hac materia in c. sicut olim. de accu. & in c. Romana, de censu. li. 5. & in hac nõ est opus infamiam præcedere, imo tenetur quolibet anno hanc facere, ut in c. cum uenerabilis. de censu. & in iuribus supra alle.

Quædam est inquisitio generalis, ut quando inquit super statu ciuitatis, uel castri, uel alicuius loci, & tunc etiam non exigitur quod infamia præcedat, ad hoc c. 1. de of. or. l. congruit, ff. de of. præsi. sicut fit in syn. dicando officiales ciuitates. Quædam est inquisitio specialis, ut illa quæ fit contra tertiam personam, & si fit non ad pœnam imponendam, sed ex debito officii, ut puta quod matrimonium carnale non contrahatur propter aliquod impedimentum, uel non promoueat quis ad prælaturam, seu nõ confirmetur electio, si reperiretur electus uel promotendus, uitiosus, & sic etiam quod præxigitur infamia, quia non agitur ad pœnam, ex quo fit ex debito officii. ad hoc c. postquam, & c. cum dilecti, & c. nih. cū multis similibus, de elec. & c. si de clade. de spon. Et uide quod nõ. Inn. in c. 1. & ecce. prela. & Host. in c. unico, ut eccl. be. est. Quodque ista specialis fit ad pœnam imponendam, & de tali intelligitur distinctio Host. si inquisitio est alicuius criminis manifesti, saltem per famam ex bono, & æquo iudicis competentis canonicè facta inuestigatio. Et tunc si ad denunciationem publici officialis non est et opus quod infamia præcedat, l. ea quidem, C. de accu. & c. præterea, de testi. cogen. sed non denunciatur nisi notoria, aliàs non creditur denunciatoribus, de quo tamen dic ut in iuribus præallegatis. Aliquando fit speciali infamia deferente, & tunc aut proceditur contra prælatum secularem, aut contra subditum etiam secularem, aut contra regularem. Primo casu non debet fieri nisi præcedat tanta infamia ut sine scandalo uel periculo dissimulari non possit, ut in d. c. qualiter & quando. el. 2. sed contra subditum secularem non requiritur scandalum, uel periculum, sed sufficit quod infamia clamosa præcesserit, ut in d. c. qualiter & quando 3. casu contra regularem aut agitur ad penitentiam, seu ad correctionem & non est necesse seruare hunc ordinem, sed de facili procedi potest, ut in c. reprehensibilis, de app. Si uerò contra prælatum regularem, debet iste ordo seruari sed ad uincem nec et seruatur iste ordo in aliis prælatis qui ad uoluntatem abbatis remouentur ab administratione, ut in c. cū ad monasterium, de sta. reg. An aut talis remouetur sine cā possit implorare officium

superioris, uide per Inno. in c. insinuante, qui de. uel. uo. & per Io. An. in c. cum singula. de præb. li. 6. Puto tamen qd si agitur contra regularem etiam simplicem ad depositionem ab ordine, tunc etiam si non seruetur ad unguem, aliquis tamen ordo seruari debet cum agitur de grauissimo præiudicio, & sic de iure canonico regulariter admittitur inquisitio, secus de civili nisi in quibusdam, fallit & aliquos ubi fit inquisitio præsentem parte, & non opponente se infamiam esse, uel infamiam præcessisse, in c. 2. de accu. lib. 6. Item ubi inquisitio fit contra confessum crimen, ut in c. 1. de eos. li. 6. Idem dic quando procedit ex debito officii. Cõter in cã criminali. & m. doc. in d. qualiter & qñ. el. 2. Non debet iudex procedere ad aliquem actum puta capturæ aut arrestationis personæ uel tormentorũ ante inquisitionem infamiationis, in reliqs serua ut dictum est. Si uero inquisitio specialis ad penam fiat contra alios à prædictis claustribus, sic non potest fieri nisi fama publica præcedente, & talis fama debet deferri iudici sedenti pro tribunali ad bancum, alia in secreto non ualet. Pa. iterum limitat, quod dictum est infamiam debere præcedere, s. quando fit inquisitio per ordinarium de suo merito officio, tunc non est necesse recipi testes super infamia, sed satis est sibi constare, ut in d. c. qualiter. 2. ubi tantum exigit qd ad aures superioris peruenerit à uiris prouidis & honestis, secus in delegato uel ordinario procedente ad instantiam, & de hoc uide Pa. in c. cum oporteat, de accu. & c. cum delicti.

2. ¶ Primo, quæritur quæ sint attendenda in inquisitione. Resp. primò est notandum secundum qd elicitur ex præcedentibus & ab Ar. Flo. 3. ut. 9. c. 7. & se. qd in inquisitione generali quo ad personas, specialis uero quo ad delicta, quinque sunt attendenda. primò ut nominetur modus procedendi: secundò inquitens cum officio importante iurisdictionem ad inquirendum: tertio personæ in genere contra quas inquiritur: quartò delictum de quo inquiritur: quintò locus ac tps quib. delictum commissum est, sic dicendo. Hæc est quædam inquisitio, quo ad primum, quæ fit per N. potestatem. quo ad 2. contra oēs & singulos, quo ad tertium, qui Titium occiderunt, quo ad quartum,

tali loco & tempore, quo ad quintum: forma uero generalis quo ad delicta, specialis uero quo ad personas includit prædicta. 5. & eodem modo excepto qd personas exprimit in spẽ & delicta in genere, sic. Hęc est quædam inquisitio, qd fit per N. contra prætem olim talẽ & ministros eius, super eo qd iniquè exegit tali tpe & loco, &c. Forma uero specialis quo ad personas & delicta includit et prædicta quinque, ita tamen quòd personas & maleficia specificet & ulterius requirit, sextum, scilicet infamiam præcedentem sic. Hęc est quædam inquisitio quam N. intendit facere contra talem de eo qd fama publica præcedente & clamorosa insinuatione referente: non quidem à malinolis uel suspectis, sed ab honestis, & fide dignis ad aures eius peruenit qd Titium interfecit tali tempore & loco, uide diuersos modos procedendi, uerbi. accusatio prin. & uer. inquisitor. §. 11. & sequentibus, & quomodo quis possit procedere quando factũ est manifestum & quomodo quis teneatur respondere. e. uer. scilicet accusatio. §. 14. & 15. quomodo requiratur, ut præcedat infamia. uer. inquisitor. §. 7. & 8.

¶ Secundo, quò habeat procedere prælatum in inquisitione. Respon. qd primò debet descendere ad locũ ubi conuersatur persona contra quam uult inquirere quia ibi ueritas melius inquirẽt ut in gl. in c. postquam, de elect. & hæc intelligi si potest cõmodè, aliàs non est necesse: secundò si inquisitio est generalis dabit iuramentum clericis, si est contra ecclesiam super his quæ sciunt, uel credunt in sua ecclesia reformanda, tam in capite quàm in membris, exceptis criminibus occultis, de mera ueritate dicenda. ut in c. qualiter & quòdo, el. secundo, in fi. de accu. Nec ex cõmunicatio uel aliud factum ab abbate ne reuelent inquisitori ualet, de offi. ordi. lib. 6. plerique. Si uero est specialis citabit illum contra quem uult procedere. d. c. qualiter & quando, secundo. §. debet, & 5. q. 2. c. si primates: tertio procedet ad receptionem dictorum eorum clericorum quos inquiri, uel testium si qui producuntur ab aliquo, præsentibus tamen eis contra quos inquiri nisi per contumaciam se absentent, & ea quæ eis obiciuntur, & nomine testium, sunt eis exponenda, fallit in casu quo

quo inquisitor hæreticæ prauitatis procedit, ut in c. si lib. 6. de hære. Quartò exceptiones tam contra testes quàm alios, & replicationes legitimas admittet, ut deponēdi falsum audacia prohibeatur. ut in d. c. si primates . In inquisitione verò regularium communiter loco iuramenti sit præceptū, nec opus est ita strictè obseruare ista omnia nisi in arduis . ut supra . Et ubi necesse est recipere testes super infamia , prius inquiratur de ea, & ipse contra quem proceditur in tali casu potest negare infamiam præcessisse, & sic oportet accusantem probare infamiam, & si accusatus probet non præcessisse præualeat, quia potentius est priuilegium bonæ, quàm malæ famæ. ar. in c. licet. de accu. in fi.

¶ Tertio, quæritur an inquisitus confitēs proprium delictum debeat interrogari de aliis criminosis. Res. vbi supra ver. accusatio. §. si. fuit terminata hæc dubitatio, fm Pe. de pal. q. postquam est confessus, uel cōuictus de aliquo peccato, tenetur de se omnia alia confiteri, & simili modo de aliis sociis quō de eis pōt inquiri, hic autē determinatur fm Bar. in l. repeti. ff. de quæsti. qui distinguit dicens, quædā sunt delicta, quæ non committuntur principaliter in offensam, uel odium alicuius, sed pp commodū cōmittentium ut falsare monet, seu cā fabricare, uel latrocinia facere. Nam latrones non odiunt aliquem, sed diligunt æs alterius, & in isto casu possunt interrogari de sociis. ut probat in l. diuus. ff. de custo. re. & in l. prouinciarum. C. de feriis. Quædam sunt delicta, quæ committuntur principaliter in odium offensi, & in istis confessis de se non debent interrogari de aliis. ut in d. l. repeti, & l. vltima. C. de accu. fallit in l. prius. ff. ad sillan. & secundum Pan. in c. 1. de conse. etiam fallit in crimine læsæ maiestatis, & ex prædictis infert Bar. quòd fures possunt interrogari de sociis, & de receptatoribus, & similibus: ratio prædictorum est, quia quando delictum committitur in alterius iniuriam est, qui alios potest accusare, sed non ita in delictis, quæ non committuntur principaliter in alterius iniuriam: ideo magis permittitur iudici inquirere, & quia hæresis est crimen læsæ maiestatis: ideo possunt interrogari de sociis, & seruat consuetudo inquisitorum hæ-

reticæ prauitatis. No. tamen, q non debet interrogari ad hos, q sit testis: sed ad hoc ut per eius dictum possit inueniri ueritas ab aliis, & sic intellige. ll. quæ pro, & contra dicunt hæc Angelica uer. confessio delicti. §. x. Melius dñ, q non faciunt sufficiens indicium, quia est infamis, eo quòd confessus est peccatum suum, & ad hoc, q unus testis faciat sufficiens indicium debet esse omni exceptione maior. i. non debet hñe aliquid quod derogat famæ aliis iudiciū probatur ordinariè per duos testes, de quo uide ver. indicium uide uer. accusatio. §. si. concordat cum istis quæ hic dñr non enim multum discordant, sed Per. ibi theo. hic Barr. fm iuristas determinauit.

¶ Quarto, quæritur si inquisitus possit recusare iudicem si habet eum suspectum. Res. q sic. c. cum speciali, de appel. vt puta, quia ex odij fomite procedit, vel quia est criminosis. ar. 3. q. 7. c. iudicet. Et quilibet prelarus potest imo tenetur inquirere, ne ratio ab eo requiratur in die iudicij, de offi. or. c. irrefragabili, & de regu. c. fin. Et not. quòd quamuis fratres mendicantes, qui propriè dicuntur fratres possint per sedem apostolicam deputari inquisitores generales non tamen monaci, qui stricto vocabulo nō sunt fratres, hæc Pa. in d. c. cum dilecti.

¶ Quintò, quæritur de iuribus singulariū personarum sit præcedendū inquirendo sine instantia patris. Res. q secundum Pan. in c. ad nostram, el 2. de iur. iur. quòd nō, sed libello oblato, & seruato ordine iuris, etiā si factum allegatur notorium, nec ualet citatio nisi parte petente, limitat. hæc Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. nisi sit causa miserabilem personarū, quæ se iuuare non possunt. vnde San. Th. 2. 2. quæstio. 67. ar. 3. sic ait. Oportet quòd iudex inter aliquos duos diiudicet, quòd quidem sit cū unus est actor, & alius reus, & ideo in criminibus non potest aliquem in iudicio condemnare iudex nisi habeat accusatorem, secundum illud Actu. vigesimomquinto. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur præsentem habeat accusatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina quæ ei obiciuntur. hæc ille. & ibidem ad 2. sic ait, publica infamia habet locum accusatoris. vnde super illud.

- Gen. vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me. dicit glo. Euidencia perpetrati sceleris, accusatore non eget. In denunciacione verò non intenditur punitio peccantis, sed emendatio: & ideo nihil agitur contra eum cuius peccatum denunciatur, sed pro eo: & ideo ibi nõ est necessarius accusator: pœna enim infertur propter rebellionem ad ecclesiam, quæ quia est manifesta, tenet locum accusatoris, ex eo autem quòd ipse iudex videt non potest procedere ad sententiam serpendam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod tenet locum accusatoris. ver. iudex. §. 1.
- 7 ¶ Sexto, ¶ not. q. sunt multæ differentie inter processum factum, & ubi iudex procedit ex mero suo officio, & ubi procedit alio prouocante, vel impetrante inquisitionem. Prima est, quia quando procedit ex mero suo officio, recipit iuramentum ab illis, contra quos est fienda inquisitio: secus quã ad instantiam alterius, ne instruat aduersarium, sed ipse aduersarius habet probare ea quæ denunciauit. Secunda differentia est, quando procedit ex officio non tenetur recipere probationem super famã: satis. n. est q. cõter, secus quã procedit ad instantiã, de quo in c. cum oporteat, de acc. Tertia differentia est, quia si procedit ad instantiam alterius admittit probationes contrarias super bona fama, secus quando procedit ex officio, ratio diuersitatis, quia nõ ita præsumitur contra iudicem, sicut contra partem, in c. nostra, de procu. & in c. ad audientiam, de præscrip. Quarta differentia, quia quando proceditur ad instantiam, fit litis contestatio, cum promouente inquisitionem, vt in c. cum dilectus, de pur. ca. secus quando ex officio procedit, quia ibi nõ est cum quo fiat litis conte. sed fit quedam quasi continuatio inter infamiam, quæ tenet locum accusatoris, & responsionem inquisiti. Quinta differentia, quia quando procedit ex officio possunt recipi testes et publicatis omnibus attestationibus: tunc. n. cessat ratio timoris subornationis, cù semper dicta testium sint nota iudici, secus quã procedit ad instantiam partis, ut not. in c. clamor. de testi. hæc Pan. in d. c. qualiter & quando, el secundo in glo. 1. vide infamia vtum debeat precedere, & quedam alia. ver. iudex. inquisitor. §. 6. 7. 8. & 9.
- 8 ¶ Septimo, ¶ verum Episcopus possit facere excommunicationem, vt qui sciunt furtum reuelent illud. Respond. secundum Pan. in cap. dilectus, de exce. præla. 1. not. quòd sic, quòd probat per locum à speciali. Dicit enim ibi tex. est speciale, quòd nõ possit fieri compulsio quãdo hoc est in penitentia detectum, secus ergo si iste sciisset non tanquam Deus, sed tanquam homo, pro hoc est tex. ibi punitiofum esse, &c. & per hoc probatur practica Episcoporum fulminantium excommunicationem contra non reuelantes furem siue furtum: quòd tenet Barto. in l. inciuilem. C. de fur. Pan. etiam in cap. qui cum fure. de fur. no. sic quòd secundum aliũ intellectum conscius furti teneretur indicare furtum domino quærenti, aliàs peccat, & per istum tex. iustificari potest sententia Episcoporum qui quotidie subditos suos conscios furti admonent, vt debeant reuelare, & non reuelantes excommunicant: si enim non esset peccatum in non reuelando, non debent posse excommunicari, tenetur ergo quis de necessitate indicare furtum, hoc tenent Barto. &c. vt supra ubi not. secundum etund. Pan. post Bar. quòd tenetur quilibet reuelare furtum quando potest illud reuelare sine reuelatione furis, aliter esset aliquo reus furti, sed furem non tenetur reuelare maxime quando imminet periculum mortis. Ad instantiam tamen partis tenetur quando non est omnino occultus, & iudex potest compellere & excommunicare ex officio eius implorato vel dum procedit per inquisitionem generalem non indicantes furem vel furtum, quia superiores tenentur omnibus modis purgare prouinciã malis hominibus. Sed queritur quando scientes teneantur reuelare ad præceptum superioris. Respond. quòd quando prælati querunt, siue per excommunicationem, siue per præceptum vel iuramentum potest esse dupliciter, scilicet in communi vel particulari. si primo modo iterum dupliciter, quia vel potest manifestari furtum sine reuelatione furis, & sine reuelantis præiudicio, & sic simpliciter, idest in omni euentu tenetur, quia ut conclusum est quilibet tenetur ad reuelandum furtum quando potest sine sui periculo & sine reuelatione furis, vel non potest siue aliquo istorum, &

tunc dupliciter quia, vel est notorium seu publicum quis fecerit, & sic tenetur, uel nō est publicum, & hoc dupliciter, uel scio & possum probare; puta habeo duos cōrestes præter me, & sic etiam tenetur, non tamen propriis expensis, nec tenetur reuelare iniuriam passō, sed iudici, secundum Host. 3. 5. q. 6. c. Episcopus, uel illi cui iudex præcipit esse reuelandum, uel non est notorium, neque potest probari, sed scio ego solus, uel cum uno solo teste, & tunc dupliciter, quia uel uolo reuelare tanquam iudici, & tunc non reuelare. 2. q. 7. c. plerūque, nec potest præcipere, ut reuelem isto modo, facit ele. nolentes, cum glo. de hære. ubi dicitur text. q. si socij sciunt delictum inquisitoris, & possunt probare, & c. uel uolo reuelare tanquam patri, qui potest prodesse, & isto casu dicit Rosella. uerfi. excommunicatio 7. §. 26. q. tenetur dicere secretè, quod credo intelligendum quando omnino crederet, quod deberet prodesse, quia faceret contra charitatem, non tamē incurreret si non faceret. Si autem fiat in speciali, tunc uel scit quod non potest procedere iuridicè, & tunc non tenetur, uel scit quod potest, & sic tenetur, in dubio præsumitur pro iudice. Si haberet solum in confessione sacramentali nullo modo teneretur, secus si in secreto, uel sub iuramento. uide aliquid uerfi. accusatio. §. 14. & uer. celare. Sed quid si res, de qua reuelanda sit excommunicatio, detinetur ab aliquo sub titulo recompensationis, ut quia tantum debet habere in ueritate. Tunc si excommunicatio fiat solum in genere, puta qui habet bona iniuste detenta, & c. non tenetur reuelare. Sed in spem fiat mentio de casu recompensationis, uel huiusmodi. Angelica, uer. furtum. §. 41. dicit, quod sententia continet intolerabilem errorem, nec aliter obligat, nisi quando non esset certus. Rosel. uerò, uer. familia. §. 17. dicit quod hoc est contra stilum Episcoporum, ac etiam auditorum causarum in curia Romana, quia sæpe emanant, & quia sæpe se deciperent retinendo: ideo iuste potest apponi talis clausula. hæc ex Rosel. Si quis tamen bene consideret Angelicā quādo dicit, nisi non esset certus, soluit totam rationem ipsius Roselle, præsupponit enim quod sit certus, quod iuste retinet, & tunc idem esset, ac si præciperet, ut daret sibi

suum, quando autem dicit quod aliquando emanant, & c. intelligendum est, quando iniuste retinet aliàs pro certo si exprimeret in sententia, contineret intolerabilem errorem. Si uerò non exprimit, debent intelligi uerba generalia ciuilitè: si autem exprimit, continet intolerabilem, & c. Similiter si præciperet aliquid quod nō potest ex causa rationabili, uel quod à iure permittitur, uel sit consuetudine rationabili & præscripta, & similia, tunc si non exprimit intelliguntur ciuilitè, id est quando iniuste faciunt. Si uerò exprimit in sententia id quod iniuste fit est error intolerabilis, uer. excommunicatio. 2. §. 9. Quomodo quis possit accipere suum, uer. restitutio. §. 30. uera 7. §. 6. quando prorogat terminum, uer. excommunicatio 2. §. 13. Sed quid dicendum quando factum, puta furtum, est manifestum, sed persona est omnino occulta, utrum incurrat excommunicationem ipse fur, nisi restituat, uel reueller seipsum, & uidetur quod sicut potest Episcopus excommunicare facientem furum futurum: ita & præteritum, confirmatur per text. 5. q. 6. 1. cap. quidam. ubi Gregorius excommunicauit occultum actorem libelli famosi, nisi se reuelaret, & c. ut patet ibi. In contrarium est text. in cap. inquisitionis, de accu. ubi dicitur. Nullum puniendum de crimine super quo non laborat infamis. Nec occulta quæ non subsunt scientiæ publicæ subduntur iudicio publico, unde S. Tho. & alii solent dicere, quod quando prælatus præcipit super occulto, quod non tenetur respondere eo quod in hoc non est suus iudex, si ergo non est suus iudex, ergo sententia eius non ligat illum, igitur. Respon. quod sententia excommunicationis potest fieri dupliciter: primò per modum statuti quod fit solum de futuro, & tunc ligat etiam omnino occultum, ut dicit glo. in clem. 1. de hære. nisi esset solum in mente, quia etiam tunc nō ligaret. Alio modo fit per modum sententiæ, & sic intelliguntur adducta in contrarium quia sententia hominis nō est nisi de eo de quo præcessit infamia, & c. Ad id quod dicitur quod sicut potest excommunicare pro furto futuro, & c. dicitur quod non est simile, quia statutum nō fit de præterito. Ad illum tex. Resp. sic communiter dicitur, q. quando factum est notum, & perso-

na occulta, quòd prælatus potest præcipere in genere: nullus tamen tenetur in specie, nisi indicia, &c. præcepit igitur secundùm quòd potuit.

DE I N Q U I S I T O R E .

- 1 Inquisitor hæreticæ prauitatis quis esse possit, et cuius ætatis.
- 2 Inquisitores tales utrum se impediant de Diuinitionibus, Sorilegiis, aut de quæstione vsurarium, & n. 31.
- 3 Inquisitores an possint cognoscere an sapiat hæresim vel non.
- 4 Inquisitori prohibetur ne abutatur portatione armorum.
- 5 Inquisitores an possint indicare silentium prædicatoribus.
- 6 Inquisitores an possint procedere sine Episcopo.
- 7 Inquisitor quomodo procedere debeat.
- 8 Inquisitor an possit procedere non præcedente infamia.
- 9 In inquisitione generali an testes sint repetendi ante sententiam vel torturam.
- 10 Statuta per que impeditur officium inquisitionis sunt ipsò iure nulla.
- 11 Inquisitor quomodo procedere debeat.
- 12 In inquisitione tripliciter proceditur.
- 13 Sententia absolutoria in inquisitione quomodo fiat.
- 14 Quando aliquis reperitur immunis, sed diffamatus in aliquo loco, quomodo procedatur.
- 15 Quando quis nec per confessionem, nec per reffium depositionem, sed quia varius est in confessione, vel alias sunt indicia sufficientia ad quæstiones, et tormenta, quomodo procedendum sit.
- 16 Delatus de hæresi per inditia tantum leuia, & modica, quomodo contra eum procedatur.
- 17 Quando contra delatum sunt tantum grauias in ditiis quomodo procedendum.
- 18 Suspectus de hæresi nolens abiurare vel penitentiã facere, si excommunicatur, & sustineat per annum iudicatur tanquam hæreticus.
- 19 Infamatus, & suspectus debet se purgare, & abiurare.
- 20 Contra confessum non relapsum qui vult statim redire, & facere penitentiam quomodo procedatur.
- 21 Abiuratio quomodo fiat.
- 22 Nouus modus serminandi & finiendi processum fidei.

- 23 Tradendus curiæ seculari, debet degradari, & cæc.
- 24 Impenitentes qui sint, cum quibus cautela magna est adhibenda, & de similibus, numero 25. 26.
- 27 Per denunciationem, quomodo procedatur in causa fidei.
- 28 Per inquisitionem quomodo procedatur in causa hæresis.
- 29 Inquisitor contra quot generaliter procedere potest.
- 30 Inquisitor an contra blasphemos procedere possit.
- 31 Et an contra transeuntes ad iudeos.
- 32 Et an contra iudeos, & 34.
- 33 Et quid contra schismaticos.
- 34 Inquisitor an possit testes compellere ad iurandum de veritate dicenda &c. & etiam pluries examinare. & eos torquere pro habenda veritate, sen alias punire. n. 37.
- 35 Inquisitor an aliquem damnare debeat per duos testes legitimos non singulares.
- 36 Verba illa, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii quomodo intelligantur.
- 37 Inquisitor cum diæcesano possunt interpretari statuta contra hæreticos.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest esse nisi quadragesimum annum atigerit ætatis suæ in clem. dolentes, de hære. & secundùm gl. ibidem constituuntur per generales, & prouinciales vel ministros illorum ordinum, scilicet prædicatorum, & minorum quibus à sede apostolica est commissum secundùm Do. Archie. Floren. committitur fratribus minoribus in Tuscia & in quibusdam prouinciis ob reuerentiam Beati Francisci, & in Padua ob reuerentiam beati Antonij de Padua, in aliis autem omnibus committitur fratribus prædicatoribus. Et mortuo summo Pontifice à quo habent auctoritatem, & à quo dicuntur institui, non expirat auctoritas eius. cap. ne aliqui. de hære. lib. 6. & habet auctoritatem delegatam quia, est delegatus Papæ, non ordinarius. c. vt officij. & d. cap. ne aliqui. & cle. multorum. e. Et quamuis instituatür à Magistro ordinis, non tamen est eius delegatus, nec habet auctoritatem ab eo sed à Papa, nec mortuo Magistro vel institute expirat eius auctoritas, quia instituit in persona Papæ, qui Magister eadem auctoritate Papæ potest cum

eum remouere, & similiter prouincialis, & hoc ex priuilegio, scilicet causa rationabili exigente, & non libere, de se autem sunt perpetui si simpliciter instituantur, secus si ad beneplacitū. c. si gratiosè. de referip. Item fit inquisitio ab Episcopo, vel eius uicario, vel à capitulo sede vacante, vt in d. glo. & per extrauagantes Inno. 4. & cle. 4. Et possunt præfati inquisitores committere vices suas secundum d. glo. & vocamus eos vicarios, seu commissarios. cle. 1. §. porro. & §. notarii, e. i. vtrum sit necessarium, quòd tales vicarii habeant similiter quadraginta annos sicut inquisitores. glo. ibidem putat quòd sic, eo quòd videtur par ratio. Sed contrarium, & melius putant alii, quia non est par ratio. Nam inquisitores habēt dirigere & limitare suos vicarios, & informare, & non e contra, & cum maiori difficultate sunt vel remouentur inquisitores quàm vicarii, & ideo non est par ratio, ut patet, & hanc viam sequitur directorium inquisitoris.

2. ¶ Primò, ¶ vtrum præfati inquisitores possint se impedire de damnationibus vel fortelegiis, aut de q. usurarum? Respon. quòd non nisi sapiant hæresim manifestè, text. est in cap. accusatus. §. sanè. de hære. lib. 6. & ibi glo. in uers. sapient, sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere, sacrificia offerre, demones consulere, eorum responsa suscipere. 2. q. 2. c. hi qui, & q. 4. c. igitur, vel associant sibi propter fortes exercèdas hæreticos, vel faciunt prædicta cum corpore, vel sanguine Christi, ut possint habere responsa, puerum rebaπτizant, vel his similia, hæc ibi in d. glo. Et notè quòd quandoquaque adorât aliquam creaturam tanq̄ Deū, vel exhibēt reuerentiã demonibus, vel vocat eos sanctos, vel inuocatur ad aliq̄ eis impossibile, puta ad sciendū futura contingentiã, vel occulta cordis, vel abutitur aliquo sacramento, & huiusmodi, septiunt manifestè hæresim, & sic intellige omnia posita in d. gl. Si q̄s tamē dicere usurã nō esse peccatū, vel similia, de eo possit se inquisitor impedire, immo sibi præcipitur. cle. unica. de usu.
3. ¶ Secundò, ¶ vtrum ipsi inquisitores possint cognoscere an sapiat hæresim, vel non. Respon. quòd non, quia iurisditio est sibi attributa existente conditione, ut no.

glo. in d. c. accusatus, & glo. in cap. 1. de offi. deleg. lib. 6. quæ videtur contraria, intelligenda est uera, quòd inquisitor potest cognoscere an sapiat manifestè hæresim, quando certum est quòd sapiat hæresim, sed dubitatur an sit manifesta vel nō, quia tunc potest recipere probationes an sit manifesta, & intelligit gloss. esse manifesta quando sunt notoria, & ita potentia quòd nulla tergiversatione celari possunt, de ver. sign. c. ex parte uel dic quòd illa gl. intelligitur de ordinario, hic de delegato.

4. Tertio, ¶ prohibentur inquisitor ditius ne abutatur quolibet portatione armorū, & q̄ nō habeat nisi officiales necessarios, in cle. dolentes. de hære. Itē q̄ nō possunt de crimine hæresis procedere cōtra Episcopos, nisi in literis apostolicis exprimat expresse, q̄ hoc possint in c. inquisitores, de hære. li. 6. Itē inquisitores ordinis prædicatorum non possunt procedere contra fratres minores, & e contra, vt in priuilegio Sixti III. & Pauli II. Et si secus, sunt excommunicati per extrauagantem Pauli. Aliqua alia prohibentur inquisitoribus, de quibus ver. excommunicatio. §. casu. 4. §. 15. & 16.

5. ¶ Quarto, ¶ vtrum inquisitores possint indicere silentium prædicatoribus. Respō. quòd possunt quaestuariis, & etiam aliis prædicatoribus quando contingeret congregationem facere pro negotio fidei, vel quando eidem negotio impedimentum afferret. cap. vt officium, de hære. lib. 6. & ut uiderint prædicto modo expedire officio, possunt aduocare populum. c. ut commissi. eo. lib. 6. Quomodo possunt aduocare peritos. d. c. vt commissi.

6. ¶ Quintò, ¶ vtrum inquisitores possint procedere sine Episcopo, & e contra Respon. quòd possunt processum formare, inquirere, citare, capere, ac tūc custodire, nec non in uinculis & mancis ferreis ponere, & omnia facere contra illos quos iustitia prohibet modum crimine dicta esse faciendum, sed tradere carceri, ita ut occi, quòd magis est ad penam quam ad custodiam, aut exponere tormentis, aut ad sententiam contra illos non potest inquisitor sine Episcopo, nec Episcopus uel eius uicarius seu uicarius capituli, sede uacante contra exemptos, sine inquisitore si sui ad inuicem copiam valeant habere infra octo

octo dierum spatium, postquam se requisierint, & si secus presumpsum fuerit, irritum est ipso iure. cle. 1. de hære. & ponitur ibi de carcere, clauibus, & officialibus, ubi no. gloss. quod secus esset de absolutione, potest etiam unus inquisitor procedere sine alio ubi sunt plures in eadem provincia d. ca. ut officium. Quidam dicunt simpliciter, quod Episcopus non potest sine inquisitore sicut non potest inquisitor sine Episcopo, sed potest dici quod isti intelligunt secundum quod intelligitur. Dir. inquisitoris & communiter doc. quod Episcopus non potest contra exemptos sine inquisitore ut dictum est, secus contra alios in quibus habet autoritatem ordinariam, quæ non aufertur per illam cle. 1. Quomodo officiales debent iurare fidelitatem d. cle. 1.

- 7 ¶ Sexto, ¶ quomodo habeat procedere inquisitor. Resp. serua ea quæ dicta sunt ver. inquisitor, & ver. iudicium, & ver. citatio, & ver. accusatio. Adde quod accusatores, vel de ponentes seu testes quando pp potentiam personarum, vel malitiam seu proteruitiam earum, ipse inquisitor iudicat in consuetudine sua quod imminet periculum ipsi deponentibus, vel testibus & c. si nomina eorum publicentur, tunc non publicè, sed secreta coram diocesano vel eorum vicario, ipso absente, quando inquisitores procedunt, uel contra si commodè potest fieri, & aliquibus aliis personis pro nidis, & honestis iuris peritis, totum processum super quo deliberandum est, manifestent, & de ipsorum consilio, ad sententiam vel condemnationem procedere possunt, & plena fides talibus adhibetur, sed eorum nomina non fuerint publicata, & possunt præcipere inquisitores prefatis sub pena excommunicationis, quam incurrant ipso facto, ne reueleant prædicta nomina Episcopus tamen non potest præcipere inquisitori nec inquisitor Episcopo, sed Papa præcipit in uirtute obedientiæ, ut teneat secretam, & si peccaret mortaliter contrafaciendo, cessante tamen tali periculo debent nomina accusatoris, & testium publicari. Item possunt procedere simpliciter, & de plano, & absque ad uocatorum strepitu, & figura iudicii, ut in c. si. e. ti. li. 6. quæ uerba quomodo intelligantur habes in cle. sæpe contingit, de ver. sign. vide infra. e. ca. §. 3. Item procedendo per viam inquisitionis, excommunicati

participes, vel socii criminis, admittuntur ad testimonium contra hæreticos, receptatores, & c. si ex circumstantiis uera dicere presumantur. ca. in fide. e. ti. lib. 6. secus si procedatur per viam accusationis, vel exceptionis quia tales non admittuntur secundum Io. An. ibidem. Item religiosi si omnes qui ante religionem ingressum erant notari quantumcumque sint in sacris libere illud officium tabellionis possunt exercere, quo ad omnia quæ ad officium inquisitionis pertinent. ca. ut officium. lib. 6. e. ti. Et possunt inquisitores accipere duos non notarios, uice unius notarii qui subscribant se dicendo acceptauit nos pro sufficientibus, immo potest præcipere omnibus religiosis, ut sibi obediant in dicto officio. hæc omnia ubi supra, & nota quod ponitur in iudicio inquisitoris, ut iudicet si imminet periculum uel non, & illi statuat, forte quod si malè iudicaret posset appellare.

- 8 ¶ Septimo, ¶ ad maiorem declarationem eorum quæ dicta sunt, uer. inquisitio per totum. Queritur primò, uerum in officio hæreticæ prauitatis, inquisitor possit procedere quoniam habet unum uel duos testes uel aliqua alia inditia, non procedente infamia, prius non inquisitio super infamia. Et uidetur quod non, quia sicut Ang. de Aretio in suo tractatu malefactorum requiritur quod fama publica à fide dignis præcedat, & non semel tantum, sed sæpius, & sit tanta quod generet scandalum, & sine periculo tolleri non possit, ut c. 1. c. qualiter & quando, & c. cum oporteat, & c. ad petitiones, de accu. & ad hoc est communis regula & præctica. Sed ar. per. l. 2. C. de hære. ubi ex leui inditio conuincitur hæreticus, & glo. pen. in c. literas, de presum. concludit, quam et ibi approbat Pa. quod ex leui argumento potest inquiri, sed unus, uel duo testes, & aliqua alia inditia sunt plus quam leue argumentum, ad hoc facit communis practica inquisitorum. Respon. saluo meliori iudicio, quod in facto hæresis sufficit habere unum, uel duos testes. uel aliquod aliud inditium quodecumque bene probatum, ut inquirat ueritatem, etiam in speciali, sine alia infamia, uel inquisitione infamiæ, hæc determinationem ponit decisuè ipse angelus de are. in supradicto tra. in illo ca. quod incipit, hæc est quædam inquisitio.

tio. §. quarto quæro principaliter quot sũt necessaria ver. quarto requiritur, vbi dicit quod ista regula, scilicet quod infamia præcedat, vel de ea inquireat, &c. fallit in pluribus casibus, & maximè quando reus est præsens, & non opponit, quia tunc sine diffamatione procedit inquisitio, vt in ca. 2. de accu. lib. 6. ubi dicit glo. quod potuit appellare. vnde si non appellat videtur tenere inquisitio. Secundò fallit in inquisitione generali contra caput & membra, ut in c. 1. de officio. or. Tertiò fallit qñ iudex inquirat ad denuntiationem officialis publici. Quarto fallit quando iudex inquirat ex suo mero officio, & non ad postulationem vel querelam alicuius, ut d. c. 1. de isto quarto, vide ver. inquisitio. §. 7. Quintò fallit quando iudex procedit ex necessitate sui officii, vel vbi vertitur periculum animarum, ut no. in c. ad nostram, el secundo de iur. iur. unde si statuto cauetur quod potestas debeat inquirere de tali delicto, & si nõ fecerit, imponit sibi poenam, tunc de tali crimine potest inquirere sine infamia, & sic concludit ipso Ang. Respon. ad argumentum in contrarium q̄ præter istos casus ordinariè requiritur infamia. Istud vltimum tenet Pan. in d. c. ad nostram. Cùm igitur inquisitor hæreticæ prauit. aliquando immo quasi semper procedat, ex suo mero officio, & imponatur sibi sub excommunicatione per excommunicatorum, de hære. ut procedat, &c. Et semper procedat contra crimina periculosa ne alii subuertantur, vnde omnia supra videtur simul reperiri in tali inquisitione, ex quo cõcludendum est q̄ potest, &c. vnde de additio ibidem in d. tra. sic habet. Additur alius casus. s. in crimine hæreticis, in quo proceditur ad inquisitionem secundũ D. Car. infamatione non præcedente, ubi dicit Ang. quod in isto casu. s. hæresis est differencia, quia ubi iudex ex suo officio procedit ad inquisitionem & recipit testes, q̄ si apparet contradictor, qui velit probare de bona fama non auditur. secus si ad postulationem: & ita dicit velle Gan. alleg. Specu. in ver. vtique, & ver. fin. & hoc voluit idem Spec. §. 1. ver. vtique, eo. ii. & dicit quod fortificatur per Barba. consilio 72. incipiente. Scribatur lib. Hester. Ad idem est dominus fel. in c. excommuni-

camus, el primo. §. addicietes. ubi ait. Eo ipso q̄ quis discedit à communi conuersione fidelium circa cultum diuinum, potest contra ipsum absque infamia inquiri de hæresi. qđ dicit Car. se non legisse alibi, dicitur autem discrepare, puta si circa missam vel alia sacramenta ecclesie est diu negligens, & idem in similibus, hæc d. Fel. Ad argumentum in contrarium rñsum est per Ang. quia istud est crimen exceptum.

¶ Octauo, ¶ utrum quando proceditur in generali inquisitione & sunt aliquæ depositiones de aliqua persona speciali, & crise speciali, ut communiter fit in inquisitione, sit necesse añ sententiam vel torturam vel añ omnem inquisitionem specialem, repetere eodẽ testes inquirendo specialiter contra talem reum depositum, & de illo crise speciali. Rñ. fm Pa. in c. ad petitionem de accu. in primo not. q̄ sic quãdo proceditur in generali, ita q̄ nec explicitè neq; implicitè est nõiata psona in illa generali inquisitione, secus si saltè implicitè tunc nõiatus, ut puta qñ proceditur cõtra aliquod collegiũ nel ecclesiã specialẽ sicut in vniuersitate scolariũ, quia tunc implicitè oēs de illo collegio nominantur, & sic in effectu in inquisitione vñ formata contra quemlibet, & ideo repertus culpabilis ex priori tela iudicii venit puniendus, de hoc est tex. in d. c. ad petitionem, & similis text. fm vnã lecturã in c. per inquisitionem, de elec. facit q̄ not. in c. 2. de confess. & tunc satis est ipsum nominatim citare vt veniat ad opponendũ si quid opponere vult. Si autem sit solũ generaliter formata nõ restricta ad certũ genus per sonarũ, ut puta, reperto homine mortuo iudex generaliter procedit ad inquirendũ, & in hac generali inquisitione per testes inculpatus est tirtus, qui nullo modo fuerat nõiatus, vel vocatus in generali inquisitione, & tunc iterato de nouo cõtra illum debent idem testes recipi. alle. Innocen. in c. bonæ, de elec. hæc ille. Et idem potest dici quando inquisitores formant inquisitionem in genere quicunque scit, &c. & apparent testes deponentes, &c. vnde Angelus in supra d. trac. de quo in §. precedenti in ver. super infamia, dicit quod prudens iudex debet primò recipere testes super delicto, & reo in speciali. Secũdo citare ipsum reum, & examinare. Tertiò si stat

in negatiua debet adducere testes coram eo, id est reo, & eos examinare coram ipso reo dicit tamen q̄ ubi esset contraria con-
 fuerudo q̄ teneret. Si uerò non statim negatiua, sed confiteretur crimen suum, tunc de confessis faciat ut ratificet in alio die ad hoc sibi assignato, deinde det sibi tempus defendendi se, quare non debeat puniri, & transato termino defensionis ferat sententiam, & c. D. uerò Feli. in c. cum l. & A. de sen. & re iudi. dicit q̄ hoc, tertium s. q̄ adducat testes & examinet, & c. non est necessarium, si tamen pars petat debet sibi publicare nominat testium ut possit se defendere, si tamen non daret tenere sententia nisi pars appellaret quod posset, hæc ille. In inquisitione uerò contra hæreticos serua quod dictum. supra §. 6. Et no. q̄ inquisitor non debet manifestare quando in conscientia sua iudicat esse periculum in manifestatione quod potest faciliter accidere, & accidit communiter ut machinentur contra testes, etiam usque ad mortem, ut ego sæpè expertus sum, & secundum di-
 rectorium non solum est consideranda potentia, sed etiam malitia & astutia & similia ipsius rei, secundò quia non est consuetudo in officio inquisitionis ut testes sic examinentur, quæ consuetudo ualet secundum d. Ang. & est rationabilis in fauorem fidei, ut testes liberius deponant & manifestent, & hoc uidetur determinatum per ecclesiam in c. fi. de hære. lib. 6. unde communiter inquisitores prudètes præcipiunt ut nomina deponentiũ teneant secreta p. d. c. fi. & habet à diuersis summis potestibus, ut possint dare indulgètijs deponentiũ, vt magis trahantur ad manifestandũ hæreticos. Et concludendũ est q̄ qñ iudicãt in cõsciẽtia sua esse periculũ quod de facili accidit nõ debet manifestare, sed facere, vt dictum est in d. §. 6. Si uerò sit clarum, quòd non imminet periculum, debet tamen inquisitor conari, ut non manifestet, tum quia consuetudo est contraria, tum ne alii retentur à denuntiatione, & si fiat sine publicatione, tenet sententia, si uerò uellet appellare, & sit manifestum q̄ non imminet periculum, tenet. n. tunc appellatio, tunc manifestet, & hoc aliquando prædicauit. Et no. q̄ ex dicto D. Fel. all. supra sequitur q̄ qñ repetitio testium siue publi-

catio venire faciendi, & non fieret, nisi appeller, tenet sententia sequens. Item Pa. in c. uouit de iudi. 19. col. ibi. hodie inductum vntum nouum per extrauagantem ad reprimendam, vt in crimine læsæ maiestatis possit procedi per denuntiationem factam à quocunque, & dicit ibi Bar. quòd ista denuntiatio habet vim cuiusdam mādatoris, seu accusatoris: & ideo desistens incidit in turpillianum. ff. ad tur. l. r. §. inci-
 pit. Cùm igitur illud crimen hæresis sit crimen læsæ maiestatis: igitur & c.

10 ¶ Non d. ¶ Itē not. q̄ statutũ loci per qd̄ officium inquisitionis directè, vel indirectè, impeditur, vel quomòdolibet retardaret, ipso iure est nullius roboris, & p̄ cõsuetudẽ ecclesiasticã possunt cogi rectores illorũ locorũ ipsa reuocare vel moderare ut nõ impediatur c. statutum, de hære. lib. 6. & etiam possunt aduocare brachium seculare per censuram ecclesiasticam contra hæreticos ut in ca. ut officium, e. Item statutum de duabus dietis in c. non nulli, de rescrip. non impedit inquisitionis officium, ut d. c. statutum. Itē fm Io. An. possunt procedere contra hæreticum licet alibi cõmiserit crimen si in sua inquisitione inuenitur, & contra quas-
 cunque personas non solum existentes de sua diocesi uel prouincia, sed etiam contra alienigenas, & forenses delinquentes ibidem quantumcunque etiam illi essent exempti, ut sunt fratres & religiosi, cum iste reatus omnem exceptionem & dignitatem excludat, ut C. ubi senatus uel cla. l. r. in fi. ista probantur in cap. ut officium. §. denique, de hære. & c. ut comissi. c. lib. 6. immò ipsi religiosi sunt granius puniendi, ut in c. accusatus. §. fi. c. n. li. 6. Possunt etiã procedere contra illos qui recesserunt ex prouincia sua. d. c. ut cõmissi. & p̄t trahere testes de una diocesi ad aliam non obstante. d. c. nõnulli. infra terminos suæ iurisdictionis. d. cap. ut officium. §. deniq. No. tamen q̄ inquisitores non possunt procedere cõtra fratres prædicatores siue sint sui ordinis siue non, sed debent puniri per prælatos suos, eodem modo dic de fratribus minoribus per priuilegium Sixti. 4. forte quòd alii mendicantes habent idem priuilegium.

11 ¶ Decimò, ¶ Quantum ad modum procedendi ipsius inquisitoris. Notandum quòd qua primum

quāprimum ipse inquisitor habuit literas suæ institutionis debet se præsentare præfidenti illius regiminis ubi habet inquisitionem, & facta fide de sua institutione eidem præfidenti recomendet seipsum, officium suum, officiales proprios, ac notarium suum, bono modo sibi notificando quod in canonicas sanctiones ad hoc tenet si uult euadere multas pœnas canonis, iuxta c. ad abolendam, &c. ut inquisitionis, de hære. lib. 6. quibus factis petat literas protectionis in toto suo regimine, & ad familiam ipsius domini temporalis ad capiendos hæreticos, &c. Si tamen inquisitor habet familiam propriam per illammet faciat secūdum consuetudinem sui prædecessoris, quo facto, præsentet se episcopo uel archiepiscopo & similiter faciat fidem de sua institutione petendo fauorem ab eo, & super omnia caueat inquisitor ne ab episcopo discordet quātum honor & utilitas officii permittit, quia ut experientia docet cū difficultate potest expedire ea quæ sunt officii sui, sine eius fauore & concordia. Alias n. si uellet officii suum incipere ante fidem factam, posset impediri seu retardari siue requiri, ut fidem faciat. His factis posset inquisitor exigere, iuramentū protectionis à dominis & à suis officialibus secundū d. c. ad abolendam. §. statuius, &c. ut officii de hære. li. 6. hoc autem faciat si expedire uideat uel credat hoc sibi, aliàs sequatur consuetudinē. Istis peractis conuocet aliquam multitudinē corā notario & testibus, & faciat ut literæ suæ institutionis legantur, & ipse notarius faciat publicū instrumentū de hac publicatione, in super promulget edita sua in quibus moneat oēs tam absentes quā presentes dando triplicē terminū ut quicumque commisit corā fidē catholicā ueniat infra tot dies & cōfiteatur crimē suū, quia cū misericordia suscipiet eos, & istud tps in aliquos uocatus tps græ. Similit de scientibus ut denuntient infra tale tps absi gnando, primū, scdm, & tertium terminū preceptorium & nisi cōparuerint ad denuntiandum infra talem terminum incurrant excommunicationem à qua non possint absolui, &c. & bonum est ut sæpius publicetur. Istis peractis conuocet populum & ipse in publica prædicatione uel alius pro eo publicet suas literas simul, & edi-

Secunda Pars

ta facta potest immo bonum est ut faciat monere parrochianos per paruas cedulas ut moneant populum quatenus congregentur in die tali tēpore prædicationis, & die præcedētī monere religiosos ut mittant aliquos ad tale prædicationē. Quibus peractis faciat inquisitor ut ipsæ literæ suæ monitionis in aliquo loco publico legantur, & figantur, & ibi stent, quod si infra illud tēpore aliqui cōparuerint cōfiteantur crimen suum si est secretū & nō fuit aliis iudicialiter deprehensus, potest eū absolueret secrete iudicialiter tamē, scilicet corā notario & duobus testibus. Si uero crimē suū fuit publicum, uel alios infecit, faciat in canonicas sanctiones mitti tamen agendo quāsi si fuisset deprehensus, similiter si aliquis compareat ad denuntiandum recipiat iuridice in modum in scriptum, & bonū est ut inquisitor habeat librum in quo notet omnes depositiones per aliquem modum facilem ad inueniendum scribendo in illo nomen deponentis, depositi, & diem depositionis, ut possit ad illum recurrere tanquā ad memoriale.

12. §. Undecimō, ¶ No. quod triplex est modus procedendi ut habes supra uer. accusatio, in prin. primus est per modū accusationis ut ibi. Et est quando comparet accusans aliquem coram inquisitore offerendo se illud probaturum, & inscribit se ad pœnam rationis nisi probet. Attendat tamen inquisitor ne istum modum faciliter admittat, tum quia nō est in causa fidei usitatus, tū quia est accusanti multū litigiosus, ubi autem accusator instet & requirat, acquiescat, & dicat accusanti quod accusationē porrigat in scriptis. Quo facto ipse inquisitor procedat non ex officio, sed ad instantiam partis, & habito notario publico & duobus personis religiosis, uel honestis sibi astantibus, iuxta c. ut officium. c. li. 6. Incipiat processum & scribat notarius per modū qui sequitur. In nomine domini amē. Anno tali, die tali, &c. ac in terris & dominio. In præsentia mei notarii, & testium infra scriptorum. Talis de tali loco & diocesis, comparuit personaliter in tali loco coram Ven. d. fratre. N. ord. prædicatorum, &c. hæreticæ prauitatis inquisitore à sancta sede apostolica specialiter delegato, & obrulit eidem domino inquisitori quandam cedulam accusationem te-

Sum. Tab.

h. noris

noris sequentis coram uobis, &c. inferatur tota, qua inserta, sequitur sic paulo infra. Acta sunt hæc tali anno & die ut supra. in præsentia talium testium ad hoc uocatorum & rogatorum & mei, talis notarii publici & scriptoris officii inquisitoris, & sic incepto processu & assumpto pro fundamento continuabit sic. Nā inquisitor mādabit accusatori q̄ nomina testiū producatur quib. productis citabuntur & examinabuntur mediāte iuramēto & iuridicē. s. cū notario, &c. & sic reperiatur quod nihil faciant ad factum, inquisitor cōsulet accusatori ut desistat & ipse inquisitor superfedeat. Si aut̄ reperiatur q̄ testes non plenē probant licēt eorū dicta inditia magna faciant, cōsulet inquisitor accusatori ut amoueat nomen accusationis & ponat nomen denuntiationis ut sic inquisitor procedat ex officio per modum qui sequitur, Vbi aut̄ reperiatur q̄ testes sufficienter probant, & accusator omnino uult stare in accusatione & nō denuntiare, sed accusare, tunc inquisitor testes iudicialiter corā notario & duabus personis ut supra diligenter examinet, iurato primitus ad quatuor Dei euāgelia de dicenda ueritate, & continuabit sic. Postquam cōsiderans ipse inquisitor quod prædicta hæreticalia, de quibus talis est accusatus, sunt talia & tanta quæ nō potest nec debet conuenientibus oculis pertransire, ac oportet eum reddere iustitiam accusanti descendit ad testes examinandos per modum qui sequitur. Talis de tali loco testis productus, citatus, iuratus, & interrogatus si cognoscat talem. s. accusatum, & dixit q̄ sic. Item interrogatus de causa cognitionis & dixit, pro eo quod uidit & locutus ē cum eo pluries & similia. Item interrogatus de tempore cognitionis. Respon. sic. Item interrogatus de fama, sic interrogatus quid est fama. Respon. quod id quod communiter dicitur. Item interrogatus si uidit uel audiuit supra dicta. Resp. sic, &c. Interrogatus in quorum præsentia. Respō. &c. de aliis circumstantiis pertinētib. ad illa de quibus accusator reus. Interrogatus si hæc deponit odio, uel amore, uel dimitit, &c. Respō. sic &c. Interrogatus de amicitia inimicitia, uel parentela, &c. Respō. &c. Et sequitur, iniunctum est sibi tenere secretum. & paulo infra, acta sunt hæc in

tali loco die tali, &c. in præsentia talium testium uocatorum & rogatorum & mei talis notarii, cōsimiliter examinentur alii testes omnes, quibus examinatis si inquisitor uideat factum esse probatum plenē uel esse magna inditia & suspensiones uehementes contra accusatum & timeat de fuga accusati, faciat eum capi. Si autem nō timeat de fuga, faciat eum citari & accusato corā inquisitore personaliter constituto, collectis his de quibus est accusatus & his de quibus est per testes conuictus uel habitus suspectus, formet interrogationes super illis & interroget eū ac inquiret cū eodem, habito secū notario, & duobus, &c. & hoc per modū qui sequitur, prælitato primō corporali iuramēto ad quatuor dei euāgelia de ueritate dicenda. Talis de tali loco delatus de dicenda ueritate, tā de se quā de alio & interrogatus unde est, &c. & de parentibus. Respō. &c. & ubi fuit nutritus, &c. que faciunt ad ueritatē inuestigandā, & tunc descendat ad materiā de qua accusatur ut ueritas habeatur, qua confessione facta, scribatur paulō post. Acta sunt, &c. ut supra. Et si uideat q̄ sit plenē conuictus faciat eū de tineri ad custodiā ne euadat, & sic frequenter interrogabit eum super his que negat de quibus est conuictus, uel uehementer suspectus, datis legitimis defensionibus si petit, formabitur negotiū per modū infrascriptū, his peractis tūc pro terminatione processus, cōuocādi sunt doc. & requirendus est episcopus. No. tamen q̄ quamuis consilium sit petendum, non tamen tenetur sequi ut dictum est. uer. consilium. §. 5. secus de episcopo. Si igitur de bono consilio peritorum reperitur omnino immunis. s. q̄ nō est conuictus per testes, nec proprio ore confessus, nec facti euidentia, nec aliās est suspectus, neq; diffamatus publicē de dicto crimine. Circa istum talis practica est seruanda. Talis. n. per ep̄m & inquisitorem conuictum uel diuifim, quia in hoc casu. s. absolutionis unius solus potest iuxta gl. Io. An. super. c. multorum. §. duro tamē, & uer. contra illos, sed in aliis. s. condēnationis non potest diuifim. Absoluitur igitur per sententiam de qua in §. se.

13 § Duodecimō, † Sententia absolutoria sic fiat. Nos frater. N. & ceter. Attendentes quod tu talis, &c. fuisti nobis delatus de tali hæretica

li hæretica prauitate, scilicet quòd fecisti, uel dixisti &c. pone totum vt fuit delatū, attendentes etiam illa esse talia, quæ non valebant us neque debebamus conuinentibus oculis pertransire, & descēdimus ad uidentium si prædicta fulciantur aliqua ueritate testes recipiendo, & examinando defensiones concedendo, & alia faciēdo quæ decebant em canonicas sanctiones, ea propter uisis & diligenter examinatis omnibus actis, & actitatis in hac causa, omnibusq; æqua lance libratis, habitoq; consilio peritorum in iure, & in theologica facultate illoq; sæpitis repetito, sedentes pro tribunali more iudicum, hac die, hora, & loco tibi assignato ad audiēdam nostram diffinitiuam sententiā ac habētes præ oculis solūm Deum, & negotii ueritatem, sacrosanctis euangelii coram nobis positis, ut de vultu Dei, nostrū prodeat iudicium, & oculi nostri uideant equitatem, ad nostram diffinitiuam sententiā procedimus in hunc modum Christi nomine inuocato. Quia p ea quæ uidimus, & audiuimus, & producta, & probata, acta & actitata sūt coram nobis, in presenti contra te non esse, neque fuisse aliquid legitime actum coram nobis propter quod possis, vel debeas hæreticus iudicari, nec suspectus haberi aliquo qualiter de hæretica prauitate, quare te à presenti instanti inquisitione, & iudicio totaliter relaxamus. Et sic in his scriptis dicimus, &c. lata fuit hæc, me notario rogato, & testibus infrascriptis tali loco tēpore, &c. Caueatur ut non ponatur in sententia, q̄ est insons uel immunis, sed q̄ non fuit probatum legitime contra eum, unde si post modū temporis processu iterum deferatur & legitima probentur ea qua non fuerunt legitime probata potest condēnari non obitante prædicta absolutione, eodem modo est absolueudus quis quando est delatus de receptione, defensione, seu fauoria quando nihil legitime probatur.

14 § Decimotertio, saliquando reperitur immunis ut supra, sed diffamatus in aliqua uilla uel alio loco. Circa talem talis practica est seruanda, quia non potest ferri sententia absolutoria pro reo, sed contra in dicendo sibi purgationem canonicam. Episcopus, & inquisitor coniunctim, & nō diuisim nisi vnus cōmittat alteri uices suas,

uel consentiat secundum cle. multorum, de hære. ferant sententiam per hūc modū, uel consimile, in effectu. Nos frater. N. inquisitor, &c. & talis Episcopus, &c. uel uices gerentes Episcopi, &c. uel de consensu Episcopi ut patet. Considerantes q̄ meritis processus facti per nos contra te talem talis loci, &c. nobis delatum de tali hæretica prauitate, scilicet q̄ fecisti uel dixisti, &c. pone totum, non inuenimus te confessatū nec conuictum de prædicta labe nec aliās suspectum, nisi quòd reperimus legitime ac ueraciter in tali uilla, uel loco apud bonos, & malos publicè diffamatum. Ea propter ad purgandam huiusmodi infamiam tibi indicimus purgationem canonicam, & vt iuris est, assignando tibi talem diem talis anni, & mensis, & talem horā, & com parens coram nobis personaliter purges tuam infamiam, tanta seu tota manu ordinis tui. i. conditionis propinquoque, qui quidem compurgatores sint homines fide catholici, ac uita probati, & qui conuersationem tuam ac uitam nouerint non tam moderno tēpore quàm præterito, significantes q̄ sic defeceris in purgatione, te habebimus pro conuicto pro vt uolunt canonice sanctiones. Et nota q̄ in ista purgatione canonica debet habere aliquos bonos viros. l. 7. 10. 20. uel 30. secundum, q̄ plus vel minus & in locis pluribus, uel paucioribus magis, uel minus fuerit infamatus, qui sint suæ conditionis seu ordinis, ut si diffamatus est religiosus, & illi sint religiosi, si clericus clerici seculares, & similes, qui purgent eum à crimine de quo est diffamatus, ut in c. inter sollicitudines, de pur. cano. si autem se purgare noluerit excommunicetur, quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato ex tunc, vt hæreticus condemnatur iuxta cap. excommunicamus, el primo de hæret. §. qui autem. Si autem se purgare decreuerit si in purgatione defecerit, id est quod compurgatores tales, uel tot pro ut ei iniunctum, qui cum purgent non in uenerit, pro conuicto habetur: & sic ut hæreticus condemnatur, ut habetur dict. capitul. excommunicamus. §. adiciunt, & de pur. cano. capitul. cum dilectus. Talis forma debet seruari adueniente termino, ipso purgando comparente, cum

suis purgatoribus coram inquisitore. Ponens manum super librum euangeliorum sic dicit. Ego iuro super ista quatuor Dei euangelia, quod tale hæresim exprimens do ea de qua est diffamatus quod nunquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, ne gabo cum iuramento quicquid sit id de quo est diffamatus, quo facto omnes compurgatores ponent manum super prædictum librum euangeliorum, & quilibet sic dicit, & ego iuro super ista sancta Dei euangelia, quod credo ipsum verum iurasse, & tunc canonicè est purgatus. Et si sic purgatus incidat in hæresim iam purgatam pro relapso habetur in c. excommunicamus, et primo. §. addicimus, & sic tradendus curi seculari. vide versu. purgatio per totum.

15 ¶ Decimoquarto, saliquando processus, meritis diligenter consideratis cum bono consilio, &c. non est deprehensus propria confessione nec facti euidentia, nec testium legitima probatione, nec sunt inditia ad talem suspensionem, ut habeat hæresim abiurare, est tamen in suis confessionibus varius vel alia sunt inditia sufficientia ad questionibus, & tormenta. Circa istum talis practica est seruanda quia talis sententia interlocutoria ad torturam non potest per se solum inquisitorem fieri d. de. multorum, ideo coniunctum. i. simul cum Episcopo, uel de eius consensu ferretur sententia in hunc modum. Nos, &c. Attendentes meritis processus facti per nos contra te tale, &c. & diligenter examinatus, intuenimus quod es varius in tuis confessionibus, uel quod sunt inditia sufficientia ad exponendum te questionibus, & tormentis, uel utrumque, scilicet quando es varius, & sunt alia inditia contra te. Ea pp ut veritas ab ore tuo proprio habeatur, & ut tu deinceps aures iudicum non offendas interloquendo declaramus, iudicamus, & sententiamus. & in his scriptis die præsentis, & hora, te supponendū tormentis & questionibus, lata fuit hæc sententia, &c. coram me notario & testibus die, loco, &c. Aliqui præmittunt per aliquos dies monitionem, ut se præparet ad hanc sententiam audiendam. Sententiam autem sic latam mox exequatur, uel exequi simulatur. Non fit autem inquisitor multum uoluntarius ad questionandum, quia non fiunt questiones, nisi

in defectu aliarum probationum, & sunt multum fallaces, nec festinet, quia multotiens per aliqua bona uerba, & per aliquos probos uiros magis inuenitur ueritas. Cū autem fuerit lata sententia, tunc mox ministri se disponant, ut obtemperent, & questionentur leuius uel grauius sibi exigentiã, non tamen modis inconstutis, quod si noluerit confiteri, assignet sibi aliam diem, uel tertiam ad continuandum non ad iterandum, quia iterari non debent nisi nouis superuenientibus indiciis, sed continua non prohibetur, dicitur ergo sic, & totum scribatur in processu quod actum est. Et nos inquisitor assignamus tibi talem diem & horam ad continuandum, ut à tuo ore proprio ueritas eruatur, & scribatur, potest addi, quia non habemus te pro purgato, sed magis suspecto, & illo interim inducet probos uiros qui bonis modis inducant eum, &c. ueniente igitur hora assignata iterum questionentur, & poterunt debitas cautellas adhibere ad ueritatem habendam, quod si fuerit iterum questionatus decenter & noluerit confiteri, amplius non uexetur, sed abire liberè dimittatur, & requiratur iudices quod per sententiam expediat non poterunt denegare. Et ferretur sententia sicut in primo modo supra §. 12. Si uero in questionibus proderit ueritate, scribatur totum in processu, & post quodam ducatur ad alium locum in quo non sit aspectus ad tormenta, & legatur sibi confessio quam fecit in tormentis, & interrogetur etiam diligenter quod si non persistit in prima confessione, sed adhuc negauerit ueritatem, & non est decenter questionatus quia est sibi prorogatus terminus, poterit iterum torqueri non iterando, sed continuando, si decenter questionatus dimittatur abire liberè, & si petat expediri per sententiam fiat ut dictum in præsentis. §. Si autem persistit in confessione tunc expediat, ut alii conuicti. Si tamen iste questionatus est confessus aliqua uel sunt sufficienter probata contra eum, & fuit expositus tormentis propter quædam alia, uel propter variationem, & steterit firmus in tormentis, ut dictum est, non tamen propter hoc debet liberari, sed iudicari, secundum confessam uel probata, uide aliquid de tortura, uel. confessio delicti. §. 5.

16 ¶ Decimoquinto, † aliquando delatus de hæresi non deprehenditur cōfessione propria nec facti euidencia, nec testiu productione legitima; nec alias sunt inditia fortiora, seu uehementia de illa hæresi contra eū, sed tantummodo modica & leuia, & talia per consiliū sunt iudicata, pp̄ q̄ ut suspectus leuiter de hæresi p̄t & debet haberi, ut illā hæresim debeat abiurare, & talis si relabatur non punitur pœna debita relapsi iuxta, c. accusatus, in prin. de hære. li. 6. Iste debet abiurare talem hæresim s̄m modum patriæ qui sunt diuersi in diuersis locis. Et sic abiurabit positus corā inquisitore. Ego talis, &c. in iudicio constitutus coram uobis, &c. sacrosanctis euangelis coram me positis & proptis manibus per me tactis, iuro me credere corde & profiteor ore illam sanctam catholicam & apostolicam fidem quam sancta Romana ecclesia credit, profiteor, p̄dicat, & obseruat, idē iuro me credere & profiteor ore q̄ dñs nq̄ster Iesus Christus, & ponatur contrarium illius hæresis in qua est suspectus, & eius discipuli dum erant in uita mortali p̄nti habebant & habuerunt in cōi aliqua q̄ dicit sacra scriptura illos habuisse, & q̄ in illis habuerunt ius donandi, uendendi, & alienandi, & postea abiuret hæreses cōtrarias sic. Et ex consequenti abiuro, abnego, & reuoco illam uel illas hæreses de qua me habetis suspectum domini iudices &c. qui mēdaciōe asseuerat q̄ dominus Iesus, &c. Item iuro q̄ nunquam prædictam hæresim credidi neq; credo, neq; unquam credam, nec unquam docui, nec docebo, & si aliquid prædictorum fecero in futurum qd̄ Deus auertat, pœnis taliter abiurantis p̄o pro animo me submitto, paratus subire oēm pœnam quam pro his de quibus me habetis suspectum uolueritis mihi iniungere, & illam studebo pro uiribus adimplere & nullatenus contrauenire, sic Deus me adiuuet & ista sacrosancta euangelia. & ista dicat uulgari, & tunc inquisitor declarat sibi quid sequatur si contrānerit, & tūc serat s̄ntam isto modo. Nos, &c. Attendentes q̄ uisis & diligenter examinatis meritis processus per nos facti contra te talem &c. reperimus te talia & talia comisisse, dicat illa quæ comisit, pp̄ quæ te talem, &c. Merito habentes te leuiter suspectum feci

Secunda pars

mus te abiurare, uerum ne prædicta per te commissa remaneant impunita & ut efficiaris cautiō in futurum, de multorum peritorum in & super his habito maturo consilio pariter & digesto, habentesq; præ oculis solum Deum, sedētesq; pro tribunali more iudicum te talem præfentialiter constitutum condemnamus, s̄ntamus seu potius pœnitentiamus, s. ne de cætero unquam scienter facias sic, ponat de quibus est suspectus & alia quæ sibi uult uerere ad salutem, caueat ne ponat, uehementer suspectū, sed leuiter, sequit̄, fuit hæc sententia seu pœnitentia lata lecta, &c.

17 ¶ Decimosexto, † aliquando meritis processus diligenter discussis, reperitur delatus non confessus, nec legitime deprehensus, nec facti euidencia, nec testium productione legitima, sed sunt magna & graui probata inditia contra eum, & talia p̄ consiliū iudicata q̄ illū reddūt suspectū uehementer. Circa illū talis practica ē seruāda. Talis, n. debet ut suspectus uehementer abiurare tales hæreses, ita q̄ si postmodum relabatur, pœna relapsi debita puniatur, hoc est q̄ tradatur curiæ seculari ultimo supplicio feriendus, iuxta c. accusatus, in prin. de hære. lib. 6. Et abiurabit publicè uel secreta s̄m q̄ est suspectus publicè uel secreta. Et abiuret secūdum solennitatem patriæ, in quibusdam n. locis ponitur in ecclesia super rinatum, in quibusdā super quendam lapidem altum, & ibi abiurabit, modo prædicto in modo precedenti, mutato. uer. leuiter, in uehementer, & pœnis relapsi debitis me submitto, &c. Attendendum est autem q̄ suspectis de hæresi, & nō deprehensis, siue sint suspecti leuiter siue uehementer, non debēt perpetuō immutari, nec perpetuō carcerari, quia illa est pœna illorum qui fuerunt hæretici, & postea pœnituerunt, ut patet in ea. ex cōmunicamus, el secundo de hære. & in c. quoniam. lib. 6. citi. sed possunt propter illa quæ cōmiserūt ex quibus habiti sunt suspecti ad certum tempus carcerari, & postmodum secūdum q̄ uidetur dispensari iuxta c. ut commissi. de hære. li. 6. possunt alie pœnitentiæ imponi secūdum arbitrium inquisitoris secūdum consuetudinem patriæ.

18 ¶ Decimosextimo, † Aliquando iudicat̄ suspectus uiolēter. i. maxima suspitione, puta

Sum. Tab.

h 3 u

si quis sit leuiter suspectus, & nolit abintere, vel pœnitentiã facere, & excõbitatur, tũc transit in vehementer. si uerò subſtineat p annum animo indurato, tunc trãſit in uolentum contra quam non admittitur probatio, & tunc iudicatur tanquã hæreticus. hæc omnia patent in c. ut cõtumatia, de hære. li. 6. & si uoluerit redire subito & spontè & non sit relapsus acceptatur ad misericordiã & immutatur vel tradit carceri perpetuo, sicut e. ad abolendam, e. ti. Si uerò nolit redire traditur caris seculari. Sed quid si expectant, ut deprehendantur ab inquisitoribus vel expectant torturam & prius ſtant in negatiua, uel fortè expectant ſententiam aut quã uelint confiteri delicta ſua, & poſtea uolunt redire. Nunquid ſunt acceptandi ad misericordiã. Reſ. in tex. in c. cenſurus, de hære. li. 6. relapsus dũ taxat non parçitur in c. uerò excõicamus. el primo, eo. ti. d. ſimpliciter in tex. q. d. nati de hæreſi, relinquendi ſunt poteſtariibus ſecularibus, & c. Inno. c. aut pœn. eo. ti. d. ſimpliciter, quòd si qui poſtquam fuerint deprehenſi redire uoluerint ad agendam condignam pœnitentiã, in perpetuo carcere deturandam. In ca. ad abolendam d. in tex. quòd niſi continuo poſt deprehenſionem, ſponte recurrere, & c. In primo igitur oēs ſunt acceptandi niſi relapsi. In ſecundo nulli eſt acceptandum, ſed oēs d. nati ſunt tradendi, & c. In tertio, omnibus uolentibus redire parendum. In quarto uolentibus redire continuo & ſponte parendum eſt, & non aliter, quia tamen ultimus tex. ſ. capituli ad abolendam clarus eſt: ideo alii tex. debent ſm illum exponi, ut fugiamus correccionem: uolentes igitur redire, id eſt qui oſtendunt ſe pœnitere, & uelle ab illis recedere & facere dignã pœnitentiã, & hoc subito & ſponte ſunt recipiendi, aliã ſecus, ſed quia iſta uerba, cõtinua & ſponte, ſunt obſcura: ideo doc. non concordant. Nam Io. An. in quadam apoſtilla, ut alleg. Pa. in d. ca. excommunicamus, el primo, & gl. in d. ca. pen. tenent quòd quãdo cunq; uoluerint redire etiã poſt ſententiã ſunt acceptandi, ar. d. c. ac cuſatus, d. d. c. pen. & hanc opinionem dicit Pa. eſſe mitiorem, & poſſe colorate reſponderi ad c. ad abolendam, dicendo q. ſaris incontinenti d. redire ſi non expectat

pœnitentiã. i. q. cõbitatur. Alii dicunt, ut Archi. q. si expectant deprehenſionẽ vel torturã non ſunt amplius acceptandi, quia non ſponte neq; subito ueniunt. Et pro certo ſi expectant, ut examinentur, & negant ſe deſeciſſe, & poſtea ui tortura conſitentur, & tunc uolunt redire non uidentur redire ſponte. unde illa reſponſio Pa. bene d. colorata: & ideo d. Io. de Car. in quodã conſi. ad inquiſitores ponit quãdã uiam mediã dicendo q. qn ueniunt prima uice ante deprehenſionem, uel antequã examinẽtur uel negent ſuum errorem, ſed in prima examinatione, uel ante conſitentur, & dicunt ſe uelle redire ſunt oēs acceptandi. Si uerò expectant ſuã nullus eſt acceptandus. Si poſt primã examinationem, & ante ſuã uolunt, tunc in arbitrio iudicis eſt iudicare utrum liberè uenerint, ut debeãt acceptari uel non, & iſtam ſequuntur cõiter inquiſitores, & v. uerior & conformis quibuldam extrauagantibus ad inquiſitores, forma abiurandi qn tales acceptantur. Ego talis, & c. in iudicio poſitus. perſonaliter corã uobis inquiſitori, & c. ſacroſanctis euangelis coram me poſitis eiſq; propriis manibus per me tactis corporaliter, iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſancã fidem catholicã eſſe & c. & conſequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſancã Romanã eccleſiam cuiuſcunq; ſectã fuerint uel erroris. Item iuro me credere corde & profiteor ore, quòd ſic & ſic, explicentur articuli catholici: contrarij illis erroribus, de quibus, ipſe eſt habitus ſuſpectus. Item iuro me credere corde & profiteor ore, & c. & ex conſequenti abnego, reuoco, abiuro illam nefandiffimã, & c. & ſi de multis eſt ſuſpectus nominabit illa ſigillatim per modum dictum. Item iuro quòd omnem pœnitentiã quam mihi inſingetis pro uiribus implebo, nec contraueniã in aliquo quòd ſi diabolo inſtigante contrafecero pœnis de iure relapsus debitis nunc pro tunc me obligo & aſtringo. Et ſcribat, quòd uolenter eſt ſuſpectus. Quibus actis inquiſitor declaret ſibi quid ſignificet talis abiuratio, & quid ſequatur ſi contrafaciat. Eſt etiã abſoluendus ab excommunicatione, quia omnis hæreticus eſt excommunicatus, ut habes, ver. excõicatio. 5.

catio. 7. casu. 4. per totum. Cum igitur iste sit violenter suspectus ideo absoluatnr cū. psal. disciplina, &c. In forma sententiandi feruentur que dicta sunt in aliis formis nominando pñam, & imponendo, &c. & seruata consuetudinem patrie s̄m determinatione & consiliū doc. & consensu episcopi.

- 19 ¶ Decimo octauo, † Aliquando inuenitur infamatus & suspectus, & tunc propter infamiam debet se purgare & propter suspicionem abiurare secundum qualiter suspitionis & pñam recipere pro utroque secundum q̄ dictum est de infamato & suspecto & abiurabit, &c. Rosella mouet unum dubium. uer. hæreticus. §. 5. Quid si inuocatore demonum in iudicio coram inquisitore abiurauit hæresim & postea iterum inuocauit an sit dicendus relapsus, & puniri pena relapsi: & dicit q̄ Ge. in d. c. accusatus. dicit, q̄ fuit consultum q̄ non, sed ipse Ge. distinguit quòd aut inuocabat credens q̄ posset id quòd petebat, & sic est relapsus, aliàs non: sed tu melius & clarius dicas, quòd si illa inuocatio sapiebat hæresim manifeste & abiurauit ut uehementer suspectus, & etiam illa secunda sapiebat hæresim manifeste, puta quia adorabat demones uel similia, ut relapsus condemnabitur aliàs secus: faciunt que dicuntur supra. §. 1.
- 20 ¶ Decimonono, † Aliquando confitetur iuridice hæresim & non est relapsus & uult redire subito & liberè & abiurare omnem hæresim & facere poenitentiam sibi iniungendam. Circa tales talis prædica est seruanda. Talis enim esto quòd multis annis in illa steterit si etiam alios instruxisset & quæcunq; fecisset, non tamen est tradendus brachio seculari. Nec secundum aliquos est degradandus si est clericus iuxta sæpè. d. c. ad abolendam. §. præsentis, sed ad misericordiam recipiendus & perpetuo carceri tradendus iuxta c. excommunicamus, el se condo. §. si quis, & ei beneficium absolutio nis exhibendum quod consueuit iuxta c. ut officium. prouiso tamen selettè ne simulara fictione redeat fraudulenter & episcopum & inquisitorem, imo seipsum fallendo sub agni specie lupum gerat. Nec bona sua sunt confiscanda cum recipiatur ad misericordiam, & non auferatur sibi uita, vnde debet posset uiuere ex bonis suis, potest tñ poenitentias pecuniarias imponere.

Et quamuis inquisitor de consilio diocese ni petito & si non obtento possit mutare uel remouere pñam sibi iniunctam iuxta c. ut commissi. consideranda tamen est conditio, & cum maiori difficultate cum uno quam cum alio. Et quamuis id quòd dictū est q̄ non est degradandus uideatur consonum. d. c. ad abolendam, & possit etiam seruari ex misericordia si uideatur episcopo & inquisitori, tñ secundum tex. in primò c. de hære. li. 6. ubi propriè loquitur de hac materia & sit tex. posterior v̄ q̄ sit degradandus, & hoc uerum de subtilitate iuris, & de iustitia quando sua merita exigunt. Quantum ad solemnitatem abiurandi seruetur consuetudo. Potest inquisitor facere illam solemniter in publica prædicatione, & conuocare clerum & imponere si lentium aliis prædicatoribus illa hora, & breuiter fiat s̄m consuetudinem, uel secundum q̄ magis cedat ad timorem aliorum adiurabit generaliter omnem hæresim & specialiter illas quas tenuit iurando & afirmando articulos contrarios illis hæresibus, ut dictum est supra, & clarius in §. seq. de degradatione, uide uer. c. & infra §. 22.

- 21 ¶ Vigesimo. † Abiuratio s̄m istum, talis est se debet. Ego talis de tali loco, talis diocesis constitutus in iudicio personaliter coram uobis dominis episcopo & inquisitore hæretice prauitatis in terris talis domini iurisdictioni subiectis à sancta ecclesia, & sede apostolica specialiter delegato sacrosanctis euangelis coram me positis, eisq; propriis manibus corporaliter per tactus iuro me credere corde & profiteor ore illam sanctam fidem catholicam & apostolicam quam romana ecclesia credit, profiteor, prædicat, & obseruat, & consequenter abiuro, reuoco, detestor, & abnego omnem hæresim cuiuscunq; sit conditionis, uel sectæ ex tolerantem se aduersus sanctam & apostolicam ecclesiam. Item iuro me credere corde & profiteor ore q̄ sic & sic explicitur articulus catholicus contrarius illi hæresi in q̄ confessus est incidisse, ut uerbi gr̄a, si confessus est incidisse in illam hæresim q̄ dñs Iesus Xps non fuit uerus Deus, sed homo purus, abiuret sic. Itē iuro me credere corde & profiteor ore q̄ dñs Iesus Xps beatæ Mariæ p̄ virginis filius, fuit uerus Deus genitus de Deo patre æternaliter, & uerus hō

conceptus & natus ex Maria uergine tēporaliter, & consequenter abiuo abnego, & detestor, & reuoco illā hāresim dānatam per sacrosanctam ecclesiā quæ falso ac mendaciter asseruerat q̄ dñs Iesus Christus nō fuit Deus uerus, sed homo solum, in quā hāresim ego miser incidi eamq; tenui, illi credidi per annos tot ac dogmatizauī, docui & defensaui cuius rei me pēniter toto corde. Et si in plures hāreses se incidisse est confessus abiurabit quamlibet sigillatim per modū statim dictam. Item iuro & promitto q̄ deinceps nullam hāresim prædictarum, seu aliam qualemcunq; tenebo, credā nec adhārebo nec dogmatizabo alicui, nec docebo qualemcunq; de aliqua heresim prauitate nec libros hereticales scienter habebō, immo iuro & promitto q̄ si sciuerō aliquem esse infectum aliqua heresi, uel errore seu libros uel scripturas hereticas habere quōd citius quōd cōmodē potero uobis denuntiabo & intinabo. Liē iuro pariter & promitto q̄ penitentiam per uos ministrandam pro prædictis non refutabo nec contrahentiam in aliquo, immo pro uiribus adimplebo. Item iuro pariter & promitto q̄ non fugiam nec me absentabo, nisi de uestro beneplacito consensu & licentia & assensu, immo iuro & promitto q̄ quādo cunq; & quorūcunq; que requisitus fuero per uos uel uestros successores nomine uel mandato q̄ citius quōd cōmodē potero me personaliter presentabo sic me Deus adiuet & hęc sacrosancta euangelia: & si contra prædicta iurata uel abiurata, seu eorum aliquid, quod Deus auertat, fecero in futurum, haberi uolo protinus pro relapso, & pēnis de iure relapsus debitis me nunc pro tunc obligo, & astringo illis, quatenus, scilicet, & quando probatum extiterit legitime in iudicio, seu me confessum contra iurata nūc & abiurata aliqua comisisse. Et sit circumspēctus notarius ut ponat in processu quōd abiurauit tanquam deprehensus in hāresim, propria confessione, ut si relabatur, pēna relapsus debita puniatur, & sic etiam obseruandum est in aliis abiurationibus ut ponatur, uel ut leniter suspectus, uel uehementer, uel uiolenter suspectus, uel ut hereticus, uel deprehensus propria confessione, uel probatione le-

gicima & similia, secundum q̄ est abitura tio, & notificetur sibi quid significant illi modi quibus iuratur. Et quia deprehēsi sunt excommunicati iuxta c. excommunicamus, de hęc. r. & 2. & recipitur ad misericordiam; ideo debet absolui iuxta c. ut officiū in prin. c. r. li. 6. Et absoluetur cū disciplina præf. hyrel. pater noster, & c. dominus uobiscum, & c. oratio Deus cui, & c. Et addat Et ego auctoritate apostolica qua fungor in hac parte absoluo te a sua excoicationis qua fuisti innodatus p̄ eo q̄ in dānatā hāresim incidisti, & c. tunc inuigat penitentia dicens aliqua bona uerba sibi propositum. Hanc formā abiurationis poteris applicare ad quemlibet modum abiurandi, mutatis aliquibus secundum occurrentia.

¶ Vigesimo primō, ¶ Nonus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando confitetur hāresim & est relapsus, realiter quod est quando scilicet pro heretica prauitate ipse confitetur iudicialiter coram inquisitore se omnem hāresim abiurasse legitime, & q̄ post creditur tali heresi seu errori uel quod specialiter aliquam hāresim abiurauit & post redit & credidit in eandem, ut aliam quādo ueritas heresi ab iurauit, sed post adherens seniori confilio, pēniter, credit catholicæ & reuertitur ad ecclesie unitatem. Tali enim non sicut si humiliter petit deneganda penitentiæ & eucharistiæ sacramenta, ut in ca. super eo. de hęc. r. li. 6. sed quantumcunq; peniteat, nihilominus ut relapsus, est tradendus curie seculari, ultimo supplicio ferendus, hoc intelligitur ubi inuenitur abiurasse tā quā deprehensus in hāresim seu tanquā suspectus de hāresim uehementer uel uiolenter, non autem leniter tantum. Circa talē talis practica est seruanda primō ut inquisitor ante aliquos dies sententiæ mittat aliquos qui eum inducant ad penitentiam, & eucharistiæ sacramentum & sepius qui ex parte inquisitoris significant sibi qualiter non potest euadere mortem, & hoc faciat post determinationem factam in consilio doctorum quod poterit reperere secundum quōd uisum fuerit sibi. Quibus sacramentis receptis atque bene disposito ad salutem, iudicio predictorū qui ad eum fuerunt missi post duos uel tres dies in quibus per prædictos in fide catholica

confirmetur, & ad penitentiam, & patientiam inducatur. Inquisitor mandabit baliuo loci seu potestati curie secularis, quatenus die, & hora, scilicet non festina, sit cum sua familia in tali platea, seu loco extra ecclesiam, tamen ad recipiendum de foro suo quandam relapsum quem ipsi Episcopus, & inquisitor, tradent ei, & nihilominus quod die praefixa de mane seu die praecedenti faciat publice preconizari per civitatem, seu locum in locis illis seu vicis in quibus preconizationes alie communiter consueverunt fieri, quod tali die, & hora, & in tali loco inquisitor pro fide sic faciet vel sic, si fiat praedicatio vel sermo, & quod fiet sententia de quodam relapso in haereticam prauitate tradendo eum brachio seculari. Not. quod relapsus qui idem est quod iterum lapsus, potest esse quatuor modis. Primo quando iterum incidit in illam haeresim quam ante abiurauit, ut deprehensus in ea. c. ad abolendam. §. presenti, & §. illosq;. Secundo quando non fuit deprehensus, sed abiurauit ut vehementer suspectus aliquam haeresim, & postea deprehenditur incidisse in eandem. c. accusatus. in princ. c. ii. lib. 6. Tertio quando vehementer suspectus de aliqua haeresi & abiurauit vniuersaliter omnem haeresim, & postea deprehenditur in aliam incidisse. d. c. accusatus. §. cum vero. Quarto quando abiurauit de cuius lapsu constabat vel per facti euidentiam, vel per propriam confessionem, vel per legitimam testium probationem, & constat post abiurationem, quod visiter haereticos, deducat, associet, vel mittat munera seu fauorem eis impendat. d. c. accusatus. §. ille quoque, & omnes illi sunt tradendi curie seculari. Sed hoc vltimum videtur dubium, scilicet quod omnis relapsus sit tradendus, & c. Nam tex. in c. pe. de here. videtur innuere quod indifferenter omnes volentes redire recipiantur. & gloss. in d. cap. ad abolendam in vers. audientia, ubi tex. loquitur de relapsis, dicit quod est hodie standum illi tex. scilicet penult. cap. Pa. etiam allegando Ioan. And. ut recitatum fuit supra. §. 17. dicit quod est una pia opinio & tenenda, scilicet quod quocumque volunt redire dummodo non expectent ignem quod sunt acceptandi, & ad tex. d. c. ad abolendam, potest responderi quod

satis cito uenit quando non expectat sententiam ignis. hoc etiam obseruatum fuit in praeterea Bononie, me presente ubi quidam relapsus suspectus fuit acceptatus ad misericordiam propter gl. d. c. ad abolendam, quae gl. quamuis sit contra tex. qui cōtinnatium expresse dicit, tñ propter tex. allegatum d. c. pe. fuit acceptata ista opinio quam pia, quia maxime non fuerat confessus multum enormia, & fuit determinatum quod sit in arbitrio iudicium arbitrari, vtrum debeat acceptari, vel ne. §. 17.

23. §. Viginti mofcundò, † Considerandum quod quando tradendus curie seculari, vel perpetuo carceri, si est in aliquo ordine clericali prius quam tradatur est totius ordinis ecclesiastici prerogatiua videndus, & sic omni officio, & beneficio ecclesiastico expoliatus, relinquatur, secularis arbitrio potestatis animaduersione puniendus, ut in d. c. ad abolendam. §. presenti. Quando igitur talis est à suis ordinibus degradandus curie seculari relinquendus. Episcopus conuocet prelatos & religiosos viros suae diocesis, quod licet non olim, nunc tamē solus Episcopus eum prelati & alii viris religiosi, & peritis suae diocesis potest in c. 1. de here. lib. 6. Vide supra uer. degradatio, & aliquid supra c. ca. §. 19. Ad ueniente igitur termino praefixo ad sententiam Episcopus secundum consuetudinem loci paratus in pontificali eum degradabit secundum formam positam supra uer. de gradatio. Et not. quod aliqui prius dicunt esse degradandum quam legatur sententia, sed melius uideretur quod prius legatur sententia & in fine ipse inquisitor deponat eum ab omni ordine, officio, & beneficio ecclesiastico, quae potest dici degradatio uerbalis, & committat Episcopo, ut degradet eundem actualiter, quando est aliquis degradandus absens degradabitur uerbaliter, non realiter, quia non est praesens. Et sic fiet sententia. Nos Episcopus, & c. Attendetes, quod tu talis in sacris ordinibus constitutus, exprimat ut ordines, uel talis religionis sulcatus, exprimat, uis demeritis exigentibus es per nos, & uenerabilem inquitorem haereticae prauitatis impunitens iudicandus haereticus, & ut talis per sententiam nostram relinendus brachio seculari, ea propter iniustitia exigente, & ut no
bis

bis mandant canonicæ sanctiones, sententiâ depositionis, & degradationis in & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, & prædicatione & confessionum audientia deponentes, lata fuit hæc sententia, &c.

24 ¶ Vigesimo tertio, ¶ aliquando, & ideo sunt aliqui qui confessi hæresim non relapsi, sed impœnitentes, s. qñ confitentur se tenere aliquam vel aliquas hæreses, & moniti, & deprehensi, nollunt redire: imo aliquando defendunt. Isti dicuntur impœnitentes, & cum talibus magna cautela est adhibenda vt convertantur, & si convertantur possunt acceptari ad pœnitentiam, & carceres perpetuos, si uerò post multos modos adhibitos nollunt converti tradantur curiæ seculari clericis prius degradatis, ut dictum est in §. præcedenti, & eodem modo quâdo est impœnitens, & relapsus, & est laborandum vt convertantur ut supra.

25 ¶ Vigesimo quarto, ¶ aliquando sunt deprehensi uel facti euidencia, puta quia publicè prædicauit vel legitima testimonio probatione, puta quia duo uel plures testes, boni testimonii, ipse tamen stat in negatiua, & circa tales siue circa testes est adhibenda maxima cautela, nec est festinandum, sed multò tempore, & diuersis consiliis querenda est ueritas, si tamen sic perseuerent sunt tradendi curiæ seculari, tanquam impœnitentes, si autem testes deprehendantur falso, & rancore uel precio sibi falsum imposuisse, sunt sententiandi, & tradendi carceri perpetuo.

26 ¶ Vigesimo quinto, ¶ aliquando est fugitiuus, seu absens contumaciter, & congruo tempore expectatus, & talis aliquando est deprehensus propria confessione, vel facti euidencia, uel legitima testimonio probatione, sed fugit, uel se absentauit, & citatus nollit comparere. Aliquando autem est depositus, & aliter suspectus, & citatus nolens comparere uel est excommunicatus, & stetit in excommunicatione per annum, & contumaciter se absentauit. Aliquando propter fauoriam uel quia impeditur officium, uel alio modo est excommunicatus in facto fidei, quam si sustinerit per annum, est ut hæreticus condemnandus. In primo casu est publicè citandus, & si non comparuerit tanquam hæreticus impœnitens condem-

mandus, & si postea comparuerit, & uoluerit abiuurare si non est relapsus potest acceptari ad misericordiam: si uerò noluerit adiuurare tradetur brachio seculari. In secundo casu est tanquam hæreticus condemnandus, & si compareat & velit redire debet acceptari tanquam hæreticus pœnitens, & similiter dicendum in tertio casu. Et si non compareant sunt citandi in locis publicis, & expectandi tempore congruo, & tunc contra eos feratur sententia, contra primos tanquam contra impœnitentes, contra secundos, & tertios est ferenda tanquam contra hæreticos impœnitentes require reliqua in uer. accusatio, & uer. inquisitio, & uer. iudicium, & uer. citatio, & uer. hæreticus.

27 ¶ Vigesimo sexto, ¶ secundus modus procedendi per inquisitorè in causa fidei de quo facta est mentio supra §. 11. prin. est per modum denunciationis, & est quando aliquis denunciatur aliquem de hæresi, uel fauoriam, uel aliis ad fidem pertinentibus, ipsi inquisitori sine hoc, qd offerat se probaturus, nec uult facere partem, sed dicit, qd denunciatur ratione sententiæ excommunicationis late per inquisitorè contra non denunciantes, uel aliis denūciat zelo fidei non faciens partem. Et tunc inquisitor mandat sibi, qd det in scriptis uel saltem dicat in præsentia testimonio, & notari. Et in tali casu procedat inquisitor ex officio, & non ad instantiam partis, & hic est communis modus procedendi, & uisus in causa fidei. Et habito notario, & duabus personis religiosis, seu alias honestis ut dictum est supra .eo. c. §. 11. Et incipiat per modum qui sequitur. In nomine domini. Anno: &c. In præsentia mei notarii, & testimonio infra scriptorum. Talis de tali loco: &c. comparuit personaliter coram inquisitore: &c. sedente pro tribuna li. Probuit eidem inquisitori cedulam tenoris sequentis, in seratur tota. Si autem non denunciatur scripto, sed tantum uerbo ponetur sic post prædicta, & denunciatur eidem domino inquisitori, qd talis de tali loco: &c. Afferuit, & dixit talia contra fidem, ac tener, ac defendit, ponatur prout denunciatur. Quo facto incontinenti ipse inquisitor faciet iurare ad quatuor Dei Euangelia, ipsum denunciare de mera ueritate dicenda simpliciter. Et interrogabit eum, unde scit esse ueritatem denunciatur, & ubi dixit, uel fecit,

vel si audiuit, à quibus audiuit, & quando, & quotiens, & quibus præsentibus, formādo articulos de quolibet prædictorum singulariter, & diuisim, & nota. ponat totum 28 in actis seu processu immediatè post prædictam denunciationem continuando sic. Qua quidè denunciatione sic facta ut præmittitur, ipse inquisitor in contententi fecit iurare, &c. & interrogauit eum, &c. & ipse responderet, &c. Et specialiter interrogetur qui sciunt, vel possunt scire, quibus omnibus sic peractis & scriptis, vltimò interrogabitur si denunciat mala uoluntate, uel odio, uel rancore, uel dimittit aliquid fauore uel amore, uel agit rogatus, uel subornatus, uel est, uel fuit amicus, uel de familia eius, uel habuit aliquod negocium, uel si est germanus, uel vicinus, & de similibus quæ possent inclinare ad plus minusve dicendum uel colorandum, bonum est etiā ut cuius famæ est ille de quo denunciat maximè circa fidem catholicam. Et si respondeat quod est malæ famæ, interroget quid est fama, scilicet id quod communiter dicitur. Et breuiter debet interrogare omnia quæ faciunt ad ueritatem indagandam, & semper fiat cum iuramento, & notario, & testibus: aliàs non ualeat iuridicè. Et postremo iniungetur ei uirtute iuramenti præstiti tenere secretum, & ponatur totum in processu. Quibus expletis ponat paulò post. Acta sunt hæc in tali loco, tali die, &c. in præsentia mei talis notarii talis loci, auctoritate talis, & inscriptotum domini inquisitoris, & talium testium ad hoc uocatis, & rogatis. Facto isto fundamento si sit vnus deponens uel plures continuabit sic, quia faciet citari testes quos denunciat, & præsertim illos qui magis uidentur scire in facto, & continuabit sic. Post quæ attendens ipse inquisitor denunciata esse hereticalia quæ non possunt neque debeant conniuentibus oculis tollerari cum cedant in opprobrium diuinæ maiestatis, & fidei catholicæ detrimentum, descendit ad se informandum per modum qui sequitur. Talis uocatus, & interrogatus, ut supra, respondit cum iuramento, & interrogabit de fama: &c. ut supra, & totum scribatur, faciunt ea quæ dicta sunt supra. co. c. §. 1. & sequentibus, & terminabit modum istum secūdum modos dictos in accusatione supra. co. cap. §. 1. & sequen-

tibus. Faciunt etiam quæ dicta sunt uer. ac cusatio, & uer. inquisitio, & uer. citatio, & uer. iudicium, & uer. confessio delicti.

¶ Vigesimo septimò, † tertius modus procedendi, de quo supra. §. 11. processum incipiendi in causa fidei est per modum inquisitionis, & est quando non est aliquis accusator, nec denunciator, sed fama laborat in aliqua ciuitate, uel loco, quod aliquis dixit, uel fecit aliqua contra fidem, & clamor ad aures inquisitoris peruenit pluries, fama publica deferente, & clamosa insinuatione producente. Tunc inquisitor inquirat non ad instantiam partis, sed ex officio, & cum talis clamor si sequens peruenit ad aures inquisitoris præsertim per personas graues, & honestas, & fidei zelatores, habito notario, & duabus personis, &c. ut supra, incipiat præcessum per modum qui sequitur. In nomine Domini: Amen. Anno, & die, &c. Ad aures domini inquisitoris: &c. peruenit pluries fama publica referente, ac clamosa insinuatione producente, quod talis de tali loco dixit uel fecit talia, &c. contra fidem. ponatur totum in processu quod dixit, & paulò infra acta, &c. ponatur nomen notarij, testium, tempus, locus: &c. facto isto fundamento inquisitor faciet citari aliquos testes, & præsertim personas graues, & bonas, & inquirat de fama solū. cum autem sit uerum, quod apud bonos & graues ille de quo agitur sit infamatus de hæresi, continuabitur sic processus. Post quæ attendens ipse inquisitor, quod iniurias creatoris sit iniustum tollerare maximè illas quæ uergunt uel uergi possent in grauem eiusdem vituperium, & offensam ac sanctæ fidei opprobrium, & iacturam, uoluit, ut debuit plenius se informare aueraciter, &c. ponat totum quod supra, & sic processit ad se informandum, & testes examinandum, per modum qui sequitur. Talis testis citatus iuratus, & interrogatus si cognoscit talem de tali loco: &c. Respon. quod sic. Item interrogatus de tempore cognitionis. Respond. sic. Item interrogatus de causa cognitionis. Respon. sic. Item interrogatus si est fama de eo in tali loco quod ipse dixit, uel fecit talia, &c. contra fidem. Respon. sic. Item interrogatus quantum tempus sit, quod talis est de tali, &c. Respon. sic. Item interrogatus si scit unde

orta est, &c. utrum à maliuolis, & similia. Resp. sic. Acta sunt: &c. Aliquibus autem testibus examinatis, & fama probata. Ipse inquisitor descendet ad inquirendum super rei ueritate an sit ita. Et faciet citari testes, & maxime ipsi delato familiares, & bonos, & fidei zelatores, de quibus præsumitur, quod non deiecerant, & inquiret cum eis medio iuramento, præsentate notario, & testibus de ueritate, & non de fama, & continuabitur sic processus. Post quæ cupiens inquisitor scire an clamor, qui uenit ad eum opere cõpleatur, & an fama tam peruersa de tali super hæretica prauitate ueritas suffragetur, descendit ad uidendum ac informandũ se, & inquirendum, & testes examinandum per modum qui sequitur. Talis de tali loco testis citatus iuratus, & interrogatus prout supra ubi agitur de examinatione testium per modum accusationis, scilicet. §. 1. r. Examinatis uerò testibus proceditur ad examinandum delatum per modum supra. Et not. quod modi terminandi processum per modum inquisitionis uel denunciationis idem sunt, & differunt in principio, & medio, & semper seruatis essentialibus, scilicet, quod si iudex notarius duo testes, & iuramentum. Aliæ practicæ fiant secundum prudentiam ut melius ueritas possit inueniri, & cautelæ sunt multæ quas plus docet practica cum prudentia, quam ars.

29 ¶ Vigesimo octauo, ¶ contra quos generaliter ex officio potest procedere inquisitor. Resp. quod potest procedere contra suspectos de hæresi, contra credentes, contra receptatores, contra defensores, contra fautores, contra impediētes officium inquisitoris directè uel indirectè, retardatores in causa excommunicamus in §. credentes, & expressus in cap. ut officium. eod. tit. lib. 6. de impeditoribus uel retardatoribus habetur in literis Alex. & Urbani quarti, quæ incipiunt præ cunctis, ubi sic dicitur. Cæterum si forte quod non credimus aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio uobis commissio se opponere, seu illud præsumperint aliquo modo attentare ut non possit procedi liberè in eodem: imo nisi requisiti illud fuerint, & iuxta officium & possessum, contra eos tanquam hæreticos fautores procedatis.

30 ¶ Vigesimo nono, ¶ utrum possint procedere

re contra blasphemos. Respon. secundum Dir. inquisitoris, quod aut suis blasphemis expriment aliquod hæreticale. ut puta dicendo, quod Deus sit unus traditor, uel quod non possit facere hoc uel illud, uel quod beata uirgo sic ueniret in mundum, & similia, uel non dicitur aliquid tale, si secundo modo non potest se impedire, sed relinquat eos suis iudicibus puniendos, & isti includuntur sub titulo de maledictis, qui est distinctus à titulo de hæreticis. Si primo modo tunc dicuntur blasphemii hæreticales, & reducuntur ad titulum de hæreticis, & pertinent ad officium inquisitionis, qui quidem si perseverent, & nolint corrigi, sed pertinaciter uolunt in illis perseverare sunt tradendi curiæ seculari, sicut impenitentes, si uerò uelint resiliire, tunc uel sunt conuicti, & inueniunt alias tenuisse corde tales errores, & sic sunt iudicandi ut hæretici deprehensi. Si uerò non deprehendantur illas tenuisse mente, tunc uel sepius prorumpunt uel prurperunt in huiusmodi blasphemis, & sic sunt iudicandi ut uehementer suspecti: si uerò raro tunc sunt iudicandi ut leuiter suspecti. hæc in dir. Sed quid si postquam adiurauerint ut uehementer suspecti iterum blasphemant, utrum sint tradendi curiæ seculari, hoc uidetur durum nec ponitur in d. Dir. & tamen ex lege communi uidetur, quod tanquam relapsus sit tradendus. crederem dicendũ esse, quod si dicat uel blasphemat ex furia uel alia passione, quod non sit tradendus. si uerò apensatè, & deliberatè sic blasphemet uel credat dicere uerum, quod tunc sit tradendus per regulas communes supra §. 2. i. circa si.

31 ¶ Trigesimo, ¶ quomodo possint se impedire de sortilegiis, diuinatoribus, incantatoribus, demones inuocantibus, & de questionibus usurarum. uide supra. eo. c. §. 1.

32 ¶ Trigesimo primo, ¶ utrum possint procedere contra Christianos transientes ad iudeos uel contra iudeos baptizatos reuidentes sine redeuntibus ad iudeos uel contra transientes ad saracenos, uel contra fautores istorum, uel contra eis dantes auxilium, consilium, uel fauorem, super hoc etiam si sint iudei qui dant consilium: &c. Respon. quod sic, ut patet in capit. contra Christianos de hære. libr. 6. & clarius per Nicolaum. 4. in extrauagante quæ incipit turbato

turbato corde & 45. distin. c. de iudeis, ad idem est. S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 8.

3 § Trigesimosecundò, † utrum inquisitor possit procedere contra iudeos, & alios infideles, hæreses disseminantes, vel cõtra fidem Christianam committentes, seu facientes ea quæ sapiunt hæresim manifestè & videtur. Primò, q. nõ quia nihil ad eos de his qui foris sunt. 2. q. 3. inter verba. 45. di. qui sincera, & c. seq. de diuor. c. gaudemus. Secundò arguitur per c. postulasti. de iudæ. vbi Pa. not. 1. ex tex. iudæum non esse de iure cõi tẽporaliter subiectum iurisdictioni ecclesiæ, est ergo subiectus dño tẽporali sicut laicus nisi de iure speciali. hæc ille. & sic patet, q. ordinariè pertinet ad dnos tẽporales. Tertiò arguitur, quia sicut recitat D. Fel. in d. c. postulasti. ille de Anc. facit vnũ consilium de vno iudæo, qui proiecit stercorea in processione super crucẽ contra quẽ processit iudex secularis. In contrariũ est Io. de Cal. in quodam consilio quod fecit ad inquisitores dicens, q. de hac q. sæpius dubitatũ est, & quidam dixerunt indistinctè, q. non per primũ arg. Sed dicit, q. circa hoc aliter est dicendũ, eo tñ præsupposito pro constante, q. iudæi inuicẽ non sunt cogendi ad fidem. Nec ad suscipiendũ baptismũ. nec sunt reuocandi à suis bonis consuetudinibus. vt c. sicut. & c. consuluit. de iudæ. nisi blanditiis, & rectis consiliis, vt d. iuribus alleg. quia ista liberè sunt facienda s̃m Doc. Similiter non sunt perturbandi in his in quibus fides sua differt à nostra quia ecclesiã tollerat. Si autẽ iudæus delinquat circa contẽptum fidei orthodoxæ, vel impedimẽtum officii inquisitionis aut cõmittendo aliquid in contumeliã saluatoris, & contẽptum ipsius, puta vituperando ecclesiã, vel altaria, seu et sacra ornamenta ecclesiæ vel similia tñc inquisitor põt punire. Nã ipsi inquisitori est commissã fidei Christianæ defensio. vt in c. accusatus. §. sanè. & c. vt officium. in prin. & §. de nique, & c. vt inquisitionis. lib. 6. imo si scit aliquem peccare contra fidem, & non corrigit, per suam negligentiam incidit in suspicionem hæresis, seu fauoris ipsius. ut c. nouit. de iudi. & facit c. si iudeos. de iudæ. & etiam not. gl. c. iudæi. de iudæ. Præterea si diceremus, q. inquisitor non possit procedere, essent melioris conditionis, quàm

Christiani, & iam ex sua nequitia priuilegium exemptionis obtinerent, quod esse non debet. vt ar. ff. de pet. hære. l. si à patre. §. si prædo. & c. episcoporum, de transf. hære. D. Io. de Cald. Dire. etiam in 2. parte. q. 46. hæc conclusionem probat multis modis. Primò per dictum Innoc. in c. super his, de voto. vbi dicit, q. Papa habet iurisdictionẽ super iudeos eo, q. Christus habuit, & debuit dimittere suo vicario, cum igitur Papa commiserit inquisitori defensionem fidei non excipiendo de iudæis, vñ q. habeat autoritatem. Idẽ Io. An. in nouella in eo. c. Hanc opinonem sequitur Pa. in c. postulasti. de iudæ. & Io. de Ana. ibidem & D. Fel. in eo. c. Idem tenet Oldra. in consil. 36. vbi ait. Sed nunquid excusabitur. vt nõ puniatur ab inquisitore eo, q. est iudæus, dico q. non, quia ratione delicti fit de foro ecclesiæ. d. c. postulasti, & si dicatur nihil ad nos de his qui foris sunt, verum est vt ex cõdicatione possunt cogi, cuius non sunt capaces, vel vt ad fidem compellantur. hæc ille. Ad hoc dicebat quidam do. Bononiæ, dum inquisitor super hoc peteret consiliũ, q. verum est, q. ecclesiã põt eũ punire, sed non inquisitor cui non est commissũ nisi de hæreticis, & iudæi s̃m Io. An. in d. c. cõtra Christianos, non sunt hæretici, sed ad hoc Resp. q. Oldr. nominat inquisitorem, & similiter D. Fe. ad dictũ Io. Andr. dñ. q. quamuis non dicantur propriè hæretici tamen peccant in materia commissã inquisitori. Ipse autẽ Io. An. prout recitat Dominicus de san. Ge. in d. c. contra Christianos, de iudæ. li. 6. dicit se uidisse literas. Cle. 3. datas Viterbii põtificatus sui anno. 3. & literas Greg. 10. datas Lugduni anno. 2. sui pontificatus. In quibus cõmittunt inquisitori q. possit, & sic cessat omnis dubitatio & ita fuit conclusum Bononiæ, dum ego procederẽ contra quendam iudæum, & etiam alia vice dum procederẽ contra quosdam alios iudæos, vt etiam possit consuetudo alle. dicit tamẽ ipse dominicus, q. si non extarent dictę literę, q. iudæi non caderent sub officio, quia nõ sunt propriè hæretici. Sed in hoc non videtur verum dicere, tum quia prædicti doc. tenent contrarium, tum quia ratione materie ut dicit Oldra. cadunt sub eius officio, & ita tenebant alii doc. nec Ioan. And. dicit expres-

sè contrarium, nec probatur sufficienter cō sequentia, dicendo non sunt propriè hæretici, ergo non cadunt sub officio inquisitoris, quia illi qui faciunt aliquid quod sapit hæresim manifestè, cadunt, & tamen non sunt semper hæretici. Et sic sine aliquo dubio tenenda est ista conclusio q̄ iudæi cadunt sub officio inquisitoris, ut possit contra eos procedere in his quæ dicta sunt. Ad primū igitur arg. De his qui foris sunt: &c. iam responsum est per Oldra. & iterū. Respon. q̄ uerū est ut spiritaliter puniantur uel ut iudicet. quæ faciunt secundum regulas superstitiosæ religionis eorum, uel ut ipsi præcisè compellantur ad fidem chatolicam, uenire. d. c. sincera, & seq. supra alleg. quia nō sunt cogēdi nisi semel fuissent baptizati d. c. contra Christianos. Ad 2. Resp. Pan. dicens, q̄ putat esse standum contrario. s. q̄ in crimine ecclesiastico sit sub iurisdictione ecclesiæ, quæ hoc commisit inquisitori sine exceptione personarū. Ad illud cap. postulasti. dicit, q̄ Papa fecit propter faciliorem modum puniendi. Ad 3. de illo iudæo. Resp. D. Fel. q̄ ideo fuit quia iudex ecclesiasticus non poterat illum debite punire. Et uidetur conuenire cum Pan. Et tenet ipse Fel. expressè, q̄ inquisitor potest iudæum punire, quando facit aliquid quod sapit hæresim manifestè. intellige præter illa in quibus à nobis differunt ut dictū est. Et sic concludendum q̄ in crimine hæresis iudex secularis neq; contra Christianos nec contra iudæos se impediatur nisi quod ad executionem pœnæ, quam non potest inferre iudex ecclesiasticus scilicet sanguinis. Vide §. sequentem.

34 ¶ Trigesimotertio, ¶ ad maiore declarationem, & confirmationem eorum quæ dicta sunt in præcedenti. §. Dir. adiecit unā determinationem factam per Grego. 11. in qua dicit se fuisse præsens. Nā tpe Urbani. 5. ut ipse recitat in 2. par. q. 46. opposuerunt se q̄ dā cōtra episcopū Barchinonensem, & cōtra inquisitorē. Nicolāū cimeri, hic cōposuit. D. Dir. in aragonia, qui tenebāt captū quendā iudæum, qui fuerat conuictus, q̄ sacrificauerat dæmoni responsa accepta: &c. & tandē fuit positus in deposito, & deducta est q̄ ad Greg. 11. successorē. D. Urbani. & auditus partibus hinc & inde, demū idem dominus Grego. 11. in publico con-

sistorio mandauit duobus Cardinalibus ut scriberēt quatenus restitueretur ille iudæus iudici ecclesiastico scilicet episcopo, & inquisitori, & sic fuit restitutus, & punitus, cuius rei ipse fuit, & ē testis. Sed qua pœna puniet eos cum nō possit eis imponere spiritalia sicut est excommunicatio. Respō. D. Ioan. Cal. qui supra alleg. est, q̄ puniet eos primò inhibendo Christianis ne aliquis Christianus communicet illis in ca. ita quorundam de iudæ. Item pœna pecuniaria ut d. c. postulasti. Item alia pœna corporali uidelicet incarceratione, uerberando ut extra de rapt. c. in Archiepiscopatu, & multis similibus. d. cap. sincera in glo.

35 ¶ Trigesimoquarto, ¶ utrum inquisitor possit procedere contra scismaticos uel apostatas. Respō. q̄ quando sunt hæretici potest secus si non sunt hæretici de quo uide uer. apostasia maximè. §. 2. & habes aliquid. uer. excommunicatio. 5. casu. 4. §. pe. & fin.

36 ¶ Trigesimoquinto, ¶ utrum inquisitor possit testes compellere ad iurādum de ueritate dicenda eidē in causa fidei, & ēt pluries examinare. Res. q̄ sic. Nā inquisitor potest, & debet inquirere super hæretica præuitate, & in tali inquisitione testes examinare ut hī in c. ut officium. §. uerū de hære. lib. 6. testes autē cogendi sunt in causis ecclesiasticis ueritatem deponere, medio iuramento. cap. peruenit. de testi. cogend. alias testimonium non ualeret in ca. excommunicamus. §. adiecit, q̄ autem pluries possit. ar. in ca. ut officium. §. uerum uer. testium, & cap. per tuas. de testi. Et potest admittere in fidei fauorem excommunicatos, participes, & socios criminis præsertim in probationem aliarum defectum d. c. in fidei fauorem c. lib. 6. Item potest admittere periueros dummodo præsumatur, q̄ debeāt dicere ueritatem d. ca. accusatus. §. licet. Item potest admittere infames criminosos, & seruos contra dominos. ar. d. §. licet. uer. exceptum. Facit. 2. q. 7. §. huic oppositus, & d. c. in fidei. Item potest admittere hæreticum contra hæreticum patet quia admittuntur focii criminis d. c. in fidei. Item potest admittere credentes, fautores, & receptatores eorum d. c. in fidei. Item admittit uxorem, filios, familiares, seu de suis contra hæreticum, secus esset pro hæreticis. ca. filii de hære. li. 6. Non tamen admittit inimicos

- micos capitales. ar. d. §. licet. Nec admittit hæreticum contra fidelem. ar. quia non admittuntur nisi in quantum iure exprimitur, sed hoc non exprimitur ar. d. c. in fidei, nō admittitur hæreticus pro hæretico. ar. d. c. in glo. similiter non admittit uxorem, filios vel familiares, pro, sed bene contra, vt dictum est ar. d. c. filii.
- 87 ¶ Trigesimosexto, ¶ vtrū inquisitor valeat testes torquere p̄ habēda veritate seu aliās punire eos, quos manifestē deprehēdit in causa fidei esse falsos testes, seu cōtra insonem falso & sciēter deposuisse, medio iurō crimen hæresis. Resp. q̄ sic, & licet de iure speciali vel in priuilegiis inquisitor. vel in cōstitutionibus titulō de hæreticis nihil habeat de hoc, tamē est de iure communi, vt testes possint torqueri, & etiam si falsi de prehensi fuerint puniri, & hoc potest fieri in casu presenti vt declarat Paul. de liaza. in cle. i. de hære. in prin. super ver. aut tormentis exponere illos.
- 88 ¶ Trigesimoséptimō, ¶ quærit̄ in d. Dir. in 3. part. q. 71. vtrū inquisitor debeat aliquē dānare per duos testes legitimos non singulares. Resp. q̄ de subtilitate iuris hoc posset, sed v̄ q̄ de equitate non debeat maxime, quia in hoc crimine noīa testiū nō publicentur vt dictū est supra. §. 6. Nō debet ēt a fortiori dānare per testes singulares, ēt adueniente infamia, quia in criminalibus testes debent esse luce clariore. ff. de proba. Nec ex præsumptione debet aliquis in hoc crimine dānari. c. literas. de præsum. hæc, & multa de præcedentibus sunt sumpta ex. d. Dir. truncate.
- 89 ¶ Trigesimooctauō, ¶ quæritur quō intelligantur illa verba, q̄ possit procedere summarie, simpliciter, & de plano, & absq; aduocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura, de quo fit mentio supra. §. 6. & q̄ inquisitor possit sic procedere habes in c. statutum. eo. tit. lib. 6. Respō. quōd hoc declaratur in cle. Sæpe contingit. de verb. sign. vbi dicitur, quōd iudex cui causa sic committit̄ necessariō libellū nō exigat, litis contestationem non postulet, tempora autem feriariū ob necessitates hominum indulgarum à iure procedere valeat, amputet materiam dilationem, litem quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes, & dilationes frustratorias repellendo

partium, aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia testium superflua multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreviet quin probationes necessariz, & defensionis legitime admittantur citationem verō ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitia, seu de veritate dicenda ne veritas occultetur per commissionē huiusmodi intelligimus nō excludi: & cætera. Ioan. Andr. ibidem summando ait. Talis potest sine libello, litem contestatione, & feriis inductis fauore hominum, amputat dilationes, abbreviat lites, repellit frustratorias exceptiones, & appellationes refrenat, iurgia partium, & multitudinem testium, dar simul terminū ad ponendum, & articulandum primo, & secundo ad producendum omnia acta, & munimenta causæ. Interrogat partes ubi suadet æquitas, non citat preteritō ad sententiam quam profert stans vel sedens etiam conclusionem non facta. Citare tamen tenetur, & recipere petitionem inscriptis vel uerborenis tunc scribendam in actis. Item iuramenta calumniae veritatis vel malitiæ; probationes necessaria, & defensionis legitimas, & facta remissione pro testib. producendis debet tūc instrumenta recipere, tenetur partes ad sententiam citare, quam tenetur in scriptis referre, & secundum acta causæ ferre. versū. summarie intelligitur circa ordinem procedendi, id est breuiter ita, quōd totam substantiam comprehendat. vnde in processu nihil de substantialibus debet dimitti. unde libellus ita bene debet esse formatus sicut, quando ordinariē proceditur. Item contestatur lis. Item sententia diffinitiuā datur, uerbum de facto intelligitur manu regia. l. 2. in princip. ff. de ori. iur. & sic ommissa omni iuris solemnitate positiuā, non autem, quōd iura alterius vilo modo ledantur contra naturalem æquitatem. versū. bona æquitate, & ommissis solemnitatibus iuris, intelligitur de illis iuribus, quæ ponunt quasdam solemnitates, seu subtilitates, quæ veritate negotii non tangunt, & ista uocantur apices iuris secundum Barto. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati. Negotium verō principale debet decidi secundum iura. vnde seruandum est ius commune, puta cū d̄r in priuilegiis religiosorū, quōd potest positus simul, & apicibus

apicibus iuris liberè procedere possint prælati ad correctionem uitiorum, non per hæc uerba tollitur, nec per huiusmodi eximuntur à iure cõi ad quod oēs cataloci tenentur, de consti. c. 1. Sed non tenentur ad ea quæ non sunt de substantia iuris seu ordinis iudicarij sine quibus non potest procedi in foro contentioso. Sicut etiam cõdicitur in constitutionibus fratrum prædicatorum, quòd electiones fiant secundùm formam canonicam, alijs iuris subtilitatibus relegatis, si aliquid dimitteretur cum proceditur per scrutinium quod sit de substantia formæ cassaretur electio, sed ea quæ non sunt de substantia formæ, ut collatio zeli ad zelum, & huiusmodi per illa uerba tolluntur secundùm D. Ar. Flo. ver. sola ueritate inspecta, tollit omnes subtilitates iuris & relaxatæ sunt omnes habent iuris civilis, & solùm remanet id quod est de iure naturali, ita quòd error formularum, seu solennitatum iuris, seu earum omisio nõ nocet propter illud uerbum, sola quod de notat singularitatem, & unitatem, ita quòd sola ueritas inspiciatur, & non ad aliud habeatur respectus. Itè in causis plenarijs requiritur citatio peremptoria, in summarijs autè nõ, ut not. Pan. in c. consuluit de offi. dele. Itè ubi nõ requiritur ordo iudicialis, in epistula libelli non uitiatur processum de elec. c. bonæ, el secõdo de similibus. uide D. Feli. in c. canonum de cõsti. col. 17. circa princ. Et D. Ar. Flo. 3. tit. 5. cap. 3. & infra ver. iudicare principio vsque ad §. 5.

40 ¶ Trigesimo nono, ¶ not. quòd inquisitor cum diocesano possunt interpretari statuta edita contra hæreticos, ut patet in literis Inno. 1111. quæ incipiunt, Cum negotium fidei, immo ipse inquisitor solus, ut patet in literis Alex. 1111. quæ incipiunt. Præ cunctis, & potest absolueri hæreticos ab excoicatione. cap. ut officium, de hære. lib. 6. Non tñ reperitur quòd possint secum dispensare in irregularitate si incurrisset, dñr tamen in gl. fi. in c. nos consuetudinè. dif. 12. quòd dispensatur cõ eis quòque semiple nè. f. quòd ad minores ordines promouentur, ut 1. q. 1. c. si quis hæreticè, plena est, quòd potest fieri sacerdos & non ultra. 1. q. 7. c. conuenientibus. Plenior, quòd potest fieri Episcopus, sed non primas, ut hic. Plenissima quando ad omnes ordines & dignitates

promouetur. 33. quæstio. 4. c. ipsa pietas, Ex quo etiam reconciliati sunt recipiuntur ad laicum communionem. 1. quæstio. 7. cap. 1. & potest dispensare cum penitentibus qui sunt traditi carceri perpetuò, & in alijs penitentibus sibi iniunctis, cap. ut commissi, de hære. lib. 6. Et possunt procedere contra tales penitentiatos si non adimplerit, vel fugiunt ex carcere tanquam contra impœnitentem, ut in c. excommunicamus, el secõdo. de hære. & debent dare sacramenta penitentiæ, & eucharistiæ traditis curiæ seculari. c. super eo. de hære. lib. 6. Et potest dare penitentias pecuniarias pro sustentatione sui officij, ut patet in d. dir. & per d. Io. Cal. Et possunt dare indulgentias multiplices, ut patet in priuilegijs diuersorum Pontificum, & ipse habet plenariam indulgentiam, ut patet in literis Inno. 1111. & aliorum, & si moritur in officio, habet etiam plenariam.

DE INSENSIBILITATE.

I *Insensibilitas quid sit.*

I **I**nsensibilitas, quæ opponitur temperatiõ per defectu, est fugere delectatione, ita ut prætermittat ea quæ sunt necessaria ad cõseruatione naturæ, & est uitiu repugnans ordini naturali, quæ natura appouit delectationibus operationibus naturæ necessarijs. Sciendũ tamẽ, quòd ad huiusmodi delectationibus cõsequẽtibz hmoi operationes quadoque laudabile, vel èt necessariu est abstinere propter aliquem finem. sic propter sanitatem corporalem aliqui abstinent à quibusdam delectationibus cibi, & potus, & uenereorum, & etiam propter alicuius officij executionem, sicut athletas, & milites, necessario est à multis delectationibus abstinere, ut officium proprium exequantur. Et similiter penitentes ad recuperandum animæ sanitatem abstinent à delectationibus, quasi quadam dicta urantur, & homines uolentes contemplationi, & rebus diuinis uacare, oportet quòd se magis à carnalibus desiderijs abstrahant. Nec aliqui prædicatorum ad insensibilitatis uitium pertinet, quia sunt secundùm rectam rationem, sicut legitur de Daniele. Nec dicen-

dicendi sunt insensibiles, spirituales qui fugiunt omnem delectationem sensibilem maximè veneram propter delectationes spirituales, quia spirituales sunt nobiliores, & perfectiores, & sic non subtrahunt ab omni delectatione. hæc S. Thom. 2. 2. q. 142. art. 1.

INSDIIS, vtrum liceat uti in bello ver. bellum. §. 9.

DE INSCIPIENTIA.

1 *Insciipentia est idem quod stultitia.*

1 **I**nscipientia est idem, q̄ stultitia, & contrariatur sapientia. hæc S. Tho. 2. 2. q. 46. art. primo ad primum. Et dicitur inscipiens qui futura non considerat, stultus verò qui nec præsentia, uel inscipiens est qui mala præsentia uel futura non attendit, stultus autem qui hæc attendit, sed non uitat. hæc Sanct. Thom. in psalm. quadragesimo octauo.

DE INSCRIPTIONE.

1 *Inscriptio quid est.*

1 **I**nscriptio ¶ veponit Pa. in c. super his de accu. secundum aliquos est quando accusator profiteretur vera quæ in libello sunt uel secundum alios cum profiteretur se uelle prosequi usque ad fidem, sed secundum alios, & uerius inscriptio est quando accusator se obligat ad penam talionis, de istis opinionibus habes in l. sicut in principio, ff. de accu. l. in causis. C. eo vtrum sit necessaria, & quando vide ueris, accusatio. §. 1.

DE INSIGNIIS.

1 *Insignia vtrum possit quis assumere.*

1 **I**nsignia vtrum possit quis sibi assumere. Respon. secundum Panorm. in c. dilecta, de exce. præla. quod communiter tenetur, quod sic, & arma, sicut nomen accipitur ad placitum, ut cognoscatur ab alio. Insti. de le. §. si quis in nomine, & l. ad recognoscendum C. de in genu. & manu. & etiam secundum e. potest arma alterius

Secunda pars

accipere sicut, & nomen quod limitat nisi illi cuius sunt prætenderent aliquid datum ut puta facinorosus assumeret arma alterius, posset ille ostendi loco facinorosi, & talis potest implorare officium iudicis, & iudex potest prohibere, quia ad eum spectat quies populorum. l. i. §. quies. ff. de offic. præfec. ur. Idem ubi interest rei publicæ. sicut si aliquis accipit insignia boni artificis qui non est ita bonus, & ita decipiuntur populi, de hoc habes per Bart. in trac. de insigniis & armis. Et nullus potest accipere insignia alicuius dignitatis nisi habeat illam dignitatem, aliàs est falsarius. l. eos, & quod ibi nota. ff. de falsa, facit c. 1. de cler. non or. mi.

DE INTENTIONE.

- 1 *Intentio quid sit.*
- 2 *Intentio habitualis vtrum sufficiat ad meritum bone actionis.*
- 3 *Operatio mala vtrum recipiat bonitatem vel malitiam ac intentione.*
- 4 *Actus exterior an aliquid addat ad actum interiorem in bonitate & malitia.*
- 5 *Voluntas sola cum intentione an sufficiat sine opere ad meritum.*
- 6 *Effectus sequens an aliquid addat ad bonitatem vel malitiam actus.*
- 7 *Opera sua an possit aliquis applicare uel alterius per intentionem alteri.*
- 8 *Operatio procedens ab intentione humana est bona, uel mala.*

1 **I**ntentio ¶ nominat actum uoluntatis, præsupposita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem, unde S. Thom. prima secundæ, questio. duodecima artic. primo sic ait. Intentio sicut ipsum nomen sonat significat in aliud tendere. in aliquid autem tendit, & actio mouentis, & motus mobilis, sed hoc quod motus mobilis in aliquid tendit ab actione mouentis procedit, unde intentio primò, & principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem. unde dicimus architectorem, & omnem præcipientem mouere suo imperio alios ad id quod ipse tendit, uoluntas autem mouet omnes alias uires animæ ad finem. unde manifestum est quod intentio proprie est actus uoluntatis.

Sunt. Tab. i Intentio

Intentio autem dicitur occultus secundum Aug. Mat. 6. si oculus tuus fuerit simplex &c. Et similiter secundum eundem Aug. dicitur lumen, iuxta illud, vide ergo ne lumen quod in te est tenebre fiat: quia lumen rationis dirigentis uel ordinatis in operationibus humanis precedit ipsum actum uoluntatis qui est intentio, uel quia est nota ipsi intendenti, unde intendere dicitur quia uolumus ad finem per aliquid aliud peruenire. Intentio etiam cordis dicitur clamor ad Deum secundum Prosperam in lib. sententiarum, tunc quia Deus est cognitor intentionis uel quia cum oramus intentionem nostram ad Deum dirigimus, quae quidem intentio uim clamorum habet.

2. ¶ Primo, ¶ Vtrum intentio habitualis sufficiat ad meritum bonae actionis. Sicut actio sit meritoria. Respon. secundum S. Tho. 2. sententiarum di. 40. ar. ultimo ad 6. quod non sufficit omnino habitualis ordinatio ipsius actus in Deo, quia ex hoc quod aliquid est in habitu nihil meret, sed ex hoc quod actu operatur, nec tamen oportet quod intentio actualis ordinans in finem ultimum sit semper coniuncta cuilibet actioni quae dirigitur in aliquem finem proximum, sed sufficit quod aliquando actualiter, oēs illi fines in finem ultimum referantur, sicut fit quando cogitat se totum ad Dei dilectionem dirigere, tunc enim quicquid ad seipsum ordinat in Deum ordinatum erit. Et si quaeratur quando oportet actum referre in finem ultimum, hoc nihil aliud est quaerere quam quaerere quando oportet actum charitatis exire in actum, de quo uide uer. charitas. §. 20. quia quandoque habitus charitatis in actum exiit, fit ordinatio hominis in finem ultimum, & per consequens omnium eorum quae in ipsum hominem ordinantur ut bona sibi: haec S. Th. Idem dicit e. lib. di. 38. q. 1. ar. 1. ad quartum, & Io. Caple. secundum dist. quadragesima dicit quod secundum Scotum non sufficit quod actus sit ordinatus secundum habitum neque requiritur quod sit ordinatus secundum actum ut sit meritorius, sed requiritur quod sit ordinatus secundum uirtutem, & quartum ad hoc dicit secundum uerba S. Tho. sed ipse Scotus aliter declarat quid sit ordinare secundum uirtutem: dicit enim ipse Scotus quod est quan-

do ex appetitu uirtutis finis sequitur operatio alterius immediate, uel quia ex appetitu illius finis immediate peruenit eum ad hunc actum. Sed dicit ipse Caple. melius dicitur secundum S. Tho. operatio virtualiter ordinata, quando habens charitatem prius quandoque reuoluit se & omnia sua actualiter in finem charitatis, nec postea habuit oppositam relationem in contrarium finem quod sit peccatum mortale, & postea omniaque uirtuosè facit pro se uel sua sunt in Deum relata, & sic omnia sunt meritoria. haec ille. Et iterum S. Tho. in q. de uirt. q. de charitate, ar. 11. ad secundum dicit, quod omnia actu in Deum referre non est possibile in hac uita, sicut non est possibile quod semper de Deo cogiteretur: haec enim pertinet ad perfectionem patriae, sed quod omnia uirtute referantur in Deum hoc pertinet ad perfectionem charitatis, ad quam omnes tenentur. haec ille uide uer. horae canonicae. §. 29. & uer. religio. §. 4.

3. ¶ Secundo, ¶ Vtrum operatio humana recipiat bonitatem uel malitiam ab intentione, Respon. secundum S. Th. 2. 2. q. 19. ar. 7. quod intentio se habet ad operationem dupliciter, primo modo antecedenter puta si quis prius cogitauit de Deo, & postea ieiunat propter Deum, illud ieiunium habet bonitatem suam ab illa intentione quae est causa illius ieiunii. Alio modo se habet intentio consequenter uel concomitantè, ut puta si quis faciat aliquod opus, & postea ordinet ipsum in Deum uel in alium finem bonum, & tunc bonitas primae uoluntatis non causatur ex illa intentione, sed forsitan bonitas secundae uoluntatis, qua uoluntate ordinauit in ipsum Deum. Nota tamen quod cum malum contingat ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota, & integra causa, ideo si actus uoluntatis sit de aliquo malo si sit et ex bona intentione, erit tamen malus simpliciter, sicut si quis uelit furari ut det elemosinam, erit actus malus, similiter si quis faciat bonum propter malum finem, erit simpliciter actus malus, puta si quis det elemosinam propter naufragioriam, si autem sit de bono, & bona intentione, sic erit bonum simpliciter. Sic igitur semper operatio dicitur mala ex mala intentione. Non tamen semper de bona, & bona intentione, sed quoniam est de re bona, & bona intentione. Si uero intentio sit consequens non da
bit

biꝝ bonitatem neque malitiam actioni præcedenti sed sequenti.

¶ Tertiò, † utrum actus exterior addat aliquid ad actum interiorem in bonitate & malitia. Rñ. fm S. Th. 2. iniarum di. 40. ar. 3. q. actus exterior & actus interior voluntatis, hoc modo cõparatur adinuicem, q. vterque quodam modo est alteri bonitatis eã, & uterq. quantum in se est, quædã bonitatem habet quã alteri dat: actus .n. exterior bonitatem habet ex circumstantiarum cõmen-
suratione fm quam proportionatus est ad finẽ hominis consequendũ, & quia actus exterior cõparatur ad uoluntatem sicut ad obiectum, inde est q. hanc bonitatem uoluntatis actus interior ab exteriori habet. Non quidem ex eo fm q. est exercitus, sed fm q. est intẽtus & uolens, quia fm q. est exercitus sequitur actũ uoluntatis, sed quædã ratio bonitatis consistit in actu interioris uoluntatis, secundũ se fm q. uoluntas est dñia suoru actũ fm quam bonitatem actus habet rationem mentis uel laudabilis, & hæc bonitas ex actu interiori in exteriorem procedit. loquendo igitur de illa bonitate quam uoluntas actui exteriori præbet, actus exterior nihil bonitatis addit dummodo uoluntas æqualiter intensa sit. Hoc pro tanto dico, quia quidam actus sunt delectabiles in quibus uoluntas non potest esse ita intensa ante actum sicut in ipso actu, ut patet in actu fornicationis, unde non equaliter demeretur qui uult fornicari & qui actu fornicatur, quia uoluntas nõ potest esse a deo perfecta ante actum sicut in ipso actu, quidam uerò actus sunt difficiles in quibus uoluntas remittitur in actu & in istis uoluntas potest esse magis perfecta ante actum, quã in ipso actu. Si autem loquamur de bonitate actus quã actus exterior habet ex se, sic actus exterior complet interiorem in bonitate uel malitia, sicut terminus motus complet motum, comparatur enim ad uoluntatem ut obiectum. Et quia ad præmium essentielle ordinatur actus per bonitatem primam quam habet ad uoluntatem prout liberaliter redditur & ex amore, ideo actus exterior nihil adiungit ad præmium essenziale. Tantum enim meretur q. habet perfectam uoluntatem aliquid faciendi quantum si faceret illud. Et si facit unum quantum si fa-

ceret multos uoluntate æqualiter perfecta permanente. Ad præmium autem accidentale per bonitatem ordinatur quæ est ipse actus exterioris fm se. Et ideo actus exterior adiungit aliquid ad præmium accidentale, uerbi grã. Martyr in quantum exterius patitur uictoriam de aduersariis fidei habet, & ex hoc sibi aureola debetur. Similiter etiam aliquis ex hoc q. in actum exteriorem frequenter exit, magis habilitatur ad bonum & ex hoc sequitur q. in charitate crescat. Similiter per actum exteriorem punitur magis q. per solã uoluntatem, & ideo actus exterior adiungit in satisfactionem, & similiter in omnibus aliis quæ consequuntur bonitatem actus secundu q. exercitus est. Et sic illa uida de qua dicitur Luc. 21. plus aliis misisse dicitur, quia efficaciori uoluntate illud dedit, unde magis meretur apud Deum de præmio essentialiter q. illi qui maiora munera cum minori deuotione dabant, sed quantum ad præmium accidentale illi poterant plus mereri secundum q. per maiora munera plus satisfaciebant uel etiã ministros templi plus ad orandum pro se protocabat, uel quicquid huiusmodi est quod actum exteriorem secundum se sequitur, uer. meritum. §. 6.

¶ Quartò, † utrum sola uoluntas cum intentione sine opere valeat ad meritum. Respõ. ubi supra. ar. 3. ad 6. q. uoluntas tendit in actum exteriorem sicut in obiectum, uñ si adsit facultas operandi non posset esse uoluntas perfecta nisi operaretur, & ideo non est superfluum facere, quia sine actione nec ipsa uoluntas bona esset, præterea actus exterior est in præcepto, & iterum, ad præmium accidentale confert. Et sic quando ad est facultas operandi non sufficit bona uoluntas, immo nec est perfecta sine opere, si autem desit facultas, sufficit bona uoluntas quantum ad præmium essenziale, totum enim quod pertinet ad præmium essenziale est à uoluntate informata charitate. Mala tamen uoluntas sine opere sufficit ad malum, non tamen ad incurrendã pœnam, crescit etiam aliquo modo ex operatione, maxime quantum ad essentialia ut in §. præcedenti.

¶ Quintò, † utrum sequens effectus addat bonitatem uel malitiam actus. Respõ. secundum S. Thom. prima secunde. q. 20.

art. 5. quod aut est præcogitatus uel non, si primo modo manifestum est quod addat, cum enim mala quis cogitans quod ex opere suo multa mala possunt sequi, nec propter hoc dimittit, ex hoc apparet, uoluntatem suam maxime esse inordinatam: si autem euentus sequens non sit præcogitatus, tunc distinguendum est, quia si per se sequitur ex tali actu, & ut in pluribus secundum hoc euentus sequens addit ad bonitatem, & malitiam actus, manifestum est, non enim datur iudicium de re aliqua secundum illud quod est per accidens, sed solum per illud quod est per se.

7 ¶ Sexto, utrum aliquis possit applicare opera sua uel alterius per intentionem alteri. Respondeo sic, tribus modis. Primus est particularis quando aliquis applicat sua opera alteri existenti in charitate si ipse et sit in charitate, quia se habent, sicut membra unius corporis quorum unum pro alio satisfaciunt. Secundo modo prælarus potest applicare bona opera suorum subditorum aliis, non credo tamen quod requiratur illi prælatum esse in charitate, sed sufficit quod illi quibus applicantur, & illi a quibus fiunt illa bona quæ applicantur sint in charitate, quia participant in uno corpore, dispensatio autem pertinet ad iurisdictionem ut dictum est uersus in indulgentia. §. 9. Tertio per modum indulgentiarum de quo uersus in indulgentia. §. 18. & 19. scilicet obtinendo pro alio.

8 ¶ Septimo, nota secundum S. Thom. prima secundum quod 10. art. 8. quod operatio procedens ab intentione humana deliberata est bona uel mala si uel est ordinata ut dicitur, est bona aliam secus, non tamen oportet quod semper sit meritoria uel demeritoria quia datur meritorium, puta si datur elemosina ex pietate naturali ab eo qui non est in gratia, quia est bona sed non meritoria uel meritum. §. 11. & §. 5.

DE INTERDICTO I. QUID
& quotuplex sit.

- 1 Interdictum, excommunicatio, & suspensio in quo conueniunt & in quo differant nu. 2.
- 2 Interdictum quid sit.
- 3 Interdictum ecclesiasticum quotuplex sit. 6.
- 4 Interdictum persone quotuplex sit.

- 7 Interdictum cessationis diuini ad hoc ut fiat que requirantur.
- 8 Interdictum strictissimum quando ponitur quid agendum.
- 9 Ad interdictum unius quomodo sequatur interdictum alterius.
- 10 Interdictio populi, in uersitate, collegio, uel communitate alicuius loci, locus non intelligitur interdicitur.
- 11 Si aliquis de in uersitate interdicta se transferat ad aliquem locum quocumque uadat manet interdictus.
- 12 Interdicta terra alicuius domini de qua intelligatur.
- 13 Interdictio loco sub appellatione regni uel castri, &c. que loca comprehenduntur.
- 14 Interdictio uno actu quomodo intelligatur interdictus & reliquus.

¶ Interdicta nedum a sede Apostolica emanata, sed et ab Ordinariis promulgata; mandante Episcopo, à Regularibus in eorum ecclesiis publicari, atque seruari precepit sacrosancta synodus. Trid. Dies et festos, quos in diocesi sua seruandos idem Episcopus precepit, ab exceptis omnibus et regularibus, seruari statuit & iussit. Sess. xxv. c. xij. Ex clem. ex frequent. de sent. exc. c. de his. 13. dist. LEON. à LEGE.

1 Interdictum. ¶ 1. quod sit & quotuplex. Vbi primo sciendum secundum Host. quod interdictum, excommunicatio, & suspensio in multis conueniunt. Primum in hoc quod omnes sunt ecclesiasticæ censure, c. quærenti, de uerb. sig. Secundo quia non debent inferri nisi præmissa monitione. c. reprehensibilis, de appel. c. statutum, de sent. exc. lib. 6. & c. romana. eo. tit. & lib. 5. nec in specie. Tertio quia omnes debent fieri in scriptis in quibus exprimitur causa rationalis. c. medicinalis. eo. tit. lib. 6. Et quomodo ista debeat fieri uel excommunicatio. 2. prim. & §. 1. 2. & 3. Quarto conueniunt quia non suspenduntur per appellationem sequentem. c. ad hæc, de appel. & c. is cui. de sent. exc. lib. 6. secus per præcedentem. d. c. is cui, & uel. exc. communicatio. 2. §. 15. & infra. §. sequens. Quinto quia constituitur in aliqua illarum incurrit irregularitatem celebrando d. c. is cui. Sexto quia absolutio ipsorum sit præcedens de iuramento de parendo mandatis ecclesiasticis, ut in capi. uenerabili de sent. excom. & uel. absolutio tertio princ. Septimo quia quemlibet

quælibet relaxari potest ad cautelam d.c. venerabili, nisi sit interdictum generale, c. præfenti. li. 6. de hoc in. §. seq. Octauò quia utraq; ligat licet iniusta. u. q. 3. c. sententia & c. si quis episcopus, & neutra ligat si est nulla, de quo uer. excommunicatio. 2. §. 9. & sequentibus, uide aliquid, uer. excommu nicatio. 2. §. 9. & sequentibus supra modo. Nonò conueniunt, quia ligari aliqua præ dictarum nec eligere, nec eligi possunt. ca. constitutus, c. 1. de appe. & c. cum dilectus. de consue. Decimò quia talis sententia debet etiam à superioribus obseruari. ca. cum ab ecclesiarum, de officio or. Vndecimò quia nullus eorum, durante snã potest testari. c. apostolicæ. de excep. & de testi. c. ue niens. in fi. de hoc uer. testamētum. §. 1. no no prohibito. xli. quia superior nõ debet ipsas sententias relaxare uel pronuntiare illas nullas esse nisi uocatis partibus. c. Ro mana. §. pen. de app. lib. 6. 13. quia illi qui sunt privilegiati ut recipiatur in proprios filios Romanæ ecclesiæ, licet propter hoc non sint exempti, tamen sicut nec excom munitari sic nec interdici nec suspendi pos sunt ab alio quàm à Romano pontifice, uel legato à latere. c. ueniens, de uerb. sig. lib. sexto.

2. Primò, ¶ sciendum q̄ prædicta in multis differunt. Primò quia sunt diuersarum spe cierum si proprie sumantur, ut sunt censu ræ ecclesiasticæ. d. c. quærenti. & c. transmissa, de ele. suspensio tamẽ communiter sum pra est genus ad interdictum secundum Ioa. Cal. in tractatu de interdicto. Nam secundum eum, interdictus, & excommu nicatus sunt suspensi, non autem e contra. Secundo differunt in participatione, quia cum suspensio & interdicto p̄t quis extra diuina participare nisi participatio esset sibi simpliciter interdicta. cap. episcoporu, de priuil. lib. 6. sed non cum excommuni cato. c. nulli, & c. eũ desideres, de sen. exc. de quo infra. §. 4. in fi. Tertio quia proprie singularis persona suspenditur, & non in terditur nisi improprie. ca. cum dilectus, de religi. do. & c. postulasti, de cle. exco. mi. in fin. locas uerò proprie interditur. c. nõ est uobis, de spon. licet in pœnam persona rum interdicatur. c. 1. de postu. Pro hac dif ferentia c. P. & G. de priu. Videtur tamen q̄ persona possit interdici, & suspendi in e.

Secunda pars

primò, de priuil. §. eos. li. 6. Quarto differunt quia excõicatio fertur in personã & non in loco c. Romana. §. in uersitatẽ, de sen. excommu. lib. 6. sed interdictum fertur in locum, & personam d. c. non est, & c. fi. de senten. excommu. li. 6. Quintò quia episco pi non incurunt suspensionis uel interdi cti sententiam prolatam ab homine, uel à iure nisi specificè exprimantur. c. quia peri culosum. de senten. excommu. lib. 6. secus de sen. exc. facit c. nulli, de sen. exc. li. 6. Sex to quia interdictũ generale loci non potest ad cautelam relaxari. ca. præfenti, de sen. exc. li. 6. secus de excõicatione, & suspen sione. c. prætere. el. 2. de app. Septimò quia excõicatio regulariter nõ suspendit ab inferiore à papa, sed interdictũ sic, s̄m mul tos. Notandum tñ quantũ ad istud, q̄ Pan. in c. ad hæc de app. recitat. Ioa. An. ponem tem tria. Primũ q̄ eps potest suspendere in terdictum suum, quia sicut potest totum tollere, ita partem. i. suspendere ad ips. ar. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Secundũ q̄ appellatio facta post suspensionem tenebit ipsam suspensam, sicut si fuisset lata sub conditione, ar. c. prætere, de appel. Tertium quòd excommunicatio suspendi nõ potest nisi totum tollatur, quia communi care non debemus excommunicato ante absolutionem factã in forma ecclesiæ. Ead em dicit d. Ant. Ioa. Cal. tenet contra. z. quia non est noua sententia, dicit. n. sic. In terdictum personæ suspendi non potest si cut nec excommunicatio, c. cum desideres, de sen. exc. sed interdictum loci bene p̄t suspendi, de spon. c. non est uobis, de priuileg. c. priuilegia, & est secundum eum di uersitatis rō, quia locus interditur q̄ nõ delinquit cum sit res inanimata, unde est sensus, interdicto locum. i. celebrantes in loco, unde proferens potest ab hac senten tia excipere quos uult. Itẽ q̄ certa officia celebrates in loco sint excommunicati, & non alii, & q̄ certo tempore seruetur in terdictum. s. cum dominus terræ fuerit pre sens, & non aliter, de officio deleg. c. sane. & d. c. non est uobis. Vel si proprie dicatur interdictus locus, quia tñ illud fuit factum propter delictum hominis, in loco poterit ibi celebrari ad tempus, & hoc etiam inter dictum suspendi, ut in cap. si priuilegia. de priuileg. Si uerò fuit interdicta persona pp Sum. Tab. i 3 pro-

propriam ipsius culpam non potest suspensio si tñ pœnitet & satisfaciatur, relaxanda est sententia, aliàs non dēt sacra tractare: intellege in quibus est interdictus. c. si qui sunt, distin. 87. & c. ministri. unde appellatio sequens non proprie suspendit, & idem dīcendum esse de persona interdicta sine sua culpa. s. quōd postet suspendi sicut de loco. hæc s̄m Io. Cal. Io. uerō de Ligna. tenet cōtra primum ipsius Io. An. quia in istis censuris primus actus non separatur à secundō d. c. is cui. & sic non potest suspendi secundum remanente primo. i. non potest esse quōd sit interdictus à celebratione, & possit celebrare. Pa. uerō aliter dicit ibidem. unde patet quōd materia est ualde difficilis. Pro declaratione tamen postet dīci q̄ ista tria conueniunt quōd ad suspensionem, & appellationem interpositam. unde possimus sic distinguere Theologicē, quōd ista suspendi, p̄ dupliciter intelligi, uno modo q̄ remaneat uinculū, & nō habeat suum effectū. & sic ea suspendi est impossibile, quia excoicatio, suspensio, & interdictū nihil aliud sunt nisi quædā separatio à diuinis, & ideo dicere, q̄ est excommunicatus uel interdictus, & non est separatus implicat contrariū, & isto mō uoluit intelligere Io. de Lig. & sic concludit ratio sua. Alio mō potest intelligi, q̄ tollitur cū conditione, s. q̄ nisi infra tot dies fecerit uel satisfecerit uel similia, iterum de nouo incurrat, & sic habet quandā similitudinem cum suspēione. Ista n. s̄m Pe. de pal. dicunt s̄m quandā similitudinē, & sic illo tempore intermedio potest celebrare & facere alia spiritualia, & isto modo appellatio, medio tempore interposita suspendit sententiam, simile illi quando aliquis absoluitur ab excommunicatione tempore necessitatis, & nisi se præsentet de nouo incurrat. ca. eos, de sen. exc. lib. 6. uide uersic. excommunicatio 2. §. 3. Octauō differunt secundum Pa. in d. ca. non est uobis. in gl. in uer. donec, quia quantumcūque excoicatio feratur ad tempus, semper tamen requiritur absolutio post illud tempus, secus in interdicto uel suspensione, unde si dicat suspendo, uel interdico te donec satisfeceris, post satisfactionem non requiritur absolutio, secus de excommunicatione, uide rex. cum gl. in cle. prima, de deci.

& Inno. in c. cum bonæ. de ratat. & qualiter dimissa igitur excommunicatione de qua dictum est supra, & suspensione de qua dicitur infra, dicendum est in præsentī de interdicto. Vide de ista ultima differētia, uersic. suspensio. §. 10. de pen. differentia ibidem. §. 2. & uersic. interdictum. 3. §. 3.

¶ Secundō, ¶ Queritur quid sit interdictū: ubi sciēdum s̄m doctrinam Philosophi, in ante p̄dicamētis, q̄ omne multiplex prius est distinguendum quā dīfiniendum. In interdictum igitur est duplex. s. s̄m iustitias, prout dicitur inter duos datum, uel inter dua dicta, ut insti. de interdict. in prin. & hoc tractat Pa. in c. pastoralis, de causa, post. & proprie. post glo. & secundum e. dicitur interdictum idem quod iudiciū. unde interdictum possessorium datur pro recuperanda possessione, uel dicitur interdictum quia per prætorem interdictitur, seu prohibetur aliquid fieri. Vide Spe. c. tit. §. quia uerō, & se. quomodo sunt nouem interdicta publica, & uiginti octo priuata, & de isto non intendimus ad præsens.

Aliud est interdictum secundum, q̄ accipiunt canonistæ. s. quando aliquod spirituale interdictitur seu prohibetur, & hoc dicitur interdictum ecclesiasticum, seu cœnsum ecclesiastica, & hoc est etiam duplex scōiter dictum, quando uidelicet aliquod particulare spiritualiter interdictitur, puta cū quis interdictitur ab officio, uel beneficio uel aliqua conuersatione. 2. di. c. interdictit, uel aliquis actus, de elect. ca. quia propter, & c. is cui, de sen. exc. li. 6. & huiusmodi, & istud proprie dicitur suspensio, communiter tamen dicitur interdictum, de quo per se dicendum est infra uer. suspensio. Alio modo accipitur proprie interdictum ecclesiasticum, secundum q̄ dicitur ab interdictio interdictis, quod idem est quod prohibeo. c. cum illorum, de sententia excommu. ubi dicitur in tex. quibus est absolutio talium interdicta, & maiora intelliguntur eis prohibita quibus uerita sunt minora, & hoc est q̄n in aliqua terra uel ecc. uel personis interdictis administratio sacramentorum uel celebratio diuinorum officiorum, seu executio aliquorum spiritualium, secundum Innoc. & uocatur ecclesiastica censura ca. querenti, de uerb. signifi. seu. neruus ecclesiasticæ disciplinz.

plina. c. cum inter. de consue. quia sicut in neruis stat fortitudo, sic in censura, uidelicet in communicatione, suspensione, & interdictione, uel quia sicut neruus flectitur & non rumpitur, ita & censura. Interdictum igitur *fm* q̄ est in proposito sic diffinitur. Interdictum est priuatio quod ad aliqua ecclesiastica, per sententiam iuris, uel iudicis facta. Vñ *fm* Inno. dicere interdico talē locum nihil aliud est quam interdicerē ibi homines habitantes à certis sacramentis ibi accipiendis, & à sepultura, & q̄ clerici ibi publicè celebrare, & sacramenta conferre prohibentur, unde interdictum est separatio à certis sacramentis, & omnibus diuinis officiis, & ecclesiastica sepultura, d̄ sp̄o. c. nō uobis. de pen. & re. c. q̄ in te. Et hoc iterum est duplex. strictum, quod idem est quod prohibitio omnium spiritualium quod potest prohiberi, & largum. i. prohibitio aliquorum spiritualium de quibus infra.

¶ Tertiò, † queritur quotuplex est interdictum ecclesiasticum. Res. duplex. scilicet loci, & personæ, c. si sententia. de sententia excli. 6. Interdictum loci est quando interdicitur regnum, prouincia, ciuitas, castrum, uilla, terra uel ecclesia. Interdictum uerò personæ est quā interdicitur populus, clerus collegium uel qualitercunq; alia persona. Aliquando uerò interdicitur utrunq; scilicet locus, & persona. De interdictione loci uel personæ distinguit Angelica dicens aliud est generale, aliud speciale, aliud particulare. dicens quod idem est iudicium de generali, & spirituali. Rosella uerò eandem distinctionem ponit innuens, quod idem sit speciale, & particulare, & hoc accepit à Domino. Arch. Florent. & melius dicit Angelica, ut infra patebit. Iterum melius distinguit Pis. secundum text. & doct. dicens, quod aliud est generale aliud particulare, generale dicitur quando interdicitur regnum, uel prouincia, ciuitas, castrum, seu uilla. Particulare uerò quando de multis ecclesiis una, uel pauca, seu multæ ecclesiæ c. cum in partibus, de uerbor. significat. ubi Panorm. sic ait. Primò nota ex text. quod particulare interdictum dicitur quando una ecclesia, uel plures ecclesiæ specificè, & non sub nomine uniuersitatis interdicitur, generale uerò est, quan-

do uniuersitas unius loci interdicitur, siue locus sit paruus, siue sit magnus, ut est uilla, uel castrum, & est ratio, quia etsi in uilla non esset nisi una ecclesia, tamen apta est habere plures, & habet plura loca, unde continet in se uniuersitatem, & not. facit ad multa, & maxime ad constitutionem Bonifacii, ubi cauetur, quod pro pecuniario debito non debet fieri interdictum generale per ordinarium uel delegatum sine licentia specialis papæ. Et iterum nota quod olim non licebat tempore generalis interdicti submissa uoce, quotidie celebrare sine priuilegio, de quo in d. cap. cum in patribus secus hodie de iure nouo, ut in c. alma, de senten. excommunicatione. lib. 6. hæc Pa. Facit etiam moderno tempore quia multi habent priuilegium quod tempore generalis interdicti possunt audire, percipere, uel celebrare diuina. Not. etiam secundum D. Archi. Flor. 3. parte. ti. 27. ca. 2. post Io. Cal. quod quando interdicitur aliqua ecclesia, uel aliqua, aut etiam cum interdiciuntur omnes ecclesiæ unius ciuitatis, uel prouinciæ, non includendo totum territorium, tunc est speciale quod idem est particulare, secundum text. Pis. & Panorm. Nam si dicat interdico omnes secundum Ioan. Cald. idem est ac si diceret istam, & istam, &c. quod est contra id quod dicit Rosella uerū interdictum. primo. § tertio. ubi dicit quod quando dicit, interdico omnes ecclesiæ non est particulare, quod falsum est, ut patet, nisi enim includat totum territorium remanet particulare. scilicet quia solæ partes sunt interdictæ, & possent quia celebrare, & audire diuina extra illas ecclesiæ.

¶ Quartò, † queritur quotuplex est interdictum personæ. Respond. quod similiter est duplex scilicet generale quando scilicet promulgatur in communi, populus, ciues, incolæ, collegium, clerus, uel uniuersitas id est sub prædictis appellationibus d. cap. alma. § illis, & d. ca. si sententia. § pen. uel quæcunq; alia personæ sub nomine uniuersitatis, & in tali secundum Ioan. Cal. habet locum extrauagans Bonifacii, prouidè attendentes, de qua supra immediate secundum c. Ioan. Cal. in

islo non habet locum moderatio d. c. alma, quæ loquitur solum de interdico generali loci. Et no. q. quando interdicitur populus, seu collegium q. omnes de populo, seu collegio sunt interditi. d. c. si sententia. Aliud est particulare. s. quando interdicitur aliquis nominatim, uel per circumlocutiones quæ habet vim nominis proprii, de appel. c. præterea. cl. 2. uel quando nominantur plures in aliquo facto uel delicto, puta dicendo omnes illos qui tale delictum fecerunt, uel facient. Et not. quod omnes personæ interdicitæ generaliter uel particulariter quocumque uadunt semper sunt interdicitæ, quousque durat interdicitum uel absoluantur, nec possunt exercere aliquem actum concessorum tempore interditi qui pertineant ad aliquem ordinem, uel celebrationem diuinorum, aliter uiolarent interdicitum, similiter non audire diuina secundum moderationem. d. c. alma, quia ut dictum est, illa dec. loquitur de interdico loci generali nec oportet distinguere inter speciale & particulare sicut facit Angelica, quia communiter doc. & etiam tex. in d. c. cum in paribus accipiunt pro eodem speciale particulare, nec est aliquis doc. qui accipiat pro eodem speciale & generale sicut facit Angelica. Et not. quod interditi proprie nomine, uel alia certa circumlocutione, sunt per sententiam designati, qui dicuntur nominatim interditi, sunt uitandi in diuinis sicut excommunicari. c. episcoporum: de priui. li. 6. secus esset in aliis à diuinis, quia interditi extra diuina nō sunt uitandi de quo supra. §. 1. in 2. differentia, & infra uer. interdicitum. 6. §. 1.

¶ Quinto, sitem notandum q. ponitur alia distinctio interditi in cle. prima: de sent. ex. c. interdicitum est duplex uidelicet cōiter dictum, prout est quædam cessatio à diuinis quæ aliquando nominatur suspensio diuinorum organonū, de qua in c. irrefragabili, & c. si canonici, de offi. or. & secundum aliquos in c. dilectis de app. & de hoc dicitur in §. sequenti. Aliud est interdicitum proprie, de quo in. d. c. quod in te. non est uobis. & alma, & similibus. Interdicitum primo modo scilicet cessatio est duplex secundum Pa. d. c. dilectis, uidelicet generalis, & specialis, generalis quando in tota ciuitate ponitur talis cessatio, specialis uerò

quando in una sola ecclesia, & talis cessatio s̄m e. Pa. ibidem, siue generalis siue specialis non est proprie interdicitum, sed est qd factum s̄m quandam particularem cessationem ab aliquibus diuinis. s. s̄m consuetudinem alicuius loci, unde debet seruari s̄m quoddam dēterminatū ibi conseruando, uel dēterminatio imponentis talem cessationem, & quia non est proprie interdicitum ideo si qs in tali loco celebret non sit irregularis, eo quod non reperitur in iure d. c. is, & isto modo intelligitur Inn. in d. c. irrefragabili, & Pa. post Ant. de But. in d. c. dilectis, & quomodo tunc incurrat suspensionem uide infra interdicitum. §. 1. Interdicitum uerò secundo modo scilicet proprie, siue generale siue speciale loci, de quo supra tertio. §. est duplex scilicet strictum secundum dispositionem. d. c. non est uobis. de spon. scilicet secundum iura antiqua. Aliud largum secundum dispositionem. c. alma. 1. uocatur generalis s̄m Inn. in d. c. non est. non generalitate loci quia potest esse generale & speciale, sed generalitate diuinorum, quia prohibentur omnia diuina præter necessaria, & hoc uocatur ab Ar. Flo. tertia. tit. 27. c. 5. Interdicitum strictissimum. Et Honorius quartus in quodam privilegio pro fratribus prædicatorum quod incipit. Meritis uestræ religionis, uocat ipsum interdicitum in quo prohibentur omnia diuina præter baptismum paruulorum, & penitentia morientium, & uidetur quod nunc nullus possit ponere tale interdicitum præter summum pontificem, quia inferior non potest apponere clausulam contra dispositionem iuris communis secundum Pa. in c. pastoralis, de appella. etiam legatus de latere, & probatur per gl. in c. si. de hære. libro sexto. Idem dicit ipse Pa. in c. ad hæc de appel. sed istud tale interdicitum derogat iuri communi, scilicet d. c. alma. Et si quis celebraret in tali interdico efficeretur irregularis secundum Inno. in d. c. non est. & sic patet quod ipse Inno. non est sibi contrarius, si dicat in c. irrefragabilis, quod non efficitur irregularis, quia celebret in cessatione generali in. d. c. uerò. nō est. dicat contrarium, quia in primo loquitur de interdico. 1. modo, id est improprie uel communiter in. 2. autem de interdico siue cessatione secundo modo quæ est in-

terdictum propriè. Et isto modo strictissimo positum fuit Bononiæ à Iulio. 2. febr. 1506. de mense Octobris & tempore Io. And. Ferrariæ, secundum quod ipse innuit in c. permittimus, de sen. exc. & de hoc dicitur. §. 7. & in tali interdictione quod dicitur strictum, seu secundum iura antiqua, permittitur baptisma paruulorum, poenitentia morientium, & uaticum, confirmatio in fronte, de spon. non est uobis, de pr. & re. c. quod in te. Permittitur etiam confessio criminatis, c. quoniam, e. t. li. 6. & celebratio missæ semel in septimana pro conficiendo corpore Christi pro infirmis, d. c. permittimus, tenet etiam matrimonium. Vtrum autem in tali permittatur sepultura clericis seruantibus interdictionem, & quod possint clerici bini uel terni, submissa nocte, clausis ianuis, & c. dicere officium, & similiter concedatur poenitentia accipientibus crucem sicut ex gratia permittitur, in d. c. quod in te. non reperio aliquem doctorem hæc determinatè dicentem, ex una tamen parte uidetur quod sic, quia ista sunt secundum iura antiqua que uidentur esse seruanda in tali interdictione, ex alia parte uero quod non, quia in gl. Io. And. in d. c. alma, non permittuntur nisi illa que sunt supradicta immediatè, credo ex quo non sunt necessaria, quod papa possit remouere, ubi not. quod papa possit addere & remouere in suo interdictione, unde sunt consideranda uerba interdictionis eius uide infra. §. 7.

7 ¶ Sexto, nota quod interdictionem de quo dictum est in §. precedenti quod uocatur, cessatio diuinorum in d. c. ad hoc quod fiat secundum Io. And. necesse est ista interuenire. Primum quod hi qui cessant hoc habeant ex consuetudine uel à iure ut cessare possint. Secundum quod uocentur absentes ad tractandum de cessatione. Tertio quod de illa tractent diligenter. Quarto quod de cessando deliberent. Quinto quod sit manifesta offensa propter quam cessant. Sexto quod causa sit rationalis. Septimo quod ante cessationem instrumento uel parentibus literis, authenticis sigillo munitis, causam cessationis expriment. Octauo quod illud instrumentum uel literas tradant illi contra quem cessant. Nono quod requirant illum ut emendet competenter iniuriam propter quam cessare uolunt quod si non fecerint,

tunc locum habeat cessatio. Decimo quod post cessationem utraque pars iter arripiat ad sedem apostolicam infra mensem per se uel per procuratorem sufficienter instructum, & continuatis diebus quam cito poterunt sedi apostolicæ se presentent, ut discutatur super hoc quid sit agendum. His non seruatis non seruatur cessatio, & si pars quæ postposuit cessationem eam non seruauerit ab aliis non seruetur, & si causa cessationis fuerit iniusta, ponentes cessationem durante tempore nihil percipiunt, & si perceperint restitui tenentur, & parti satisfacere de iniuriis & damnis. Et secundum Inn. & Host. causa cessationis debet esse notoria quod si non nulla consuetudo prodesset quia esset ecclesiis onerosa, & ille contra quem cessatur non debet conuinci ex probabilibus, sed apertis & notoriis, maxime in culto diuino colendo, ut not. Io. mo. & Archi. in c. si canonici, de offi. or. li. 6. Et dicit Pe. de pal. quod si quis celebraret in tali loco quod non esset irregularis, neque suspensus, quamuis peccaret, & episcopus potest sine peccato ibi celebrare. c. quæ sunt, de his que fi. à maio. parte cap. 8

¶ Septimo, sequitur quid agendum quando puniatur interdictionem strictissimam de quo dictum est in §. 8. precedenti. Nā Bononiæ fuit positum à Iulio secundo tale interdictionem in quo sic dicebatur, Supponimus cathedrali & aliis ecclesiis inferiores de dicta ciuitate & sua diocesi & monasteria, prioratus, domos, conuentus, & loca religiosa uel pia omnium ordinum, specificando predicatores & alios, subiungendo & ipsam ciuitatem & diocesim interdictione ecclesiastico, eo modo quod eo durante, in prædictis locis non dicantur missæ, neque aliud diuinorum officiorum sub prætextu cuiuscunque priuilegii, derogando, & c. subiungens, imo præcipimus prælatiis canonicis, & c. nominando omnes clerici eos in specie, subiungendo, excepto episcopo, ut recedant infra tres dies relinquendo in dictis ecclesiis aliquos sacerdotes pro administratione baptismi paruulorum, & poenitentiarum morientium, & aliorum sacramentorum que tempore interdictionis permittuntur ministrari. Queritur ergo quid sit agendum in tali interdictione. Respon. Io. And. in c. permittimus, de sen. exc. & in c. alma.

alma. eo. tit. lib. 6. in nouella & Do. Ant. de Butr. post eum in. d. c. permittimus sic aiūt. Quid si adhuc hodie papa iussisset exire clerum seruando ibi parochiales sacerdotes pro sacramentis quæ consueuerunt impendi tempore interdicti sicut nunc Ferrariæ, habet locum quod dicitur in d. c. permittimus. & non quod dicitur in d. dec. alma, hæc Io. An. & post eum d. Ant. Ex quo patet q̄ talis clausula derogat iuri nouo, & sic est standum iuri antiquo, & illa modificatio. c. alma, non prodest, & tunc idem erit iudicium de interdicto generali loci, & de speciali. Sed quid si dimississet illam clausulam præcipimus recedere clerum, &c. de qua solum faciunt mentionem dicti doc. credo q̄ idem esset, quia per illam clausulam, ut non dicantur missæ neque aliud diuinorum officiorum, derogatur ex presc̄e d. c. alma. in quo permittuntur cum moderatione ut infra. Sed quid si dimississet etiam illas de missa & diuino officio, nominando tamen omnes ecclesias in speciali & totum territorium ut ibi faciebat tunc sunt rationes ad utranq; partem, videtur enim habere virtutem interdicti specialis, & sic non habet locum cap. alma, quod intelligitur secundum glo. ibi de generali loci. Ex alia parte videtur esse generale loci, &c. credo primam esse tutiorem, sed secunda uerior est. Not. tamen, quod papa potest interdicerē simpliciter & secundum quid secundum quod sibi placet ut aliquantulum dictum est supra. §. 5. in fin. & ideo consideranda sunt uerba interdicti. Sed quid si dimississet illam particulam, pro administratione baptismi parvulorum, dico quod concessisset baptismum adultorum de quo infra interdictum. §. §. 2. Et per illam particulam, & pœnitentię morientium, remouit uel interdixit, pœnitentiã sanorum, de quo infra uer. interdictum. §. §. 5. concludendum est igitur quod papa potest per interdictum suum omnia interdicerē præter baptismum parvulorū, & pœnitentiã morientium, & præter illa sine quibus ista duo non bene possunt fieri sicut uaticum & missa semel in ebdomada & similia, & secundum hæc intellige omnia quæ dicuntur uer. interdictum. §. per totum, inferiores uerò prælati quamuis possint interdicerē aliquem uel ali-

quos actus, tale tamen non erit interdictum propriè, sed suspensio diuinorum, de quo supra. §. 5. si tamen simpliciter interdican locum generaliter non possunt tamen derogare iuri nouo ut dictum est. §. quinto.

9 §. Octauo ¶ quæritur, quomodo ad interdictum unius sequatur interdictum alterius, ubi primò sciendum quod interdicto clero non intelligitur interdictus populus, nec e contra, nisi aliud exprimat in sententia. Intelligitur autem appellatio cleri contineri non solum promotos ad ordines, sed etiam, religiosos & religiosas, conuersos & conuersas, qui ita sunt ad ecclesiam translati quod de populo propriè dici non possunt. r. 2. q. 1. c. duo sunt. Ioani. Cal. Ge. & At. Flo. Angelica uerò uer. interdictum. r. §. 9. non credit hoc sed Rossella tenet contra eum uer. interdictum. 1. §. 3. posse concordari scilicet uerum est quod quando est interdictus populus non est interdictus clerus, & tunc sub clero intelliguntur etiam omnes religiosi, & hoc sine dubio quia est fauorabile. Si uerò interdicitur clerus non uidentur religiosi interdicti, quia in materia odiosa sub nomine cleri non ueniunt religiosi, secus in materia fauorabili. Secundo sciendum quod interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non sunt interdicti ideo extra ipsam audiunt diuina: c. si scutentia. de sen. exc. lib. 6. secus si propter delictum populi, quia tunc ciues essent interdicti, & sic nec intra nec extra audiunt diuina d. c. alma. §. illis. Similiter nobiles, Marchiones, Comites, Barones, & huiusmodi habitantes in tali loco, si sunt de populo interdicto, uel de dicta uniuersitate, quod patet ex eo quia subeunt onera, & honores sicut alii, ligantur sententia interdicti, & idem si per priuilegium sunt exempti ab oneribus, secus autem si essent sui iuris, uel ex consuetudine uel priuilegio imperiali, ita quod dictæ uniuersitati tanquam de ipsius corpore in nullo participant Io. Cal. Tertio notandum quod interdicto populo singule personæ de populo intelliguntur interdictæ: d. c. si sententia, personæ uerò habitantes in suburbis uel continentiis si appareat ex presc̄e quod sint alterius uniuersitatis, uel populi, non intelliguntur,

liguntur, quia sicut una persona specialiter interdicitur non intelligitur alia, ita de uniuersitate, secus si essent eiusdem uniuersitatis, & in dubio presumetur de illa Ioan. Cal. Quartò notandum quòd interdicitur cle- ro alicuius ecclesie, non intelligitur interdicitur ecclesia, unde alii clerici licite celebrant in illa. d. c. si sententia, tam in text. quàm in gl. Quintò notandum, quòd si est interdicitur ecclesia etiam erit interdicitur capella seu cœmeteriũ, quæ sunt contigua, idest si extrema se cõtingunt. c. si ciuitas. de sen. ex. lib. 6. aliàs secus, si ecclesia polluta intel- ligitur cœmeterium pollutum eidem con- tiguum, non autem e contra. Nec uno cœ- meterio polluto est pollutum aliud etiam coherens parieti inter medio. c. 1. de conse. al. uel ec. lib. 6. Ex quibus sequitur quòd inter- dicta ecclesia, uel cœmeterio alia ecclesia coherens interdicitur, uel aliud cœmeteriũ coherens interiecto, pariete intermedio, non intelligantur interdicitur. Io. Cal. Pe. de palu. 4. di. 18. sic ait. Dico autem contigua quorum ultima sunt simul, uode inter ecclesiam ex una parte, & capellam, uel cœ- meterium ex alia parte non nisi paries me- dius contigua sunt, quia ultimum ecclesie est suus paries, qui est simul cum terra capel- læ, uel cœmeterii, & utriusque superficies est simul cum nihil solidum sit medium. Si etiam paries capellæ uel cœmeterii con- tingeret parietem ecclesie idem esset, se- cus si esset aliqua terra media inter duos parietes: quia illa sola esset intermedia. hæc Pet. in quibus uidetur aliquantulum discorde- re à dictis Io. Cal. Not. tamen pro concordantia, quòd si sint duo cœmeteria, quæ ha- beant solum parietem intermedium illa non uidentur contigua, quia paries non est ali- qua pars cœmeterii, secus esset de ecclesia, uel capella: quia paries est aliquid eius, & sic ecclesia, uel capella, quæ ad se inuicem, uel ad cœmeterium non habent nisi parie- tem medium sunt contigua, si uerò essent duæ capellæ, uel ecclesie quarum parietes non essent idem, quantumcumque parum sit, quod mediata, non dicuntur contigua, sicut accidit Veronæ inter ecclesiam maio- rem fratrum prædicatorum, & quandam ecclesiam paruam, uide uer. cœmeterium. & uer. consecratio 4. §. 2. Item secundum Inn. si familia alicuius interdicitur intelli-

gitur etiam presbyter de familia, quia in hoc uidentur non distingui. Eadè ratione potest et dici si oēs doctores unius ciuitatis es- sent interdicitur, quòd intelligantur clerici, qui sunt doctores, contra Angeli. uer. interdicitur 1. §. 9. nec glo. quæ allegat hoc dicit, nisi fortè in sententia dicatur aliquid per quòd pateret de intentione. Item non interdicitur si ueniant ad terram interdicitam, nõ pote- runt celebrare ibi, neque audire diuina, quæ terra interdicitur omnibus est interdicitur.

10 ¶ Nonò, ¶ itè si interdicitur populus, uni- uersitas, collegium, uel communitas ali- cuius loci non per hoc intelligitur ille lo- cus interdicitus, secundum Io. And. in d. c. si sententia. poterit ergo celebrari alta uo- ce in illo loco, interdicitis exclusis, quia hoc non est prohibitum, & quamuis hoc dictum Io. And. sit uerum secundum ius scriptum, tamen secundum Io. Cald. uide- tur præstare occasionem delicti, audientur enim uoces celebrantium ab interdicitis, & per hoc uilipenduntur censura ecclesie, uel de consulendum est talibus, quòd tali inter- dicto durare abstinerent à publica celebra- tione. Angelica uerò interdicitum 1. §. 1. di- cit, quòd non consentit huic moderationi, sed certè est ualde rationabilis, si enim alta uo- ce ianuis apertis, & pulsatis campanis, &c. celebrarent, cum totus populus sit interdi- ctus, ut præsupponitur, non posset esse sine aliquo periculo, & paruipenderetur censu- ra ecclesiastica, & dirumperetur neruus ec- clesiasticæ disciplinæ, quod esse non debet. c. inter uos. de consu.

11 ¶ Decimò, ¶ item si aliquis de uniuersita- te interdicitur se transfert ad aliquem locum, dimisso primo si est specialiter interdicitus, aut de populo interdicitur: ita quòd fuit in culpa interdicitur quocumque se transfe- rat manet interdicitus. d. cap. alma. §. illis. si uerò non fuit culpabilis, & ex toto desi- nit esse de interdicitur, credo cessare interdi- ctum circa eum: quia cessat causa efficiens in eo, & conseruans Io. Cal. Angelica. uer- si. interdicitum 1. §. 1. in fin. approbat hoc dictum contra Asten. & dicit Gemin. sequi hoc dictum, sed dictum Asten. est ualde probabile, scilicet quòd necesse est, ut absol- uantur, nam præsupponitur quòd fuerint in- terdicti, ideo si debeant esse non interdicitur, ut possint interesse diuinis debent. ab- solui,

folui, maximè remanente populo interdicto, & sic non videtur totaliter causa cessare, si quis tamen teneat contrarium potest respondere q̄ interdicitum non indiget absolute, & sic cessante causa, &c. Itē existens de uniuersitate, uel de populo non in interdico, si fiat de populo interdico, est interdicitus, sicut & alii, quia factus est membrum illius corporis, & sic debet eodem iure conseri. c. 1. dist. 12. nec obstat, quòd præcesserat sententia, quia ponitur, q̄ lata fuit contra uniuersitatem, uel populum, qui nō mutatur, nonis personis superuenientibus. 7. q. 1. c. denique. Io. Cal. Item si existens de populo interdico banniantur perpetuò, definit esse interdicitus, quia censetur non amplius de illo populo, intellige quando non fuit in culpa, uel specialiter interdicitus, secus si ad tempus banniantur Io. Cal. Item si talis fiat religiosus post professionē definit esse interdicitus, ante uerò professio nem, tutum consilium est, ut non ordinetur, si tamen ordinatur, credo quòd teneat. ar. cap. religioso. de sen. excom. lib. 6. Ioan. Cal. Item de absente tempore late sententia in populum, uel uniuersitatem, & de præsentibus non consentientibus, sed contradicentibus eorum culpæ propter quam latum est interdicitum, au incurrant dicit Io. And. in d. c. si sententia. q̄ quidam religiosi tenent talem nō ligari, etiam quò ad ecclesiam, quia absens, & ignoians ex maleficio nō obligatur. 25. q. 1. c. aliquos. & d. c. non est, quia pœnas suos debet tenere au ctiores, de pœn. dif. 1. c. nemo. Sed dicit ipse, quòd isti non ponderant, q̄ pœna interdici etiam puniuntur, qui nō peccauerunt. d. c. non est. unde tenet ipse absentes & contradicentes ligari. quod probat per d. c. si sententia. fatetur tamen illos in fontes quò ad Deum, & placet Io. Cal. Item si talis absens est de alia ciuitate uel populo, licet gratiosè receptus fuerit in ciuem, uel popularem, populi interdici, ut faciunt Veneti, & fortè nunquam ibi habitauerunt, credo, q̄ dicto populo interdico intelligatur interdicitus. Quidam non putant hoc uerū, nisi fuerint in culpa, quia non est ratio cū sit ciuis duarum ciuitatum, quòd magis ligetur cum una, quàm remaneat solutus cū alia. Sed si consideremus, quòd incurrit quis sine culpa, & quòd absens, ut iam di-

cum est ligatur, uideatur uera opinio præcedens, nec est simile de ciuitate soluta, sicut de interdici. Item habitantes in ciuitate non ciues, nec de populo illo, planum est, quòd non includuntur interdico illius uniuersitatis, ut in strep. d. c. si sententia. Io. Cal. Item ciues qui sunt de populo interdico, ubiunque habitent sunt interdici, quia sunt de populo, nec desinunt esse illius populi. Ioan. Cal. Item pueri qui non sunt doli capaces, non sunt interdici, secus si sunt doli capaces, similiter mulieres & non consentientes omnes sunt interdici, quia sunt de populo interdico, & possunt etiam dici sine culpa.

12 ¶ Undecimò, ¶ quando interdicitur terra alicuius domini intelligitur de ea quæ est sua quo ad dominiū iurisdictionale, & multò fortius si terra esset illius domini simpliciter, & absolute propria. Item intelligitur de terra quam tenet ab alio in feudum, uel in emphiteusim, cum in illis casibus spectet ad eum uile dominium. Item intelligitur de terra, quæ pertinet ad eum ratione dotis uxoris, quia maritus constante matrimonio est dominus dotis uxoris. Itē intelligitur de terra sibi pignoratā si proferretur dicat. Interdico terram quā talis tenet, secus si diceret interdico terram suam Ioan. And. Itē si talis dominus cuius terra interdicitur habet terrā in diuersis prouinciis, uel diuersis locis, si habet eam pro parte, & pro diuiso, omnes ille partes subiaccunt interdico, sed si pro indiuiso secus, ne innocens puniatur. ar. 1. q. 4. c. si. Si autem talis dominus postea acquirat nouam terram, talis terra non subiaccit interdico, nisi dator sententiæ intendat eam de ea quam habebat, quàm de ea quam habiturus esset. Si autem uendit terram interdiciam, uel perdit eam non propter hoc tollitur interdicitum, cum onus huius rei transeat cum ipsa c. pastoralis. de deci. nec enim iste est modus tollendi interdicitum, quòd debet relaxari per iudicem, qui tamen cessante causa interdici se faciliem exhibebit, hæc omnia Ioan. Cal. Sed quid de illa terra in qua habet usufructum tantum, dic q̄ illa includitur, cum in multis casibus usufructus sit pars domini. ff. de usufr. l. 4. Io. Cald. secus si illius haberet tantum proprietatem ne accessorium trahat principale.

¶ Duodecimò,

13. ¶ Duodecimò, † quando interdicitur locus sub appellatione regni prouinciæ, ciuitatis, castrî, uel uillæ, suburbia, & continentia ædificia illius loci interdicta intelliguntur. c. si ciuitas. de sen. exc. li. 6. etiam si dicta suburbia, & continentia ædificia in nullo erant subiecta dicto loco interdicto uniuersitati, si tamen profertur interdictum habebat iurisdictionem spirituale in dictis subsidiis, si autem non habeat licet de iure scripto non uideatur interdicta, tamè ponderata ratione. d. c. si ciuitas, posset dici quod etiam tunc intelliguntur interdicta, non ab homine, sed à iure. c. nuper. de sen. exc. Intelliguntur autem suburbia purgi extra & prope ciuitatè in quibus domus sunt contiguae continentia uero ædificia dicuntur domus ultra burgum sepeate, & non contiguae, uel dicuntur suburbia propter quod iter est rectum, continentia uero ædificia quæ sunt prope ciuitatè, uel locum interdictum, uel fortè sunt sinonima, quauis tex. d. c. si ciuitas. ponat ut diuersa, uel si appareat ex consuetudine quæ dicantur suburbia, uel continentia, illi est standum, sin autem reducantur ad arbitrium boni uiri. Ratio enim est, quia si in illis locis propinquis posset celebrari omnes possent ire, & sic uilesceat sententia ecclesiastica. unde attendenda esset ratio, scilicet si faciliter conuenirent, & c. unde Pe. de Pa. 4. di. 18. q. 8. ar. 1. in 3. casu sic ait. Si principalis locus est interdictus à iure tunc totum à iure. Si autem principalis est ab homine, accessorius est à iure. Sed quod sublato principali remouetur accessorium, inde est quod relaxato principali remouetur accessorium, etiam si amouens erat talis, qui non posset: quia quædam trahunt cum uniuersitate. De significatione istorum. uer. absolutio 1. §. 26.

14. Decimotertiò, † quia dictum est quomodo interdictum unius sequatur ad interdictum alterius, nunc dicendum est quomodo interdicto uno actu intelligitur reliquus, ubi sciendum quod aliquando singularis persona interdicitur simpliciter à diuinis, interdum uero ab aliquo actu respiciente diuina, quo casu actus expressus intelligitur interdictus, & omnis alius, qui in illo includitur, uel qui sine illo actu interdicto exerceri non potest. c. solitudinem. de app. secus si solum altaris mini-

stratio sit interdicta. c. significauit. de co. uiti. Item interdictis à sacerdotali officio non potest exercere pontificale, quod sine sacerdotali exerceri non potest. de exce. præla. c. ex literis. in fi. Eadem ratione interdictus ne promoueat ad inferiorem ordinem non potest promoueri ad superiorem, uel interdictus seu suspensus ab officio, seu exercitio inferiores non potest exercere officium superiorum quod sine officium inferiorum non potest exerceri, secus si sine illo exerceri posset, licet enim sit minus illud quod est interdictum, tamè quia illud maius non potest exerceri sine isto minori intelligitur prohibitum illud maius in isto minori. 16. di. c. illud. Ex quo etiam sequitur quod si is cui interdicta sunt pontificalia si celebrat sine pontificalibus non sit irregularis, & similiter si quis esset interdictus à sacerdotali non prohibentur sibi exercitia inferiorum ordinum, quia sine illo possunt fieri. d. c. significauit. Sacerdos cui interdicta sunt sacerdotalia si conficiat corpus domini sine missa, sit irregularis. ca. 1. de cle. exc. mi. Vide uer. suspensio. §. 3. & 4. & se.

DE INTERDICTO II. scilicet de causa eius effectiua.

1. Interdictum à quo feratur, & quando. 3.
2. Interdicatur quando locus specialiter, uel particulariter.

1. Interdictum 2. † de causa à qua feratur seu de causa effectiua. ubi sciendum, quod aliquando feratur à iure, quandoque ab homine, & utrunque aliquando est generale, aliquando speciale, ut dictum est supra §. 3. & seq. generali loci feratur à iure in his casibus. Primum quando collegium, uel uniuersitas ciuitatis, uel loci cogit ecclesias, uel ecclesiasticas personas soluere guidagia, uel pedagia, uel ab ipsis ecclesiis uel ecclesiasticis personis exigit, uel extorquet pro propriis rebus quas non causa negationis differunt, hoc ipso sunt interdicti. c. quamquam. lib. 6. de censib. Et addit Ioan. Cal. quod iste casus non est receptus, neque seruatur, licet postea futurum fuerit pœnas prædictas, & alias contra non parentes debere per locorum diocesanos

exsanos publicari, in cle. præsentis c. ti. Sed
 commuaiter ista opinio Cal. non tene-
 retur, quia & si de lege dicatur quod confir-
 matur, more utentium approbatur, & pro-
 pter contrariam consuetudinem abroga-
 tur di. 4. c. in istis. §. leges, nõ sic de sententiã
 excomunicacionis quę subito trahit secũ
 suũ effectum in d. etiam c. quãquam, dicitur,
 contraria consuetudine non obsta-
 re. Et dicit Pet. de pal. quod est mirum q̃
 personarum quę peccant non sunt interdictę
 sed locus. Vide uer. excommunicatio. 5.
 casu. 19. Secundõ fertur in. c. 1. de usu. lib.
 6. contra uniuersitatem quę domos loca-
 uerit conductas habere permiserit alieni
 genis & uer. usurariis in terra sua ad exer-
 cendum scenus uersi. excommunicatio. 5.
 casu. 38. Tertiõ cõtra uniuersitatem quę
 represalias contra personas ecclesiasticas
 concecit uel concessas ad illas extendit
 nisi id reuocauerit infra mensem à die cõ-
 cessionis, uel extensionis de inu. & dam.
 da. c. & si pignoratur. li. 6. uer. excommu-
 nicatio. 5. casu. 39. Quartõ est ciuitas in
 terdicta quando officialis talis ciuitatis in
 qua debet romani pontificis electio celebra-
 ri, uel representantes ipsam ciuitatem non
 seruauerint ea ad quę tenentur per
 dec. ubi maius periculum, de electio. lib. 6.
 uel fraudẽ in eis uel circa ea commiserunt
 uer. excommunicatio. 5. casu. 26. Quintõ in
 terdicta est ciuitas quę uis præter urbẽ quę
 cõsentit dãdo consiliũ, auxilium, uel fauo-
 rem occidentibus uel percutientibus cardi-
 nalẽ sanctę romanę ecclesię, uel quę infra
 mensem delinquentes huiusmodi prout
 enormitas facientis exigeret, & ei facultas
 effuerit non punierit. c. felix, de pœn. lib.
 6. in fi. uer. excommunicatio. in. 5. casu. 26. est
 interdicta ciuitas quę episcopum propriũ
 iniuriõẽ uel temerẽ percuferit uel ceperit
 uel bannerit, uel hoc fieri mandauerit,
 uel consiliũ in his dederit, uel fauorem,
 uel hoc facientes scienter defensauerit, in
 cle. de pœnis c. si quis suadente. Casus au-
 tem c. clericis, de immu. eccl. libro sexto
 reuocatus est per cle. quoniam. eo. ti. uer. ex-
 communicatio. 5. casu. 18. & sc. septimõ
 quando clerici uel religiosi inducunt
 aliquem ad uouendum aut promittendum
 de sepultura, si in eorum ecclesia uel cœ-
 meterio eum sepeliant, tunc si infra de

cendum, ecclesię ubi de iure uenit sepe-
 liendus, omnia quę occasione sepulture
 habuerunt non restituent, etiam si non pe-
 rantur, & cadauer si petatur, ipso facto eo-
 rũ ecclesię, & cœmeteria sunt interdicta.
 c. animarum. de sepul. li. 6. & tandiu durat
 donec plenẽ satisfecerit ibi. Octauõ incur-
 ritur interdictum regni, castri, uel loci,
 qũ dominus eorũ impedit ne legatus, aut
 nuntius possit exequi suũ officiũ, & tan-
 diu donec persistere in tali contumacia in
 extrauaganti super gentes. de offic. lega. li.
 6. Notandum est hic q̃ licet in supradictis
 casibus aliqua terra, uel ciuitas, uel ecclesia
 ipso iure subiiciatur, non tamen tenetur
 quis illud seruare ante denũciationem per
 iudicem faciendã, ita quod in ea celebrãs
 ante dictam declarationem non incidit,
 & c. de quo infra dicitur, & hoc propter cõ-
 stitutionẽ Constantien. concilii, de qua in
 fra interdictum 3. §. 9. de hoc idem die in
 casibus sequentibus. in §. sequenti. & no. Et
 secundũ Io. Cald. q̃ si quis in his casibus,
 uel in casibus. §. præcedentis celebra-
 ret in aliqua istarum non statim est irregu-
 laris, quia non est expressum in iure, secus
 esset si aliquis episcopus ferret sententiam
 generalem, uel specialem in aliquo istorũ,
 uel illorum casũ.

§. Primõ, ¶ interdicatur locus specialiter,
 seu particulariter quando interdicatur ali-
 qua ecclesia, ac etiam cũ interdicuntur
 omnes ecclesia unius ciuitatis, uel pro-
 uincię, quia etsi non in illis ecclesiis tamen
 in aliis locis illius ciuitatis extra ec-
 clesiam possent diuina celebrari, & audi-
 ri ab hominibus illius loci, & dicitur spe-
 ciale, uel particulare, quia secundũ Ioã.
 Cald. quando omnes interdicuntur, non
 nominato loco tunc interdicatur ista, &
 ista de quo supra interdictum 1. §. tertio.
 & reperitur in iure istis casibus. Primõ
 quando ecclesia est polluta humano san-
 guine, uel in iuriõsio homicidio uel pro-
 pter effusionem humani seminis studiosẽ
 procratam de consecr. distincti. prima. c.
 si motum. & ca. ecclesiis, & extra de adul-
 te. cap. significasti. & cap. unico. de homi.
 lib. sexto. de quo supra uer. consecratio
 2. per totũ. & uer. cœmeterium 2. quando
 propter discordiam patronorum episcop-
 us claudit hostia ecclesię, & tollit inde
 reliquias,

reliquias, & præcipit q̄ nullus in ea aliquod sacram celebrè misterium donec ad concordiam redeant, de iur. patro. ca. 1. & 2. ita tamen q̄ non proferat suam interdicti, quia tunc esset ab homine. Tertio si ecclesia fuit simoniace consecrata non debet in ea celebrari. 1. q. 4. ecclesia. Quarto si principaliter pro quæstu non pro diuino cultu fuit consecrata. de conse. di. 1. c. si qs basilicam. Quinto q̄n ecclesia est consecrata sine licentia epi diocesani. de conse. di. 1. præcepto. Sexto si sine reliquis, uel in loco deserto, & nunquam habitata fuit dedicata. de conse. di. 1. placuit. Septimo q̄n hæreticus traditur scienter ecclesiasticæ sepultura locus careat perpetuo sepultura, ita q̄ reconciliatio nihil ualeat, nec uidetur episcopus posse hoc interdictum remouere, quia quando dicit perpetua uidetur remouere inferiorum dispensationem. de hęc. ca. quicunq; lib. 6.

¶ Secundo, fertur etiam ab homine, tam generaliter, quàm specialiter, uel particulariter. vñ papa interdicit. c. tanta. de exce. p. la. legatus etiam interdicit. c. nouit. de off. si. deleg. similiter delegatus. ca. sanè. cl. 2. & cap. ex literis. de off. delega. quod est clarum si in literis ponatur clausula consuetata, per censuram ecclesiasticam compellendo seu compescendo, & c. cap. quærenti. de uer. sig. Item si simpliciter datus est sine dicta clausula, tunc enim maximè ubi est expressum in iure hanc pœnam poterit imponere. cap. de causis. el. secundo. de offic. deleg. Item profertur per episcopum contra eos, qui sunt suæ iurisdictionis, tamen non debet suspendere ad longum tēpus nisi de consensu capituli, regulariter tamen & de iure sententia sui pastoris tenenda est & timenda. 2. quæstio. 1. cap. 1. Item electus, confirmatus, licet non consecratus interdicerè potest, hoc est enim iurisdictionis. c. transmissam. de elec. secundum Pan. in c. cum inter. de consue. episcopus secundum iura non posset sine consensu capituli, ex consuetudine tamen potest. Item inferior prælatus habens iurisdictionem ordinariam interdicerè potest sibi subditos. c. cum inter. de consue. & capit. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. ubi notatur, qui & quando inferiores habeant iurisdictionem ordinariam. Item sede uacante,

re, capitulum interdicerè potest. cap. is qui. de maio. & obed. quia est iurisdictionis in qua succedit capitulum. Mulier uerò prælata non potest, quia hoc pertinet ad potestatem clauium. c. noua. de pœn. & rem. Et breuius omnes, qui possunt excommunicare possunt interdicerè, tam locum, quàm personam generaliter, uel quantum ad aliquem actū diuinum, uel coniunctum, secundum quod uidetur sibi expedire. c. cum inter uos. de consue. possunt etiam episcopi interdicerè, uel excommunicare persona, uel loca non obstante, q̄ habeant priuilegium, quod non possunt interdici, nisi talia priuilegia essent concessa regibus, regnis, uel eorum filiis, uel religiosis rationis ordinis, uel loci, & non ratione personis. cap. ne aliqui. de priuile. lib. sexto. non possunt etiam interdicerè exemptos directè, uel indirectè, & contra facientes sunt puniendi. capit. quando. de priuileg. nisi fortè ratione delicti. intellige quando non habent priuilegium super hoc, sicut nunc habent prædicatores, & minores, & credo etiam alii, canonici sine licentia episcopi non possunt ponere interdictum in aliquo loco, uel ecclesia. cap. quæ sunt. de his quæ fi. à maio. parte capituli. Simplex canonicus qui habet præbenda cui ecclesia est annexa, ut in cap. extirpandæ. §. si uerò. de præben. in quâ de cōsuetudine spiritalè iurisdictionè exercet. p̄t illa interdicerè. cap. super eo. de præben. lib. 6. Idem si ex consuetudine haberet iurisdictionem in territorio. ca. nouit. de iud. Intellige tamen, quod nullus potest pro pecuniario ponere interdictum sine licentia Sedis Apostolicæ, ut in extrauaganti Boni. prouide. de hoc supra interdictum primū. §. tertio. fin.

DE INTERDICTO III.

scilicet de causa formal.

1. Interdictum quomodo relaxetur, & quomodo suspendatur.
2. Cognitio, quæ requiratur ad hoc quod sententia, excommunicationis, uel interdicti liger.

Interdictum

- 3 *Interdictum quomodo possit suspendi ut per hoc differat ab excommunicatione.*
 4 *Interdictum quomodo relaxetur.*
 5 *Interdictum an debeat relaxari, si aliqui uolunt solvere.*
 6 *Interdicti sententia si est lata per inferiores prelatos, quomodo non debeat a superioribus relaxari.*
 7 *Privilegium concessum a legato de latere quod tempore interdicti ualeat celebrare, &c. an ualeat quantum ad suas sententias, & suorum successorum & ordinacionum.*
 8 *Quamuis illi propter quos latu est interdictum illud non seruent tamen alii tenentur.*
 9 *Ine dictum quis possit relaxare.*
 10 *Observatio interdicti, quomodo intelligatur.*
 11 *Privilegia fratrum predicatorum tempore interdicti. 12.*

Interdictum ¶ tertio de causa formali, scilicet quod ex qua causa ponatur, quomodo suspendatur & quod relaxetur quantum ad primum, sciendum secundum Io. Cal. quando ab homine fertur & propter contumaciam est necessaria monitio precedens & forma que traditur, cap. 1. de sent. exc. lib. 6. & sic intelligitur, ca. reprehensibilis, de appell. Aliquando enim est nullum propter defectum monitionis, aliquando est iniustum scilicet quod dictum est de excommunicatione supra uer. excommunicatione. 2. prin. & §. 9. & quasi per totum. Sed quando propter delictum fertur non est monitio necessaria. §. q. 4. c. in loco, & sic intellige notata per Inn. & alios, cap. ad hoc de appell. quando uero a iure profertur propter excessum siue dilectum, siue monitio sit siue sit speciale interdictum, scilicet uel contra ecclesiam uel contra personam singularem, siue sit interdictum generale loci, scilicet ciuitatis, siue castri, uel uilæ, uel uniuersitatis, uel populi, quodlibet enim horum dicitur generale sub hac autem forma uerborum profertur. Nos propter talem causam ecclesiam uel talem terram supponimus ecclesiastico interdicto. cap. cum in partibus, de uerbo. signifi. & additur communiter ecclesiastico ad differentiam interdicti legalis, de quo supra uer. interdictum primo. §. secundo. Et quia interdictum & excommunicatio quantum ad formam conueniunt ideo uide uerfi.

excommunicatio. 2. per totum. Potest etiam sententia interdicti ad uoluntatem iudicis determinari puta interdicti missam cum cantu uel horas, uel sepulcras, & huiusmodi, potest etiam iudex ab interdicto excipere, & subicere quos uult, & quando uult, putat quando dominus terra erit presentis, & huiusmodi. cap. non est uobis. de spon. supra uer. interdictum 1. §. 5. nota quod secundum Inno. Hosti. & Ber. interdictum non potest poni sine causa rationabili. c. cum medicinalis. de sen. exc. lib. 6. & c. quæsiuit. de his que fi. a maio. par. cap. Quam dec. intelligunt Inno. & Host. quod sententia interdicti non est ferenda propter culpam alicuius particularis persone, sed pro culpa uniuersitatis, nisi quando est dominus loci. dicto cap. non est uobis. de offi. deleg. c. sanè. & c. petistis. de priuileg. Pa. ibi. Primo no. unde potest ferri pro delicto dei, sine capituli, seu alicuius communitatis. Et no. quod nullus potest interdicti autoritate ordinaria, uel delegata pro pecuniario debito, uel pro cuius uis pecunie quantitate, aliàs non tenet nisi fieret de Apostolice sedis speciali & expressa licentia. hæc Boni. 8. in quadam extrauaganti, que incipit, Prouideat tendentes Pa. de Pa. 4. di. 18. q. fin. ar. 7. sic ait. Sciendum quod rationabiliter debet fieri alioquin lator incideret in penam illius c. sacro. & c. cum medicinalis. ut dicit Inno. in c. cum ad ecclesiarum. de offi. ord. Penam autem illius concilii est, quod qui competenti monitione non premissa, sententiam promulgat, ingressum ecclesie per mensem sibi nouerit interdictum, alia nihilominus pena multandum si uisum fuerit expedire, ut dictum est de excommunicatione. uer. excom. 2. prin.

2. ¶ Primo ¶ queritur, que cognitio requiratur ad hoc, quod sententia excommunicationis uel interdicti liger. Respond. quod sufficit sententiam publice promulgari, nec postea necesse est eam singulorum auribus inculcari. di. 16. c. quid dicitis. sufficit etiam, cum quis scit uicinos suos, maxime Metropolitanam ecclesiam recepisse sententiam, & seruare publice. cap. 1. de postu. Hoc idem dicit Archi. in c. is qui. de sent. excom. lib. 6. & Pa. in d. c. Facit regula, qui scit non indiget certiorari, de quo gloss. in clem. 1. c. & cau. qui certus de reg. iu. lib. 6.

& de cle. excom. mino. cap. apostolicæ, & c. illud, ad idem. c. cum non de homine. de sen. excommu. & ca. cum desideres. §. 1. in fi. Sed quid quando religiosi uel alii ignorarent illam publicationem uel obseruationem aliorum. Res. q. non ligantur si esset ignorantia probabilis per gl. in d. cle. prima uer. sciuerint, & c. episcoporum. de priuil. lib. 6. & est tex. in d. ca. apostolicæ. ubi dicit Pan. primo nota. quod secundum Doct. non oportet, q. quis sit multum curiosus in sciendo dummodo nō sit nimis desidiosus ar. in l. nec supina. ff. de iuris, & facti ignorantia. secus esset si esset ignorantia crassa. unde in cap. illud. de cle. excom. mi. dicitur, quod si quis habens notitiam suæ excommunicationis per solam famā celebrat sit irregularis, quamuis nō delinquat ita grauiter, sicut si pro certo sciisset secundum gl. tamen in d. c. illud si fuisset, a paucis dictum non tenebatur credere, nisi secundum Pan. ibidem, quando illi pauci facerent probabile dubium, & tunc secundum eum tenebatur abstinere donec esset certificatus, quia tractatur de magno preiudicio, & paruo utili. Per. de Pal. 4. dist. 18. q. 6. ar. 2. dicit, quod si audiuit ab aliquo emulo uel etiam ab uno non emulo uel paucis, non oportet credere, quia qui citō credit leuis est corde intellige ut dictum est, quando non faciunt probabile dubium, nec obstat ille tex. qui dicit de fama, quia secundum eundem Panor. intelligitur, quod fama sufficit, sed non dicit, quod requiratur. Nam quādo inurgit probabile dubium, tunc uia est eligenda ut tex. ibi dicit. Insuper omnes religiosi tñ exempti, quā non exempti, qui sciuerint mauricem ecclesiam suæ ciuitatis uel suæ terre obseruare quodenuque interdictum positum autoritate sedis apostolicæ uel ordinariorum, debent & ipsi seruare alioquin non seruantes incurrunt excommunicationem ipso facto, de qua uide uersic. excommunicatio. §. casu. 52. Et hoc non obstantibus quibuscunque appellationibus antea etiam ad sedem apostolicam, uel ad aliud interiectis, & aliis obiectionibus quibuscunque clemen. prima. de sen. ten. excō. Et si quis arguat quia episcopus nullam sententiam potest ferre cōtra exēptos. 16. q. 1. c. quia frater. Respon. in d. ca.


Secunda Pars

Host. Io. And. dicit, q. ista sententia quando est generalis, secus esset de speciali, quia tunc non illos ligaret, extenditur ad exemptos non ex sententia hominis, sed iuris dispositione, quid iuris quando matrix non obseruat, uide in d. casu 52. fratres congregationis Lombardiæ ordinis prædicatorum habent priuilegium à Leone papa 10. q. nō teneantur obseruare quādo matrix non obseruat.

¶ Secundō, quomodo interdictum possit suspendi, ut per hoc differat ab excommunicatione, & de appellatione interposita. uide supra interdictum 1. §. 1. in septima differentia. utrum autē quādo interdictū est nullū possit relaxari ad cautellā, sicut excoicatio, disputat docto. in c. possunt. de sent. ex. li. 6. & cōmuniter dicūt, q. generale loci nō relaxatur, & de hoc est ibi text. expressus. secus est de speciali loci, & de interdicto personę. p. ar. à cōtrario, & sic regula qua hī q. sententia censurę, quę est nulla, potest tolli ad cautellam. cap. per tuas. & c. uenerabili. de sen. ex. & cap. soler. eo ritu. li. 6. seruāda est, nisi in casu in quo inuenitur uitiata. ff. de re. iud. l. de spon. cū apud Ioan. Mo. in d. cap. præsentis. uidetur dicere q. est eadē ratio de interdicto generali loci, & de speciali. c. 2. de transla. lo. And. not. dicit q. primū est uerius, & ratio differentię inter generale, & speciale est, q. in speciali magis psonę peccat, & similiter quia tex. ibi dicit de gnali, sed ista ratio parum ualeat, non .n. locus specialis magis peccat, quā generalis, igitur ista ratio tenet solum de personali, quod autem tex. non dicit de speciali, hoc uideatur esse, quia non erat necesse, cūm quantum ad hoc sit eadem ratio, quare autem interdictum hī siue generale, siue speciale non relaxetur ad cautellam, interdictum uerō personę relaxetur, difficile est assignare rationem debere, sed fortē possit dici, quod absolutio ad cautellam sit, ut persona possit participare sacramenti, seu sacris, & interesse negotiis ecclesię secundum Pan. in d. c. uenerabili, quę ratio non facit quantum ad locum, uel quia ut dictum est, locus nō peccat.

¶ Tertiō, quomodo relaxetur. Respond. q. speciale interdictum personę propter ipsius contumaciam promulgatum,

Sum. Tab. k



tum, tolli debet præstata cautione de stando iuri c. ex parte primo de uerb. sign. & si aliquam cautionem præstare nõ potest, iure quod parebit mandatis ecclesiæ c. uenerabili, de sen. ex com. eodem modo tollitur si pro dubia offensa in aliquem latũ fuit, sed si pro manifesta offensa uel culpa singularis personæ, relaxationem præcedere debet satisfactio, ut in d. e. ex parte, si autem non põt satisfacere præstet idonea cautionem, uel iuratoriam si aliam præstare non potest. c. ult. de sentent. excommunicatio. lib. 6. §. illis. Idem dicendum de illo propter cuius culpam promulgatum est interdictum speciale. An autem specialis uel generalis loci uel uniuersitatis, siue communitalis, certa forma tollatur in hoc casu non apparet certa forma in iure, nisi quod iure cauetur quod tale interdictum debet reuocari, cap. unico, quod met. caus. lib. 6. & cap. presenti, de sent. excomm. eo. li. illorum tamen qui fuerunt culpabiles ante huiusmodi reuocationem debet exigi satisfactio uel cautio, ut supra ar. precedenti. §. illis. Alias sententia interdicti uel suspensionis nudo uerbo suspenduntur, uel totaliter relaxantur, puta dicendo reuoco, uel remoueo, uel absoluo, & similia, uel si est ad tempus, uel sub conditione, ex seipso desinit, secus esset de excommunicatione, ut not. doct. in c. fin. de ma. contra inter. eccle. & quamuis aliqui reddant rationem, quia excommunicatio requirit certam formam in absolutionem, tu tamen uide uer. excommunicatio. 2. §. 3. In proposito uerò, interdictum sola intentione habentis auctoritatem relaxatur, & sic sufficit quod exprimat suam intentionem quocunque modo uide. §. immediate sequentem, de papa tamen est certum quod sola intentione potest remouere omnem censuram uide uer. suspensio. §. 10. & 11. quia quantum ad hoc currunt de pari.

5 ¶ Quarto, ¶ Solet queri utrum si aliqui uolunt satisfacere debeat quod ad eos relaxari interdictum, solutio, ¶ sic, si est persona simpliciter interdicta, sicut dicitur de excommunicato, absolutionem petente, c. cum contingat de offic. dele. & c. significasti de eo, qui dux. in ma. Si autem locus tantum, & non persona uel uniuersitas siue populus, qui non peccauerunt, certum

est quod non requiritur satisfactio, de cost. c. 2. & si singularis persona non est absolueuda quæ non peccauit, illis igitur absolutus qui peccauerunt modo supradicto alii non indigent absolutione, & quando interdictum est positum ad tempus, transacto tempore, nulla est necessaria absolutio, & similiter si sub conditione, scilicet remota conditione. Illis etiã propter quos positum est interdictum se offerentibus ad iustitiã, debet tolli interdictum, data cautione de parendo iuri secundum lo. An. Si uerò essent consiliarii sunt adsoluendi cũ cautione satisfaciendi quantum tenentur.

6 ¶ Quinto, ¶ sententia interdicti per aliquos inferiores prelatos rationabiliter est lata, maiores non debent relaxare sine congrua satisfactioe & cum conscientia illius qui tulit. c. cum ab ecclesiarum. de offi. or. Item archiepiscopus non potest relaxare interdictum, uel excommunicationem, uel suspensionem, latas ab officialibus Suffraganeorum, scilicet archidiaconis seu aliis iurisdictionem habentibus, ipsis qui tulerunt omittis c. romana. eod. lib. 6. nisi esset contraria consuetudo. Intellige etiam nisi ratione appellationis, & tunc si allegatur, sententia esse nullam non est necesse eum absolui, potest tamen ad cautellam. Si uerò allegatur iniusticia & illa sit notoria superior debet eam absolue sine remissione, si uerò notorium esse ipsam esse iustam non debet absolui, sed remaneri. Si autem est dubia superior potest illum absolue uel remandare ad absolendum.

7 ¶ Sexto, ¶ utrum priuilegium concessum à legato de latere, quod interdicti tempore ualeat celebrare, interdictis & excommunicatis exclusis, ualeat quantum ad sententias suas & suorum successorum & ordinariorũ. Res. fm Laud. q. sic nisi specialiter à successore reuocetur & teneat idem quod etiã ualeat quantum ad sententias papæ. ar. c. dilectus, de resci. ip. utrum papa dante licentiam celebrandi in ecclesia specialiter interdicta, relaxetur interdictum. Res. fm Hof. non. ca. ut priuilegia. de priuil. non potest esse secundum eũ, quia potest illud suspendere, uel potest remouere cum conditione ut redeat. Vtrum de auctoritate episcopi possit quis celebrare in ecclesia interdicta. Respon. secundum Hof. in c. ad hæc quoniam,

de appel. quòd non, quia istud pertinet ad solum Papam. de priuileg. cum & plantare, secus esset in cessatione à diuinis posita ab ipso episcopo, uel eo inferiori, quia posset episcopus excipere, & subiicere quos uult, & tempus, & modum determinare, se eundem Innoc. in d. cap. ut priuilegia. & idem tenet in ecclesia per eum interdicta, allegat c. dilectus. el. 2. de appella. Sed non potest concedere, ut persona interdicta uel suspensa celebret nisi pro delicto alterius sit suspensa ab eo. Not. tamen quòd quamuis episcopus possit limitare suam cessationem quam ponit, tamen non potest apponere clausulam contra dispositionem iuris, unde si poneret simpliciter interdictum in aliquo loco non posset tollere id quòd permittit ius. s. ut non celebretur submissa uoce, &c. unde Ber. in d. cap. ad hoc. quoniam non potest dare priuilegium alicui celebrandi in ecclesia ab eo interdicta, secus de cessatione, ut dictum est.

¶ Septimo, si quamuis illi propter quòd delictum est positum interdictum illud non seruent, tamen alii tenentur, secus esset si illi non seruant in quorum fauorem latum fuit. c. petitis. de priuileg. Et dicuntur uiolare quòd maiores uiolant seu maior pars eorum. ar. in cap. fin. de procu. Et oportet, quod habeant animam perseverandi, & hoc potest percipi ex actibus eorum. Itē s. m. Io. Cal. proferens in interdictum siue superior eiusdem, excipitur Papa, si uiolat illud, incurrit penas quia sunt à canone. ca. is quæ. de sen. excom. lib. 6. & ca. 1. & si. de const. Ideo quamuis proferens sententiam non seruet, alii tamen tenentur. ar. l. 6. q. 1. c. in canonibus. Itē si proferens interdictum non seruando intendit illud relaxare, ita quod ipse proferens hoc dixit, tunc nec ipsi, nec subditi incurunt, quia sublatum esset, cum non habeat certam formam, sed si sola mente hoc fecit non exprimens aliquo signo extrinseco, tunc nec ipse, nec alii euaderent penas de reg. iu. cap. 1. Hoc uerum præterquam in Papa, qui non subiacet legibus. ff. de legibus. l. princeps. unde sola mente potest reuocare, ignorantes tamen quòd esset remotus peccarent, tamen non incurrerent irregularitatem, si quis tamen teneret, quòd episcopus potest sola mente remouere, idem diceretur.

¶ Octauo, si quis possit relaxare interdictum. Respond. ad instar excommunicationis, quia ambæ sunt censuræ. ca. quærenti. de uer. sig. si igitur sit ab homine, ipse uel superior poterit relaxare, secus de inferiori: si uero sit à iure, & conditor iuris non seruauit episcopus potest, non tamen inferior ordinariè maxime ab interdicto loci. ca. nuper. de sen. exc. si autem seruauit ipse solus potest s. m. Arch. quoniam papa seruauit sibi excommunicationem quæ est circa interdictum, uideretur sibi seruasse relaxationem interdicti. quotiens enim ex eadem radice uitium nascitur consequens est, ut eadem lege tollatur, hoc tamen dictum non placet Io. An. quia s. m. eum quoniam ex duobus unum seruatur uideretur alterum concedere. ar. in gl. cle. primæ s. m. Io. An. in c. cupientes. de elec. lib. 6. §. ceterum. in uer. suspensos. Si interdictum esset terminatum ad certum tempus à iure tunc ante illud tempus non posset ab ordinario tolli, ex quo limitatur. nuper. quod aliud sit in excommunicatione.

¶ Nono, si not. quod ea quæ dicta sunt de hac materia uel scilicet ad obseruandum interdictum uel contrafaciendo incurant peccatum, uel irregularitatem, locum habent & uera sunt, s. m. ea quæ sunt in corpore iuris, sed per extrauagantem Martini. §. que incipit, insuper ad uitandum, non tenetur quis obseruare interdictum ecclesiasticum à iure, uel ab homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegium, uniuersitatem, ecclesiam, communiatem, uel locum certum, à iudice publicata, uel denuntiata specialiter & expresse, cuius tenore est talis. Insuper ad uitandum scandala, & multa pericula, quæ conscientias timoratis contingere possunt Christi fidelibus, tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione, uel receptione, aut aliis quibuscumque diuinis intus & extra, prætextu cuiusque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ à iure uel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, uel aliquem uitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare nisi sententia uel censura huiusmodi fuerit illata contra personam, collegium, uniuersitatem, ecclesiam, comita-

tem, uel locum certum, uel certam à iudice publicata, uel denunciata specialiter, & expressa, constitutionibus apostolicis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, saluo, si quem profacile manu iniectione in clericum sententiam latam à canone adeo notoriè confiteri incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari, nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus iuxta canonicas sanctiones abstineri. hæc ibi. Et not. q̄ quidam dicebant istam constitutionem fuisse in concilio propositam, sed non acceptatam præcipuè ab italicis. Alii dicebant fuisse temporalem, scilicet per quinquënium usque ad concilium sequens, quod sensus fuit celebratum, sed nullam horum est verum. Nam sicut recitat Domi. Archiepiscopus Florenti. tertia parte. titu. 26. cap. ultimo. ipse habuit à duobus uiris approbatis, qui fuerunt præsentés in illo concilio, q̄ fuit acceptata ab omnibus, & perpetua. ex prædictis patet responsio ad quæstio. quotidianam, quando Papa dicit excommunico, uel interdictio. N. & N. cùm fautoribus, & participantibus sibi, hic. N. & N. sunt nominati excommunicati, uel interdicti, & idèd sunt uirandi: fautores uero siue participantes non sunt nominati excommunicati, uel interdicti nisi tantum in genere, & idèd non tenetur quis eos uitare quousque per iudicem uominati specificentur & denuncientur, de hac constitutione habes in ver. supplemento. ver. clericus 3. in fin. in ultima additione, ubi dicit se uidisse hanc in quodam li. cuiusdam qui fuerat præsentés in dicto concilio, &c. quidam addunt excommunicatum notoriè quacunque excommunicatione: ita q̄ nulla possit tergiversatione celari, aut iuris remedio excusari, etiam si non sit in genere, uel specie denunciatus. Et quòd per hæc Papa excommunicatos, suspensos, uel interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo releuare, nec eis quomolibet suffragari, & ita recitat Pan. in clem. 2. de sent. excomm. ubi fuisse statutum. Et idem concludit d. Felin. in c. Rodulfus. de rescrip.

¶ Decimò, ¶ not. q̄ fiatres prædicatores

habent priuilegia, ut tempore generalis interdicti terræ, possint ubique in omnibus ecclesiis suis, uel alienis clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exclusis non pulsatis campanis, & submissa uoce celebrare diuina, & recipere sacramenta ecclesiastica exceptis tribus casibus. Primo q̄ dederunt causam interdicti. Secundo si contingat id sibi specialiter interdicti. Tertio si ecclesia illa in qua uolunt celebrare est specialiter interdicta. Bonifacius uirtute. Itè p̄r tempore interdicti ad diuina recipere pueros suis seruicis deputatos, & negotiorum suorum procuratores, & operarios, q̄ suis in locis, eorum operibus continèd inliteant, nisi in duobus casibus. Primo si ipsi causam interdicti dederunt. Secundo si contingat eos specialiter interdicti, uel excommunicati ibidè. Itè q̄ tempore iustitiam interdicti, conuentus quilibet ordinis fratrum Prædicatorum quodidie unam missam celebrare ualeat cum duobus, uel tribus tantum ministris, expulsis primò omnibus qui non sunt de ordine Prædicatorum. cle. Meritis uestræ religionis. Itè quòd q̄ in ciuitate, uel locis aliis ubi habitatur contigerit interdictum poni, & prohiberi omnia ecclesiastica sacramenta, exceptis paruulorum baptismo, & penitentia morientium, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, religiosis quibuscunque ab Apostolica sede concessis, nihilominus tempore talis interdicti possunt confiteri peccata eorum, & ab ipsis absolui, & temporibus consuetis iuxta morem ordinis tales sacre communionis, & unctionis extremæ recipere sacramenta, & diuina officia celebrare simul, ianuis clausis, non pulsatis campanis, & submissa uoce, excommunicatis, & interdictis ab omnibus personis, que non sunt de ordine tali exclusis Non obstantibus prohibitionibus huiusmodi, seu aliis quibuscunque literis à sede Apostolica imperatis, uel impetrandis, que de ordine Prædicatorum, & hac indulgentia speciale non fecerit mentionem. Honoris. Meritis uestræ religionis. Item omnes sententiæ interdictæ suspensionis, uel excommunicationis contra eos late per quoscunque prælatos contra indulta priuilegiorum dictorum fratrum, sunt ipsò iure irritæ, & inanes. Si autem contra aliquos.

aliquos occasione eorumdem fratrum sunt poenitus irritandæ. Alexander. Meritis vestræ. Itē q̄ à nullo legato nisi à latere possunt suspendi, & interdicti uel excoicari nisi in eorum literis, de ordine prædicatorum talis specialis mētio habeatur. cle. exi. gētibus. Item q̄ Magister ordinis, uel eius Vicarius in toto ordine, & priores prouinciales, & conuenticales, & eorum Vicarii in suis terminis, possunt fratres suos constitutos in terminis prædictis, uel ad eos declinantes, undecunq̄ absoluerē à sententia excommunicationis, (suspensionis uel interdicti à iure, uel à iudice generaliter promulgatis, uel si in locis suppositis ecclesiastico interdicto præsumpserint celebrare diuina Boni. uirtute. Item quoddam uiri, & mulieres de Italia habentes habitum, & regulam ordinis, qui dicitur de poenitentia sancti Dominici, possunt licite audire diuina, & recipere ecclesiastica sacramenta, tempore interdicti, nisi causam dederint interdicto. Honorius. Cōgrue existimantes. Item quoddam possunt alienare ex causa, & in melius, &c. non obstant quoddam fuerint relicta cum conditione, quod nō possint alienare. Sixtus 1111. Pro pastoralis, &c. Origi. est Bono. quod ego uidi.

12 ¶ Undecimō, † not. pro declaratione præcedentis §. quoddam omnia priuilegia, quæ præcesserunt dec. alma. Bonifa. 1111. & sunt contraria dicta dec. sunt reuocata per dicta dec. alma. in fine enim ipsius sic dicitur cæterisque quæ circa obseruationem interdictorum à nostris sunt prædecessoribus instituta in suo robore duratoris non obstantibus quibusuis priuilegiis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, seu personis ecclesiasticis secularibus, uel regularibus exemptis, uel non exemptis sub quauis forma, uel expressione uerborum ab apostolica sede concessis, quæ contra tenorem presentis constitutionis nulli uolumus suffragari, cum quibuslibet, tam secularibus, quam regularibus sufficere debeant, ut tempore interdicti modo præmissis diebus celebrent supra scriptis hæc ibi in tex. ubi gl. si. dicit. Erant fratres prædicatores, & minores, & quidam alii priuilegiati, ut in terris suis festiuitates celebrare possent tempore interdicti, interdum usque ad octauas. hæc, & similia

Secunda pars

priuilegia sunt reuocata, & pntō etiam, quoddam per hæc uerba generalia reuocatum sit priuilegium templariorum, & hospitaliariorum quo in eorum iocundo aduentu semel in anno aperiatur una ecclesia in loco, tempore interdicti, de priuileg. ut priuilegia. & intelligas de prioribus priuilegiis. hæc in dicta gl. Ex quibus primō patet, q̄ priuilegia sequentia post dicto cap. alma. tenent. Secundō, q̄ etiam præcedentia quæ non sunt contraria. d. ca. alma non reuocantur. Tertio patet q̄ nullum de his quæ posita sunt in §. præcedenti est reuocatum, uel quia non præcessit, uel quia non est contra d. ca. alma. uel quia ca. alma. non facit specialem mentionem de ordine, &c. & hoc ultimum patet per istam gl. ibi. per hæc uerba generalia. No. tamen q̄ Sixtus 1111. in priuilegio quod incipit. Regimini &c. circa mediū ibi. Nos igitur, qui dicto ordini. confirmat motu proprio & propria scientia omni priuilegia, & de nouo concedit quæ fuissent data à prædecessoribus suis, inter quæ fuit priuilegium Alexandri 4. quod incipit. Pro reuerentia beati Dominici, & cætera. in quo dat dictis fratribus, quod in uigiliis, & festiuitatibus sancti Dominici, & beati Petri martiris, & octo diebus immediatē sequentibus si sit generale terræ interdictum possunt fratres ordinis prædicatorum in suis ecclesiis, & oratoriis diuina officia solenniter celebrare, excommunicatis duntaxat exclusis, & cætera. Quartum Patet quoddam priuilegium quo gaudent cruce signati per inquisitores uirtute priuilegii Innocen. 1111. quod incipit. Malitia huius temporis, ut possint interesse diuinis officiis, & ecclesiastica sacramenta recipere, dummodo si tenentur in talibus ecclesiasticis sententiis ligati prius absoluantur, &c. non est reuocatum, quia dicto c. alma. loquitur de actiue celebrantibus. ut patet in si. ubi dicit, q̄ sufficere debet, ut celebrent, & hoc non considerauit Per. de pal. qui tenet quoddam sit reuocatum. 4. distinctio ne. decima octaua. q. 8. artic. 5. conclusione undecima. Et hoc idem, scilicet q̄ non sit reuocatum tenet Io. Cal. in quodam consi. quod fecit fratri Paulino de Forliuo quod est Bono. in scrinio inquisitoris, quod uidi, & legi. nec credat inquisitor posse admit

Sum. Tab.

k 3

tere

tere ad diuina illos qui præmissis sententiis, scilicet excommunicationis, suspensionis, uel interdicti tenentur ligati nisi prius absoluantur, & potest eos absolueri ab his sententiis canonis, & præsertim ab illis quas pro incendiis, uel effractionum ecclesiarum, seu manuum uolentiarum in personas ecclesiasticas incurrunt, & ab aliis quoque sententiis à papa, uel auctoritate sua generaliter promulgatis, nisi adeo grauis, & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oportet beneficium per sedem Apostolicam obtineri. Cōsultat etiam idem Io. Cald. in dicto consilio, quod inquisitor nō conferat crucis signaculum personis non interdictis præcedente interdicto loci, ut in eo possint audire diuina, quia possit præsumi fieri in fraudem, & contempum ecclesiasticæ censuræ, accedit in ar. de priuileg. ut priuilegia, hæc ille. No. tamē q̄ si cesset fraus, id est si principaliter mouentur tacti zelo fidei, possunt recipi, ut possent informari quod principaliter hoc faciant zelo fidei, si et aliunde moueantur dummodo non principaliter. Sed queritur quando fuerit excommunicati, uel interdicti, &c. antequam recipere signum crucis, utrum inquisitor possit eos recipere uel absolueri. Respon. credo quod possit eos absolueri, & postea eos recipere, moueor quia in d. priuilegio datur auctoritas absoluedi ab his quas incurrerunt, quod est de præterito, & sic potest absolueri à præteritis, confirmatur quia facit mentionem de quibusdam sententiis præteritis, id est quas præcesserunt datam huius priuilegii, ergo oportet quod intellige de his quas præcesserunt acceptiōem crucis. Si quis autem iterum quereretur, utrum possit excommunicatos istos prius recipere, & postea absolueri. Respond. secundum Ioan. Cal. in d. consilio, q̄ non potest alleg. mentem istius priuilegii, quia circa finem dicit, dū modo prius absoluantur, sed iudicio meo loquitur ibi de amissione ad diuina. quæ non debet fieri nisi prius absoluantur, nūc autem loquimur de receptione ad crucem, secundum autem Pa. in cap. ex publico. de conuers. coniuga. non est honestum, si tñ faciat tenet, & fm Rai. non est recipiendus ad religionem, si tamen recipiatur tenet, & sic etiam cessat. Pa. in c. cum illorum, de

sen. exc. ubi arguit q̄ si prælatus habeat auctoritatem absoluedi suos subditos, quod non possit eos absolueri ab his quas incurrerunt antequam essent subditi nisi specialiter facerent mentionem. Res. enim primō q̄ hic sit implicita mentis cum loquitur de præteritis. Secundō dicitur q̄ nō est simili rō nam ibi arguit. Pa. e. q̄ minus est incurrere in claustrum, quàm extra pp famularitatem, & qui dat minus non dat maius, &c. sed fecus hic. Concedit insuper ipse Io. Cal. in d. consil. q̄ inquisitor possit absolueri à sententia interdicti tam generaliter, quàm specialiter interdicto, non obstante q̄ de iure sit manifestum q̄ interdictum generale non ualeat relaxari circa singularitatem personam, quia in hoc priuilegio specialiter conceditur inquisitori, & quàmuis fm eum non sit omnino clarum, tamen dicit ipse, quod credit de iure posse defendi.

DE INTERDICTO IIII. scilicet de causa materiali.

Interdictum ecclesiasticum contra quem promulgetur.

Interdictum 4. de cā materiali, ff. cōtra quem interdictum ecclesiasticum promulgetur ubi notandum fm Io. Cal. q̄ indistinctē ligantur hac sententia clerici, laici, religiosi, mares siue femine, prælati quicunque, uel priuari rectores, nobiles, seu plebani cuiuscunque sint status uel auctoritatis suo tamen modo. fm q̄ sunt capaces pœnarum, in pœnis enim sunt circumstantiæ attendendæ. 13. q. 8. occidit. & c. postulasti. de cle. ex. mi. & c. si sententia. de sen. ex li. 6. ubi no. q̄ quilibet subditus, uel et terra uel ecclesia habentis iurisdictionem ordinariam, uel delegatam potest ab eo interdici, alias sententia à non suo iudice lata est nulla. de offi. del. ca. sanè. 2. & extra de iudic. at si clerici. Exempti uerō à prælatis non possunt ab eis interdici, si tamen ille qui est exemptus ex una parte habere beneficium aliquod tamen cuius non esset exemptus, in sui diocœsani sententiis subiacet capitu. cum cancella de priuileg. Prohibetur etiam quod in
odum

odium exemptorum uel in fraudem priui legiorum non interdiciuntur uidentes illis uel ementes ab eis, aut eis communicantes, alijs cōtrafacientes puniendi sunt. c. quanto, de priuile. Item non possunt interdici nisi à papa illi qui sunt speciales ecclesie Romanæ filii. Item priuilegia q̄ aliqui non possunt excommunicari uel terre eorum interdici concessa singularibus personis ecclesiasticis, uel secularibus non extenduntur ad sententias ordinariorum, quia ipsi possunt tales excommunicare, & interdici nisi fuerint concessa regibus, reginis uel eorum filiis, uel religiosis, non ratione personarum, sed ratione ordinum, uel locorum, c. ne aliquid, de priuileg. lib. 6. Quomodo non possit fieri pro debito peccatorio supra interdictum. 3. prin.

DE INTERDICTO QUINTO
scilicet de causa finali.

- 1 Interdicti tempore quid concedatur, & quid prohibeatur, & quid secundum antiqua iura. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 14. 15.
- 8 Encovistia quando portatur infirmis utrum portari debeat cum solemnitate campanarum.
- 13 Confratres qui ex priuilegio religiosorum quorum sunt confratres admittuntur ad diuina, utrum possint sepeliri in ecclesia interdicta.
- 16 Laici non interdicti an admitti debeant cum celebratur missa submissa uoce.
- 17 Laici qui solent publicè cantare litanias an tempore interdicti eas cantando incurrant irrogis laritatem.

1 Interdictum 5. de causa finali, seu de effectu ecclesiastici interdicti, scilicet quid permittitur uel quid prohibetur, ubi sciendum q̄ quaedam iura uidentur dicere q̄ eius effectus est prohibitio celebrationis diuinorum officiorum, nec aliud exprimit, c. ex rescripto, de iur. iur. Aliqua inuuant effectum, prohibitionē diuinorum, & ecclesiasticæ sepulture. c. cum, & plantare. §. q̄ si de priuileg. & c. ut priuilegia. & c. is qui de sen. exc. lib. 6. Alia expriment de sacramentis tantum c. responso, de sent. exc. Aliqua de diuinis officijs & sacramentis & ecclesiasticæ sepulture, de pen. & re. c. quod in te. uel specificè solum de sepultura, in cle. eos, de sepul. quæ non exprimit alia, quæ

titulus loquitur solum de sepulture. Sed dec. alma. §. 1. de sen. exc. lib. 6. clarè in hoc articulo dicit q̄ in locis suppositis ecclesiastico interdicto, nulla, certis casib. & sacramētis exceptis, diuina celebrentur officia, uel ministrentur ecclesiastica sacra, de cr. at si facta dicit q̄ personæ ecclesiasticæ suppositæ interdicto, non debent alicubi audire diuina. exceptis casib. expressis in iure, nec aliqua recipere sacramenta. in dec. non est uobis, de spon. prohibetur omnia diuina officia præter baptismum paruulorum, & penitentias morientium. In c. uerò quod in te. de pœ. & re. addit ad penitentiam uaticum, negat ultimam uindictionem, & ecclesiasticam sepulturam, & concedit ex gratia q̄ clerici qui seruauerunt interdictum possint sepeliri in cœmeterio ecclesie interdictæ si ne campanis, & solemnitate, & q̄ clerici ualeant bini uel terni legere horas canonicas ianuis clausis, & c. & uoce dimissa, ut non audiantur exterius, & quædam alia. In c. permittimus, de sen. exc. addit q̄ semel in ebdomada possit celebrari, consulitur quòd itinerantes non dicant bini officium quando transeunt per loca interdicta ut nō audiantur, secus si solus.

2 Primò, ¶ Norandum. 2. Et in cōi loquendo q̄ s̄m iura antiqua nulla permittebantur diuina officia celebrari, uel audiri. d. c. quod in te. & d. c. nō est uobis, nisi bini uel terni p̄ modum legentis, clausis ianuis, & c. semel in ebdomada celebrari, cā conficiendi corpus Xpi d. c. permittimus, sed p̄ noua iura istud extitit moderatum. d. c. alma. & c. quæ de sen. exc. li. 6. p̄ istum modum. sc̄ q̄ singulis diebus possint in ecclesijs, & monasterijs missæ, & alia officia celebrari sicut prius cum his quatuor condōnib. sc̄. summissa uoce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excōicatis & interdictis exclusis, & per quilibet istarum quatuor condōnum. sc̄ si vna non seruetur, alijs seruatis uiolatur interdictum s̄m Ho. Io. An. & Io. Cald. qui subdit, & licet ista dura uideantur tñ sufficere ita scriptū esse. 19. di. in memorijs. Item si clericus in loco interdicto, facit unum itorū alijs celebrantibus, puta pulsat cāpanam, uel apperit ianuas ecclesie, & huiusmodi credo ipsum irregularem, quia participat in crimine criminoso, de sen. excommu. c. nuper, secus si facit aliquid

ut celebrentur diuina, & tamen non celebrantur de facto cum irregularitas requiratur actum perfectum. 1. §. 1. c. si. uide infra uer. interdictum. 6. principio, circa si. Itē no. q̄ dicta moderatio nō habet locum in interdicto personæ siue generale siue speciale, nec in interdicto spirituali loci quia d. e. alma. loquitur de interdicto generali loci, & sic in interdicto personæ uel loci specialiter standum esse iuri antiquo, & ex hoc patet Angelicam male dixisse, uer. interdictum. 6. §. 1. & similiter dicas in interdicto strictè sumpto. Item alia moderatio per d. e. alma, uidelicet in festiuitatibus Natalis, Resurrectionis, Pent. & Assumptionis beatæ Mariæ, & est addita alia festiuitas corporis Christi per extrauagantem Martini. 5. Pe. de pal. dicit, q̄ esset rationabile. idem dicit de festo omnium sanctorum, & de sanctorum in quibus conceditur ut campanæ pulsentur & ianuis apertis, alta uoce diuina celebrentur in locis interdictis, excommunicatis exclusis, sed interdictis admittis, ita tñ q̄ illi propter quos est positum in interdictum altari non appropinquent. Quidam dicunt q̄ intelligitur ne appropinquanti, id est non accipiant corpus Christi, q̄ prohibetur, &c. Alii melius q̄ non appropinquent sicut dñ de usurariis & meretricibus q̄ non faciant offertorium. c. quia in omnibus. de usu. non obstantibus quibuscunq̄ priuilegiis quæ reuocantur per d. dec. alma, s. præcedentia, & not. q̄ debet solum intelligi de vna die pro qualibet solemnitate & concordant quasi omnes doc. q̄ illa dies incipiat à uesperis uigiliæ Pe. de pal. dicit q̄ in festo Natiuitatis Pascatis & Pentecostes incipiat in missa uigiliæ ipsorum sed quo ad finem Archi. dicit q̄ durat usque ad completorium inclusiuè, quia in beneficiis debet fieri larga interpretatio, concor. Pet. de pal. Ioan. And. in gloss. pen. dicit quòd terminatur in uesperis & sic excludit completorium quæ opinio placet Ioan. Cald. quòd non detur corpus Christi uide infra. §. 6. & est honestus quòd missa principalis sit de die festo, quamuis alia possit dici secundum Ioan. Cald. Item in dictis festiuitatibus potest aqua solemniter benedici, & aspersio fieri, panes, fructusque benedici, & laicis etiam interdictis ministrari, uideretur enim pertinere ad

officium diuinum quod permittitur Ioan. Cal. Eodem modo dicitur de benedictione solemnium nuptiarum. s. in festo Assumptionis beatæ uirginis in aliis non potest, non ratione interdicti, sed temporis, & similiter uirgines, altaria, calices, paramenta, abbates, & abbatissæ & huiusmodi possunt benedici, eadem ratione, quia nō sunt sacramenta, sed officium. De sepultura in istis diebus uide infra. §. 1. De benedictione aquæ istis diebus uide infra interdictum 6. §. 3. & supra interdictum. 1. §. 7.

3 ¶ Secundo, primum sacramentum q̄ conceditur tempore interdicti est sacramentum baptismi nedum paruulorum, sed et adultorum. c. quoniam. de sen. exc. li. 6. & cathismus & totum officium baptismi tanquā accessorium conceditur dicit etiam Io. Cal. q̄ si quis baptizaret, uel crismaret in ecclesia specialiter interdicta non incurreret irregularitatem quamuis Io. mo. uideatur contrarium dicere, concedit tamen ipse Ioan. Cal. q̄ si alibi honestè possit fieri securius esset, no. tamen q̄ iura antiqua non faciunt mentionem nisi de baptismo paruulorum, unde si fieret interdictum strictissimum, dubium esset utrum permetteretur baptismus adultorum, quia tamen d. c. quoniam, uidetur se referre ad ius antiquum, & nominat utrunque, ideo uidetur q̄ utrunque admittatur in quocunq̄ interdicto, essent tamen consideranda uerba interdicti quādo emanat à papa, quia credo q̄ ipse posset excipere à secundo, secus à primo quòd est omnium necessitatis, de quo dic ut supra uer. interdictum primo. §. 7. circa si. Alius autem inferior à papa non posset ponere clausulam derogantem iuri communi. De quo uide supra interdictum 1. §. 5. & 7.

4 ¶ Tertio, secundum quod permittitur est confectio crismatis in die Iouis sancta d. c. quoniam. Intelligitur tamen Archi. ibidem quòd non potest confici alta uoce neque campanis pulsatis, sed cum moderamine c. alma, scilicet submissa uoce, &c. de quo supra. §. 1. & ratio permissionis assignatur in glo. d. c. quando, quia sacerdos post baptismum iniungit in uertice, sed non in fronte quòd est solius episcopi. c. quanto, de cons. in fra interdictum. 6. §. 3.

5 ¶ Quarto, tertium q̄ conceditur est sacramentum cōfirmationis, c. responso. de sen.

excō. quod dicitur crismatio in fronte, & quamuis secūdūm Pa. in d.c. responso, fiat mentio solum de pueris, tamen secundūm eundem Pan. intelligitur etiam de adultis. d.c. quoniam, & posset fieri dubitatio sicut supra de baptisimo. §. 2.

¶ Quinto, ¶ quartū q̄ conceditur est pœnitentia non tm̄ morientū sed ē sanorū, dūmodo non fuerint excōicari qui non possunt admitti nisi in morte, & exceptis illis quorum culpa uel dolo lata est sententia in terdicti, uel prœbuerunt consiliū, auxiliū uel fauorē, nisi prius satisfecerint uel de satisfaciendo dederint idoneam cautionem, aut si hoc non possunt nisi iurauerint q̄ cum poterunt satisfaciunt, & ad satisfactio nem faciendam per illos qui tenentur dabunt consiliū, &c. & pro posse laborabunt, nec propter aliquod prœdictorum fieri debet relaxatio interdicti. d.c. alma. No. in eo q̄ dicit q̄ excōicari non possunt admitti nisi in morte q̄ intelligitur de excōicatione quæ incurritur ratione corū quæ sunt circa interdictum, de aliis. n. excōicationibus non loquitur. Item no. q̄ iura antiqua solū excipiunt pœnitentiam morientū, ut in d.c. non est uobis, c. q̄ in te, 1. responso. in iure uerō nouo. f. d.c. alma. fit mētio de pœnitentia sanorum, & ideo si fieret interdictum strictum derogans iuri nouo, nō intelligeretur nisi de pœnitentia morientū, uel crucem recipientium in subsidium terræ sanctæ, uel peregrinorum. d.c. q̄ in te, istis enim conceditur ex priuilegio & dicit ibi gl. q̄ intelligitur de peregrinis uel cruce signatis quando sunt in periculo, sed secundūm Pa. ista gl. est contra tex. similiter dicitur de his qui habent celebrare semel in ebdomada. d.c. permittimus, quia sine confessione non debet celebrare existens in peccato similiter posset intelligi de mulieribus quæ sunt propinquæ partui, qm̄ fm̄ suas cōditiones imminet periculum mortis, fm̄ Pa. in d.c. quod in te. Sed quid dicendum de interdicto de quo dictum est supra interdictum 1. §. 7. vtrum permittatur pœnitentia sanorum pręter illos de quibus dictū est. Respō. quod non, quia ubi remouetur moderatio. c. alma, remanet in iure antiquo fm̄ Pan. in d.c. quod in te, & gl. in d.c. alma, circa prin. sed sic est quod in tali interdicto, de quo loquimur & dictum est in

d. §. 7. remouetur ut dicunt Io. And. & Do. Anr. in d.c. permittimus, & ipse Io. And. in nouella, igitur & si quis uellet negare istos doc. inueniat meliores, uideretur. n. loqui secundum intellectum ipsorum text. uide in d. §. 7. dicitur. n. in tali interdicto q̄ admittitur pœnitentia morientium ex quo remouet pœnitentiam sanorum, ut dictū est in d. 7. Si uerō non poneretur talis particula. f. pœnitentia morientium uel aliud per quod specificaret illud, de iure cōi admittitur etiam pœnitentia sanorum, absolutio generalis quæ fit à prœdicatoribus fm̄ Ioā. Cal. pōt fieri tempore interdicti, quia fm̄ eū non est officium diuinū. Angelica uero. ver. interdictum 6. §. 20. dicit quod ista ratio non est bona quia pertinet ad ordinē, sed ipse Angelus non aduertit quod absolutio generalis magis pertinet ad iurisdictionem sicut absolutio à censuris, ideo dicendum quod morientibus indifferenter pōt fieri eo quod talibus indifferenter conceditur quolibet absolutio, sanis autem secundūm iura noua potest fieri accessorie, secundūm uerō iura antiqua quibus est studium in strictissimo interdicto, secus diceretur. f. ut dictum est. De pœnitentia solemnī si accideret, dicit Io. Cal. quod non fit. Absolutio ab excommunicatione potest fieri sine solemnitate, ut infra interdictum 6. prin.

¶ Sexto, ¶ Quintum quod permittitur est eucharistia, secundūm quod dicitur uiaticum. i. cum datur decedentibus, & dicitur uiaticum eo quod datur in termino uiæ. d. c. quod in te, & d.c. permittimus, nec debet denegari talter pœnitentibus. i. in mortis periculo. c. pœnitentes. dist. 50. Debet etiā dari sanis damnatis ad mortem tempore interdicti. ar. cle. cum secundum, de pœ. & re. & ibi no. in glo. planum est enim quod tales censentur tunc in mortis articulo, quo casu appellatio pœnitentiæ intelligitur uiaticum. d.c. quod in te. Sed quæritur an laicis uel clericis non interdictis possit dari eucharistia in loco interdicto, præterquam in mortis articulo. Resp. de presbytero missam celebrante nō est quæstio, cum enim possit imo debet celebrare seruatā forma cum moderamine. §. addicimus, & per consequens potest imo debet sumere corpus Christi. c. peracta. de consecratione, dist. 2. secunda, sed de aliis dicit Ioan. Cald. q̄ trepidat

trepidat dare sententiam, cum uideat generaliter religiosos, suis fratribus & sororibus quarum curam gerunt, interdicti tempore indifferenter concedere eucharistiam: sed quo iure, ipsi discernant eum cōtrarium uideatur de iure scriptor: in interd. c. is enim quod non inuenitur expressè permissum subiacet regulæ prohibitiuæ. 1. q. 5. c. consulisti, de trans. c. 1. & in cle. exiui. de uerb. sig. §. porro. Cū ergo per interdictum prohibeatur administratio sacramentorum, certis casibus, & sacramentis exceptis, ut est expressum in c. alma. §. 2. & similiter sit permissum corpus Christi in quantum dicitur uaticum, & non aliter, saluo quod dixi de celebratione, clarè sequitur quòd aliis personis ministrari non debet, hęc Io. Cal. & Pa. in d. c. quod in te, sic ait. Quod dicitur de uaticum in isto c. hodie immutationem non recipit, bene tñ potest exhiberi decedentibus, quia de uaticum nulla fit mentio in d. c. sin. stabimus ergo huic iuri antiquo scilicet d. c. qd̄ in te. ar. l. præcipimus. in fi. c. de appel. Nam uaticum non intelligitur propriè appellatione pœnitentiæ, imò sunt duo sacramenta separata, ideo papa hic utitur uerbo uolumus, quia de iure non intelligebatur & ius corrigens debet strictè intelligi ar. c. euipientes, de elec. lib. 6. hęc Pan. Nec ob. d. c. quod in te. ubi conceditur maticum cui conceditur pœnitentiæ, quia loquitur propriè de uaticum quando conceditur morientibus gl. in d. c. alma in uerbis. admittantur. Pet. de pal. dicit in hoc esse consulendum papam. Ad hoc quod dicit de religiosis die quòd habent priuilegia uide supra Interdictum. 3. §. 10. Ge. dicit in d. c. alma, quòd clericis illius ecclesie ubi dicitur officium secretè secundum illam dec. alma potest etiam administrari eucharistia. Vtrum autem debeat dari illis secularibus quibus cōceditur audire diuina secundum d. c. alma. Archi. dicit q̄ non quamuis quidam teneat quòd sic, ratio eius quia in c. si sententia, ponuntur ut diuersa audire diuina, & percipere sacramenta, ideo securus est, secus esset si haberent priuilegium audiendi diuina & recipiendi ecclesiastica sacramenta. Io. Cal. tenet etiam q̄ non administratur in quatuor solemnitatibus. d. c. alma. nisi sicut aliis temporibus d. c. responso &

intra quæ habent quòd pluries est stimentum debent intelligi remoto impedimento interdicti, uel alterius. Pet. de palu disputat de pascale, eo q̄ uiderur tunc ita esse necessitatis sicut & c. concludit quòd papa debet declarare.

8 ¶ Septimò quaeritur, quando portatur corpus Domini infirmis, utrum debeat portari cum solemnitate campanarum, & c. credo q̄ sic: cum enim aliquid permittitur intelligitur ubi aliud non apparet fore permissum Em q̄ ius disponit id fieri, & vsus obseruat di. 4. c. erit. & de uerb. sig. c. ex parte. de lumine disponit ius, de cele. mi. c. factæ. de campanula habet generalis consuetudo. Item campanarum pulsatio non uideatur prohibita nisi propter diuina officia celebranda, ut in d. c. quod in te. & c. alma. Sed utrum uaticum detur tunc infirmo in præsentia personarum stantibus & uenientibus ad locum ubi est infirmus, credo q̄ sic ut permissio intelligatur secundum statum personæ cui permittitur 41. d. ca. quisquis, de priu. c. porro. sed infirmi conditio sequitur stantes. Item cum portatur ad infirmum debent se inclinare, de cel. mi. c. sane potius stantes cum infirmo ipsum extra piscidem inspicere & adorare, nec est expressio in iure q̄ uisio talis sacramenti sit prohibita tempore interdicti, nisi cum diuina officia celebrantur actualiter. c. 1. de sen. exc. circa prin. Sed quid de prægnantibus propinquis partui. Io. An. in d. c. quod in te. dicit quòd nō bene possunt dici decedentes, unde nisi aliud periculum appareat esset abstinendum, idem esset dicendum de intrantibus mare uel bellum & similia. Io. Cal. Pa. in d. c. quod in te. dicit esse considerata pericula.

9 ¶ Octauò, ¶ sextum quod permittitur est quòd missæ singulis diebus ecclesiis & monasteriis celebrantur submissa uoce, ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, & non pulsatis campanis secundum quòd dictum est supra. §. primo & d. cap. alma. §. adiuicimus. Angelica uerò uertice. interdictum. 6. §. primo dicit esse aduertendum, quòd d. c. alma. loquitur de generali & speciali interdicto tam hominum quam locorum non de singulari alicuius ecclesie: & ideo ibi, scilicet particulariter interdicta non possent celebrari.

Archic. Flo. 3. ti. 27. c. 1. dicit & melius q. d. moderatio. intelligitur de in interdictione loci, s. civitatis, villæ, castri, &c. non de interdictione personæ siue generalis, siue specialis, neque de interdictione speciali loci, & iste est propriè sensus. d. dec. alma. quæ loquitur solum de interdictione loci generalis, in aliis, igitur stabimus iuri antiquo. & ista est communis sententia omnium doct. unde patet q. alii melius aduertunt quamvis ipse dicat quod pauci aduertunt, de clericis extraneis, seu alibi beneficiatis an possint admitti ad celebrandum in ecclesia quæ est in loco interdictione generali, uel concelebrandū. Archi. tenet quod non. Io. And. tenet quod est durum, & qui nimis emungit, &c. & sic videtur tenere contrarium, quod contrarium Ioan. Cald. probat per multas rationes, & idem videtur dicendum de religiosis. Gem. verò dicit quod ante factum esset consulendus papa, secus post factum, sed videtur dicendum quod secunda sit melior simpliciter. Notandum quod secundum iura antiqua permittebatur solum semel in ebdomada celebrare in ecclesia ubi conservatur corpus domini pro uiativo, ut posset mutari ne putresceret. d. capit. permitimus, unde si poneretur interdictionem scripturam, de quo supra, interdictionem 1. §. 5. & 7. esset standum huic, quia per tale derogaretur. d. c. alma, & hoc tenet Dom. Anto. de Butr. post Ioan. And. in d. c. permitimus. Idem etiam tenet ipse Ioan. And. in d. dec. alma in nouella. Quidam dubitant utrum alie missæ præter conuentualem possint dici secundum dispositionem c. alma. sed Io. Cal. post Ioan. And. tenent quod sic, & secundum eum. Io. Cal. si omnes fratres conuentuales deficerent uno solo sacerdote remanente poterit celebrare cum familiari. Item nota quod episcopis & superioribus conceditur quod possint cum altari portati celebrare & celebrari facere & audire divina, quamvis sit interdictione terra, castri, &c. seruat moderamine. d. cap. alma, & simile priuilegium habent prædicatores & minores. c. ga. in his, de priuileg. & d. cap. alma, secus in interdictione speciali secundum Ioan. Cal. Item nota secundum eum. Ioan. Cal. quod si sacerdos cõsiceret corpus Christi etiam sine missa in loco interdictione etiam si ipse non sit suspensus neque interdictionis

efficeretur irregularis.

10 ¶ Nono, ¶ septimum quod permittitur est ordo sacer. de quo sciendum est quod interdictioni non possunt ordinari siue sint clerici siue laici, illud enim esset participare sacramentis à quorum participatione sunt remoti nisi in casibus permissis ad hoc de cle. excom. mi. cap. si. nec in loco interdictione possunt conferri ordines aliquibus clericis vel laicis, quia ibi prohibentur ecclesiastica sacramenta ministrari exceptis quibusdam casibus, de quibus iste non est, ut d. c. non est, & cap. alma. §. 1. si autem loci populus sit interdictionis, cum per hoc non sit interdictionis clericus. d. c. si snia, clerici illius loci poterunt extra locum interdictionem factos ordines recipere, quod intelligas dummodo ordinentur ab episcopo qui ipsos de iure valeat ordinare, uel de ipsius licentia ab alio. de temp. or. c. nullus, lib. 6. Si uerò locus tantum est interdictionis licet in eo loco ut dixi nullus valeat ordinari, laici uerò qui non fuerunt culpabiles delicti propter quod sententia est lata extra locum interdictionem etiam per episcopum delicti loci uel per alium de eius licentia poterunt ordinari, hoc uerum est quando propter delictum uniuersitatis fuit lata sententia interdictionis, tunc nullus de uniuersitate poterit ordinari cum eo casu omnes de uniuersitate intelligantur interdictionis, ut probatur. d. capit. si sententia, sicut etiam culpabiles simpliciter sententia lata, intelliguntur interdictionis, ut in d. §. illis, & de priuileg. cap. licet. in fi. Panor. in c. non est uobis. de spon. dicit quod posset attentari, ut non interdictionis in loco interdictione possint ordinari propter necessitatem, quia ex quo conceduntur aliqua quæ non possunt conferri nisi per clericos, ergo indirectè permittitur ordinatio clericorum, sicut dicitur de concessione crismatis Per. de palu. 4. distin. 18. q. 8. articulo quinto conclusionem sexta tenet primum.

11 ¶ Decimo, ¶ octauum est extrema unctio, quæ est unum de septem sacramentis, quæ expresse prohibetur d. capit. quod in te. Sed dubitant quidam an clericis uel religiosis non interdictionis, sed de loco interdictionis, & qui seruauerunt interdictionem possint conferri extrema unctio. Ioan. Cald. post Ioan. And. dicit quod non, d. cap. quod in te, & dicit

dicit Ioan. Cal. post Ioan. And. q̄ etiam in illis quatuor festiuitatibus de quibus infra, & in d. c. alma, prohibetur. Querit Pan. in d. c. quod in te. Nunquid clericis tempore interdicti sit exhibenda extrema unctio, doc. communiter tenent q̄ non, licet in facto quidam non aduertant quare autē potius conceditur uaticū quā extrema unctio cum vtrūque sit sacramentum, dicitur quod per ipsam unctioem peruenitur ad sacramentum, & sic in ipsa participatio ne cum infirmo tunc efficitur sacramentū, sed corpus Christi est antequam exhibeatur sacramentum, seu antequam portetur ad infirmum. Item maior familiaritas con trahitur in extrema unctioe ubi dicuntur multe orationes quā in exhibitione corporis Christi. hęc Panor. uel fortē dic. q̄ est quia sic scriptum est. Per. de pal. ubi supra, videtur dicere quod concedatur clericis, & religiosis eo quod conceditur eis sepultura d. c. quod in te. sed postea recitat aliam opinionem, & sic relinquit insolutum.

12 ¶ Undecimō, 7 Nonum est sepultura, s. q̄ tempore interdicti non pōt aliquis sepeliri in cœmeterio intellige quando quis vult sepeliri in loco interdicto uel quando persona esset interdicta specialiter, uel generaliter, q̄. s. collegiū vel uniuersitas est interdicta, & si absoluantur illi qui inter predictos excoicantur ab excoicatione, remanent tñ interdicti: sed si persona non est interdicta sed locus tunc potest sepeliri in alio loco sacro non interdicto nisi fortē s̄m Inno. esset ecclesia uel locus interdictus in pœnam populi etiam si multi non peccauerunt, sed fortē uniuersitas uel maior pars uel fortē quia deliquit dominus, & in hoc punitur populus, tunc parochiani non possunt in alia ecclesia non interdicta sepeliri nisi fortē ex priuilegio, c. ut priuilegia, de priuileg. si uerō est interdicta propter delictum clericorum tantum uel propter hoc quia uiolata fuit tunc parochiani possunt in alia ecclesia non interdicta sepeliri, & audire diuina, clerici tamen, & religiosi secundūm Pet. de pal. qui seruauerūt interdictum, & ipsi non sunt interdicti possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. Istud silentium non intelligitur ab officio cum sibi permittatur id quod est maius, scilicet dicere missam, & officium submissē de officio fune-

rali concedi videtur, scilicet cum modamine. c. alma, si tñ esset interdictum strictū q̄. s. remouetur extensio, c. alma, credo q̄ esset silentium strictum, similiter si esset ecclesia specialiter interdicta. Sine campanarum pulsatione, quia est de solēnitare exequiarum vnde prohibetur, hoc tempore. In quatuor uerō festiuitatibus in quibus potest solemniter celebrari possunt cum campanis, & aliis solēnitatibus sepeliri secundūm Fe. & Io. Cal. quia ista uidentur ad officium pertinere quod permittitur, quamuis Io. And. teneat cōtrarium sed primum melius. Laicis uerō etiam illis diebus non conceditur quia iure antiquo negabatur, & nouo non conceditur. Sed hoc uidetur falsum, sepultura enim negatur propter duos primō ratione diuini officii annexi: secundō ratione dependentiæ ad ordinem sacrū propter cōsecrationē cœmeterii, unde nec in cœmeterio sine diuino officio, nec extra cum officio fieri potest, ea uerō in quibus est ista duo concurrunt in predictis solēnitatibus licent ut benedictiones, de quibus supra. Responso. non reperitur quod secundum sit remorim in laicis tamen secundūm Fe. tunc clerici officiatē non sūt irregulares. Sed queritur nunquid istud priuilegium clericorum circa sepulturam habeat locum in ecclesia specialiter interdicta quidam dicunt q̄ non, ut refert Inn. in c. fin. de exce. præla. Hosti. ibi dicit cōtrarium, quia tantum ualet generale quo ad omnia quantum speciale quo ad quædam. I. si duo. ff. de admi. tu. sicut ergo permittitur sepultura interdicto generali ita permitti debet in speciali Io. An. in d. c. quod in te. tenet cōtrarium, quia text. d. c. quod in te. loquitur de interdicto generali, & est q̄. s̄m Pa. satis dubia nam pro opinione Io. And. facit ille text. quod in te. in duplici loco qui semper nominat generale interdictū. Item subest tunc ratio, quia nisi posset sepeliri in cœmeterio alicuius ecclesię tunc oporteret eum sepeliri extra cœmeterium in campis, secus de speciali, sed pro contraria opinione facit c. ut priuilegia, in prin. Item quia posito generali interdicto possunt clerici illius ecclesię ibidem sepeliri, sed alii non cum habeant in loco ecclesię non interdictas ar. in d. c. ut priuilegia. Itē scias, q̄ licet laicis tempore interdicti denegetur

negetur sepultura ecclesiastica, tamen relaxato interdicto, illi qui non fuerunt culpabiles uel in quibus apparuerunt in morte signa contritionis si fuerint sepulti extra cœmeterium poterūt exhumari, & de nouo sepeliri in cœmeterio ut in c. a nobis. de sen. exc. & hoc tener Inn. in d. c. fi. & so. An. in d. c. qd̄ in te. hæc Pa. in d. c. q̄ in te. & illos qui tpe interdicti fuerint sepulti in cœmeterio, remoto interdicto non oportet exhumare cū ad eū statū uenerit res à quo incipere potuit. Item priuilegiati post dec. alma, tempore interdicti super admissione ad diuina & ad receptionē sacrorū pnt sepeliri in cœmeterio fm Io. Cal. & idem vñ si sit priuilegiatus super auditione solū, non facta mentione sacrorū, p regulā, cui cōicamus uiuū ēt mortuū. eodē mō si sit priuilegiatus super participatiōne sacrorum solū, fm e. Io. Cald. Et si illi qui moriuntur sunt penitentes pōt pro eis orare, & recipi mortuaria, & aliarū oblationes, & istud non solū intelligitur de ecclesia, sed ēt de cœmeterio, d. c. ut priuilegia. Et licet quidā sicut recitat Io. Cal. dicant, q̄ sufficit q̄ sit locus deputatus ad sepulturā, ipse tñ Io. Cal. post Io. An. tenet, q̄ requiritur, q̄ sit locus bñdictus per ep̄m. de cōs. di. 1. c. nemo. & hoc oportet sc̄ari quantū ad p̄nā excoicationis quæ ponitur p̄ cle. eos. de sepul. Item sepelientes extra ecclesiā, & extra cœmeteriū interdictā personā uel non interdictā, sed in loco interdicto cū officio diuino clerici illud officiū celebrantes sunt irregulares, sed sine offō diuino bñ possunt interdicti extra ecclesiā, & cœmeteria sepeliri. Nec. n. debēt eorū corpora inhumata remanere. Io. Cald. Itē fm e. cōmendatio aīarū decedētiū potest fieri iuxta morē, quia vñ annexū ad absolutiōne quæ permittitur. Quomodo sepelientes sunt excoicati, uer. excoicatio. 5. casu. 42.

13 ¶ Duodecimō, fr̄trū cōs̄ratres qui ex priuilegiatorū quorū sunt cōs̄ratres admittuntur ad diuina, possunt sepeliri in ecclesia interdicta. Rñ. q̄ non licet alibi habere possint eligere. d. c. ut priuilegia. Itē quatuor festiuitatibus, in quibus licet solenniter celebrare, possunt etiam laici fm Ioan. Cal. qui nō dederūt cām interdicto uel nō fuerunt specialiter interdicti, sepeliri in loco sacro, quāuis multi teneāt cōtrariū de

laicis, & fm e. quē sequitur Fe. possunt cū solennitate in talibus diebus, de quibus in d. dec. alma. Dubitat̄ doc. an oēs quolibet cooperantes in sepultura prohibita, tpe interdicti, sint excoicati per d. cle. eos, puta apperietes sepulturam, uel fabricantes, uel fodiētes terrā in sepulcro, uel fouea uel portates crucē, uel cereos, uel portates funus, uel associantes cā honorū uel amicitię, uel clerici diuinū officiū faciētes, uel nō phibentes cū possint potestatiue. Io. Cal. dicit, q̄ oēs incurrūt si cū diuino offō sepelitur, quia oēs uidentur participes criminis seu cooperantes, ad hoc c. nuper, de sen. exc. & c. cōcubina. Si uerō sine officio clericorū sepultus est ēt in loco interdicto, licet sit tutius dicere prædictos oēs fore ligatos, tñ dicit ipse licet trēpidus illos nō ligari, sed quia unū cōtēnere gñalē prohibitionē poterūt arbitraria p̄na puniri, ēt per ecclesiasticū iudicem 13. q. 2. §. e. contra. de offi. de leic. de causis, ar. d. cle. fi. Sed si portarent cū officio solēni, & nō sepelirēt sed ponerent illud ibi in aliquo loco secreto, credit Io. Cal. q̄ incurrāt. De his oibus uide uer. excoimunicatio. 5. casu 4. §. 15. & casu 42. per totum, & uer. sepultura. §. 13. & 14.

14 ¶ Decimotertid̄, decimum quod conceditur est matrimonium de quo Pa. in d. c. nō est sic ait. De matrimonio nunquid possit contrahi tpe interdicti cōiter concluditur q̄ sic, etiam ab interdictis fm Inn. Nā ēt ab excoicatis, & inūdelib. contrahitur. De solēnitate tñ matrimoniali dubitat̄ hæc ille. fm Host. prohibetur bñdictio nuptialis solennis, etiam si alter solus esset interdictus, uel locus solū esset interdictus, quia est officium clericali ordini deputatū, de secund. nup. c. 2. & 7. Si uerō uxor esset de populo qui interdicto non dedit causam, & uir sit de populo non interdicto in loco non interdicto, tunc mulier uel ambo poterunt benedici, quia mulier desinit esse de populo interdicto, hæc Ioan. Cald.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ undecimū est diuinū officiū fm modificationē d. c. alma, de qua supra e. c. §. 1. ubi notandū q̄ fm iura antiqua, omnia diuina officia erāt prohibita ut patet in c. nō est uobis, de spon. & in c. responso, de sen. excom. & intelligitur diuinum officium pro omni eo quod continetur in Breviario, uel missali ubi sciendum

dum secundum Ioan. Cal. quod personæ interdictæ prohibetur celebratio diuinorum. & hoc propriè respicit clericos, & personas ecclesiasticas? quibus istud competit. clericis, de cle. exc. mi. & c. sequenti. prohibetur etiam auditio d. c. si sententia, quod propriè respicit alias personas. Item in loco supposito ecclesiastico interdicto nõ debent diuina officia celebrari. c. ex rescripto, de iur. iur. ista ergo omnia debent seruari fm dictam moderationem, c. alma, sed circa ista & circa præcedentia occurrunt multæ debitationes.

61 ¶ Decimoquinto, ¶ quæritur ergo primo an laici quicunque sint non interdicti, possunt admitti cū celebrantur diuina singulis diebus submissa uoce, & c. dicunt oēs q non, quia interdictum loci excludit omnes siue sint de loco interdicto siue extranei, saluo quod dicitur de clericis, & de his qui habent priuilegia, ut in cal. licet. de priu. li. 6. sed quid si parochialis uel alius qui posset celebrare secundum d. c. alma, non potest habere alium seruitorem nisi secularem. Ref. Io. Cal. dicit q poterit accipere secularè cessante fraude. Tales. n. f. seruitores dñr familiares uel domestici q gaudent priuilegio concessio ab hoie d. c. licet. §. 1. Fortius iuris pmissione de quo i §. ad iudicium. Vide supra. uer. familia prin. Hæc uera nisi talis seruus fuisset in culpa interdicti d. c. licet. §. si. uel fuisset de populo interdicti, quia interdicto excludunt. Quid de monaco nõ ordinato uel seculari uel muliere si se ingerat officii diuinis utrius uolent interdictum. Ref. quãuis nullã irregularitatem incurrant, quia c. is qui & c. si quis eps, loquuntur de clerico, tamẽ peccant grauiter, & debet puniri ut includatur in arctiori monasterio. c. postulasti, de cle. exc. mi. uel alia pñia Monachus tñ si uer monaca uiolans interdictũ fm Io. Cal. sũt in eligibiles actiue, & passiuè, qa isto modo sunt capaces irregularitatis. Sed quæritur utrum merè secularis uiolans interdictum possit postea ordinari, dicit idẽ q sic, quia iura in hoc casu solũ loquuntur de clerico. Sed quid de doctoribus, iudicibus, uel aliis officialibus, q sunt suspẽsi a suis officiis, uel uiolant interdictum. Ref. q non incurrunt irregularitẽ, quãuis peccent. fm eo. Io. Cal.

17 Decimosexto, ¶ 12. quæritur de laicis scietatem publicè cantantibus letanias siue rogationes, siue laudes Dei, & Beatæ Mariæ uirginis, etiam in locis suis in loco interdicto sicut fit Bononiæ, uť q non sint irregulares cũ ordinem uel effectum non habeant, nec credo eos ex hoc peccare, qa non sunt prohibita talia per interdictum nisi fortẽ essent excommunicati. Item non prohibetur orare in ecclesia, extra tempora celebrationis diuinorũ fm Guil. Item si sacerdos probabiliter credit, q aliqui interdicti sunt in ecclesia secundum Guil. debet eos monere in generali, quod exeant, aliàs nõ tenetur vitare eos, maxime publicè donec cõstet de sententiã. Item si sacerdos recipiat scienter illum qui est interdictus quamuis ipse peccet, tamen alii non tenentur exire nec peccant audiendo diuina.

DE INTERDICTO SEXTO
scilicet de pœna non seruantis
Interdictum.

- 1 Clericus celebrans in loco interdicto qua pœna puniatur, & nu. 2. Idem est de psalmista, nu. 3.
4 In benedictione aque benedictæ contrahitur irregularitas.
5 Mulier post partum in loco interdicto non potest introduci in ecclesiam.

1 **I**nterdictum 6. ¶ de pœna non seruantis interdictum. Primo igitur si clericus est fm Host. si celebrat scienter in loco interdicto undecunq; sit præter casus permissionis efficitur irregularis, & suspensus est, & debet grauiter puniri ca. postulasti, de cle. excomm. mi. & c. is qui. de sen. excomm. lib. 6. & c. episcoporum, de priu. lib. 6. Item talis non potest eligere neque eligi d. c. is qui. Item nec potest postulari. ca. 1. de postu. præl. Not. secundum Panor. in cap. 1. de post. col. pen. q electio facta in loco interdicto tenet, intellige à non interdictis uel qui nõ uiolauerũt interdictũ. Nec põt cõferre beneficia c. quia diuersitatem, de conc. præb. & est suspensus ab ingressu ecclesiæ donec satisfaciatur ad arbitrium iudicis, qui tulit sententiam interdicti, si est ab homine, uel ad arbitrium episcopi si est à iure: & peccat mortaliter si audit diuina etiam in ecclesia non interdicta,

dicta, & hoc plus operatur suspensio quam irregularitas, secundum Petrum de pal. Irē qui non seruat interdictum, remouendus est ab officio. d. cap. postulastis. Si autem talis sit religiosus ad nullum ordinem ordinatus, & si irregularitatem non incurrat, quia non est expressum in iure, nam decius qui agit solum de irregularitate quae procedit ob celebrationem diuinorum, executionem ordinum poterit tamen aliter puniri, unde Panor. in ca. si. de exce. prael. sic ait, celebrans in loco interdicto vel si persona est interdicta & celebrat, incurrit irregularitatem à qua per solum papam liberari potest d. c. is q., & est suspensus ab omni potestate clauium, & officio, & ratio est quia interdictus simpliciter uel respectu loci est suspensus d. c. is qui: si ergo celebrat incurrit irregularitatem, ut in c. 1. de re. iudi. libro sexto. Non tamen est ipso facto priuatus beneficio suo ut probatur in tex. c. si. de exce. prael. unde concludendum est secundum Inn. & doc. quod illi incidit in irregularitatem non seruando interdictum qui exercent aliquid deputatum alicui ordini ecclesiastico, & hoc faciunt tanquam clerici, quod procedit siue sint presbyteri, siue inferiores clerici, ut not. in c. 2. de cle. excom. mi. unde si diaconus dicit euangelium vel subdiaconus epistolam, tanquam subdiaconus uel acolitus exercet officium suum tanquam acolitus efficitur irregularis, ut dicitur in d. c. secundo. Secus autem ubi exercet aliquid non deputatum certo ordini unde cantans responsoria, vel dicens psalmos non officiano principaliter ecclesiam, sed ut quilibet alius laicus non efficitur irregularis secundum Innocentium & bene. Idem in benediciente mensam ar. 44. di. c. si. quia illud non est deputatum certo ordini, sed de consuetudine illud exercetur indistincte etiam à non ordinatis, aliquid infra eo. c. §. 3. & vers. excommunicatio. §. casu. 8. ut est videre in epistola quae ex consuetudine communi dicitur sine apparatu per quemcumque, unde si suspensus uel excommunicatus uel interdictus tali modo diceret epistolam non incurrit irregularitatem. Idem si exercet ea quae sunt iurisdictionis, unde tempore interdicti non est irregularis alium excommunicans uel absoluens, dummodo non absoluat tanquam sacerdos uidelicet cum

solemnitate de qua in ca. à nobis. el. 2. de sen. excō. Cōclude ergo breuiter, quod iurisdictionalia non sunt prohibita tempore interdicti, nec exerceans ea tempore excommunicationis efficitur irregularis, id est si non deputata certo ordine uel si sunt deputata, tamen ex consuetudine exercetur per quemcumque, refertur ergo interdictum ad ordinem & ad quaedam alia de quibus in c. non est de spon. & in c. quod in te, de pe. & re. & in c. si. de sen. exc. lib. 6. Sed circa praedicta dubitatur quid de audiēte diuina, concludere post doc. maximè Hof. quod aut audit diuina ex deuotione quadam, & iste non est irregularis, licet male faciat, aut audit autorizado ut quia praelatus praecipit celebrari, & tunc efficitur irregularis, quia iste ingerit se diuinis & uiolat interdictum, & hoc inuincit uel uolauit d. c. si. & vide bonam gl. in ca. archiepiscopo. de priuileg. Caueat ergo praelatus tempore excommunicationis, suspensionis, uel interdicti, ne faciat coram se celebrari aut interstet celebrationi, quia uideatur tunc autorizate, haec Panor. Similiter diceretur de eo qui pulsat campanas aliis celebrantibus, si sit clericus uel aperit portas ecclesiae, uel admittit interdictos, &c. quia uidetur autorizate uel principaliter se habere in officio diuino uel principaliter agere, unde secus esset si non principaliter celebraret secundum Innocentium & Io. Cal. & sic uidetur solui ista dubitatio, scilicet, quia doc. dicunt quod cantans alta uoce responsorium uel psalmum uel et epistolam dummodo non ut subdiaconus non efficitur irregularis, & idem doc. dicunt quod quando dimittit unam conditionem quae sunt in c. alma. fit irregularis, & sic alte cantans fit irregularis, unde Res. quod istud. 2. intelligit quod principaliter uel quasi autorizans, in. 1. uerū quod non principaliter, unde supra uer. interdictum. §. §. 1. circa medium fm Pe. de pal. ille cui interdictus est solus ingressus ecclesiae si celebrat in ecclesia uel coemeterio fit irregularis, secus si extra ecclesiam, sed se esse suspensus non solum ab ingressu, sed et à diuinis, tunc ubicumque celebret diuina fit irregularis cap. 1. de sentent. excommun. lib. 6.

¶ Primò, si nota quod omnis qui scienter celebrat in loco interdicto, siue personis interdictis à iure uel ab homine, uel recipiens

piens publicè interdictos ad diuina officia, uel sacramenta uel sepulturam etiam si non sit irregularis est interdictus ab ingressu ecclesie ca. episcoporum, de priuil. lib. 6. & si in ea se ingerit in officio suo sit irregularis. c. is qui. de sen. exc. lib. 6. Nota men q̄ quamuis omnibus nominatis hic in isto §. sit interdictus ingressus ecclesie d. e. episcoporum, est tamen differentia inter eos. Nam celebrans in loco interdicto est etiam irregularis: admittens uerò ad ecclesiasticam sepulturam nominatim interdictos, uel publicè excommunicatos, sunt excommunicati. cle. eos, de sepul. & etiam qui tempore interdicti sepeliunt defunctos in ecclesiis, uel cœmeteriis in casibus non concessis, sunt etiam excommunicati. d. cle. eos. secundum Pe. de Pal. sepeliens solènter est suspensus, quia agit aliquid diuinum, in loco sacro. Vide de hac excommunicatione supra uer. excommunicatio §. casu. 42. Aliis uerò de quibus hic fit mentio solùm interdictur ingressus ecclesie in prædicto, si se ingerit, sit irregularis. Dicit autè se ingerere ut dictum est supra immediate, & p̄ cõsequens violare interdictum, cū solènter dicit horas diurnas uel nocturnas, uel missam, uel aliud officium, quòd competit ratione alienius ordinis què habet. 2. q. 7. c. episcopos. Et idem nota Inno. & hoc potèst esse in cap. si de exce. pr. la. Pe. de pal. 4. di. 18. q. 8. ar. 6. conclusione secunda ponit unam correctionem uidelicet, quòd si quis celebrat in ecclesia in qua episcopus excommunicat omnes celebrantes, non est immediate irregularis, quia non incurrit irregularitatem, nisi qui exercet actum alienius ordinis in excommunicatione, uel interdicto, causa autem debet præcedere effectum, & cum non sit excommunicatus quousque celebrauerit, ideo non celebrat in excommunicatione, secus esset in 2. uice, facit argumētum contra quia quòd est excoicatio q̄ aliquis non recipiat ordines ab alieno si quis recipiat sit irregularis igitur. Res. q̄ non est simile, quia taliter recipiens nō iō sit irregularis, quia recipit excoicatus, sed quia recipit ab alieno, & talis est suspensus perpetuo de tēp. or. c. 1. li. 6. & suspensus perpetuo dī irregularis, uel dicendum ēm eo. q̄ eps excoicauit cunctos ad recipiendos ordines,

& sic fit excommunicatus eundo, & tunc recipit ordines in excoicatione, sicut à si mili si episcopus excoicaret omnem qui aliquod diuinum exercet in ecclesia, quia tunc statim à principio fuisset excoicatus, sed secus quòd dicit omnem qui celebrat, si eut si abbas ordinaret interdictum acolium in 1. ordine fuisset excoicatus quia admittit ad sacramenta, in 3. uerò uel 4. fuisset irregularis. Celebrans uel faciens aliquid diuinum in ecclesia uel cœmeterio pollutus non est irregularis uel suspensus quamuis peccet. c. is qui. de sen. excom. li. 6.

¶ Secundo, † psalmista interdictus uel non interdictus, sed in loco interdicto si celebrat. i. solènter agit in officio suo utrum sit per hoc irregularis. Res. Ioan. Cal. fm Theologos, talis non est irregularis, quia psalmizatus fm eos non est ordo, sed fm canonistas qui tenent ipsum esse ordinem. 21. di. c. clericos & tali ordini cõperit cãtare psalmos lectiones, & responsoria legendo iō similiter quærit Ho. de habente primā tonsurā tñ si canter in officio suo, & dicit q̄ est irregularis & breuiter posse dici fm q̄ est tactum in principio huius capituli q̄ si illi notati non sint ordines ut tenent theologi non incurrunt, si uerò sunt ordines ut tenent canonistæ & ingerit se tanquā agēs in officio suo, q̄ incurrit, secus si se ingerit nō ut in officio, sed cãtans sicut quilibet nō ordinatus facere possit. De officiis seu ministris puta Arc. sacrista. magro scholariū, & similibus dicit Io. Cal. q̄ non incurrit nec peccat similiter fm eundē pos sunt laici in die Veneris sancti, ire ad ofculādū crucē quāuis officiū ipsius crucis debeat fieri secundum moderationem. ca. alma, similiter lectio mensæ permittitur.

¶ Tertiò, † in benedictione aquæ benedictæ contrahitur irregularitas fm Innoc. quia est annexa ordini de cõse. di. 3. c. aqua, quòd si interdictus clericus hoc ageret, sed si non est ipse interdictus eo q̄ talem benedictionem aquæ facit in loco interdicto seruata moderatione ca. alma, non incurrit. Aqua autem benedicta non debet aspergi laicis loci interdicti à sacerdote, & hoc præterquam in quatuor fastiuitatibus de quibus in ca. alma, & supra Interdictum. 5. §. 1. Si tamen aspergeret putat Ioan. Cal. quòd non est irregularis, quia hoc non est

est iure cautū nisi fortē aduersum, aspges in principio missæ, quia vñ p̄p̄riū sacerdotis, credo intelligendū sine moderatione. c. alma. Per b̄ndictionē mensæ ē ab interdīcto clerico non incurritur, q̄a nulli est ordi ni deputata, de qua supra e. c. prin. A b̄ndictionē quā consueuerunt priores itinerates vel Ep̄i itinerado obuiantib. cis in sua dicecesi dixerunt quidā tūtū esse abstinere in loco interdīcto: si tū cōtrafiat non erit irregularis qd̄ putat Io. Cal. esse uerū de simplici b̄ndictione: secus de solēni ad quā p̄mittit. Sit nomen dñi, &c. talis. n. cōpetit Ep̄o rōne ordinis. c. ecce. d. 9. Quidā dicunt q̄ si quis daret b̄ndictionē simplici rōne ordinis q̄ incurret, sed melius d̄r simpliciter q̄ non incurrit, eō q̄ non est deputata alicui ordini, sicut d̄r de b̄ndictione mensæ. De b̄ndictione calicis, uel paramentorū, uel candelarū in festo Purificationis uel Oliuarū in festo Palmarū dicit Io. Cal. fieri nō posse à clericis interdīctis, uel in loco interdīcto, & à non interdīcto, nisi seruata moderatione quæ datur de officiis diuinis, & idē dicit tenendū de facientib. officiū pro baptismo in Sabbato sancto, uel confectio nē crismatis in Cœna dñi, de quo supra interdīctū. §. 3. Et de anniuersario defunctorū, de b̄ndictione peræ & baculi peregrinorū à sacerdote dicit Guil. q̄ uidetur esse concessum cum non sit prohibitum.

§. Quarto, ¶ de purgatione post partum dicit Io. Cal. q̄ non p̄t mulier post partū introduci in ecclesiā in loco interdīcto per sacerdotē, cum psal. & orationib. & solēni introductione alias ierurer irregularitatē, quia illud est officiū diuinū ordini clericali cōpetens. Sed sine officio facta olim confessione, ut moris est poterit mulier p̄ se intrare gratias agēdo. P̄t ēt p̄dicari quoti die. cap. responso, de sen. exc. & p̄ ea pulsare cāpanas, & facere absolutionē generalē Ioan. Cal. uerū. p̄dicare. §. 3. Et similiter docere nouū, & uetus testamentū s̄m Pe. de Pal. pro misis uerō, uel horis canonicis dicendis nullo mō dēnt pulsari ēt si essent extra ecclesiā, nec parua, nec magna nisi in quatuor festiuitatibus. Possunt pulsare aliquā tabulā ad horas, possunt ēt pulsari p̄ horis notificandis, puta p̄ nona. Laici possunt sonare pro hac cā. s. pro horis. s. diuinis, non aut̄ clerici. Pulsari p̄t cāpana pro

Secunda Pars

Aue Maria, quia illa saluatio nō est annexa officio uel ordini. Nō prohibet pulsari pro aduentu alicuius, uel quacunq; cā nisi pro officio diuino. Interdīcti noiatim uel p̄ quorū culpā quodlibet fuit latū interdīctū non gaudēt indulgentiis, quia nō sunt uerē pœnitentes, secus de aliis Io. Cal. Vid̄ de officio diuino supra interdīctū. §. 1. 4. & seq. Conclude igitur post illa, q̄ dicta sūt in p̄cedenti c. s. Interdīctū. §. & in presentī. i. interdīctū. 6. q̄ audiens, uel celebrans diuina s̄m mentē Pan. in c. si. de exc. p̄al. uel audit uel celebrat auctorizās, & sic uolat interdīctū, & sit irregularis uel nō auctorizās, & tūc uel exercet aliqd̄ deputatū cetero ordini rōne executionis ordinis, ut dīctū ē de subdiacono, & sic ēt uolat, & si irregularis ul̄ exercet aliqd̄ nō deputatū uel b̄ndicens mensā, uel nō, ut exercēs, ut subdiaconus cantans Epistolam sine apparatu, & sic non proprie uolat, nec sit irregularis, tamen peccant.

DE INTERESSE.

I Interesse quid est.

I Interesse ¶ s̄m Bar. in l. unica. C. de sen. que pro eo. qd̄ inter p̄fer. p̄p̄riē, & stri ctē est æstimatio alienius utilitatis non habitæ, p̄p̄ alienius factū iniustū, uel concessio nē iniustū, & est duplex aliud lucri cessantis, & hoc est q̄ nō impeditur à lucro qd̄ fecisset si talis pecunia restituta sibi fuisset, uel si talis res sibi non fuisset illata & hmōi. Aliud est interesse dāni emergentis, & hoc est duplex. Aliud in re, aliud extra rem. In re uel circa rē qd̄ ēt intrinsecū s̄m Bar. ubi supra est ipsa res, uel rei æstimatio, uel id qd̄ p̄uenit immediate ex ipsa re, ut fructus, & partus, & hmōi, exēplū Vēdidi tibi uinū qd̄ ualebat viginti, & tradidisti mihi p̄ciū nec tradidi tibi uinum, nūc ualeat quadraginta, teneor tibi ad illud interesse, quia si tradidisti fuisset tantū habiturus eras de hoc. ff. de ac. empt. & uen. l. si sterilis. §. eū p̄ uenditorē. Interesse extra rē uel extrinsecū est, qd̄ p̄uenit non ex ipsa re, sed p̄ ipsam rē exēplū. Vēdidi tibi uinū, nec tradidisti, sed si tradidisses ex eo potuiss̄ negotiari, & lucrari. Vēdidi tibi granū, & quia non tradidisti, serui mei famē perierunt, & istud q̄n̄ peratur in contractibus,

Sum. Tab.

1 habes

habes in Iulianus. §. 1. ff. de ac. emp. uen. & ff. de uerb. oblig. l. si insulā. Et qñ teneat in conscientia. uer. usura. 2. per totum.

¶ INTERLOCUTORIA sententia. uide uer. sententia.

DE INTERPRETATIONE.

- 1 Interpretatio sermonum potest reduci ad donum profetie.
- 2 Interpretanda an sint dubia in meliore partem.
- 3 Vtrum melius sit an homo fallatur interpretando in meliorem partem de aliquo malo, uel in deteriorem de aliquo bono.
- 4 Interpretari dubia an debeamus in meliorem partem in aliis rebus ab homine.
- 5 Interpretari an debeat homo circa seipsum in deterioriorem partem.
- 6 Interpretatio legis ad quem pertineat.
- 7 Interpretatio privilegii an pertineat ad principem solum.
- 8 Interpretatio in contractibus quomodo faciendus.
- 9 Interpretationis species quos sunt.

¶ Ad coercenda petulantia ingenia, decreuit & statuit sacrosancta synod. Trid. ut ne mo, suæ prudentiæ innixus, in reb. fidei, & motū, ad edificationē doctrinæ Christianæ pertinentiū, sacrā scripturā ad suos sensus cōtorquens, cōtra eū sensum, quē tenuit & tenet sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de uero sensu, & interpretatione scripturā sanctarū, aut ē contra vnanimē cōsensum Patrū ipsam scripturā sacrā interpretari audeat; Et si hmōi in interpretatione nullo unquā tpe in lucē edēdæ forent. Impresorib. aut præcepit ne imprimere, aut uenales tenere audeāt libros, nisi primū examinati, probatiq; fuerint ab Ordinario loci. Qui uerō ī pdictis cōtrauenerit, anathema re, & alijs penis a iure statutis puniat. Ex c. hæresis. & c. Adā. in fin. 24. q. 3. c. exijt. circa fin. de uer. sign. in 6. LEON. à LEGE.

- 1 Interpretatio ꝑ sermonum potest reduci ad donum profetie, inquantum scilicet mēs illuminatur ad intelligendū, & exponēdum quæcunque sunt ī sermonibus obscura, siue propter difficultatē rerū significatarū, siue etiam ꝑ ipsas uoces ignotas, q̄ proferant, siue ē ꝑ similitudines rerum adhibitas s̄m illud Daniel. 5.

Audiui de re, q̄ possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. uñ interpretatio sermo nū est potior q̄ donū linguarū, ut pater ꝑ illud qđ Apostolus dicit. 1. Cor. 14. Maior est qui proferat q̄ qui loquitur linguis, nisi forte interpretet, postponit autē interpretatio sermonū dono linguarū, quia ē ad interpretandum diuersa linguarū genera, in interpretatio sermonum se extendit.

- 2 Primò, ꝑ utrū dubia sint in meliore partē interpretanda. Resp. s̄m S. T. 2. 2. q. 60. ar. 4. q̄ cōiter sic, quod declarat isto modo. Ex hoc ipso q̄ aliquis hēt malā opinionem de alio absq; sufficienti eā iniuriatur ei & cōtemnit ipsum: nullus aut dēt aliū contēnere uel nocentū qđcunq; inferre absq; cā cogente, & iō ubi non apparent manifesta inditia de malo alicuius debemus eū ut bonū habere, in meliore partē interpretādo, quod dubiū est, unde gl. super illud ad Ro. 14. qui non manducat māducantē non iudicat. dicit, dubia sunt in meliore partē interpretāda. No. q̄ dubia in meliore partē, & c. dupliciter intelligi potest. s̄. negatiuē, et positiuē, & si intelligatur negatiuē, tūc sensus ē q̄ dubia nō sunt in peiore partē, & c. & sic est uera semper, & sic intelligitur nolite iudicare, & c. & sic q̄ occurrit factū dubiū iudicij de proximo ī eadē persūtam opinione de illo proximo in qua prius eramus. secundo pōt intelligi positiuē, s̄. q̄ dubijs occurrentib. de proximo fiat actualis interpretatio in meliore partē, qđ dupliciter potest esse primò qñ occurrit necessitas determinādi, & sic dēt in meliore partem, & c. secundo debet in dubijs pro reo iudicare. Si uerò, non uiget necessitas uel causa pia, ut determinet tunc ser in ea opinione in qua erat quousq; melius cognoscat sicut fecissent in statu innocentiæ, si tñ in minimis determinet, uel etiam in magni iudicet cum hæsitatione. non propter hoc peccat mortaliter, sed uenialiter, secus si determinatē in magnis. uide uerf. suspicio, & no. quo ad actum cautelæ seu remedij, & huiusmodi omnia supponenda in peiore partem. Si enim uidero pauperem, non desinio cum esse furem, sed custodio res meas ac si esset fur, & similiter si uideo uenem deambulantem non iudico eum adulterum, caueo tamen si esset adulter, & sic de alijs. Quò autem ad actum punitionis,

tionis, quoniam iudicium sequitur, in meliorem partem omnia interpretanda sunt. Ex his habent prælati, quod debent subditos subditasque ex dubiis factis, non malitiae arguere aut punire, sed bonam de eis opinionem ut prius habere, & tamen cautelas, custodias, & remedia adhibere ac si mali essent. Prouide tamen ne aliquid fiat quod famæ proximi derogat, hoc enim esset iniuriari illi, quod in dubiis vitandum esse dictum est.

§ Secundò, ¶ utrum sit melius, ut multotiens homo fallatur interpretando in meliorem partem, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur de aliquo bono. Respò. secundum S. Th. ubi supra ad primum, quod sic, quia ex hoc fit inicitia alicui, non autem ex primo.

¶ Tertio, ¶ utrum in aliis rebus ab homine debeamus dubia in meliorem partem interpretari. Respon. vbi supra ad secundum post Angu. quod ille piè, & iuste uiuit, qui rerum integer est estimator, in neutram partem declinando. Aliud. n. est iudicare de rebus, & aliud de hominibus. in iudicio in quo de rebus iudicamus non attenditur bonum uel malum ex parte ipsius rei de qua iudicamus, cui nihil nocet qualitercunque iudicemus de ipsa, sed attenditur ibi solùm bonum iudicantis, si uerè iudicet, uel malum si falsè, quia uerum est bonum intellectus, fallum autem est malum ipsius, ut dicitur. 6. metaphisicè. Et ideo unusquisque debet nitri ad hoc quod de rebus iudicet semper quod sunt, sed in iudicio quo iudicamus de hominibus præcipuè attenditur bonum, & malum ex parte eius de quo iudicatur, qui in hoc honorabilis habetur, quod bonus iudicatur, & contempnibilis si malus iudicetur, & ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio quod hominem iudicemus bonum nisi manifesta ratio in contrarium appareat: ipsi autem homini, iudicandi falsum iudicium, qui bona iudicat de alio, non pertinet ad malum in intellectu ipsius, sicut nec ad eius perfectionem pertinet secundum se cognoscere ueritatem singularium contingentium, sed magis pertinet ad bonum affectum, unde in statu innocentie nunquam errasset homo, quia non iudicasset quousque cognouisset, de homine autem non accidisset iudicium malum, quia

nullus fuisset malus: dicor iudicare de homine quando iudico de intentione, uel opere eius, puta uideo mulierem ornata & iudico fecisse causa lasciuie, uel uideo homicidium, & ignoro interfectorem, & iudico illud fecisse Petrum. aliàs iudicium fit de re, puta uideo Petrum maledicentem, & iudico illum peccare mortaliter credens quod illa sit blasfemia. hoc iudicium est de re.

§ Quarto, ¶ utrum circa seipsum homo debeat dubia interpretari in peiorem partem. Resp. vbi supra ad tertium, quod sic secundum illud Iob. 9. verebar oia opera mea. quod tamè potest fieri dupliciter, uno modo per quãdam suppositionem, & sic cum debeamus malis adhibere remedium, siue nostris, siue alienis, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, quod supponatur id quod est deterius, quia remedium quod est efficax contra maius malum multò magis est efficax contra minus malum, & sic intellige quod dictum est. §. i. circa fin. Alio modo interpretamur aliqd in bonum, uel malum diffiniendo, siue de terminando, & sic in rerum iudicio debet aliquis nitri ad hoc, ut interpretatur unum quodque secundum quod est. in iudicio autem personatum, ut interpretetur in melius, ut dictum est.

¶ Quintò, ¶ quæratur, ad quem pertineat interpretatio legis. Resp. quod diuinæ & canonicæ pertinet ad papam. c. per uenerabilem qui fil. sint legi. sed ciuilibus in quantum concernit clericos pertinet etiam ad Papam. in c. i. de iur. eal. in quantum cõcer nit laicos ad Imperatorem. l. fin. C. de leg. quia eius est interpretari cuius est concedere, de reg. iur. lib. 6. & hoc intellige uerum generaliter, sed quãtum ad unam causam potest iudex etiam interpretari, ut notat Inn. in c. cum speciali de appel. Vide bonã glo. in c. i. de postu. facit. l. unica de profeso qui in urbe, nisi esset ita arduum, quod firmus intellectus dari non possit, quia tunc ad principem. l. pen. & fi. C. de le. hæc Pan. in c. i. de iur. ca.

¶ Sextò, ¶ utrum interpretatio priuilegii pertineat ad principem solùm. Resp. Pan. in c. cum uenissent. de iudi. quod aut dubium est super potestate, scilicet si potuit dare, & sic nulli inferiori à principe licet, ut in ca

pitu. primo. de transf. praelatorum. 17. q. 4.
 §. qui autē. 9. q. 7. c. cuncta per mundū, aut
 dubium est super validitate uel surreptione
 & sic potest inferior iudex fm cōiter
 doct. Aut dubitatio est super uel circa uer-
 ba solum & tunc si casus est clarus & deci-
 sibilis de facili sic pōt inferior cognoscere
 ad praiudicium partium secundum com-
 muniter doc. ratio quia inferior interpreta-
 tur legem superioris in praiudicium par-
 tium, ut nota Inn. in d. c. cum speciali, fa-
 cit c. inter alia. de sent. exc. & d. l. si. si uerō
 casus est dubius sic pertinet ad principē si
 eius presentia de facili pōt haberi. ar. d. c.
 cum uenissent. & d. c. inter alia. quid si de
 facili non pōt adiri princeps, sic poterit in
 interpretari per rationem naturalem & veri-
 similem quæ potest notari per expressa uer-
 ba pro hoc est casus in l. ex facto. §. 2. de
 vul. & pup. substi. vbi iuriconsultus inter-
 pretatur l. ex naturali ratione. Item quod
 nota Inno. in d. c. cum speciali, facit tex. in
 c. eum personæ. de priuil. lib. 6. Aut dubiū
 uersatur circa intentionem principis & nō
 potest decidī sine magno dubio, & sic in-
 terpretatio est solius principis. Et secundū
 Hosti. si uerba sunt obscura uel ambigua
 eius est interpretari cuius est condere. de
 sen. exc. c. inter alia, & de iudi. cum uenif-
 sent. Ad prædicta facit tex. in c. cū venera-
 bilem, de elec. dicit etiam Specu. in tit. de
 lega. §. nunc ostendendum. q. episcopus po-
 test interpretari iurium allegationes, c. si-
 gnificante, de pigno. & d. c. uenerabilem,
 procedit in arduo negotio, ut dictum est
 glo. tamen in c. 1. de postu. dicit q. legatus
 potest interpretari mandatum papæ, & q-
 uis Host. soluat q. fecit plenitudine lega-
 tionis, uel ex speciali mandato papæ, uel q.
 papa postea habuit ratum. Pa. tamen post
 Inno. tenet q. potest, nisi in aliquo arduo,
 scilicet in causa uertente ante eum ut in l.
 non possunt, ff. de le. & probat hoc Pa. per
 c. super literas, de referi. vbi iudex interpre-
 tatur rescriptum, ad suam potestatem certifi-
 cendam & ut pronuntiet an sit iudex, &
 ad quantum extendatur iurisdicōio sua, ita
 potest legatus interpretari rescriptum pa-

pæat. Respond. quod sic. c. inter dilectos
 de si. instru. in glo. & ff. de re. du. l. quoties
 si uerō res ualeret secundum intellectum
 utriusque tunc accipiendum est illud quod
 est magis uerisimile, ff. de re. du. l. cum in
 testamento. Et quod consueuit. 18. di. c. de
 Siracusanæ. Et quod magis cōuenit iuri. c.
 cum dilectus. de consu. §. si. ubi interpreta-
 tio fit contra eum qui legem potuit aper-
 tius dicere, ff. de pac. l. ueribus, c. quia de
 priuil. in glo. Interpretatio in cōtractibus
 fit plena, in testamentis plenior, in benefi-
 ciis quoque plenissima, c. eum dilecti, de
 dona. Interpretatio locutionum debet fi-
 ri secundum personas quæ loquuntur uel
 quibus loquitur. 26. di. c. deinde in glo.

¶ Octauo, † quot sunt species interpreta-
 tionis. Resp. Pa. in c. 1. de postu. post gl. po-
 nuntur quatuor species; prima est princi-
 pis quæ est generalis, scilicet quod ad oēs.
 Necessaria, & dicitur necessaria quia de ne-
 cessitate tenenda, & in scriptis redigenda,
 hoc vltimum tamen non uideretur necessa-
 rium fm c. Pa. secunda species interpreta-
 tionis est per consuetudinem. nam consue-
 tudo est optima legum interpres, ut in ca.
 cum dilectis, de consuetu. Tertia species
 est per iudicem. Nā iudex potest interpre-
 tari leges quod ad causas decidēdas per eū,
 ut nota Inn. in c. cū speciali, de appe. quar-
 ta species est, per magistrum seu per docto-
 rem qui possunt interpretari dubia illius
 facultatis in qua est doctor, ut in l. unica,
 C. profess. quæ in urbe Constantinopolita-
 na, li. 12. Ista tamen non est generalis, quia
 non omnes tenentur sequi nec necessaria,
 eadem ratione, nec opus est ut fiat in scri-
 ptis. De interpretatione ambiguitatis uel
 obscuritatis quæ ponitur in vltimis uolun-
 tatis, aut conuentionibus factis in iudi-
 cio, aut confessionibus, aut in contracti-
 bus & pactis, aut in sententiis, uide diffu-
 sè in glo. in regula, contra eum, de re. iur.
 li. 6. hic enim studui breuitati.

DE INTERROGATIONE.

- 1 Interrogationes in confessione utrum fini faci-
cienda.
- 2 Observanda quedam sunt in audientia confes-
sionum.
- 3 Interrogandi ordo quis esse debeat in confes-
sionibus.

fratribus. & de quibus usque ad num. 26. inclusive.

- 27 Coniugati quomodo interrogandi.
- 28 Pueri quomodo interrogandi.
- 29 Doctores & magistri de quibus interrogantur.
- 30 Scholares.
- 31 Medici.
- 32 Aromaticarii.
- 33 Mercatores.
- 34 Profenetae.
- 35 Artifices. 41.
- 36 Lavifices. 47.
- 37 Tabernarii.
- 38 Macellarii.
- 39 Pistori.
- 40 Sutores.
- 42 Dasiarii.
- 43 Musici, & histriones.
- 44 Laboratores, & rustici.
- 45 Venatores.
- 46 Locatores.
- 48 Remenditores rerum.
- 49 Iudices.
- 50 Officiales dominorum, & communitatum.
- 51 Consilarii.
- 52 Arbitri, & Arbitratores.
- 53 Accusatores.
- 54 Advocati.
- 55 Procuratores.
- 56 Notarii.
- 57 Litigantes.
- 58 Testes.
- 59 Tutores, & Curatores.
- 60 Executores testamentorum.
- 61 Curiales.
- 62 Principes & domini temporales & seculares.
- 63 Clerici.
- 64 Beneficiati.
- 65 Praelati habentes iurisdictionem.
- 66 Confessores.
- 67 Praedicatorum.
- 68 Inquisitores haereticorum.
- 69 Religiosi in communi.
- 70 Monachi.
- 71 Abbates.
- 72 Abbasse.
- 73 Ambasciatores.
- 75 Interrogationes praedictorum sunt omnes de mortali.

pen. dist. 6. cap. 1. quem tex. adducit magister sententiarum 4. di. 19. ultimo. c. dicens, diligens inuestigator, sapienter interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, uel uerecundia uelit occultare, cognito uerò crimine, uarietates eius non dubitet inuestigare, & locū, tps, & c. q̄ peccata aggravant, uel minuunt, ut supra uerfi. circumstantia, quibus cognitis, adsit beniuolus, paratus erigere, & secum onus portare, & habeat dulcedinem in affectione, discretionem in uarietate, doceat perseverantiam, caueat ne corruat, ne iuste perdat iudiciaria potestatem, & c. Quae uerba declarat. s. T. ibidem. s. 4. di. 19. in expositione literae dicens. Sacerdos debet perferutari conscientiam peccatoris in confessione quasi medicus uulnus, & iudex causam: quia frequenter q̄ prā cōfessione confitens taceret, interrogatus reuelat, sed tñ in interrogationibus faciēdis tria sunt attendenda. primò ut peccator in terroretur de peccatis, quae consueuerunt in hominibus illius conditionis abūdare. Non. n. oportet quòd à milite quærat, de peccatis clericorum, aut religiosorum, aut econuerso. secundò ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quae omnibus manifesta sunt: de aliis autem adinventionibus peccatorum, ita debet à longinquo fieri interrogatio, ut si commisit dicat, & si non commisit non addiscat. tertio, ut de peccatis praecipue carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias, quia huiusmodi delectabilia quantò magis in speciali considerantur, magis concupiscentiam nata sunt mouere, ut dicitur in tertio Ethi. & ideo potest contingere ut confessor talia quærens, & sibi, & confitenti noceat, & sic quandoque deficiant in suo scrutinio iniquitates scrutantes. hæc s. Tho. Et no. quòd quando dimittit non ex obliuione, uel ignorantia, sed ex uerecundia uel malitia non semper est bonum interrogare, quia ut aliqu expertus sum ex quo non cōfiteatur ex se, datur sibi occasio dicēdi mēdatiū in confessione, maximè qñ habet respectū ad ipsum confessorē, & hoc habet maximè locum qñ habet necessitatem cōfiteri tali. Vtrum dimittēs interrogationes sacramentalis. §. 29. 30. & maximè 31.

Interrogationes † in confessione utrum sunt faciendæ. Ref. q̄ sic, per tex. Aug. de Secunda pars

& aliquid. 3. 2. Et de interrogatione circumstantiarum. vide supra uer. circumstantia. §. 6. vsq; ad fi. vñ interrogandi sunt fm suam conditionem: de decem pceptis: de septem peccatis mortalibus: de abusione quinq; sensuum: de circumstantiis quæ mutant speciem, & aliqñ quæ aggravant graviter, fm q; dictum est supra, uer. circumstantia, per totum. Non omnes de omnibus, sed de illis quæ communiter contingunt, vt dictum est. Et poterit confessor simpliciter accipere ordinem ex sequentibus, quæ quasi per modum cuiusdam tabulæ totius istius nostræ summæ circa ea quæ pertinet ad confessionem posita sunt, & accepta à Reuerendo D. Archie. Flor. quibusdam ad diuis & truncatis.

2. ¶ Primò, ¶ sunt quædam communiter obseruanda in audientia confessionū, primò quando non cognoscit consententem interroget de qua terra est, vt ex hoc possit intelligere utrum possit eum absoluerè, si. n. est sacerdos parochialis non habet auctoritatem nisi super illos qui sunt de parochia, & idem est de illo cui est commissa à sacerdote parochiali tam in parochia q̄ extra, de quo ver. absolutio. 1. §. 11. & sequentibus, si uerò sit ab Episcopo, uel uicario eius generali in spiritualibus, uel ab alio habente iurisdictionē quasi Episcopalem, tunc si sit frater prædicator, uel minor uel eremitanus, uel huiusmodi, secundum cle. dudum, de sepul. de qua uer. confessio sacramentalis. §. 25. & sequentibus, & tunc uel est admissus secundum formā cle. & tunc potest audire omnes de diocesi, & solum in diocesi, fratres tamen congregationis Lombardiæ ordinis prædicatorū habent priuilegium speciale q̄ taliter expressi pnt audire omnes undecunque uenientes etiam si hac de causa uenirent, si uerò non est admissus secundum formam cle. potest audire illos de diocesi etiam extra diocesim, de quo uide d. §. 25. & sequentibus. Et si inueneris, quòd possis eum audire. Interroga. fm conditionem eius, ut possis perpendere utrum possis eum absoluerè uel ne, & si esset excommunicatus, uel haberet casum à quo non posses absoluerè uel non esset sufficienter dispositus, uel haberet artem quam exercere non posset sine peccato mortali, de quo supra uer. ars. §. 2.

3. & 4. uel haberet aliam circumstantiam pp quam non esset dignus absolutione, & nollet dimittere, tunc debet moneri, ut se disponat declarando quòd non possit absolui, ne postea possit conueniri quòd est cōfessus, & non absoluitur, & declarare sit i si uult confiteri, quòd ei ad multa ualebit, & dare sibi aliqua bona faciendā dispositionem ad contritionem. Et his diebus si uult confiteri audiatur, & disponatur & detur sibi aliqua pœnitentia, sed non absoluat ut supra uer. Confessio sacra. §. 45. tercio, interrogandus, quantum est quòd non est confessus, & si fecit pœnitentiam, & si ritè confessus est, & cui, & si retinuit aliquid & huiusmodi, & sic possis scire de quanto tempore debet confiteri, & si confessiones sint reiterandæ de quo supra uer. confessio sacra. §. 13. & sequentibus, quatio debet interrogari si discussit sufficienter conscientiam suam, & adhibuit diligentiam necessariam, & si opus sit remittere ad aliquod tempus, ut conetur cogitare, & reducere ad memoriam discutendo per status quos habuit, per officia quæ exercuit, per societates quas tenuit, per loca in quibus habitauit, per exercitia, quæ operatus est, ut sic integre confiteri possit, & quæ diligentia sit necessaria uide supra, uer. sic. confessio sacra. §. 38. & sequentibus. Nota tamen, quòd communiter melius disponuntur per exhortationes, & in interrogationis confessoris quam per seipsum, & sic communiter non est bonum illos remittere. His peractis potest, & debet induci ad deuotè, & compositè confitendum, puta genua flectendo dicat. Confiteor. usque ad Meam culpam. & non debet permitti ut confessorem in faciem aspiciat, maximè si sit mulier uel iuuenis, & debet induci bonis uerbis, ut per se dicat peccata sua, & si scit ordinatè dicere non debet impediri, sed est supplendum ubi deficit addendo, & declarando grauitatem peccatorum, & de restitutione, & quomodo debeat abstinere, & si non scit dicere, ut in plurimum accidit, bonum est ut dicat saltem illa quæ scit dicere, quia ex his poteris accipere aliquam regulam à quibus debeat interrogari, & tunc interrogat, ut dictum est, & bono modo arguend, uel exortando secundum

conditionem personæ & status.

3 ¶ Secundò, ¶ Ordo interrogandi debet esse primò s̄m decem præcepta. Circa primum præceptum, Vnum colle Deum, uel Nō habebis Deos alienos. Si uota non impleuit, uel deliberauit non implere cum posset & teneretur. Si assensit impedimento non implendi uotum. Si facta uota sine determinatione temporis nimis tardauit cum posset. Si casu quo obligatur ad uota parentum non ea impleuit. Si impetrauit dispensationem uoti sine causa legitima. Si fecit uotū sciens q̄ uotere non poterat. Si fecit uotū de re mala fienda quæ sit peccatum mortale, quia peccauit mortaliter, & teneretur face- re contrarium. Secus esset de peccato ueniali. Si fecit uotum de re bona, malo sine maxime qui sit p̄s̄m mor. uer. uotum 1. §. 5. Si apostatauit ab aliqua religione uel ordine, uide apostasia. Si fecit uotum non bene sciendi. Si fecit uotum faciendi uana communitur, omnibus istis modis est peccatum mortale. uide tamen omnia quæ pertinent ad uotum, supra uer. dispensatio, & infra uotum per totum.

4 ¶ Terriò, ¶ si adorauit aliquam creaturam adoratione latriæ, uel cum sol primò appareret fecit ei aliquam orationem attribuendo ei honorem diuinū, uel aliud falsè. Si adorauit diabolum ēt s̄b angelo lucis apparetem, communiter sunt peccata mortalia, quia honor latriæ soli Deo debetur, ut supra adoratio, & uer. idololatria per totum. Si inuocauit demones, uel fecit aliquod peccatum cum eis. Si est usus nigromatia, chiromatia, & huiusmodi superstitiosè. Si usus est sortibus uel incantatoribus ad sciendum occulta, uel futura contingentia, per modum superstitiosum. Si quādo obuiauit lepori uel alteri animali credidit de necessitate esse præfatum alicuius futuri. Si quā mulier petiit ignem prægnans & huiusmodi superstitiosè utitur ad sciendum futura, hæc omnia cōiter sunt peccata mortalia, de quibus uide supra uer. ars. §. 2. uer. augures. Si fecit incantationes cōiter est peccatū mor. uide ubi supra. immediatè. Si credit incantationibus desiderando, illas face- re, uel consulendo alicui ut faceret, uel iuit ad diuinus ut sciret suam fortunam, uel ut inueniret furtum. Si didicit istas artes prohibitas, de quo supra ars. si habet libros, cō-

tinentes huiusmodi artes. Si credidit ali- cui planetæ uel corpori cœlesti. q̄ cogant homines. Si credidit q̄ somnia de necessitate eueniant, hæc communiter eo modo quo sunt dicta sunt peccata mortalia. Si usus est literis, punctis, astrolabio, apertione libri, & huiusmodi. Si superstitiosè dedit aliquid ad comedendum ut esset in gratia alicuius, similiter qui consensit uel procurauit aliquid huiusmodi, communiter est peccatum mortale. Si portauit sciēter breuia superstitiosa, communiter omnia ista superstitiosa sunt peccata mortalia, de quo uide supra. uer. ars. §. 2. & augures. §. 1. Si credidit q̄ incipere uel scindere nunc, & non tunc, uel facere aliquid huiusmodi in diebus felicibus, uel similia, ita q̄ de necessitate sic fiat ut credunt, uel q̄ cogat in intellectum uel uoluntatem istis modis communitur est peccatum mortale. Si credidit q̄ mulieres conuertantur in gatas, & hoc obstinatè, quia est hæreticum. Si uoluit colere Deum sub ritu iudeorum uel iudaizauit. Si usus fuit ligaminibus aut caracteribus pro sanitate danda, superstitiosum est, & communiter, sciēter faciens peccat mortaliter, quando sciunt q̄ est prohibitum. Si destruxit maleficium per aliud maleficium uideat mortale, de quo uide. supra uer. adiuratio. §. 4. in nona conclusione & uer. usura. 7. §. 14. Idem dicendum quando fecit an- nulum quando legitur passio Christi uel characterem in tali die & huiusmodi. Si usus est herbis contra demones cum aliqua obseruantia uel superstitione quando sciunt esse prohibita est mortale. Si incantauit animalia. Si carminauit infirmos. Si colligendo herbas obseruauit aliqua uana. Si dixit uel fecit diei missas ut quis moreretur. Si feci aliquid ut sciret infortunium alicuius. Si habet libros de supradictis tene- tur eos comburere, & si tenuit ut illis utere- tur, uel usus est quantum ad superstitiosum, est communiter mortale. Si usus est sacramentis uel sacramentalibus in huiusmodi superstitiosis est communiter mortale, & sapiens hæresim manifestè. Si tenuit pertinaciter aliquid contra articulos fidei, uel contra fidem, uel dubitauit pertinaciter est mortale & hæreticum. Si apostatauit à fidei uel ab aliqua religione. Si fecit actum infidelitatis aliquo timore. Si

portauit uestes infidelium cõiter ista sunt mortalia . vide uer. idololatria . Si habuit nimiam familiaritatem cum infidelibus maxime cum iudeis, si fuit in balneis secum, & similia quæ sunt periculosa, & communiter prohibita. Si murmurauit uel est cõquestus de Deo communiter est mortale.

¶ Quarto, si blasphemauit Deum, uel sanctos, dicendo maledictus, ad despectum. Nõ potest facere. Traditor, partialis, uel nominauit per membra inhonesta aduertenter etiã iocosè est mortale. Si nominauit Deum simul cum demone, dicendo rogo Deum & diabolum, laudatus sit Deus, & diabolus. Regratiarius sit Deus, & diabolus: uellet Deus, & diabolus, In nomine Dei, & diaboli: & huiusmodi cõiter est mortale, de quo uide uer. blasfemia. Si maledixit Deum, uel sanctos communiter est mortale. Si maledixit alias creaturas, scilicet aerem, uentum, pluiam, lapidem, & huiusmodi: si. n. ista maledixit in quantum sunt Dei creature. i. intendebat in illis Deum maledicere qui est creator eorum est mortale, aliàs cõiter est ueniale: si percussit crucem, uel alias figuras sanctorum, uel proiecit eas in lutum, uel fecit similia in despectum Dei, uel sanctorum communiter est mortale. si fecit aliquod actum cum manu, uel per os, puta faciendoficas, uel faciendoaquod actum significantem inhonestatem in contemptu Dei, uel sanctorum communiter est mortale. si sacramentis ecclesie fecit aliquod enorme peccatum conculeando uel huiusmodi communiter est mortale. si ex proposito.

¶ Quinto, si circa secundum præceptum. Nõ assumens nomẽ Dei in uanum. si iurauit falsum in iudicio, quia ultra mortale tenetur de lesione. si iurauit falsum extra iudicium scientes, communiter est mortale. si iurauit uerum, credens se dicere falsum, communiter est mortale. si iurauit falsum credens esse uerum communiter est ueniale. si iurauit aliquod malum se facturum quãdo est cum deliberatione & intentione faciendi illud, & est alicuius importantiæ communiter est mortale. Si iurauit non seruire alicui, uel non facere id ad quod tenetur uerum mortale. Si affirmauit cum iuramento id de quo dubitabat communiter est mortale. Si iurauit in cõi sermone sine debita discretione cõiter est ueniale, nisi iurer falsum.

si iurauit per uerbum credo, quod tamen non credebat, quia est omnino periurus, ideo est mortale in suo genere. si credidit conuenire iuramento cum tamen non esset, uerum mortale, quia facit contra conscientiam. Si iurauit ex metu falsum uerum mortale, si induxit aliquem ad iurandum quod credebat, uel sciebat, uel uerisimiliter existimabat falsum iuraturum cõiter est mortale, si iurauit uituperosè per Deum uel sanctos cõiter est mortale, & uerum pertinere ad blasfemiã, si iurauit non esse intentionem dantis iuramentum quã tenetur est mortale. si non seruauit quod per iuramentum promisit in casu quo tenebatur esse communiter mortale. si fecit se absolui à iuramento sine causa legitima communiter est mortale. Hæc omnia uide infra. uer. iuramentum, & uer. per iurium. si adiurauit demones, uel homines, uel alias creaturas intendens obligare in casu quo non potest, uideretur mortale, aliàs est ueniale, supra uer. adiuratio. §. 4. si nominauit Deum, uel sanctos in rebus uanis, uel inhonestis, posset esse mortale quã res sunt inhonestæ, si fecit trufas de Deo, uel de sanctis, uel de sacra scriptura quod est periculosum, & similiter dicendum de missa, & officiis. si consecravit sacerdotes de missa, uel prædicatione, uel confessione, communiter est ueniale, nisi fortè ex contemptu.

¶ Sexto, si circa tertium præceptum Sabbata sanctifices. Si fecit aliquod opus manuale alicuius quantitatis uerum necessarium, uel aliis fuit causa, ut facerent cõiter est peccatum mortale contra hoc præceptum, & quõ intelligatur. uide supra uer. feriz. §. 17. si uendidit uel emit in die festo. si fecit ratiocinia uel pacta. si laborauit in uigilia in sero uel in sabbatis. si itinerauit. si diem festum cõsummauit in iocis, ludis, coreis, & similibus, quõ omnia ista aliqui excusentur. uide supra uer. feriz. §. 18. & se. si dimisit missam ex negligentia uel aliquam partem in festo est communiter mortale. si dimisit prædicationem uel alia officia communiter est ueniale, nisi quando teneretur ad prædicationem ut addiceret sibi necessaria ad salutem uel ex contemptu, de quo uide uer. ignorantia prin. circa medium. si non ieiunauit in ieiuniis de præcepto, est cõiter mortale, quã tenet de quo supra uer. ieiunium,

iunium. Si fecit magnam collationem in sero quæ frangeret ieiunium est mortale, vide ibidem. Si comedit carnes uel laticinia in ieiuniis de præcepto uel in quadragesima, uide ibidem. Si non habuit attritionē de peccato mortali saltem semel in die festo, quia mortale, de quo uide. uer. ferix. §. 46. & uerfi. charitas. §. 20. Si non uocauit diuinis saltem in aliqua hora quia est periculosum de quo uide. uer. ferix. §. 46. & 47. Si fecit astiludia, duella, uel torneamenta in die festo quia sunt prohibita ideo uide tur mortale, uide in locis suis maximè. uer. duellum. Si existens in missa occupauit se uanis, communiter est ueniale, Si dum audit missam in die festo dixit aliud officium ad quod tenetur, quia non uel simul duobus præceptis satisfacere. Si commisit peccatum mortale in festo quia secundum aliquos est duplex peccatum. uer. circumstantia §. 12. uel secundum aliquos est differentia necessaria ad confessionem, sed secundum alios & uerius non est de necessitate, uer. circumstantia. §. 11. Ad istud præceptum reducuntur alia præcepta positua, puta ex cōicatio, ieiunium, prohibitio à carnibus & laticiniis, q̄ cōicet semel in Pascale uide uer. communicate §. 2. usque ad. 7. & confiteatur intergrè q̄ faciat penitentiam, uer. confessio sacramentalis, & de multis in aliis quibus locis per synodales cōstōnes & huiusmodi. Si cōicauit. Si audit missam. Si contraxit m̄imonium clandestinè, uel in gradibus prohibitis. Si fecit aliquid quod prohibetur sub pœna ex cōicationis. Si participat eū ex cōicatis. de istis uide in locis suis.

2. ¶ Septimò, ¶ Circa quartum præceptum Honora patrem & matrem, &c. Si non dilexit patrem & matrem. Si non ostendit sibi signa dilectionis sed durè se habet cum eis. Si dixit eis uerba iniuriosa, uel uerberauit. Si non obediuit. Si non subuenit eis indigentibus. Si non seruiuit infirmis eorum, uel fecit seruire. Omnia præcedentia cōiter sunt mortalia, de quibus uide supra uer. filius. §. 16. Si maledixit eis quia grauius peccat q̄ si maledicat aliis & cōiter est mortale. Si non fuit executus eorum uoluntates in licitis dum uiuerent, & uidetur mortale quando alicuius importunitatē, uel faciunt ex contemptu. Si non executus eorum testamenta in his ad quæ te-

nentur uel mortale. Si uerberauit suos filios, uxores, uel subditos sine rōne, uel mortale. Si correxit eosdem in his quæ sunt necessaria ad salutem, quia uel teneri ideo mortale.

9. ¶ Octauò, ¶ Circa quintum præceptum. Nō occides. Si occidit uel uulnerauit aliquem extra ordinem iustitiæ non se defendendo, est cōiter mortale. Si habuit animum delibatum occidendi uel uulnerandi sine ratione, uel huiusmodi desiderauit deliberatione, cōiter est mortale, de quo supra uer. homicidium. Si cōmisit homicidium spūale. Si inducendo aliquem ad peccatum mortale, quia est mortale. Si percurauit abortum alicuius mulieris, & est mortale, de quo ubi supra. Si incarcerari fecit aliquem indebitè uidetur mortale de quo supra uerfi. carcer. Si p̄ctos tenellos sine necessitate tenuit apud se uel mortale maximè ubi est constitutio synodalis in contrarium. uerfi. homicidium. §. fin. uer. irregularitas. §. 3. 6. circa medium. Si stetit ad spectacula cum periculo mortis, uel mutilationis, uel grauis uulnerationis, & uidetur cōiter mortale. secus si deficiebat periculum nisi esset huius animi q̄ etiam si præciperetur non dimitteret, uel quando eius aspectus esset causa huius astiludii, torneamenti, uel duelli, & huiusmodi, aliàs uel ueniale, nisi forte rōne scādali. Si ex suo facto uel consilio in huiusmodi est secuta mors, & hoc fecit ex proposito est mortale. Si impediuit q̄ mulier non in grauidetur iniuste est mortale. Si percussit aliquē ex ira uel iniuste est mortale. Si percussit personā ecclesiasticā diabolo suadente est ex cōicatus, de quo supra uer. ex cōicatio §. casu primo per totum. Si percussit seipsum ex ira uel desperatione est mortale, & si est ecclesiasticus est excommunicatus, de quo ubi supra immediatè. Si fecit sanguinem cum effusione magna in ecclesia, uel aliquem extraxit ex ea uolenter & sine ratione est mortale, uide supra uer. immunitas.

10. ¶ Nonò, ¶ Circa sextum præceptum. Non occideris. Si commisit simplicem fornicationem est mortale, de quo supra uerfi. fornicatio. §. 1. Si commisit adulterium est mortale, de quo supra eo. Si stuprum perperauit est mortale, de quo supra uerfi. adulterium, in principio, & infra eo. Si sacrilegium est mortale, de quo. ubi supra, & infra eo. Si incestuosus fuit est mortale, de quo

quo ubi supra. & eod. si fuit sodomita est mortale, de quo ubi supra. & eo. si alio modo se uel alium pollutit uoluntariè, & ex delectatione extra matrimonium est mortale, de quo in uer. luxuria. & supra. uerfi. communicare. §. 3. & sequentibus. si uoluntariè cogitauit de huiusmodi propter delectationem, communiter extra matrimonium est mortale, de quo supra cogitatio morosa. §. 1. & sequentibus. si uoluntate desiderauit aliquod supradictorum committere, communiter est mortale, de quo ubi supra immediate, & aliis propriis locis. Et no. quòd rōtiens peccat mortaliter quotiens hoc de liberatè appetit peccare ex diuersis intervalis temporis, uel personarum, puta quia nunc desiderat unam personam ad malefaciendum, postea occupatus in aliquo alio alia cogitat, demum postea iterum redit ad idem uel ad simile: in istis enim casibus & similibus sunt diuersæ operationes mentales, quæ omnes per se sunt peccata mortalia. si commisit moliciem. i. seipsum manibus tangendo propter delectationem ueneream, est mortale, uer. luxuria. si commisit bestialitatem. i. cum aliqua bestia & qualis sit illa bestia, est mortale, de quo in locis suis. si commisit raptum. i. si per uim aliquam uel aliquem cognouit, si commisit aliquod istorum in ecclesia, quia est sacrilegium, & mortale. similiter si cognouit personam religiosam uel habentem sacrum ordinem est sacrilegium. si fuit mediator peccatorum carnalium, uel usus est aliis ad hoc consequendum, & not. quod omnia quæ facit ad hunc finem ex proposito est mortale. si seduxit uirginem promittendo eam accipere in uxorem, & huiusmodi, est mortale, & tenetur ad omne damnum, de quo uide uer. restitutio. §. 23. si habuit pollutionem dormiendo si fuit procurata uel desiderata propter delectationem, uel postea cōsensit, istis modis communiter est mortale, aliàs cōiter est ueniale, de quo supra uer. communicare. §. 3. & seq. In istis autem est prudēter, caute, & honestè procedendum in interrogationibus, ut dictum est supra eo. c. in pun. & §. 1. de quibus uide in locis suis.

11 ¶ Decimo, ¶ Circa septimum præceptum. Non furti facies. si fecit furtum proprie dictum est cōiter mortale, de quo supra eo. si commisit rapinam quæ est quando uio-

lenter accipit aliena & est maius peccatum quàm furtum, de quo in uerfic. rapina. si res accepit quæ per naufragium sunt, est mortale, & quomodo sunt excommunicati, uide supra uerfic. excommunicatio §. casu 25. & uerfi. naufragium, & uer. inuenta per totum, seu uerfic. restitutio. §. 27. 28. & 29. si exegit pedagia iniusta est mortale, & si à personis ecclesiasticis est excommunicatus, de quo supra uer. excommunicatio §. casu 19. Et si imposuit noua pedagia, uel augmētauit antiqua quibuscūque personis, est mortale, & excommunicatus, ut in eo casu 19. si aliàs exactiones, uel talias exegit iniuste uideretur mortale. si bellum iniuste fecit, uel in eo fuit, est mortale, & quomodo ad restitutionem. uide uer. bellum. §. 11. & seq. si participauit in dando damnum proximo, operando, mandando, consulendo, consentiendo, adulando, receptando, defendendo, comedendo, emendo, non obuiando, ratum habendo, non manifestando, & huiusmodi, communiter est peccatum mortale, & quomodo teneantur ad restitutionem. uide uer. restitutio. §. 24. & uer. furtum in multis. §. si inuenit aliquid quod non restituit, sed modo iniusto retinuit est communiter mortale, & quomodo tenetur ad restitutionem. uer. restitutio. §. 27. si aliqua mala fide præscripsit. uide uer. præscriptio. si commisit usuram, isti casus communiter sunt mortalia, etiā in præcedenti de isto secundo uide uerfi. usura primo & secundo per totum. si mutuauit super aliquod pignus, ut eius fructus habeat est communiter mortale, de quo uide uer. usura 4. per totum, & uer. usura 8. §. 5. si mutuauit pecuniam, granum uel uinum & huiusmodi, ut aliquid inde lucraretur est communiter mortale, de quo ubi supra, si emit aliquod pro minori precio, quia præuenit solutionem communiter est mortale. si uēdidit oro maiori precio, quia expectauit, communiter est mortale, quia iniustitia. De istis uide uer. emptio p totum, si fecit cambia secca, communiter est mortale, & tenetur uerfi. usura 9. §. 4. si dedit pecuniam in societate nolens scire aliquid de periculo, & accipiens lucrum, quia est contractus iniustus, ideo mortale, & tenetur de recepto supra sortem, de quo uer. usura 3. per totum, si dedit animalia

in locedam iniuste plus accipiens, est communiter mortale, & tenetur ad restitutionem, de quo vide ubi supra immediatè. Si accepit sub usuris sine necessitate videtur mortale, maxime quando induxit non paratum, de quo vide uer. usura 7. §. 10. Si accepit in dono ab eo qui donare non poterat. videtur communiter mortale, & tenetur restituere, de quo vide ver. donatio, & ver. elemosina. Si accepit à personis ecclesiasticis modo illicito est mortale, tenetur ad restitutionem, de quo uer. clericus 4. & ver. restitutio. §. 19. Si incòdit ecclesias uel loca religiosa, est mortale, & tenetur, & quomodo est excommunicatus, uer. excommunicatio 5. casu 7. Si fecit concussionem còminando subditis nisi dent, & hoc iniuste, & sic est mortale, & tenetur, de quo uer. concussionis crimen, per totum. Si ut habeat aliquid consensit alicui operi peccati mortalis, & videtur turpe lucrum, etiam est mortale. Si per simoniam aliquid accepit est mortale, de quo uer. simonia per totum, & ver. restitutio. §. 16. Si uendidit vnam rem pro alia, puta malam pro bona, mixtā pro pura. Si falsitatem commisit in pondere, vel adhibuit fraudem in numerando, vel faciendo computa uel aliter communiter est mortale, de quo uer. emptio. Si defraudauit iustam gabellam, uer. pedagia. §. 3. Si usus est instrumentis falsis, de quo uer. falsarius §. 10. Si fecit monetā falsam in uer. falsarius §. 4. & seq. Si depredatus est Romipetas euntes Romam, de quo uer. excommunicatio 6. §. 7. & 8. Si impediuit aliquem ne consequeretur aliquod beneficium temporale uel spirituale uer. restitutio. §. 24. Si non soluit decimas, videtur uer. decima. Si fecit scripturas falsas, est mortale, de quo uer. falsarius. §. 11. 12. & 13.

12 ¶ Undecimò, ¶ circa octauum præceptū, Nō dices falsum testimonium. Si dixit mendacium in iudicio est mortale, & tenetur de damno dato. vide uer. accusatio. §. 10. Si noluit testimonium dicere productus in testem, de quo in uer. inquisitor. §. 3. 4. & 35. Si usus fuit astutia contra ueritatē, de quo vide uer. accusatio. §. 6. & seq. Si accepit pecuniam ut non diceret ueritatem, ibidem, & communiter sunt mortalia. Si dixit contra fidem, vel in damnum alicuius, circa animam, vel circa corpus, vel circa famam,

de quo uide uer. restitutio. §. 11. & 12. Si denegauit debitum alicui, si fuit testis falsus. si accusauit iniuste uer. accusatio. §. 10. si addidit aliquid uerò. si reuelauit occultata ex odio. si fecit scripta in despectum alterius.

13 ¶ Duodecimò, ¶ circa nonum præceptum. Non concupiscas domum proximi tui. si uoluit habere res proximi sui qualitercunque, siue iuste siue iniuste, & est mortale, seculus si desideraret salua iustitia, quia uel esset ueniale, uel nullum, nisi tantum desideraret, & in ea poneret ultimum finem. de quo uide supra uer. auaritia, uel desiderauit infinitam. si desiderauit inuenire tesaurum cum intentione non restituendi, esset enim mortale. si amisit multum temporis in desiderando diuitias communiter est ueniale, nisi adueniat aliqua conditio de præcedentibus. si exposuit se alicui periculo animæ, uel corporis, uel propriæ famæ, propter lucrum, si esset magnæ importantiæ uideretur mortale.

14 ¶ Tertiodecimò, ¶ circa decimum præceptum. Non desiderabis uxorem proximi tui. si desiderauit aliquam inhonestatē extra matrimonium communiter est mortale. si delectatus est in cogitando res inhonestas si cum consensu est mortale. si fuit silocaptus amore irrefrenato: ita & quocumque modo uoluisset secum delectari, quia est mortale, & quotienscumque cogitauit cum deliberatione, uel fecit aliquid ad hunc finem. si iuit ad ecclesiam ad uidendas mulieres, & quotiens consensit, ut faceret similia causa delectationis. si in ecclesia fecit aliqua signa amoris. si ibidem dixit inhonestā uel risit dissolutè ob talem causam. si tetigit inhonestè, uel in ecclesia uel alibi. si iuit per uias causa uidendi mulieres ob delectationem. si misit uel recepit literas, uel ambasiatas amoris. si fecit depingere personā amatā. si portauit odores ut inhonestè placeret. si iuit de nocte ad facienzas matinatatas. si stetit in fenestris ad uaghezandū. si usus est coloribus nouis uel extraneis ut inhonestè placeret. si portauit capillos uel alia ornamenta ad finē inhonestū. i. ut placeret. si eodem fine ostendit aliquam partem corporis. si aliquid fecit ut incitaret se uel alios ad luxuriā. si carauit uel corceizauit ex libidine, cõter omnia ista si

sunt extra matrimonium, & cum deliberatione sunt mortalia, de quibus vide in locis suis.

- 15 ¶ **Quartodecimò**, † circa septem peccata mortalia, & primò de superbia regina omnium peccatorum. Si propter inordinatum amorem excellentiæ egit aliquid contra diuina præcepta, quia erit mortale. Si existimauit bonum, quod habet, à se habere & nõ à Deo. Si bona quæ habuit à Deo, creditur se habuisse suis propriis meritis. Si se iactauit habere bona quæ non habet. Si despectis aliis singulariter appetit videri habere quod non habet. ver. superbia, de prima filia superbiæ. s. de ambitione. Si desiderauit beneficia ecclesiastica principaliter propter honorem, vel bonum temporale. Si appetiuit dignitatem sciens se esse indignum. Si quæsiuit dignitatem per vias illicitas. Si emit officia vel vendidit, de quo ver. dominus. §. 11. Si mutuauit super ipsis ibidem, & §. se. Si per parzialitatem quæsiuit officia, ut omni modo adiuuet partem. secunda filia præsumptio. Si posuit se ad faciendum quæ erant supra facultatem suam. Si exercuit officium quod nesciebat in periculum proximi. Si exposuit se periculis peccatorum mortalium probabiliter, & aduertenter est mortale. Si nimis præsumpsit de Dei misericordia. vide infra uer. intimidas. §. 1. tertia filia curiositas. Si stetit ad audiendum peccata quæ quis confitetur. Si uoluit audire, uel uidere uel addiscere, quæ non possunt fieri sine peccato mortali. Si uoluit addiscere à quibus non debuit, puta à dæmonibus. Si uoluit experiri quæ non licent, vt si incatationes habent effectum. Si attendens curiosus dimittit necessaria. quarta filia ingratitude. Si desepxit beneficia Dei, aut alterius. Si non retribuit benefactori. Si benefactori iniuriatus est. Ista quæ dicta sunt de istis quatuor filiabus superbiæ aliquando sunt mortalia, vel propter finem uel propter rem cui adijgitur, de quibus vide in suis locis, puta ver. ambitio ver. ingratitude, & similia. quinta filia. s. iudicium temerarium. Si iudicauit in malis determinatè factum alterius vide uer. interpretatio. Si usurpauit iudicium non habens officium. vide uer. iudicium. sexta filia. s. adulatio. Si fuit adulator alicuius de peccato perpetrato. Si adulatio prouocauit

aliquem ad superbiam. vide uer. adulatio. septima filia. s. irrisio. Si derisit proximum. Si derisit sacramenta vel volentes seruire Deo, vel derisit Deum vel sanctos. Si derisit patres, vel prelatos, & est mortale quando partuipendit supradictos, ut non sit curandum de eorum malo, sed sit pro ludo habendum, de quo supra uer. derisio, & uer. contumelia. Octaua filia. s. tentare Deum. Si se exposuit probabiliter, & scienter periculo mortis, uel magni mali sine necessitate. Nona filia. s. pertinacia. Si fuit nimis pertinax, in suo sensu. Decima est arrogantia de qua in loco suo uidelicet. Si dedit scandalum. Si laudauit aliquem de peccato mortali, vel de bono falsè excessiue, vel ut decipiat. Si fuit schismaticus, & de istis omnibus uide in locis suis.

- 16 ¶ **Quintodecimò**, † de blasphemia in spiritu sancto. Prima species est præsumptio, quæ præsumit perseverare in peccato sub spe ueniæ, uel misericordiæ sine meritis. Secunda est desperatio, tenendo, quod Deus nõ possit uel non uelit parcere peccantibus. Tertia impugnatio ueritatis cognitiæ maxime fidei. ut possit liberius peccare. Quarta inuidia fraternæ gratiæ dolendo, quod gratia uel gloria Dei crescat in mundo. Quinta est obstinatio in peccatis. Sexta est impunitia. i. propositum non penitendi. Vide supra uer. blasphemia. §. 7.

- 17 ¶ **Decimosextò**, † primum vitium capitale est inanis gloria, de qua uide supra uer. gloria uana. Si quæsiuit laudem uel gloriam alicuius rei quæ est peccatum. Si benefecit ad laudem humanam. Si obtineret uel conseruaret laudem uel gloriam peccasset mortaliter. Si ornauit se propter uanam gloriam. Si quæsiuit gloriam in uestimentis, in cornibus, in capillis, in anulis, in colanis, in coloribus, & similibus. Si simulauit se sanctam. Si multum tempus consumpsit in ornamentis. Si se gloriauit de aliquo peccato. Si se laudauit de parentela, de diuitiis, de pulchritudine, de fortitudine suorū, & similibus, despiciendo alios. Si cum aliis contendit præsumtuosè. Si discordauit ab aliis ut ostenderent se sapientem. Si est usus uel inuenit singularitates in uestitu uel aliis. & interroga de ornatu sumptuoso, & ista. s. sumptuositas est prima filia. secunda filia est inobedientia. Si obediuit suis maioribus,

2. ¶ Primò, ¶ necessitas euitabilis, i. homici- dium casuale qđ non fit uoluntate fit mul- tis modis & ad hoc ualent regulę quę posi- tę sunt, supra uer. irregularitas. 1. §. 3. & 5. pro isto tamen ca. ponuntur aliquę regu- lę. Prima quando aliquis dat operam rei licitę, & adhibet diligentię probabilem, nullam irregularitatem incurrit ex homi- cidio secuto, fortuita enim qui uiri pru- dentes com-

adētes cōiter non cogitāt, si eueniant non sunt nobis imputanda, secus si ex negligētia, puta reparabat domum, & posuit signa ante eam, & clamauit antequam proiceret tempore congruente pertranseuntibus, vel incidit arborem, & cecidit in partem contra communem existimationem, uel pulsabat campanam, & cecidit, & similia. c. dilectus filius, & duobus sequentibus, & c. Ioānes, & c. ultimo. ratio quā non possumus omnes casus fortuitos praeuidere. uer. irreg. 1. §. 1. Secunda regula si dabat operam rei licitae, & fuit in culpa uel non adhibuit debitam diligentiam est irregularis. unde secundum Hostien. presbiter, qui mittit puerum ad aquandum æquum mōens, quod caueat de fluuio, & tamen est submersus iudicatur culpabilis, quia cogitare debebat de puero periculoso, sic etiā diaconus qui non remouet falcem qua accintus erat, cum sciret ludi cōsuetudinem, scilicet quod unus equitat aliu c. continebatur, debebat enim cogitare periculū, & sacerdos qui non remouet gladium a corrigia qua uerberat, & c. c. ad audientia. e. uirum autem propter culpam lenissimam incurrat supra uer. irregularitas. 1. §. 4. Tertia regula ille qui dat operā rei illicitae, dato quod praeter omnem eius uoluntatem eueniat homicidium, uel mutilatio, & adhibuerit omnem diligentiam est irregularis, unde si clericus exercitatione, uel uenatione iaculū, mittit, & casu occidit nō excusatur, quia talia opera sunt sibi prohibita. c. clerico. 50. di. & c. petitio, & c. tua nos. 1. Res. de homi. & Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 64. articu. 8.

3. ¶ Secundò, ¶ quæritur de eo qui impellitur in alium, & ille alius moritur uel de eo qui declinans illum qui eum uolebat percutere, & percussus est alius ex tali declinatione, & occisus. Res. s. m. Vg. in ca. sepe. 50. di. nō est irregularis nisi in fraudē fecerit.
4. ¶ Terriò, ¶ quid de ludente, cum alio qui à casu occidit socium. Respon. quod si ludebat cum personis quibus erat licitum, & ludo licito, & uersimiliter ex conditione talis ludi casus euenire non debebat, non est irregularis, ut pater in c. lator, de homi. ubi clericus ludens cum clerico ludo licito, quod licet unus ipsorum alterum accipiens, & prosternēs ad terram cultellum sibi infixit,

& mortuus est, & tamen prostratus non est irregularis quia conditio ludi non erat prosternendi, & ideo non fuit in culpa licet prosternens fortē esset in culpa, si uerò non considerauit cōditionem ludi ex quo tale quid euenire poterat erit irregularis, ut in cap. continebatur. e. ubi uolens equitare super socium qui habebat falcem in laetere occisus est, & socius est irregularis, quia conditio ludi erat, ut qui tetigisset baculū alteritus super eū equitaret: & ideo debebat deponere falcem, ex quo ludi ista erat conditio, si tamen prohibuisset, ne eum equitaret, tenet Pan. in d. ca. quod non esset irregu. Hosti. tamen & alii tenent, quod etiā propter ludi conditionem, quia potuit euenire, & hoc melius, quia etiam si prohibuisset potuit euenire, & quamuis Angelica dicat opinionem Pan. esse ueriores: tamen ipse Pan. non firmat pedem, & ut ipsemet dicit, glo. multum ponderat quod cum laico ludebat, & ideo hoc solum fecisset eum culpabilem, secundum glo. Concluditur igitur, quod si ludus non erat sibi prohibitus, & adhibuit sufficientem diligentiam cogitando quæ cogitare debebat non incurrit, aliās secus per quintam regulam quæ posita est supra e. 1. §. 3. & per primam regulam in isto c. §. 1.

¶ Quarto, ¶ quid de eo qui insequens aliu proiciendo lapidē uel minando, & ille fugiens ex fuga cecidit & mortuus est. Respo. quod est irregularis s. m. D. Ar. Flo. 3. ti. 29. c. 2. §. 3. Intellige secundū Angelicā. uerbi. homicidiū. 20. §. 1. si fugiens timebat de graui malo sibi insigēdo nihil fugeret, secus si de leui, & cā ludi. hæc ille. Sed quod si in sequēs faceret cā ludi, & non faceret signa magnæ offensionis, & ipse fugiens deceptus timeret magnam offensionem, uideretur tunc secundum Angelicam quod prosequens esset irregu. quod non uidetur, & ideo dic melius secundum Pan. in c. exhibita. e. quod si quis proiicit lapidem, & alium percutiat dummodo percussio non possit esse grauis, & alius ne percutiatur fugiens cadat, & occidatur nō erit irregularis, uel si proiiceret lapidem à remoris & alius timēs fugeret & corruens interiret similiter non est irregu. & sic intelligitur tex. d. cap. exhibita, secus si ut grauius percuteret uel iactus potuisset graue percussorem facere,

nisi alius fugisset quia tunc noxius esset ludus, & sic intelligitur Ar. si. deceptio igitur fugientis non facit culpabilem insequentem, nisi forte esset in dolo ver. excommunicatio. 5. casu. 1. §. 42.

6 ¶ Quinto, ¶ quid de clerico qui rixam facit, superuenientibus eius amicis occiderunt eum, cum quo rixabatur. Respond. qd est irregularis in cap. petrus. e. limitat. Pa. si rixam illicitè exercebat aliàs non, quia si fuit sine culpa, factum aliorum non debet sibi imputari, e. significasti, el secundo eo. limitat etiam Hosti. in ca. ad audientiam, e. si non prohibuit quantum potuit, dicit et Pa. in d. c. petrus, qd tale homicidium imputatur clerico ubi amici vel consanguinei eius interfecissent inimicum illius clerici, secus si superuenissent inimici ipsius clerici & interfecissent aliquem de parte ipsius clerici, quia tunc homicidium factum per illos non sibi imputatur ratio diuersitatis est, quia primo casu homicidium commissum fuit intuitu illius clerici, sed secundo casu fuit commissum propter inimicitiam quæ erat inter illos, ubi nota qd factum amicorum seu consanguineorum imputatur ad irregularitatem, & sic cauent à rixa, ait Pa. si igitur non fuit in culpa rixando & adhibuit diligentiam prohibendo nec intendebat mortem, non incurrit, aliàs secus per quintam regulam quæ ponit supra ver. irregularitas. 1. §. 3. & hic in isto, c. §. 1.

7 ¶ Sexto, ¶ quid de patre, magistro, uel domino, qui causa disciplinæ uerberant filium, seruum, uel discipulum, qui ex illa percussione interiit. Respō. Angelica. ver. irreg. 1. §. 9. dicit qd est irregularis. qm ex illo uulnere sequitur mors. ar. c. presbyterū, & c. de cetero, & c. ad audientiam, e. sed Rosella. uer. homicidium. 3. §. 1. melius dicit, qd si isti adhibuerunt diligentiam debitam. puta remouendo gladium à corrigia, ead audientiam & non percussit in capite & non excessit modum in percutiendo non est irregularis. Manifestum est. n. qd tales em Pa. in d. c. ad audientiam, pnt modeste uerberare, & patet per pñalem consuetudinem, & sic non dant operam rei illicitæ, & adhibent diligentiam, & c. ut præsupponitur, ergo per quintam regulam, supra e. c. §. 1. non sunt irregulares, nec obitat, cap. si quis iratur. 1. §. 9. 1. quia em gl. loquitur in

Secunda Pars.

eo. qui excessit, sicut, c. presbyterum, loquitur de eo qui excessit per doc. ibi, & eodem modo dicitur filia: secus esset de eo qui dedit operam rei illicitæ, uel fuit in culpa & non percussit lethali, & per incuriam decessit: quia esset irregularis, ar. cap. petrus, e. cōcor. Ar. Flo. & quamuis parentes teneantur pro culpa leui de morte filiorum, ut patet in glo. si. de his qui proprios si. occ. ubi datus eis pro graui culpa pñta. 7. uel 5. annorū: pro leui uerò. 3. & si nulla culpa præcessit non tenentur: tñ em Pa. in c. quæsitum, de pe. & re, pro leuissima culpa non incurunt irregularitatem, & maximè em Rosel. ubi culpa comittitur per omissionem, uñ Pan. ibidem sic ait, no. sacerdotem incurere irregu. ex lata culpa ad homicidium commissa, uñ quicūque delictum sit occultum debet perpetuò obstinere ab altaris ministerio, & sic quantum ad irreg. lata culpa equiparatur dolo ut hic: nam studiosa negligentia equiparatur dolo, & inducit irreg. & dicitur diuina negligentia, lata culpa quæ ut quodammodo affectare delictum ex tanta negligentia: pone exemplū, in parētibus collocantibus in fante tritū mēsum in medio eorū, qd postea reperit oppressus: unde nota, quod leuissima culpa in homicidio nō inducit irreg. & procedit tex. si sine tactu, & sine alia pro curatione homicidii interuenit hæc Pa. & sic patet qd dicendum de patre reperente filium propè se mortuum, de ista leuissima uide supra. uer. irreg. 1. §. 4. unde si tenent puerum in cunis & reperiunt mortuū, non est irregularis d. c. quæsitum. Tenere. n. in fante in lecto statim se offert periculum oppressionis, & propterea nisi debitis circumstantiis honestetur est illicitum, quia est contra curam debitam uiræ proximi, iō mortale. Si autem honestetur circumstantijs pura quia lectus est extensus & non hñ propè se, & nutrix cōsueuit sp. inuenire in eodem loco & situ, quo se incipiendo dormire posuit & implacabilitas infantis hoc exigat, excusari uñ, quia non est rationabile his concurrentibus periculum timere propterea in c. consuluisti. 2. q. 5. non omnino præcipitur parentibus ne pueros teneant in lecto, sed admonēdi & protestandi dicuntur, ne negligentia proueniat, mors sequatur, & ille est in alijs actibus licitis periculosis, ut sunt ruina domorū,

Sum. Tab.

1285

iactus lapidū & similia. In omnibus enim his tantō maiori opus est consilio & solitudine, quanto periculū propinquius timetur infra. §. 7. cit. si. uerū. homicidii. §. si. circa si. Quid si percussit non lethaliter & conualuit & postea reciditauit. Resp. q. si percussus non dedit operam rei illicitæ, uel non fuit in culpa excedendo, uel nō adhibendo diligentiam, &c. non est irreg. per regulam quintam allegatam, &c. exhibita si autem dedit operam rei illicitæ uel fuit in culpa si ē percussit nō lethaliter, & cōualuit & reciditauit, tunc dicit D. Ar. si. q. vulnerās est irreg. ē si mortuus sit p̄ imperitiā medicæ, uel incuriā, &c. & ē vulnus si fuit mortale. ar. d. c. petrus, & ratio est, q̄a fecit aliquid ad mortē, & fuit culpabilis, sicut si q̄s adderet nouū vulnus morti turo gl. est ad hoc in c. si. r. §. 2. & c. presbyterum. e. hanc conclusionem sequitur Ros. uerū. homicidium. §. 8. quia causa semper sufficit alle. gl. d. ca. presbyterum Angelica uer. irreg. r. §. 10. limitat quando fuit sine culpa aliqua ipsius percussit, quia tunc n̄ mors sequi ex primo vulnere, si uero post conualescētiā sequitur aliqua culpa ipsius percussit uel medici, tūc uidetur sequi mors ex illa culpa, & nō ex primo vulnere & nō uidetur primus percussus irreg. Rosella uerō ubi supra facit additionē contra Angelicā dicēs. r. q̄m medicos nūquam appellatur recidua nisi habeat originē à prima. Secō dicit q̄ licet superueniat talis cā sine qua infirmus non esset mortuus, tū stat q̄ adhuc infligēs primū uulnus fieret irregularis, q̄ probat. pone. n. q̄ aliqui uulnerauit aliū qui tū sanatus postmodū fuit ex illo uulnere, similiter sanatus fuit à febre que illi uulnerato superuenierat, ex illo tū uulnere adhuc propter dictū uulnus & febrē remāsit debilis postmodum superuenit febris ex alia causa uel aliud uulnus, certū est q̄ illa debilitas adiuuat, & sic uulnus primū remanet in cā, & ex quo dedit cām rei illicitæ uel fuit in culpa teneatur de omni casu inde secuto, & sic est irreg. & per d. gl. d. c. presbyterū, quia cā semper sufficit & pro certo hęc determinatio Ros. uidetur magis conformis dictis D. Ar. si. quā determinatio Angeli, & ideo sequēda: consonat etiam magis iuribus alle. gl. Ros. uerō responderet ad ea, præterea alle. per

Ang. sed potest responderi quōd d. cap. præterea; loquitur s̄m Pan. ibidem quando est certum q̄ primū uulnus sufficit in causa uel non uel quanto tēpore dicit Panor. mitanus remittendum ad arbitriū iudicis. §. Septimō, §. quid de presbytero mittente puerum ad aquandum equum monens ut caueat à flumine & tamen sumeris est. Res. secundum Host. hunc presbyterū esse culpabilem sicut sacerdos qui non amouit cultellū à corrigia cum uulnerauit famulum. c. ad audiētiā, & hoc intellige quādo uerū similiter poterat dubitari puta quā infans est. §. Octauō, §. quid si clericus tradat latronē iudici petēs etiā cum protestatione q̄ eum puniat citra sanguinis effusionem & postea occidatur. Role. q̄ ex hoc non est irregularis, s̄m Io. An. & de hoc est tex. in cap. 2. de hom. li. 6. & dicit D. Ar. si. q̄ debet intelligi quādo nō poterat aliter habere suū & non intendebat mortem, sed habere suū, secus si uolūtas erat deprauata. hoc dictum D. Ar. si. intelligerem quōd ad peccatum, sed non ad irregularitātē. Idē intelligas si furē capiat & det iudici s̄m limitationem prædictam. s. protestationis, nec etiam nocet si det signa latronis ad cōuincendum eum. c. tua nos eo. 2. Ros. Ipse etiā Ar. Fl. tertia. u. 29. c. 2. §. 3. ponit aliā limitationē. s. quando nō habet causam suspiciandā q̄ hoc contingere poterat, sed Pan. in cap. postulasti. eo. querit quid si clericus pro certo sciat q̄ sine sanguinis effusione nō potest debitum consequi, nunquid possit eum bona conscientia sine metu irregularitatis officium iudicis implorare. Vin. dicit quōd non, immo citius debet dimittere suum. ar. c. 2. & c. suscepimus, de homi. sed hodie tenet. quod habetur eo. r. c. 2. lib. 6. secundum Io. An. quasi uelit dicere quod præmissā protestatione quōd non intendit ad uindictam sanguinis potest perere iustitiam, nec imputatur clerico si postea iudex secularis imponit pœnam mortis, non tamen tenetur à petitione iustitiæ desistere, dummodo præmittatur protestatio, quod nō pro intellectu illius. ca. 2. li. 6. & uidetur satis rationabile, aliās autem daretur materia trucidandi clericos & bonis suis spoliandi ut dicit ibi tex. hæc Pan. & breuiter quōd ad irregularitatem suffi-

cit sic esse scriptum in iure nouo, scilicet li. 6. d. c. 2. quo autem ad conscientiam consideranda esset rectitudo eius sicut quomodo loquitur Ar. Flo. uide supra uer. irregu. 2. §. 6. & §. 29. in fi. Conclude igitur quod non incurrit irregularitatem si petat iustitiam quod sibi restituatur male ablatum, & de reliquo non offendatur cum expressa protestatione, siue possit aliunde habere suum, siue dubitet quod interficietur, siue sciat, immo si desiderat, &c.

10. ¶ Nonò, ¶ utrum clericus qui cum socio latronem capit, & ligat, & postea clericus in seio: socius latronem interficit, ne fugiat fit irregularis. Res. quod sic, quia fines licite defensionis excessit. c. suscepimus. cod. tit. Sed quid de eo qui percussit latronem qui asportabat res suas ex qua percussione fugere non potuit ex quo ab aliis postea occisus secundum communiter doc. in ca. significasti el. 2. & c. de cetero. en. tu. est irregularis eo quod dedit operam rei illicitae, sed tenendo quod propter defensionem rerum potest percutere cum moderatione quamuis non occidere, uel mutilare ut dictum est supra uer. irregularitas. 2. §. 2. §. & iste non excesserit nec intendebat mortem sed defensionem rerum, & maxime si non percussit ad mortem, & dicendum est quod non est irregularis, ista enim uidetur esse causa remota, sed d. c. de cetero, loquitur de propinqua, nam ut habetur in ca. tua. eod. clericus vulnerans grauiter furem ingressum suam domum, licet fur postea captus sit & ductus ad officialem qui officialis mittens clericum predicto ut exponeret si qua fecit de predicto fure inter signa numeris tribuens & cultellum & forcules quos a fure abstulerat si in nullo alio se impediret licet talis fur occideretur non est irregularis, ergo nec a fortiori predictus.

11. ¶ Decimò, ¶ quid de illo qui uadens ad spacium super equum irrefrenatum & ex petulantia fractis habentis occidit puerum. Respond. non est irregularis quia nec uoluntate neque facto occidit nec rei illicitae dabat operam. c. dilectus. eo. dicit tamen ibi gloss. Ber. quod si facile frenum potuit frangi erit irregularis. c. significasti. el. primo eo, uel si propter eius imperitiam equus lasciuisset ut Insi. ad la. quili. §. impetu quoque. uel propter eius impotentiam, simili-

ter si qua debuit prouidere & non prouidit nec facit d. §. impetu quoque.

12. ¶ Undecimò, ¶ Quid de medico cui prater uoluntatem infirmus mortuus est in manibus seu sub cura. Respond. si ista quatuor concurrant non est irregularis primum quod istud officium non sit sibi prohibitum exercere sicut clericis & religiosis cirugia in c. sententiam, & ca. non magno. ne cle. uel mo. secundum si erit peritus in arte, tertium si exhibuit omnem diligentiam secundum artem. quantum si in forma uel se de his que sunt contraria agnitudinibus in seio. Nam istis seruatis non imputatur ei. ita not. Panor. in c. tua nos. eo. alias tenetur cap. ad aures, de aet. & quali. istis enim seruatis potius casu quam culpa in huiusmodi praesumitur mors accide re. 2. §. 5. de occidendis con. Innoc. Host. & Vuerua. & Arch. Flo. Pan. in d. c. sententiam intelligit et de clerico in minoribus sufficienter beneficiato: caueant ergo clerici uel religiosi ne artem cirugiae exercant quae aduisione uel incisionem adducit, quia si inde sequatur mors etiam sine culpa eorum, immo si ex pietate faciant. c. tua nos. eo. in currunt uerfic. medicus. §. 2. & 3. quidam addunt quod ex hoc probabiliter dubitant perisse.

13. ¶ Duodecimò, ¶ Quid de seruitoribus uel custodiis in infirmum, qui ad eorum petitionem dederunt ei uinum, uel fecerunt aliquod ex quo sequitur, uel acceleratur mors. Respond. quod si est certum quod propter hoc acceleratur mors & ipsi potuerunt prouidere, irregulares sunt, secus si non est certum secundum Rossellam, non debent tamen facere sibi hanc conscientiam quod propter hoc sint mortui, sicut Vuerua. & Ar. Fl. quoniam bono animo id fecerunt, nisi sit euidentis culpa uel dissoluta negligentia. Nec oportet secundum eundem inde timere si cum prudentia, &c. & quicquid conuersis est licitum in hoc opere, est etiam licitum sacerdotibus, nec ullus est irregularitatis timor in proposito, ubi nulla est culpa negligentiae. In quibusdam autem periculosis actibus ex suo genere, diligens est qui aut consilio proprio uel alieno caute operatur, & habent conscientiam debent deponere ad consilium boni uiri, nisi contra preceptum medici expressum dedissent, qua

non excusarentur, ut not. in c. tua nos. eo. Idem dic de tertentibus infirmū, unde vel apotema fragitur uel annellus obturatur & suffocatur, uel s̄m Arc. Flo. si custos infirmi frenetici uel furiosi dimisit eū ut irret in plateam ad ludendum, uel aliās dat operā rei illicitæ, aut nimia crapula uel leuitate nō uigilat, maximè cū esset deputatus, &c.

14 ¶ Decimotertio, ¶ item si aliquis facit aliquid, uel dicit unde accelereſ mors, esto q̄ omnino esset moriturus, efficitur irregularis, si hoc est certum puta uoluit infirmū n̄ citius moriatur dicit decipitādo ut ponat capud in cipo, & ex hoc citius ponit. Item dicit aliquis fateliti ut apret manariam ne plures habeat recipere ictus, & sit, similia, hæc Archie. Flor. ad hæc c. si quis uiduam. 50. dist.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ quid de eo qui dedit aliquā causam abortiui. Respon. s̄m S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 8. & 4. d. 3. 1. in expositione litteræ. Si infans iam erat animatus anima rationali & dedit cām rei illicitæ uel nō adhibuit debitam diligentiam est irregularis, conc. Pa. in c. sicut, de homic. & intelligitur secundūm c. Pa. in c. de cætero, eo. & D. Arc. Fl. de causa immediata, quando nō intēdebat homicidium secus si quæreret, quia tunc intelligitur, etiam de mediata. Si uerò non erat atatus aīa rationali, quāuis grauerit peccet, tñ non est irregularis, secundūm D. S. & Pa. ubi supra: tum quia nō erat homo tñ ēt quia prius non uixit, ideo non d̄f mori. Ex quibus patent multæ dubitationes, prima q̄ clericus qui ad se venire facit prægnantem cā libidinis, si cadat uel aliqd. huiusmodi ex quo sequitur mors est irregularis, secunda q̄ religiosus apprehendens mulierem per corrigiam luendo etiam leuiter, quia dat operam rei illicitæ, & similibus, hæc Pa. in d. c. sicut. 3. q̄ si maritus, fratres uel similes leuiter luærent cum prægnante & sequitur abortus non sunt irregulares, quia sunt persone honestæ & non dat operam rei illicitæ, nec excedunt Pan. in d. c. sicut, & sic in eodem factō clericus sit irregu. non maritus, uel frater. quarta q̄ puer cum uexica faciens strepitum & cadit mulier, &c. non est irregu. quia, &c. Pa. in d. c. de cætero, quinta quicunque dat aliquid mulieri ut sequatur abortus est irregu. quacunque causa data.

Item no. quod in huiusmodi si est dubium utrum fuerit causa uel utrum fuerit animatus debet ad cautelam abstinere, serupulosam tamen conscientiam informet. sexta parentes inueniētes puerum mortuum in lecto si fuerunt in lata culpa, uel in dolo sunt irregu. secus si ex leui uel incuria, ut dicit tex. d. c. quæsitum. & facit ibi Pan. regulam generalem q̄ ex leui culpa non incurritur irregu. & debet intelligi secūdūm aliquos in culpa leui ex omissione secus in cōmissione, de quo supra uerſi. irregularitas. 1. §. 4. Quidam sic dicunt. Collocare apud se filios tenellos parentes non debēt aliter sunt in culpa. 2. q. 5. c. consulisti. & eis imputatur homicidium si sequitur, nisi fortè ita pauperes essent q̄ non possent eos pānis fouere contra frigora, quia tunc tenendo apud se in lecto si debitam faciunt diligentiam in reliquis non tenentur aliqua culpa: quia duobus malis concurrentibus minus eligitur. 13. di. c. nerui. & ideo si est minus periculum collocare penès se quàm aliter tenere, excusatur. hæc Angelica. uer. homicidium. 2. §. 5. circa medium. nota tamen quòd in quibusdam locis sicut est Bononiæ est excommunicatio synodalis, & sicut experientia docet multi pueri suffocantur, & tunc non uideo quomodo possint apud se tenere, uide supra. §. 6. circa medium, & dic ut ibi.

16 ¶ Decimoquinto, ¶ de eo qui dat poculū amatorium ex quo sequitur abortus, quāuis non intenderet. Res. q̄ est irregularis, eò q̄ dedit operā rei illicitæ, ut no. Pan. in c. si aliquis, eo. facit, l. si quis aliquid. §. qui abortiōnis. ff. de pœnis. secus esset si daret ut non posset generare, uel nasci soboles concepta, dummodò non animatum anima rationali, ut dictum est supra, immediata, & d. c. si aliquis.

17 ¶ Decimosexto, ¶ quid de clericis qui cum aliis trahunt ad manganellum, unde aliquis occisus est uel probabiliter creditur. Res. sunt irregulares, c. sicut dignum, de homic. quia dederunt operam rei illicitæ.

18 ¶ Decimoséptimo, ¶ Vtrum clericus benedicens aquam seruientem, uel ferrum candens uel pugiles, sit irregularis. Respon. secundūm Ray. q̄ sic. si mors sequatur, & dicit Rodò. hoc esse tutius tenere.

18 ¶ Decimo octauo, ¶ quid de tenentibus animalia, puta Ursum vel Leonem quæ aliquē interfecerūt. Res. fm Inn. si nō fuerūt in aliqua culpa, uel in malitia, non sunt irregulares, alias sic, puta quia erant ferocia & non tenuerunt ligata, & huiusmodi ar. his qui arborē, & c. saepe. 50. di. & quod nō. in c. de occidendis. 23. q. 5. & hoc uideatur uerius, quam tuis Host. in ca. ad audientiam. de homi. uideatur tenere q̄ nullo modo incurrat, nisi fuerit in malitia, uel laeta culpa ar. l. 1. & si. ff. si qua par.

20 ¶ Decimonono, ¶ quid de presbytero qui fornum de curru deponens, perticam superiorum alligatā proiciens postea inuenit puerum semiuuam, qui postea moritur. Res. fm q̄ habetur in tex. c. ex literis. el. 1. q̄ si clamauit & fecit debitam diligentiam, cū non daret operam rei illicitæ, non est irregularis, nec requiritur q̄ ageret rem. necessariam, ut uideatur dicere tex. in c. ex literis. 2. c. tit. sed. fm Pa. ibidem sufficit quod ageret rem utilem. suple. nō sibi prohibitam, sicut in cap. Ioannes e. & c. dilectus e. non enim erat necessarium quod clericus æquū ascenderet sed causa utilitatis fecit. d. cap. dilectus, ergo sufficit quod quis pmoneat causam utilem, nec secundum eum. Pa. d. c. ex literis. 2. tenetur quis clamare quando proicit aliquid ad locum solitum & per quem non consuevit aliquis pertransire, ut in l. si procurator ff. ad l. aquilam. & ca. si duo. & cap. hi qui arborem. di. 50. Et sic patet quid dicendum de incidente arborem sufficit quod faciat diligentiam debitam. Sed quid si incidebat arborem alienam cum peccato? quidam dicunt quod in cide eo quod dat operam rei illicitæ, & similiter de deponente campanam, ut d. ca. ex literis. 2. & nor. in eodem c. quod quia sequitur scandalum debet se purgare. Similiter patet quid dicendum de pulsante campanam cuius tintinabulum cadens occidit, & c. quia dabat operam rei licitæ, ideo non est irregularis. d. ca. Ioannes. ubi no. fm Pa. quod imputaretur ipsi sacerdoti nisi fecisset ex officio custodis uel ex permissione consuetudinis, uel alio titulo. Similiter patet quid dicendum de clerico reparante domum, quia cum det operam rei licitæ & adhibuit diligentiam ut supponitur, non fit irregularis. ca. ultimo.

Secunda pars

eo. & debet facere ea quæ uerisimiliter requiruntur, scilicet clamare fortiter, uel ponere insignia uel similia. Similiter dicitur de reparare porcos ex agro proiciente lapidem, & interficiens aliquem q̄ non est irregularis. c. clericus. di. 50. & hoc ideo fm gl. q̄ dabat operam rei licitæ & adhibuit ut supponimus debitam diligentiam circūspiciendo, nec est opus sup clamare, sed loco & tempore, unde rustici cū ducunt per plateam mulos oneratos uel similia debent clamare antequam sit locus percutiendi.

11 ¶ Vigesimo, ¶ ex homicidio uel mutilatione quæ contingunt in bello quomodo & quando clerici bellatores efficiuntur irregulares, dicit Io. Cal. in addic. ad dicta Ioan. An. in nouella extra. de homi. ca. peritio, sic distinguens. Aut clericus utitur armis in continenti repellendo uim ui, & cum moderamine debito, aut aliter, si primo modo, & si occidat siue mutilat, non est irregularis cū scilicet facit ad sui defensionem. di. prima. c. ius naturale, de quo supra uer. irregularitas. 1. §. 5. & uer. irregularitas. 2. §. 24. & se. Si autem aliter facit tunc, aut hoc agit de licentia papæ, aut proprio motu, si primo modo, puto q̄ in bello iusto uti possit armis offensibilibus, nam inter alia quæ faciunt bellum iustum est auctoritas papæ uel principis, & tunc si occidit uel mutilat non est irregularis, ex quo papa dedit sibi licentiam. Nam cū irregularitas sit pœna per constitutiones canonicas introducta ex quo papa potuit dare licentiam clerico & auctoritatem utē di armis quibuscunq; etiam sine metu irregularitatis, dando huiusmodi licentiam uidetur quod abstulit ab eo incursionem irregularitatis, quod potest, quia cum uoluntario homicida potest dispensare. de conse. di. 1. c. 1. quando papa hoc exprimeret uerum uidetur, aliās fecus, potest etiam hoc expressus probari per cle. unicum, de homi. ubi papa determinauit q̄ occidens propter sui defensionem & de quibusdam aliis non incidat, facit quod dicitur supra. uer. irregularitatem primo. §. primo. si autem secundo modo. i. proprio motu clericus utitur armis, tunc aut in bello iniusto aut in bello iusto, si primo modo tunc plenum est quod non est sibi licitum siue suis fauorem præstet, siue timorem incutiant

Sum. Tab.

o 3

aduer-

aduersariis, & si ibi aliqui sunt occisi uel mutilati irregularis est. 23. q. 8. c. 1. & 2. Si uero in bello iusto puta pro defensione patriæ uel aliorum 23. q. 3. c. fortitudo, & tunc poterit interesse cum armis defensionis, non tamen debet pugnare, sed hortari poterit; vt. 23. q. 8. c. ut pridem, & orationis intercedere. 3. o. dist. c. fi. sed cum armis ostensibilibus non debet ibi interesse, nisi ea intentione, ut se defendat, non ut pugnet, impediende ordinis professione. 23. q. 8. c. clercici, & si in tali bello est aliquis occisus ab ipso clerico est ipse irregularis. Si autem ipse neminem occiderit non est irregularis licet quis ab aliis occisus sit, uel mutilatus. ad tollendam autem propter ambiguitatē hoc casu potest sibi imponi pœnitentia, & sic intelligatur c. pœnitentium. de cle. per c. ut ibi no. in ultima glo. hoc credo quicquid no. in Spe. ti. secundo. Si in tali bello clericus uulnerauit aliquem, sed non occidit distingue, aut talis uulneratus fuit & postea occisus ab aliis, & tunc subdistingue, quia aut habuit animum occidendi, & sic est irregularis. c. significasti. secundo co. ti. ibi, & si percussor uoluntatem, & c. 23. q. 1. c. ultimo. Aut nō habuit animum occidendi, & istud etiā subdistingue, quia aut uulnus ipsius clerici potest distingui ab aliis uulneribus, & tunc non est irregularis si uulnus non est mortale. ut c. significasti, eod. tit. aut non potest discerni, & tunc propter dubium irregularis iudicatur, ut in eo. uersiculo. quod si discerni. Res autem suas non uidetur licitum armis defendere cum aliorum occisione eo. ti. c. suscepimus. uersi. irregularitas. secundo §. uigesimalquarto, & se. & uersi. bellum §. 7. & 8. hæc omnia Ioan. Cal. secundum q̄ recitat D. Archie. Flo. 3. tit. 29. cap. 2. §. ultimo.

27. §. Vigesimalprimò, † Ex præcedenti distinct. & ex dictis aliorum elicio multas conclusiones quarum prima est. Clericus in bello quocunque modo existens repellens uim uel cum moderamine inculpate tutele siue occidat siue nō, est irregularis. distinct. 1. cap. ius naturale, & cle. unica. de homi. secunda conclusio, clericus existens in bello iusto de licentia papæ, & ipse papa expressit quod possit pugnare indifferenter, non est irregularis, etiam si

occidat, qua papa potest auferre incursum irregularitatis eo quod est de iure positiuo, & uidetur absulisse ex quo dat licentiam. no. tamen quia Ioan. Cal. probat quod papa potest remouere incursum irregularitatis per hoc quod potest dispensare cum homicida, quod tamen nō est directē probare, possumus tamen dicere quod probauit per illud quod dixit q̄ est de iure positiuo, & iterum manifestus probatur per d. cle. unicam, ubi remouit irregularitatem, & sic in proposito, intelligit in q̄ est de iure positiuo: & q̄ papa potest remouere incursum, & c. hæc esse uera accipiendi irregularitatem pro ut in iure nouo impedit receptionē ordinis uel executionem, de quo supra uer. irregularitatis. primo. §. primo. tertia conclusio, clericus utens armis proprio motu in bello iniusto uel præstans fauorem, consilium uel opem qualitercunq; siue timorem incurrit aduersariis, siue interficiat, siue non, siue uulnerauerit, siue non, dumō aliquis in parte aduersa occidatur uel mutiletur, est irregularis. patet quia dedit auxilium in mortem, & fuit in culpa. c. si quis uiduam. di. 50. & 23. q. 8. c. primo, & secundo & c. petio. de homi. & Panor. ibi. secus si essent mortui ex parte sua, quia ad hoc non dedit consiliū, uel opem, nisi aliud occurreret con. Pan. dica. petio. & supra uer. duellum. §. tertio in fin. quarta conclusio clericus proprio motu existens in bello iusto, puta pro defensione patriæ uel oppressorum, uel contra prædones, uigesimaltertia q̄. tertia capit. fortitudo, & Panormi. post rex. in c. fi. de cle. percu. cum armis defensionis hortans bellantes. uigesimaltertia quæst. octaua ca. ut pridem, & intercedens orationibus. trigesima distinct. capit. fin. non est irregularis, etiam si aliquis occidatur, non enim occidit neque uulnerat neque mutilat, & non dat operam rei illicitæ, quia ei permittitur ut not. in d. ca. petio. Innocen. limitat quod non debent hortari ut bellent dum sunt in belli conflictu, quia uidentur ad mortem hortari quod nunquam est sibi licitum, nec possunt per se pugnare. uigesimaltertia quæst. septima. c. igitur, & c. pridem, & licet male faciant percutiendo ut in ca. ex multa, de uoto. tamen non incurunt irregulari-

gularitatem nisi occidant vel mutilent in d. c. petitio, & dicit Pan. ibi quod non ita bene probatur alibi etiam si alii occiderent vel mutilarent, si tamen essent aliqui occisi, & non est certum verum ipse occiderit vel mutilauerit aliquem eorum, dicit ut infra conclusione octaua. quinta conclusio clericus existens in bello iusto proprio motu cum armis offensibilibus, ut se defendat solum, & non ut offendat, si aliquem occidat ex defensione sui non est irregularis per primam conclusionem. sexta conclusio clericus exigens in bello iusto proprio motu cum armis offensibilibus ut bellare esse culpabilis propter hoc quod sibi prohibetur ratione ordinis. vigesimatertia questio octaua c. clerici, & si in tali bello est aliquis occisus ab eo est irregularis, secus si ab aliis essent occisi, & si sit dubium a quo sint occisi dicit ut in v. decima conclusio. ne. & not. secundum Panormit. in d. c. petitio, quod clericis per d. cap. petitio, prohibetur per se pugnare etiam contra inimicos fidei non solum quando inuaduntur a Christianis, sed etiam quando inuadunt Christianos, quia non est necessitas urgens eo quod alii possunt sine eis, secus si ipsi clerici non aliter possent euadere propriam vitam per primam conclusionem, & sic pro vita aliorum non licet eis occidere sine irregularitate. Idem etiam Panormit. in c. pen. de cle. percu. dicit, quod clericus licet fert opem obfessis uel oppressis, & non faciunt iura distinctionem inter oppressionem generalem unius ciuitatis, & particularem, licet non debeant procedere ad occisionem propter eorum defensionem, vnde gloss. 23. questio. 8. §. primo. dicit quod interficiens aliquem pro defensione proximi non peccat licet efficiatur irregularis hanc gloss. approbat Panor. in d. capitu. pen. Idem sentit gloss. in d. cle. vnica, & Inno. in c. si verò. el primo. de senten. excommunicata. & hoc intellige quando maximè est necessitas ex parte iniuste oppressorum, aliàs clericus peccat assumendo arma, non tamen efficeretur irregularis propter homicidium ab aliis commissum, dicit etiam Panor. in c. vltimo, de cle. pug. quod clericus qui fuit in consilio contra prædones ubi aliqui fuerunt occisi sine eius facto vel consilio non est irregularis. v.

de secundum eum licet assumere arma contra prædones. septima conclusio, clericus existens in bello iusto proprio motu cum armis offensibilibus ut bellat quamuis sint aliqui ibi occisi dummodo ipse nullum occiderit, non est irregu. octaua, clericus existens in bello iusto proprio motu cum armis offensibilibus ut bellat & sunt aliqui occisi, & est dubium, verum ipse aliquem eorum occiderit, censetur irregularis cap. præsentium. de cle. percu. & c. ad audientiam. de homi. & c. petitio. eo. tit. Angelica in uer. irregularitas. primo. §. 11. dicit quod non debet repelli nisi se repellat, & debet reliqui secundum Host. lux conscientie. vnde si ei, videtur, quod neminem interfecit non debet se habere pro irregulari. Intellige tamen hoc dictum quando magis credit se non interfecisse aliquem, secus enim esset si magis crederet contrarium uel esset dubium, scilicet quod non haberet maius indicium ad vnam partem quàm ad aliam, quia tunc in dubio deberet eligere tutiorem. ar. c. ad audientiam, & dicto c. petitio. de homi. & c. illud, de cle. excom. mi. & cap. apostolicæ, eo. titu. eodem modo dicit quodcumque sunt aliqui occisi uel truncati uel percussi, & postea occisi, & ignoratur a quo, & ex consequenti est dubium utrum ipse fecerit, con. Panormit. in d. c. petitio. nona conclusio, clericus existens in bello iusto proprio motu cum armis offensibilibus ut bellaret non occidens aliquem tamen vulnerat aliquem cum animo occidendi, & postea ille vulneratus interficitur ab aliis est irregularis. c. significasti. il. secundò. de homi. ibi: & percussor uoluntate, &c. vigesimatertia questio. ultima c. fin. conc. Inn. & Hostien. decima conclusio, clericus existens in bello iusto, proprio motu cum armis offensibilibus ut bellat non occidens aliquem, sed vulnerans, non tamen animo occidendi, & vulnus ipsius potest distingui ab aliis vulneribus, & vulnus quod ipse intulit non est mortale, & occidit ab aliis non est irregularis. capitu. significasti. de homi. ar. c. petitio eod. & Panormit. ibidem. vnde decima clericus existens in bello, proprio motu cum armis offensibilibus ut bellaret non occidens aliquem, sed vulnerans non animo occidendi, & postea ille

ille uulneratus occiditur ab aliis, & non potest discerni si uulnus suum sit mortale tale propter dubium, irregularis iudicatur. c. ti. c. significasti, in eo uer. q. si discerni, & d. c. petito, uide supra octaua conclusione duodecima, non licet defendere res suas cum armis cum aliorum offensio ne, & si occidat uel mutiler est irregularis. e. suscepimus, eo. tit. uide uer. excommunicatio. §. casu. l. §. 14. uer. irregularitas. 2. §. 25. decimateria, clericus uadens in bello etiam iniusto propter aliquam bonam causam, puta pacificandi etiam si inimici putantes contrarium non audent se defendere dummodo absit dolus, non sunt irregulares. hac conclusionem ponit Panor. post Innoc. in d. c. petito, ar. à contrario in c. quantum, di. 50. & extra c. presbyterum. decimaquarta, si clericus commodat basilam in bello iusto siue iniusto, & ex hoc sequatur mors est irregularis, quia præstat causam propinquam morti d. c. si quis uiduam. 50. di. eodem modo secundum Vueruan. de aliis armis intellige dñi sunt in ipso congressu. i. actu pugnant. Si uerò mutaret ante progressum in bello iusto, non esset irregularis: similiter si mutaret eo casu quo potest occidere, sicut supra in prima conclusione dictum est, nō incurreret. c. si. de homi. & secundum Ho. si mutuat ut se defendat in bello iusto, nō incurrit, & nomine armorum. ueniunt et lapides, & fustes. ff. de uerb. sign. l. armorum. s. pro machinis, secus de lapidibus ex quibus fiunt domus. uer. excoicatio 6. §. 1.

23 ¶ Vigesimo secundo, ¶ Postquam dictum est de irregularitate quæ sequitur ad homicidium factū in opere. s. necessitate, & casualitate, id est à casu. nunc dicendum est de irregularitate quæ sequitur ad homicidium factum uoluntate, id est opere uoluntario, seu spontanee. s. quando facit aliquid hoc sine, ut sequatur mors. unde sciendum est quòd si quis committit ueneno siue gladio siue quomocumque. Tunc enim iam non est casuale etiam sine peccato incidit in irregularitatem, & talis non debet promoueri, sed si promotus est, in perpetuum deponi de homi. c. si cut dignum, & d. c. si quis uiduam. 50. di. stinct. Idem etiam. si interficiat saracenum uel paganum distin. 50. c. clericum, & etiã

si sit occultus, non potest ministrare in ordine suo, de tempo. ordi. c. si. nec excusatur si et faciat de præcepto iudicis ut facelites quamuis non peccent si sententia sit iusta obediendo. 23. q. 6. §. c. cum miles.

24 ¶ Vigesimo tertio, ¶ Vtrum portantes ligna propter zelum fidei ad cremandum hereticos sint irregulares. Respon. secundum Dom. Arch. Floren. 3. ti. 29. c. secundo. §. quarto post Vueruan. quòd si ligna quæ portauit sunt cooperata ad mortem sunt irregulares, & à papa solùm dispensandi. si autē nihil cooperauerunt, puta quia iã erat mortuus ante quam fuissent ligna quæ portauit accensa, nō sunt irregulares. si autem dubitat sic sine dispensatione nō debet administrare nec promoueri. di. 50. c. hi qui, & extra de hom. c. ad audientiam.

25 ¶ Vigesimo quarto, ¶ Quid de his qui associant homicidam ut si oporteat defendant. Respon. secundum dom. Arch. Flo. q. sunt irregulares si etiam nihil aliud faciant, immo etiam si disuadeant prius, tamen pure uolentem associant. c. henricus. de cle. pug. in duel. unde omnes illi qui de familia rectoris vadunt ad associandum malefactorem cum ducitur ad mortem cum uadant ad defensionem si oporteret. hic §. est supra uer. irreg. 2. §. 20.

26 ¶ Vigesimo quinto, ¶ Quid de trahentibus ad cordam uel ad aliam torturam reum ut cõfiteatur delictum, & ex hoc fateretur & occiditur. Respon. quòd sunt irregulares, similiter quis accurrit uel portat manariam uel mutuar, uel portat scalas uel cordam, omnes sunt irregulares, quia dant causam immediatam ad mortem, & uoluntariam d. c. si quis niduam, secus de eo qui fecit aliquid istorum non ad mortem inferendam, sed ad alios usus, & postea casu aliquis utitur ipsis ad occisionem. 23. q. 5. c. de occidendis. De iudice, teste, & aliis officialibus uide supra, uer. irregularitas. primo. §. quinto. de inquisitore, uide uer. si. irregularitas secundo. §. 9. & 15.

27 ¶ Vigesimo sexto, ¶ Quid de eo qui ex impatientia se mutilat, uel zelo castitatis sibi uiriliter amputat. Respon. quòd est irregularis. quinquagesimaquinta distinct. c. si quis partem. Nota secundum Card. in clemen. si furiosus. de homic. quòd incurritur solùm irregularitas ex mutilatione aliciuis

alicuius membri principalis . similitur s̄m Pan. in c. 1. qui cle. uel uo. ex sola fusione sanguinis non caufatur irregularitas, digitus autem s̄m Bar. in l. 2. ff. de publi. iudi. non dicitur membrum, quia membrum dicitur quod habet officium separatum & distinctum ab aliis ut oculus. 55. dist. c. si euangelica. uel manus aut pes. ut in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. digitus autem non est membrū, sed pars membri, ad hoc tex. bonus. 89. dist. c. singula, ubi appellatur membrum quod habet officium distinctum, & si quis incidit alicui digitum non erit irregularis. secus si totam manum uel oculum uel pedem, similitur si esset cā medicaminis non incurreret, sed quid dicendum si non totaliter abscinderet sed debilitaret, primò uideretur quòd sit idem iudicium, tum quia paria uidentur non esse, & inutile esse, tum quia minus uel esse quam totaliter truncare, uel abscindere, & tamen cle unica, de hoc dicit q̄ si quis mutilat est irregularis, & mutilare idem est q̄ debilitare s̄m Pa. truncare uerò dicitur totaliter abscindere s̄m eu. ergo multo magis qui truncat est irregularis quam qui mutilat, hanc partem tenet Pan. in c. cum illorum, de sententia excommunicata. hoc idem tenet Guil. contrarium tenet idem Pan. in c. primo qui cle. uel uo. quem sequitur Frā. de zan. in cle. clericis, ne cle. uel uo. ad hoc idem facit quia membrum debilitatum facit saltem ad pulcritudinem & hic sumus in pœnis, ideo debet strictè sumi, ut solum sit irregularis qui totaliter incidit: Rosella uersiculo hominum. 4. §. 19. post Guil. dicit quòd si sit membrum oculum debilitatum quod non facit, sed deformationem hominis tunc est uera secunda opinio, secus si sit manifestum. Angelica autem uersiculo hominum quinto. §. quinto. dicit quòd si sit totaliter inhabilitatum membrum quòd nullo modo possit illo uti, tunc prima opinio est uera, si uerò sit aliquo debilitatum, ita tamen quòd aliquo possit uti, tunc est uera. 2. ar. in. d. clemen. vnica, & capitu. percutit. 23. q. fi. Cum igitur tex. nominet mutilationem quæ s̄m doc. idem est quod debilitare, ideo uideretur quòd qui omnino reddit inutile membrum principale incurrat. Quidam limitant q̄ sit de membris

quæ redderent hominem deturpatum & inutilem penitus pro diuinis officiis exercendis, unde si quis alterius faciem sic deturpet ut propter scandalum sit inutilis ad præmissa, credit eum irregularem licet ille uerè non sit mutilatus. Eadem si maculam uel aliud impedimentum faceret in oculo etiam sine eruptione, hæc ille. Sed hic uidentur esse duo cubia primum quòd non incurrat nisi sit de membris quæ faciunt inutilem ad diuina. Nam si quis mutilaret membrum uirile est irregularis, & tamen non reddit inutilem, &c. secundum est q̄ talis deformatio facit irregularem, quia cum non incurrat aliquis irregularitatem nisi sit expressum, &c. & ista non sit mutilatio neque detruncatio ut ipsi cōcedunt igitur. Nec ualer quòd iste deturpatus, non possit promoueri, quia hoc est ex alio capite, scilicet quia est corpore uiciatus. ista. q. irregularitatis de qua loquimur est solū propter homicidium uel mutilationem. Et eodem modo dic de eo quod dicitur in particula sequenti de police.

28. §. Vigesimo septimo, §. quid si clericus animo turbato uadit ad occidendum inimicum & reperiens ipsum mortuum ab aliis ut satisfaciat animo suo amputat cadaueri caput uel percutit & similia. Respond. ex una parte uideretur irregularis, quia lex promotionis factum requirit. 15. q. 1. c. fin. & propter intentionem cum opere secuto extra de big. c. nuper, quod etiam tenet glo. Io. de pen. d. 1. c. periculose, sed contrarium est uerum secundum communiter doc. quia homo mortuus non est homo, hoc sequitur. D. Ar. Flo. 3. tit. 29. c. 2. §. pen. aliàs secundum c. sequeretur quòd omnes medici qui faciunt Anotomiam essent irregulares, quod non est uerum, eo q̄ non reperitur in iure expressum, & pœnæ sunt restringendæ. ad gl. Io. dic. q̄ intelligit quo ad peccatum, non quo ad irregu.

DE IRREGULARITATE
quarto quo ad indebitam
celebrationem, uel
executionem.

Irregularitas celebrando quomodo incurrat, & à quibus. Ex quo multe conclusiones eliciuntur. m. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Irregularitas.

Irregularitas quartò, † quæ contrahitur ex indebita celebratione, uel executione, de qua Ioannes Calderinus ponitur talem distinctionem. Celebrans aut utens officio ordinis, aut est fœmina, aut masculus, & si est mulier siue laica, siue religiosa, non efficitur irregularis: quia cum non sit capax ordinis clericalis non cadit in ea irregularitates per quam quis impeditur in ordine, uel ordinis officium celebrare, sumitur hic ratio ex c. debitum. de biga. & 33. quæstio. quinta. hæc imago. Si est uir tunc aut furiosus, aut sanæ mentis, & si furiosus propter quamcumque celebrationem non efficitur irregularis, nec peccat. Idem de infante in clem. si furiosus. de homi. Si sanæ mentis, aut est laicus, aut clericus, & si laicus est cum solemnî apparatu alicuius ordinis celebrant, scilicet exequendo actû alicuius ordinis, siue conuersus sit alicuius religionis siue secularis licet hoc sit rigorosum uidetur quòd sit irregularis. capit. primo. de cleri. non ordi. mi. nec cum tali, ut ualeat promoueri, alius, quàm papa potest dispensare sicut & cum ordinato, & suspensò celebrante alius, quàm papa non dispensat, ergo idem est in isto casu. not. tamen quòd hoc uidetur intelligendû de ordinibus sacris, & apparatu, nam officia minorum ordinum licet, secundum Thom. in 4. & alios docto. possunt exerceri etiam ab illis, qui non sunt ordinati in ipsis. Si autem hoc agit sine solemnî apparatu talis non efficitur irregularis. Si uerò est clericus, tunc aut celebrat in ordine quem non habet, aut in eo quem habet, & primò hoc agens in ordinibus sacris est irregularis, de subdiaconatu autem dicit Gui. quòd si est in minoribus potest cantare epistolam dummodo sine solemnitate, & addit Innoc. quòd est hoc licitum quando deest subdiaconus, & tunc etiam cantet sine ornamentis subdiaconi, id est sine manipulo. dicit Pet. de palud. in 4. quòd tunicellam licet etiam non subdiacono portare, quia non est ei propria uestis sicut manipulus què nullus inferior subdiacono portare debet. hæc Pet. unde si talis in minoribus cantet epistolam illo modo non uidetur irregularis, secus autem ubi cum manipulo, & porrigendo calicem, uel ubi non est mos, quòd cantent nisi subdiaconi, de

aliis ordinibus sacris non est quæstio. quia sine dubio incurritur irregularitas. Si uerò clericus celebrat in ordine, quem habet, tunc aut est excommunicatus maiori, uel celebrans aut exercens officium in loco interdicto ab homine, uel à iure, aut est suspensus, si primo modo tunc in utroque casu efficitur irregularis, & indispensabilis nisi per papam. cap. is. qui. de sent. excom. lib. 6. Dicunt tamen Guil. quòd in minoribus constitutus ministrando, seu exercendo officium suum, & cum solemnitate, cû est excommunicatus non efficitur irregularis: quia illa duo. c. si quis episcopus. 1. & 2. 11. quæstio. 3. non loquuntur de eis, & pœnæ sunt restringendæ, secus de subdiacono, sine tamen solemnitate legendo epistolam subdiaconus, diaconus, uel presbyter excommunicatus, credunt quidam quòd non incurrit irregularitatem. Si autem clericus est suspensus sumendo strictè suspensionem, scilicet quo ad se, & quo ad alios, tunc uel non est suspensus à canone, aut ab homine: si ab homine seu iudice, tunc aut ignorauit ignorantia probabilis, & tunc non efficitur irregularis, aut ignorantia crassa, & supina, & tunc est irregularis, & magis si sciuit se esse suspensum, & hoc quomodo cumq; sit suspensus, siue simpliciter, siue ad tempus, & si ratione defectus siue infamæ puto talem durante suspensione celebrantem fore irregularem, nec posse secum dispensari nisi per papam. ar. 11. q. 3. c. si quis presbyter. & q. 5. c. presbyter. de sent. excom. ca. cum medicinalis. lib. 6. Si uerò est suspensus à canone, tunc aut ratione criminis, aut defectus, aut ratione infamæ, uel scandalî. si primo modo, tunc aut simpliciter, & tunc celebrando sit irreg. 2. q. 3. c. si quis episcopus. aut suspensus ad tempus determinatum, & tunc aut cum conditione, quòd satisfaciatur, aut cum conditione donec pœniteat: si primo modo, ut 81. dist. cap. si qui sunt, & c. sequenti. & de cohabi. cle. & mulie. cap. sicut. & in cle. 1. de deci. cum similibus, & tunc licet quidam contra, puto si sic suspensus ante absolutionem celebrat est irreg. quia in hoc factum iudicis est necessarium, ut habeatur pro absoluto, ut dixi. de æta. & qual. ord. c. cum bonæ. & sic cû factum hominis sit necessarium, igitur. Si uerò est suspensus donec

donec pœniteat. ut in c. officii. de elect. & tunc æquum est tenere, q̄ interim celebrando non efficitur irregu. quia talis suspensio videtur esse Dei ad quã nihil addit canon, nec ut habeatur, vt sublata aliquid factum est necessarium, & ideo dicendum est de ea, ut de suspensione Dei tantum. si secundo modo sit suspensus à canone. i. ratione defectus, tunc aut ratione defectus ordinis aut ratione alterius defectus. si primo modo ut clericus per saltum promotus, quantum ad ordinem obmissum in quo si exercet officium antequam recipiat est irregu. sed celebrando in ordine ad quem est per saltum promotus quem habet non est irregu. dist. 52. c. sollicitudo. Si ratione alterius defectus, ut bigamus, illegitimus, corpore uiciatus, ordinarius ante ætatem legitimã, vel à non suo episcopo; hoc casu concordant omnes, q̄ celebrando non est irregu. quia hoc expressum nõ est in iure, & quia q̄n curia mandat cum iam ordinatus in superascriptis defectibus dispensari nil dicit de irreg. dist. 56. c. apostolica. & c. cornomanẽ. Stylus autem curiæ est attendendus. de cri. fal. c. quã grati. nec obuiat q̄ ordinatio facta ante legitimam ætatem, uel à non suo episcopo fuit cum peccato, quia principalis causa propter quam diximus tales suspensos est defectus, non peccatum, ergo ratione defectus non crimine tali censendus est suspens, & hæc ratio puto q̄ licet irregularis ex celebratione diuinorum sit suspensus à canone propter hanc irregularitatem. si tñ aliàs non est suspensus à iure uel ab homine, puta q̄ absolutus est ab excoicatione, & suspensione, sed non est secum dispensatum super irregularitate, uel nõ suspensus trahit irregularitatem, talis non contrahit nouam irregu. quia hoc non est expressum in iure. Si tertio modo est suspensus à canone. s. ratione scãdali, uel infamiæ, & tñ celebrando non est irregularis. de cler. pe. c. 1. sed bene faciunt alii abstinẽdo propter infamiã, quæ est contra illum, uel ut scãdalum euertetur, & per hoc sequitur s̄m Innoc. q̄ illi quorum crimina sunt notoria, qui etiã post pœnitentiam prohibentur celebrare propter scãdalum, & infamiã, ut de coha. cle. & mu. c. si. si ante absolutio-nem celebrant non incurrunt nouam irregularitatem ex allegatione quam facit ui-

detur intelligere de notorio peccatore, q̄ pium est tenere, & quod not. in d. cap. de senten. excommunicatio. lib. sexto. intelligatur de notorio fornicatore, ut uidetur expressum. capit. peruenit. 50. dist. quia requiritur factum iudicis ut dictum est de suspenso à canone donec satisfaciãt, sed absolute facta à sententia canonis à qua potest hoc casu absolueri, quia conditor canonis non sibi reseruauit si pœnitet, remanente irregularitate quam contraxit huiusmodi fornicator notorius ex celebratione diuinorum, dicit enim ipse Innoc. quod talis celebrans antequam pœniteat efficitur irregularis indispensabilis nisi per papam, sed antequam secum dispensetur celebrando etiã pœnitens, idest dimissa concubina non contrahit nouam irregularitatem, & fortẽ talis fuit intentio Innoc. hic. hæc omnia not. per Anto. de But. super c. si celebrat. de cle. excom. mi. sed abbreviata sunt. No. tamen quod ex præcedentibus uidetur, quod ordinatus ante legitimam ætatem, si ipso iure suspensus ab executione ordinis sic recepti, sed solemnnes docto. tenent contrarium communiter uidelicet Rai. in sum. Guil. in glo. eiusdem. Archi. in Rosario. dist. 77. Ber. de cle. per sal. promo. c. 1. & multi alii dicunt, q̄ non est ipso iure suspensus, sed suspendendus, & interdicta est ei executio ordinis recepti ante legitimam ætatem, usque ad ætatem legitimam, & postquam fuerit interdicta à iudice suo si fuerit usus ordine tali ante legitimam ætatem erit irregularis, si autem nõ fuerit ei interdicta, & sic utitur ordine ante legitimam ætatem recepto non est irregularis. hæc Archie. Flor. 3. tit. 29. c. 1. de isto uide infra §. 6. in fin.

2 ¶ Primò, ¶ ex ista declaratione Domi. Archie. Flor. eliciuntur multæ conclusiones. Prima nulla mulier, siue secularis, siue religiosa potest incurrere irregularitatẽ: quia non est capax ordinis clericalis, & per irregularitatem prohibetur à receptione, uel executione ordinis clericalis. Secunda uir furiosus, uel puer non doli capax non efficitur irregularis, similiter dormiens, uel ebrius. de ebrius uide uersa. ebrietas. §. octauo, & dic ut ibi. Tertia laicus siue secularis, siue religiosus sanę memoriæ, qui celebrat cum apparatu alicuius ordinis exequendo actum

actum alicuius ordinis vñ q̄ sit irregularis, quamuis hoc sit rigorosum: nec cum tali, ut possit promoti alius quàm papa p̄t dispensare sicut, & cum ordinato suspensio celebrante. hæc s̄m Arch. Fl. debet intelligi in ordine sacro, quia s̄m Th. quilibet secularis potest exercere actus ordinum non sacrorum, s̄r̄ p̄t exerceri à non habente illum ordinem. Directorium vñ dicit li. 7. tit. 8. q̄ laici pp̄ talia non incurrunt irregularitatem vel suspensionem cum nec ordinē nec officium habeant. vnde aliter puniuntur laici si contra faciunt. ut in d. c. 2. & vñ verius s̄m Rosel. ver. irregularitas. secundo prin. hoc ē sequitur Ang. ver. irregularitas. 1. §. 3. 8. & quamuis Cal. teneat contrarium in c. 2. de cle. ex. mi. tamen primum videt magis consonum tex. istorum duorum. c. f. de cle. non or. cel. ubi in r. c. dicitur abiciatur de ecclesia quod videtur pertinere ad existentes in ecclesia per ordines, & in 2. c. dicit expressè de ordinato. vnde d̄r̄ in prin. q̄ est rigorosum, & ex consequenti dicendum, q̄ non incurrit cum simus in pœnis, & hæc opinio magis placet. D. verò Archic. Floren. loquitur solum recitando.

3 ¶ Secundò, quarta non d̄ clericus exercens actum alicuius ordinis sacri cuius actus non habet ordinem tanquam agens in suo ordine est irregularis, secus si non ut agens in suo ordine ut monialis legens euangelium ver. dispensatio. §. 13. casu. 16. quinta quilibet clericus in minoribus constitutus potest cantare epistolam sine no. irregularitatis etiam cum camisia, & dalmatica sine manipulo, & non porrigendo calicem sacerdoti ubi est consuetudo, de aliis ordinibus superioribus non est? quæstio quia omnino incurrunt. No. ad declarationem huius conclusionis, quòd clericus deficiente subdiacono cantat epistolam sine manipulo. cap. ut quisquis presbyter. de uita, & honesta. clerico. & non est irregularis secundum Hostien. & Innocen. ibidem Panor. ibidem dicit, quòd si cantat indutus sine manipulo est irregularis secus si sine vestibus cantat epistolam: intellige ut supra scilicet, quando ut agēs in ordine suo. Sed quid si adessent subdiaconi vel non esset consuetudo, ut quis indutus sine manipulo cantet epistolam non etiam porrigendo calicem? puto, quòd non incurreret si

cantat, non ut subdiaconus. Quidam intelligunt eodem modo de ordinibus minoribus, sicut & de sacris. Alii fundando se super dictis S. Th. dicunt contrarium, sed credo q̄ possint concordari, scilicet quando exercent actus ordinum minorum intendentes exercere ut habentes tales ordines, qñ autem exercent, non ut habentes non incurrunt, qñ autem non cogitant, neque de hoc, neque de alio, tunc non incurrunt, & sic simpliciter tenenda est sententia. S. T. Intelligendum est etiam, q̄ iste exercent nō Iudo, vel loco, quia licet peccet mortaliter, non tamen est irregularis. 15. q. 1. c. illa. sequitur Host. Item intelligitur quòd fiant scienter, quia si probabiliter crederet se esse ordinatum non incurreret, & cum talibus non dispensat nisi papa, secundum communiter doc. ut ad maiores ascendant, sed in susceptis potest Episcopus dispensare. Ber. verò in c. ex licetis, de cle. non or. mi. tenet q̄ Episcopus potest dispensare, ut et ad maiores ascendat, sed primum videtur verius secundum Pa. in c. quāto. Sed pone q̄ aliquis in ordinatione sua dimisit aliquid quòd oportet supplere, tamen certū est quòd non est de substantia, & antequā suppleatur, administrat in tali ordine. Res. quòd non est irregularis. Nam licet non debeat ministrare antequam sit suppletus, ut in c. 1. de sac. non reite. tamen quia ista suspensio non est propter delictum suum, iō peccat, sed non incurrit, facit quod no. Pa. in c. si celebrat, de cleri. ex commu. mi. de uitio corpore qui non incurrit secundum eum. Sed quid de eo qui est ordinatus per saltum. Res. secundum Host. in summa, si administrat in ordine superiori incurrit, & solus papa dispensat, sed Archi. in c. sollicitudo. §. 2. di. tenet, quòd talis non est suspensus, nisi sicut ille qui est suspendendus, vel qui est in peccato mortali: ideo si celebrat antequā suppleatur omissum peccat mortaliter, sed non efficitur irregularis, & hoc est verum, ut patet in d. cap. si celebrat. Si uerò celebrat in ordine non habito, dicit ut supra in quarta conclusione. Ille autem qui eadem die suscepit aliquem ordinem minorem cum aliquo sacro, vel duos sacros etiam si faciat uno die fidei, scilicet continuando ieiunium sabbati, &c. de tempo. ordi. capitu. literas.

est irregularis siue suspensus; similiter si accepit ordinem futiuè, potest episcopus cum eo dispensare, vt in ordinibus nò surreptiis susceptis potest ministrare, dūmodo nò fuerit ei prohibitū sic ordinari sub pœna excommunicationis late sententię: quia tunc non possent nisi ut dictū est de excommunicatione. In ordine autē sic suscepto vel ad maiores, nemo potest nisi papa, s̄m Ioan. An. & v̄ sequi Pa. in c. 1. de eo. qui. fut. re. or. ar. d. c. 1. 2. & 3. nisi forte intraret religionē, quia tūc possent episcopus, uel suus Abbas. ¶ Tertio, ¶ sexta cōclusionione. Excommunicatus maiori excommunicatione si celebrat in officio alicuius ordinis quē habet, est irregularis. Similiter exercens officium alicuius ordinis, vel celebrans in loco interdicto ab homine, vel à iure, intellige nisi eo modo quo à iure permittitur, & non dispensatur nisi per papam. Guil. tamen dicit quodā in minoribus ordinibus constitutus ministrando, seu exercendo officium suum etiam cum solennitate & est excommunicatus, non efficitur irregularis, de quo supra in 5. cōclusionione. Not. s̄m Pa. in c. 2. de cle. exco. mi. ibi extra gl. quarto. Nunquid clericus in minoribus constitutus exercens officium ut prius post suspensionem, vel excommunicationem, incidit in irregularitatem. Hof. hæc & Io. An. post eum instant arguendo pro & contra, sed conclusio uera & communis est quod sic, quia iura loquuntur indistincte, & ratio pariter cōcludit ad omnes clericos, secus est secundum Pa. si attentat aliquid exercibile etiam per laicos, ut quia cantat Requiem, uel versum psalmi, & huiusmodi: quia licet peccet se immiscendo non tamen sit irregularis, ut in c. tanta, de exce. pr. la. Ar. flo. & Vueruan. uidentur dicere contrarium, sed concordant secundum quod dictum est in 5. cōclusionione scilicet: quando ut in ordine, & c. nō incurrunt etiā si tantum audiant diuina nisi forte auctori zando secundum e. Pa. uide aliquid uer. dispensatio. §. 13. casu. 20.

¶ Quarto, ¶ septima conclusio suspensus proprie seu strictè, s. quod ad se, & quod ad alios à iudice, siue simpliciter siue ad tempus, uel ratione defectus, uel ratione infamie uer. infamia. §. 4. & infra. 13. cōclusionione, de eo dicendum est ut. §. præcedenti. s̄m

sexta cōclusionione. octaua cōclusio suspensus simpliciter à canone propter crimen eodē modo dī sicut de præcedenti. 9. conclusio suspensus à canone ad tempus determinatū cū conditione donec satisfaciatur sic, si celebrat ante satisfactionē incurrat, quāuis quidā dicat cōtrariū. 10. conclusio suspensus à canone cū conditione donec poeniteat, vel purgetur ut in c. officii, de elec. tūc equū est tenere quod non incurrat celebrando, quia talis suspensio uel esse Dei, nec requirit ad eā remouendā officium iudicis, sed solū Dei & sic non addit supra suspensionē Dei. i. peccati mortalis 11. conclusio suspensus à canone rōne defectus, ut bigamus, illegitimus, corpore uiciatus, ordinatus ante ætatem legitimam, vel à non suo episcopo, non incidit s̄m omnes celebrando quāuis peccet, quia nō est expressū, & quā curia mandat. de superscriptis nihil dicit de irregularitate cuius stilus est attendendus. §. 6. dist. c. apostolica. & c. Cenomacensis de cri. fal. c. quam graui. si tamen ordinatus ante legitimam ætatem suspenderetur à celebratione à iudice, & celebraret, tunc incurreret, de ordinato ab alieno episcopo uer. ordo. §. 1. duodecima conclusio, irregularis qui aliās non est suspensus, sed solum irregularis, puta quia est absolutus ab excommunicatione uel suspensus non fuit dispensatur super irregularitate & celebrat, non incurrat nouam irregularitatem, quia non est expressum, uide de hoc ultimo uer. dispensatio. §. 13. casu. 24. 13. cōclusio, suspensus à canone ratione infamie uel scandali celebrando non sit irregularis quamuis benefaciat abstinendo. 14. cōclusio, quæ aliquantulum limitat undecimā & decimā tertiam, est, quod sacerdos cōcubinarius notorius ita quod nulla potest tergiversatione celari uel est confessus uel conuictus in iudicio, est suspensus, & si celebrat antequam absoluat ab hac suspensione sit irregularis, & quamuis possit post poenitentiam absolui ab episcopo secundum D. Ar. flo. ab irregularitate, tamen quāuis sic celebrando non potest dispensari, nisi à papa ar. ad hæc in cap. uestra de coh. cle. & mu. & Pan. ibi & c. rna eod. ti. 32. di. cap. præter. §. uerum & c. secundo de re. iud. lib. 6. & quamuis multi dicant quod requiritur monitio tamen D. Anto.

& Pa. in d. c. tta. tenet. Contrarium. Angelica. uer. cōcubinatus. §. 2. ampliatur ad oēm clericū exerceat actū alicuius ordinis, & ad oē peccatū mortale notoriū. in uer. clericus. §. 4. alle. Arch. pro primo dicto. d. c. præter. & Do. Ant. pro secundo d. c. uestra. Sed cum d. c. uestra loquatur solum de sacerdote & cōcubinario non uidetur q̄ debent extendi. sic dicit ibi Pa. d. c. uestra. uide uer. clericus. 1. §. 13. & 14. Rosella uerò. uer. clericus. 3. §. 2. & 3. uidetur sequi. primū tamē Ar. Fl. quem alleg. non dicit hoc clarē & similiter Inn. quem Ar. Fl. alleg. 3. tit. 29. c. 1. cir. si. facit pro Angelica. c. si. de apō sta. ubi dicit de omni clerico, & de reatu perituri, & falsi testimonii. uide uer. clericus. 2. §. 15.

¶ Quinto, ¶ quintadecima concl. recipiens ordines etiam minores in excommunicatione maiori incurrit irregul. & non dispensatur nisi per papam. ca. cum illorum, de sen. exc. ubi non distinguitur inter ordines minores, uel maiores, secus si in excommunicatione minori. uer. dispensatio. §. 13. casu. 19. Quintadecima concl. ordinatus ob epō excommunicato, uel schismatice, uel heretico, uel deposito, uel suspensio, uel interdicto, uel degradato non recipit executionem, eō q̄ illi non habet: ideo dare non possunt, & sic dicuntur irregu. ar. ad ista. 1. q. 1. c. gratia. & c. statuiimus. & q. 7. c. libertū. extra de schismat. c. 1. & c. fraternitati. & Bern. ibi. & si receperunt ignoranter episcopus potest dispensare. si uerò scienter solus papa. c. 2. de ordin. ab epi. qui res. No. tamen in Go. Ho. q̄ coacti, ut à talibus recipient ordinem ex metu, qui caderet in constantem uirum non indigent dispensatione, uel episcopus poterit dispensare, de excommunicato secreto uel heretico, & c. ordinante. uide uer. excommunicatio. 1. §. 12. & tene ut ibi. & uer. absolutio. 1. §. fin. Ista etiam recipiunt modificationem ex constitutione concilii Constā. de qua uide uer. interdi. 3. §. 9.

¶ Sexto, ¶ decimasextima conclu. qui recipit ordines sacros scienter ab episcopo: qui renunciauit loco & dignitati, executionem ordinis non habet, & sic est irregu. Idem si ex ignorantia crassa, uel supina, & non potest dispensari nisi à papa. si uerò ignoranter potest dispensari ab epi-

scopo. d. c. 1. de or. ab epi. qui res. Angellica. uer. irregularitas. 1. §. 3. i. dicit, q̄ qui recipit ordines ab eo, qui renunciauit solum loco, sine licentia proprii episcopi est irregu. similiter qui recipit ordines minores sine licentia sui episcopi ab eo, qui renunciauit loco, & dignitati, sunt irregu. probat per d. ca. 1. sed pro certo non potest ab isto. text. plus elicere nisi q̄ tales sunt sicut illi, qui à non suis episcopis recipiunt ordines, sed tales per decimam consultationem non sunt irregu. igitur. decima octaua. Qui recipit sacros ordines extra tempora statuta, est suspensus, & sic aliquo liter dicitur irregu. 75. di. c. ultimo. extra de tempo. or. c. 2. & c. etiam quidam. & c. cōsultationi. Inn. tamen credit. & Ho. q̄ non sunt ipso iure suspensi ab ordine suscepto, sed debent suspendi. ar. c. literas. in. fin. de tempo. or. & sic exponunt. d. c. cum quidā. ibi debes expertes reddere, scilicet per sententiam. sed d. Ant. in d. c. literas. tenet q̄ ordinatus est suspensus ipso iure, sed ordinantes sunt suspendendi, & hoc secundum Angelicam. uer. irregularitas. 1. §. 3. est uerius, ut patet d. c. 2. conceditur episcopo dispensatio in suscepiendo, ut ministrer. d. cap. cōsultationi, sed secundum Rodo. non poterit dispensare in suscipiendis, cū ibi non dicatur nisi de suscepiendo, nō tamen ille episcopus poterit dispensare, sed successio secū dū d. Ant. in d. c. consultationi. Quidam dicunt, quod hodie recipientes ordines sacros extra tempora, uel ante ætatem, aut si neliteris dimissioris sunt ipso iure suspensi, & si celebrant sunt irregulares à solo papa absolendi, & possunt ipso iure beneficiis priuari, per extranagantem Pii III. que incipit. Cū ex sacro, & renouatam per regulas cancellarie Inno. vii. & Alex. vi. No. tamen q̄ istæ extranagantes non uidentur esse in practica, ynde & c. uide de eo, q̄ recepit ordines ante tempus, uel ab alieno episcopo supra prin. in fin. & §. 4. undecima conclusione.

¶ Septimo, ¶ decimanona conclusio apostate à fide sunt irreguli cap. presbiteros. s. o. distin. immo secundum Inno. & Ho. in c. 2. de aposta. sunt puniendi omnino sicut heretici, uerū est quod sacerdotes, qui apostatauerunt iusto timore à solo papa dispensantur, alii uerò ab episcopo, si ue-

rō voluntariē sine timore à solo papa dispē-
santur. d. c. presbyteros. Vigesima secūda cō-
trahitur irregu. per reiterationē sacramēto-
rū illorū in quib. imprimitur caracter, siue
quod ad administratē siue quod ad suscipiētē.
di. 68. c. 1. de cōse. di. 5. c. dictū. rō redditur
in c. qui bis. de cons. di. 4. quia quasi iterum
crucifixerunt Christū. & i. c. 2. de apo. quia
faciunt iniuriā baptismatis sacro. Arch. in
d. c. qui bis tenet istam eōcl. gñaliter dicēs,
& intelligitur in omib. sacris in quib. im-
primitur caracter, & q̄ scienter reiterantes
non pnt dispensari nisi p papā. Ignorantes
autē ignorantia probabili pnt dispensari p
epm, & hoc secundū dicit rigorosē. Quidā
tñ alii, & credo melius dnt, q̄ scienter reite-
rantes baptismum, siue actiue, siue passiue,
sunt irreg. & non dispensantur nisi p papā,
reiterantes uerō ignorantia facti excusantē
secus de ignorantia iuris s̄m Hof. primū. f.
q̄ per solū baptismū, & c. probatur quia de
aliis non reperitur expressum. ut patet d. c.
2. de apo. & in d. c. qui bis, ubi solū fit men-
tio de baptismo, & irreg. & quāuis in d. c. 1.
68. di. c. dictū. fiat mentio de consecratio-
ne & cōfirmatione, non tñ fit ibi mētio de
irregularitate, de secundo uerō dicto. f. de
ignorantia. hoc tenet Hof. & uī ualde p̄ba-
bile, ut dicit gl. in d. c. qui bis. uide aliquid
pro toto isto. c. uerū. ex cōmunicatio 1. §. 7.

D IRREGVLARITATE. V.
quod ad dispensationem.

- 1 Irregularitas omnis homicidii tollitur per bap-
tismum.
- 2 Irregularitatem inducit homicidium uolunta-
riū, uel opere uel sermone factū, et sine peccato.
- 3 Homicidium si sit domino uolūtū & homicida
egit penitentiam non indiget dispensationem.

Dicendum v. f. de irregularitate quō-
ad dispensationem, ubi sciēdum, q̄
ois irregularitas homicidii tollitur
per baptismum. ar. c. si quis uida. 50. di. & c.
si quis potest. §. 1. di. uide supra. uer. baptis-
mus. §. 1. Item s̄m Pa. in d. c. ad audientiā.
de homi. in gl. si. cum homicida uolūtario
nunquam in aliquo ordine dispensatur, pa-
pa tamen dispensat, licet non de facili. ut
no. per Hof. & per e. Pa. in c. sicut dignum.
ar. c. miror. 50. di. Aduerte q̄ quia tam S. T.

2. 2. q. 64. ar. si. quā alii doct. in dec. di. 50.
distingunt homicidium uoluntarium à ca-
suali nō propter hoc, quia illud est uolūtū,
& hoc non uolūtū, sed propter hoc, q̄ il-
lud est uolūtū per se, hoc autem aut nullo
modo aut in causa tñ, & in dicit hēt uolū-
tū rōnem, ut patet ex hoc q̄ de homicidio
casuali disputatē distingunt, de dante ope-
ram rei licita, uel illicita, tota igitur ordi-
natio horū homicidiorum sub casuali homi-
cidio comprehenditur, & hoc quantum
ad culpam partim, uel nihil refert, dummo-
do homicida in ueritate quis sit. Quantum
tamen ad auctoritatem dispensandi, mul-
tum refert, ut patet quia priuilegiati quib.
concessum est dispensare cum irregularib.
nisi sit ex homicidio uoluntario cōtracta
irregularitas possunt dispensare cum ir-
regularibus propter homicidium casuale quā-
uis culpabile, siue dando operam rei licita
siue debita diligentia, siue dando operam
rei illicita. Item dicendum secundū Ar. El.
de mutilatione, cum homicida uerō, casua-
li, potest episcopus dispēlare in minoribus
duntaxat. ut no. in c. ad audientiā. de ho-
micid. In sacris autem solus papa dispensat,
& solet cum difficultate dispensare. ut noc.
in cap. continebatur. de homic. & in d. c. si-
cut. & in hoc differt à uoluntario, scilicet
q̄ facilius dispensat, & si quis arguat, quia
Archiepiscopus dispensat cum Diacono in
homicidio casuali. Respon. s̄m Pan. in d. c.
ad audientiā. q̄ fecit ut commissarius pa-
pa, & non propria auctoritate.

Primo, f. no. pro maiori declaratione, q̄
si homicidium sit uoluntate spontanea fa-
ctum, siue in opere, siue etiam in uerbo et
siue peccato inducit irregularitatem, & ta-
lis non solum non debet promoueri, sed
si per surreptionem sit promotus in perpetuo
debet deponi. dicto. ca. si quis uidaum,
etiā si interficiat saracenum, uel paganum.
capitulo clericum. quinquagesima distin-
ctione, & cum tali nunquam dispensatur
in ordini uel officio. 50. dist. c. miror. intel-
lige nisi per papam & cum difficultate & et
si sit occultum, ministrare in ordine suo
non potest, de temp. or. c. si. poterit tamen
episcopus cum talibus dispensare gratiosē
in beneficio, ne ceat, de cle. pug. in du. ca.
2. & 50. di. c. studeat. Itelligas secundū Ho.
de beneficio simplici, sed circa curatum
solus

solus papa potest ar. in cap. fin. de cle. pu. in du. Pan. ibi.

¶ Secundo, † item ad maiorē declarationē est notādū q̄ Vin. tener q̄ si homicidiū sit omnino occultū, & egit pœnitentiā q̄ non indiget dispensatione, quia ecclesię non est obnoxius. 3. 2. q. 5. c. Christiana, nec Deo pp pœnitentiā qua ei satis fecit, & iō uti p̄or dinibus sine dispensatione. Lau. uerō & Io. concordant cū Vinc. si mō dispensatio ep̄i iterueniat. Pa. uerō i. c. ex tenore, de tēp. or. tener q̄ si est omnino occultū p̄ ut occultū distinguat cōtra probabile, sic respiciēdo legē promotionis publicā sic nō indiget, sed si aspiciamus ad legē conscientię in formatā ex lege positua, sic indiget dispensatione & potes itelligere episcopali, & ad c. fi. de temp. or. qd̄ uiderur contrariū dicere. Resp. q̄ loquitur de dispensatione nō papali, sed ep̄i quæ est necessaria s̄m Lau. & Io. & sequitur. Arc. 50. di. c. de his, & idē ut tenere Pa. ne quis constituat se iudicē in cā ppria existimando omnino occultū qd̄ non est, s̄m Ray. & Rodo. & Guil. ep̄s p̄t dispēlare cū his qui fuerunt in bello si nullū occiderūt ēt in bello iniusto quocunq; mō iuerint. Itē s̄m Angelicā uer. irregalaritas. 1. §. 27. ep̄s p̄t dispensare cū apostataris ā fide q̄n̄ diaconi uel inferiores pp iustū timorē apostatauerant, s̄m Host. & Gof. ep̄s dispensat cum exercitibus actū alicuius ordinis quē nō hēt in susceptis ut possint ministrare secus in suscipiendis con. Pa. in c. quante, de con. sue. Itē ep̄s dispēlat cū acolito qui p̄rbuit ministeriū rebaptizatū si intrat religionem c. 2. de apostata. Vide aliq̄ uer. dispēlatio. §. 13. casu. 18. & uer. homicidiū. §. 21. & 22.

¶ **IRRISSIO** uide derisio, & uer. contumelia, & uer. interrogatio. §. de superbia, se p̄ima filia.

¶ **IRONIA** uer. hironia.

¶ **ISTRIO** uer. histrio.

DE IVDÆIS.

- 1 *Iudei qui dicantur.*
- 2 *Prohibita quæ sint. Christianis facere cum iudeis uel ipsis iudeis indirecte.*
- 3 *Iudeis seruire an liceat Christianis.*
- 4 *Iudæum seruum an habere possit Christianis.*
- 5 *Iudeorum filios an liceat mulieribus Christianis nutrire.*
- 6 *Iudæum medicum an Christiani habere possint.*

- 7 *Iudeis cum Christianis balneari non licet.*
- 8 *Iudei prohibentur aliquid accipere ex testamento Christiani.*
- 9 *Iudei in publico procedere non possunt sine habitu distincto.*
- 10 *Iudei nouas synagogas erigere prohibentur.*
- 11 *Iudei aliquo officio inser Christianos p̄fici nō possunt.*
- 12 *Iudei q̄n̄ portas nec fenestras aperire possunt.*
- 13 *Iudei contra Christianum testimonium dicere non possunt.*
- 14 *Iudei seruum Christianum, nec non Christianū modo uelit baptizari emere non possunt.*
- 15 *Iudei iururas exigere non possunt imo exactas resitiuere tenentur.*
- 16 *Christiani aliqua facere prohibentur contra Iudeos.*
- 17 *Iudeus an indifferenter sit admittendus ad baptismum.*

¶ Ad iustificationis doctrinam probē, & sincere intelligendam declarauit sanct. Syno. Trid. oportere, ut unusquisq; agnoscat, & fateatur, q̄ cū oēs homines in p̄uauaricatione ad æ innocentiā perdidissent; facti immūdi, & ut Apostolus inquit, natura filij iræ, quēadmodū in decreto de peccato originali exposuit, usq; adeo serui erant peccati, ac sub potestate Diaboli ac mortis, ut nō mō gentes per uim naturæ, sed ne Iudæi quidē per ipsam ēt literā legis Moysi, inde liberari, aut surgere possent; tamen in eis liberum minimē arbitrium extinctū esset, utrius licet attenuatū, & inclinatū. Sess. vj. c. 1. Ex Paul. 1. ad Cor. 15. ad Rom. 5. Isa. 64. item ad Eph. 2. ad Ro. 2. & 3. L. 6. q. 4. L. 6. q. 5.

¶ **I**udæus † dicitur qui legem mosaicam ad litteram tenet, unde dicuntur iudæizare Christiani qui nimis literæ adherent de sa. un. c. unico. §. pen. quōd fieri nō debet de cel. mis. c. cum marthæ. §. ceterū, sic dicti a nomine principalis tribus, scilicet à Iuda patriarcha, & non à Iuda machabeo, ut quidam uolunt, & dicuntur hebræi ab heber cuius familia cultum Dei tenuit, ceteris idololatris sedatis, quamuis hoc alii qui negent dicentes quōd hæbrei dicuntur quali transiuiuales. Et non sunt dicti hæbræi ab Abraham ut quidam dicunt.

- 2 ¶ Secundo, † quæ sunt prohibita Christianis facere cum iudæis, uel ipsis iudæis indirecte.

indirectè. Re. q̄ sunt multa. Primò ne habeant cõionem assiduam cum christianis, & maxinè cum simplicibus. Et idem iudiciũ de aliis infidelis, unde christiani non debent comedere vel habitare cum eis nec eos ad sua cõuitia recipere. 28. q. 1. nullus, & c. omnes, dicit, tamen Vgo. in d. c. oēs, q̄ si cibos non discernunt licet comedere cū eis, sed ubi cibos discernunt nullo modo licet. Eorum quoque azima christianis est prohibitũ comedere, quia est cibus discretus ab eis, qui inhibetur d. c. omnes, & clericus contrarium faciens, debet deponi, & laicus excõicari. d. c. nullus, nisi fortè in necessitate, & tunc non comedat ut azima, sed ut panem. Mercimonium tamen non prohibetur cum iudeis nisi fortè aliqui in pœnam, ut in c. post miserabilem. de usu. sed solum nimia familiaritas, ut in d. c. nullus, & c. ad hęc de iudæ. cum similibus. Vñ admonitus uolens abstinere ab eorum nimia familiaritate peccaret mortaliter.

3 ¶ Secundò ¶ queritur utrum liceat christianis eis seruire. Re. Pan. in c. ad hęc. de iudæ. dicit, q̄ Host. uoluit, q̄ sic extra domum, sed in domo non c. iudæ. eo. tit. sed Pa. dicit, q̄ nec extra domum assidue, cum tex. ibi non faciat mentionem de domo, & ideo prohibetur assidua familiaritas, & cõtina conuersatio tam in domo quam extra domum. Præterea christiani in familiaritate seruicio iudæorum esse non debent hęc Pan. & quamuis tex. non nominet domum, tamen quia in domo communiter interuenit maior familiaritas, iõ opinio Host. potest saluari. unde patet, q̄ non ratio seruiti est causa prohibitionis, sed ratio familiaritatis, & sic possent sibi seruire dummodo non sit magna familiaritas, puta: quia laborant possessionem iudæorum, ubi iudæi non sunt præsentés, & similia.

4 ¶ Tertio ¶ utrum christianus possit habere seruũ iudæũ. Re. q̄ sic ut in c. si iudæos. eo. ti. 23. q. 3. c. dispar. Non tñ debet cum eo morari ita, q̄ eum habeat familiarem. 28. q. 1. sape, & d. c. nullus, & c. eos.

5 ¶ Quarto ¶ utrũ liceat mulieribus christianis nutrire filios iudæorũ. Re. Pa. in d. c. ad hęc, post alios Doc. tenet, q̄ non, neq; in domo neque extra domum, sed D. Car. dicit, quod solum prohibetur in domo pro

pter tex. d. cap. ad hęc, qui dicit in domo, possent concordari ut prima opinio intelligatur quando etiam extra domum sequeretur magna familiaritas. Sed nõquid episcopus poterit dispensare etiam in domo Pa. in d. c. ad hęc, tenet, q̄ non, & ita consulit dominus Card. quia hęc prohibitio est in fauorem fidei, nisi fortè necessitas naturalis urgeret, puta non reperitur qui eos nutriat.

6 ¶ Quintò, ¶ prohibetur christianis ne iudæos aduocent in suis infirmitatibus neq; medicinas ab eis recipiant. d. ca. nullus, & c. omnes, dicit: tamen gl. in d. ca. nullus, q̄ medicinalia possunt christiani à iudæis emere, & postea præparare eas, sed non recipere præparatas: contrahitur enim quædã familiaritas cum medico in recipiendo medicinas præparatas ab eo, quæ hic prohibetur. Posset tamen limitari s̄m Vg. nisi necessitas imminuat, puta, quia non reperitur alium ne Inon ita bonum medicum, uel medicinam. uer. medicus. §. 16.

7 ¶ Sextò, ¶ prohibetur Christianis ne balneentur in eodem balneo simul d. capi. nullus, supradicta omnia prohibentur laicis excommunicationis pœna, clericis uerò sub pœna depositionis, & sic peccant mortaliter contrafaciendo. Vide aliquid ad omnia præcedentia. uersicu. infidelitas. §. 7.

8 ¶ Septimò, ¶ prohibetur ne iudæi aliquid accipiant ex testamento christiani. C. de iude. l. prima. Item non potest aliquis christianus, aliquid congregationi iudæorum uel iudæo, uel pagano in testamento relinquere, & si fecerit: etiam post mortem anathema iudicatur. 24. q. 2. sane el secundo, nisi legaret ratione extremæ necessitatis alicuius.

9 ¶ Octauò ¶ ne procedant in publico sine habitu distincto, uel signo quo discernantur à christianis. ut in c. in nonnullis. eod. tit. & hoc uerum tam in masculis quàm in fœminis, & debet esse patens signum non sub plica uel mantello secundum Doc. in d. c. in nonnullis.

10 ¶ Nonò ¶ prohibetur eis ne nouas sinagogas erigat ut in c. cõsuluit. eo. ti. possit tñ antiquas rehedificare uel ruinosas resarcire ita tñ, q̄ noua ædificatio nõ pdat anti quã formã. q̄a ubicunq; mutat p̄stina for-

ma, ut puta quia fit præciosus. uel magis amplum, tunc dicitur nouum ædificium, & cadit sub prohibitione noui ædificii, ut probatur ex tex. d. c. consuluit, & fm Pa. ibi dem, si fuit totaliter destructa, non potest de nouo ædificari, facit quod notat. in l. in ter stipulantē. §. sacramenta. ff. de uer. obl. uide bonam gl. in c. 3. de iur. pa. & nota, qd si nouas sinagogas erigere præsumperint in quinquaginta libris auri sunt puniendi. C. de iudæ. l. hac uictura, secus de alijs infidelibus qui prohibentur etiam antiqua uer. saraceni in prin.

- 11 ¶ Decimò ¶ non possunt præfici alicui publico officio inter Christianos nec ad aliquam dignitatem uel ministerium ut in c. cum sit, & ca. penul. eo. ti. & 17. q. 4. constituit, & d. c. nullus. unde in l. fin. C. de iude. dicitur, quod nullum honorem. nullam dignitatem, nullam præminentiam, inter Christianos possunt habere, & per istam. l. infert Bar. qd non possunt doctorari cum sit dignitas, & præminentia, & Pa. in c. ex speciali infert, qd omne comertium per quod Christianis aliquod grauamē posset inferri, est prohibitum Iudæis, & paganis. uer. infidelitas. §. 8.
- 12 ¶ Undecimò ¶ prohibetur ne in triduo ante pascha, & maximè in die ueneris sancti, hostia uel fenestras apertas teneant aut in publicum exeant. c. quia super his. & c. nō nullis eo. tit. Item ne decimas prædiales teneant sed ut ecclesijs soluant. c. terris. extra de deci.
- 13 ¶ Duodecimò ¶ ne testimonium dicant contra Christianum. c. iudæi. de testi. imò repelluntur ab omnibus actibus legitimis z. q. 7. alieni, & hoc uerum nisi in casu hæresis. ut in c. contra christianos de hære. i. 6. sed bene coguntur. christianum contra eos testimonium dicentem admittere, ut in d. c. iudæi. uer. si. infidelitas. §. 14. Item nō possunt conuenire Christianum apud iudæum, sed bene apud iudicem christianū arbitrum tamen in causa civili possunt eligere iudæum ut. C. de iude. sententiam tamen debet exequi per iudicem christianum. ut ibi.
- 14 ¶ Decimotertio ¶ ne emāt seruū Christianum uel non christianum si modo uult baptizari. c. 1. & c. vl. eod. tit. unde si iudæus emit christianū seruū uel qualitercunq;

acquirat statim efficit liber nullo p̄cio dato. 3. 5. di. m̄cipia. si uerò seruū nō christianū emit, pro sibi seruicēdo tunc uoluntate patefacta, qd uult effici christianus statim uendicat sibi libertatē, nullo dato p̄cio. c. fraternitatem. 54. di. Si autē talē non christianū emit. non pro sibi seruicēdo, sed cā mercimonii, tunc si fuit expositus ad uēdēdum infra tres menses, qui incipiunt currere à die emptionis fm Host. in d. c. fi. uel fm Io. An. & Pa. in c. 1. eo. ti. à die quo petit christianitatem tūc nō liberat ab eius seruitute nisi dentur iudæo. 13. solidi pro quolibet bono seruo qui solidi debent esse aurei fm Vin. Go. & Pa. quorū. 22. faciunt unā librā auri. C. de sulce. præpo. & archa. l. quoriscunq; certa summa solidorū. sed fm Host. in d. c. fi. dabūtur de moneta quæ est in usu in illo loco, & dicit pro seruo bono. i. optimo fm Pa. in d. c. 1. ergo defalcabitur si nō sit bonus. Si uerò non exposuit uenalem infra dictos tres menses tunc statim liberatur nullo p̄cio dato. d. c. sin. & uernaculus. i. natus ex ancilla iudæi si uelit effici christianus liberatur nullo p̄cio dato. l. Deo uobis. C. de epi. & cle. §. fi. Et si aliquis talem emerit qui fuerat emptus causa mercimonii à iudæo non efficitur eius seruus, sed restituit ei p̄cium. 12. solidorū, & erit omnino à seruitute liberatus Insti. de noxa ca. §. dominus. Sed quid si non habet p̄ciū. Re. qd si sit, in manu iudæi. puta, quia nullus christianus reperit qd uelit eū emere tūc nihilominus liberabit, & hostiatim quæret p̄cium. ff. de manum. l. 4. §. suis autem. uel si nullo modo p̄t habere seruiat sibi per quinquennium fm gl. 3. 6. q. 1. Si uerò sit in manu christiani, & tunc nullo mō p̄t h̄re p̄cium seruiat ei tm̄ qd seruitiū cōp̄setur cum p̄cio, & sic liberabitur. ff. de cap. l. bello hoc uerū nisi p̄ciū suū set datum pro aīa, & nō aīo reperendi. uide uer. empio. §. 6. & uer. infidelitas. §. 8.

- 15 ¶ Decimoquarto ¶ ne usuras exigant, sed exactas restituant. ca. post miserabilem. de usu. Et debent cogi per principes, & si nō faciant debent compelli. d. c. post miserabilem. Itē ne aliquid intendent contra catholicam fidem sicut est, quod nutices christianæ proiciant lac in latrinas postquam susceperunt corpus Christi in c. si iudæus. co. ti. & huiusmodi. Item ne quenquā qu

non est suæ sectæ, uel suæ nationis præsumant circuncidere, etiam si sit eorum seruus, ut l. unica. C. Christian. man. & ibi est pœna capitalis. i. perperui exilij, quæ dicitur capitalis. ut ff. de per. l. rei capitalis. Aliquãdo dicitur mors naturalis ut ibidẽ in prin. decimosexto ne iudæus Christianam accipiat in uxore l. ne quis. C. de iudæ. quod si fecerit crimine adulterij ponitur ibidẽ. decimosextimo ne fidem catholicam impugnet peruerso dogmate, aliter pœna sanguinis puniuntur, & puniuntur pœna ignis, quando aliquem ex suis qui uult Christianus esse faxis, aut alio furorum genere intendant. ut l. iudæis. C. eo. Quomodo puniuntur per principes quæ delinquant. uer. infidelitas. §. 12. utrum liceat dñis Christianis mouere bellum contra infideles ibidem. §. 11. utrum possint eos expellere de terris suis ibidem. §. 10. utrum pœnæ usurariorum conueniant iudæis, & utrum possint sibi locari domos uer. usura. l. §. 5. pœna. 8.

16 Quintodecimo, ¶ quæ prohibentur Christianis facere contra iudæos. Res. Primò, quæ uolenter non debent cogi ad fidem. ut in c. sicut. de iudæ. nec filij eorum ipsis iniuris sunt baptizandi, de quo uide uer. baptismus. 7. §. 10. & 11. Scdò, quæ non offendantur neq; i personis, neq; in bonis sine iudicio terrenæ potestatis d. c. sicut iudæi. Tertio, quæ non impediantur obseruare suas consuetudines in suis solemnitatibus dummodo nihil faciant in opprobrium Christianorum. 4. §. di. qui sincera, & d. ca. sicut iudæi, & l. iudæis. C. eo. Quarto, quæ non exigantur coacta seruitia ab eis quæ non sunt consueti facere. d. c. sicut, & uer. dñs. §. 8. Quinto, quæ non fodiuntur eorum sepulcra sine corpora humana ratione pecuniæ, nec cœmeteria quisque intadat d. c. sicut, & contrafacientes Christiani sunt priuandi officio, & beneficio si sunt clerici, si laici excommunicandi d. ca. sicut. Sexto, non debent in sabbatis eorum ad iudicium trahi. l. die sabbati. C. de iudæ. & d. c. sicut. Septimo, ne impediantur sua prout melius poterunt uendere sicut nec Christiani. l. nemo. C. de iud. Octauo si conuertuntur ad fidem non spolientur bonis iustè acquisitis, neq; debita successione, & si ablata fuerint præcipitur potestatibus eorum locorum sub pœna excoicationis, quæ faciãt restituere c. iudæ. cl. 2. eo. tit. Ex quo

infert Pa. quæ non perdunt agnationẽ suam. unde debent succedere attinentibus suis, & multò minus bona legitimè acquisita cuius contrarium existimãt vulgares. Nondò, quæ non prohibeantur cõuerti ad fidẽ, & baptismum suscipere, etiam si sunt serui Christianorum ar. duæ sunt. 19. q. 2. Remanebit tamen seruus si prius erat seruus alicuius Christiani cum seruitus sit approbata de iure diuino, canonico, & ciuili. 12. q. 2. & si quos usq; ad c. ecclesia, dulcius tamen tractandus est, quàm alij serui, qui non sunt Christiani ar. de maio. & obe. c. per tuas. Vide ad istum tit. uer. infidelitas. per totum.

17 Decimosexto, ¶ utrum iudæus sit indifferenter admittendus ab baptismum. Res. l. m. Pa. in c. debitum. de bap. q. non. Nã primò debet restituere ea quæ extorsit per usuram uel aliàs illicite ut in c. iudæi, & ibi glo. de conse. dist. 4. non autem tenetur relinquere reliqua licitè acquisita sicut multi simplices credunt, prout in c. sicut de iudæis. Itẽ nõ debet baptizari illicite, sed debet aliquo tempore differri ut appareat an habeat rectam intentionẽ, & olim fuit statutum ut staret cathecuminus per octo menses. ut in d. c. iudæi, sed postea fuit statutum, quæ per quadraginta dies tantum, ut in c. ne quod absit ea. dist. Multi tamen, & non bene hoc non seruant sed illicite baptizant, sed postmodum quiescente illo calore sepe tales redeunt ad vomitum erroris eorum. hæc ille. & idem ponit in d. c. sicut. Intellige tamen illud uel tantum nisi necessitas uel causa alia urgeat. Vide uer. baptismus. 7. §. 4. de hoc quomodo tenentur restituere. Quomodo filij eorum sint baptizandi ibidem. §. 9. 10. & 11.

DE IUDICE.

- 1 Index quid sit.
- 2 Index an possit iudicare sine actore.
- 3 Index utrum possit compellere partes ad faciendam compositionem.
- 4 Index an compellere possit ne potentiores uiri contumeliis afficiant uiliores.
- 5 Index an possit & teneatur compellere aduersarium ad præstandum cautionem de non offendendo, nec actorem nec suos, &c.
- 6 Index an teneatur ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominibus.
- 7 Index an aliquid petere possit pro labore

- in indicando.*
- 8 *Officiales inferiores, & nuncii utrum possint aliquid exigere à litigantibus.*
 - 9 *Et quid si iudex secularis habet proficisci extra dominium.*
 - 10 *Et nunquid delegatus ordinarii ecclesiastici habeat expensas cum proficiscitur extra domicilium sicut delegatus principis uel ordinarii secularis.*
 - 11 *Ordinarius ecclesiasticus utrum similiter petere possit expensas si proficiscitur extra domum.*
 - 12 *Iudex ordinarius aut delegatus qui potest accipere expensas tenetur computare illas quas domi fecisset.*
 - 13 *Delegatus ecclesiasticus si non habet beneficium ecclesiasticum uel redditum unde uiuat an petere possit sportulas.*
 - 14 *Consuetudo qua datur sportula ordinario ecclesiastico. & delegato an excuset.*
 - 15 *Iudex ordinarius uel delegatus ecclesiasticus utrum possit petere à partibus salarium pro assessorio. Et an pro notario. 16.*
 - 17 *In li. i. datum nisi in casu permissio an possit repleri.*
 - 18 *Simoniam an committatur si datur pecunia pro sententia.*
 - 19 *Sententia lata intercedente pecunie an sit ipso iure nulla.*
 - 20 *Iudex an teneatur ad restitutionem parti si eius negligentia aliquid damnum incurrit. Et quando dicatur committere negligentiam. 21.*
 - 22 *Iudex an incidat in poenam statuti imponentis poenam non terminant: sententiam in certum diem si non terminat.*
 - 23 *Iudex secularis utrum teneatur prestare brachium suum iudici ecclesiastico.*
 - 24 *Iudex utrum post latam sententiam possit illam interpretari, declarare, seu mutare.*
 - 25 *Iudex non condemnat partem aduersam in expensis an teneatur ipse de suo restituere alteri parti.*
 - 26 *Iudicem extraneum an quis super se constituere possit.*
 - 27 *Delegatus papae delinquens in delegatione sua utrum possit conueniri coram ordinario loci.*

I V dextest ille qui iure potest, per artem iustitiae iustum cuique sibi subdito decernere, & reddere. vnde dicitur quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet, id est iuste iudicet, & est triplex, scilicet ordinarius, qui habet vniuersitatem causa-

rum. Alius est, qui habet iurisdictionem ex uoluntate partium ut arbiter, de quo in loco suo. Quidam autem habent iurisdictionem ex commissione superioris ut delegatus ad certam causam, uel subdelegatus, & ad istos reducuntur omnes aliae differentiae iudicum. Ista probantur ex doctrina Sancti Thomae. secunda secundae, quaestio. 67. articulo. 1. & cap. forus. §. in omni, de verbo significatiua. uide uersicu. iudicare. §. 10. Et quaeritur. primò, quis potest esse. Respon. quilibet qui non prohibetur. ar. cum apud de spon. & l. murus. ff. de procura. prohibentur autem surdus, mutus, & perpetuo furiosus, impubes, foeminae, seruus, excommunicatus, consanguinei res, & inimici actorum uel alia causa suspecti. Item imperiti seu illiterati, de quibus dicit Panor. in capitu. schismaticus. de rescript. post gl. quòd contra iudicem delegatum potest excipi, quòd iudex esse non potest, quia est illiteratus, & non habet peritiam iudicandi, factus autem ubi haberet peritiam ex consuetudine, licet sit illiteratus. ut est bonus textus in l. certi iuris. C. de iudic. & haec nota. quia causa saepe committitur per sedem Apostolicam aliquibus maxime religiosis praelatis, qui non habent peritiam, uel practicam, nec theoreticam iudicandi ut contra tales possit excipi, quòd iudices esse non possunt, dic tamen, quòd non requiritur iudicem esse peritissimum cum ex defectu scientiae sibi concedatur ut possit assumere assessorem. expensis partium. ut in capitulo statutum §. assessorem de rescript. libro sexto. haec ille. Vide uersiculo clericus. 2. §. 2. concor. Sancti Thomae & Vil. uide uersicu. delegare. §. fin. & uersu. recusari prin.

¶ Primò, utrum iudex possit iudicare sine actore. Resp. q. ordinariè procedendo, non potest. facit. c. legitimus de accu. extraordinariè autem ut inquisitione, & denunciatione sic, & tunc infamia tenet locum accusatoris. c. euidencia, de accu. Ad cuius de clationem not. secundum S. Tho. 2. 2. q. 67. q. iudex est interpres iustitiae vnde sicut philosophus dicit in 5. Ethic. ad iudicem confugiunt sicut ad quandam iustitiam animatam: iustitia autem non est ad seipsum sed ad alterum, & ideo oportet, q. iudex inter aliquos duos diiudicet, quòd quidem

- fit cum unus est actor, & alius est reus, & ideo in criminibus non potest aliquē condemnare iudex in iudicio nisi habeat accusatorem, secundū illud actum. 25. Non est consuetudo Romanis damnare aliquē hominem priusquam is qui accusatur præsentis habeat accusatores, locumq; defendenti accipiat ad ablucenda crimina quæ ei obiiciuntur. unde Deus in suo iudicio habet conscientiam peccatorum pro accusatore. Quando iudex uide euidenti facti accusat, in inquisitione uerò publica managerit uices accusatorū. In denūtiatione autē nō proceditur cōtra reum sed pro reo. s. ad correctionē, & ideo nō requirit accusatorē. hæc S. Tho. vide ver. inquisitio. §. 5.
- 3 ¶ Secundū ¶ utrum iudex possit compellere partes ad faciēdum compositionē. Resp. q. si causa est civilis, q. nō, nec etiam princeps ex potestate ordinaria. l. 1. ff. de notari. ope. non tamen si lis est longa, & intricata multum, quōd de facili non potest decidit, iudex potest compellere partes ad cōcordiam, text. uidetur in. cap. placuit. 90. dist. dicit etiam Pan. in Rubrica de treuga. quōd ad pacem bene potest, & debet reducere, & etiam compellere tam iudex ecclesiasticus quā secularis respectu subditorum suorum. 90. di. c. si quis contristatus, & d. c. placuit, hoc tenet etiam Bart. in l. congruit. ff. de offic. præf. utrum autem iudex possit cum bona conscientia indistinctē reducere partes ad compositionem. Re. secundū Pan. in cap. si. de trans. quōd Spe. dicit si iura partium sunt ignota potest. Si uerò sunt clara ut quia conclusum est in causa, & sic iudici liquet pro qua parte debet ferre sententiam. Spe. hoc disputationi relinquit, sed Io. An. dicit, quōd nisi aliqua circumstantiæ suadent abstinere debet à tali compositione, quia non debet de iure unius sine causa dare alteri, sed ex circumstantiis possit hoc facere. puta si ratio esset ex parte unius, & alius est potēs qui appellabit, & sic est præsumptio, quōd compositio erit melior.
- 4 ¶ Tertio ¶ utrum iudex possit compellere ne potentiores uiri contumeliosi afficiant uiliores. Resp. q. sic, & tenetur. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præf.
- 5 ¶ Quarto ¶ utrum iudex possit, & teneatur compellere aduersarium ad præstandum

cauionem de non offendendo. nec actorem suos, quando talis uerisimiliter implorat eius officium. Re. quōd sic, ut in. d. §. ne potentiores, & ibi per Bart. & bonus text. in l. denuntiamus. C. de his qui ad ec. confu. & ibi Cv. facit text. in cap. de benedicto. §. 2. q. 1. & in cap. literas. in fin. de resti. spo.

- 6 ¶ Quinto ¶ utrum iudex teneatur ex necessitate officii purgare prouintiam malis hominibus. Re. quōd sic. text. est in. l. 3. & l. congruit. ff. de offi. præf. propter quod dicit Bal. in. l. Gallus. ff. de libe. & postu. quōd licet statutum ciuitatis dicat, quōd potest punire. ly. uerbum, potest: imponit necessitatem. d. l. Callus in prin. & ideo si non facit, tenetur de negligentia. Debet igitur iudex delicta inquirere, aliter tenebitur in sindicatu, & hoc uerum in iudice qui habet merum imperium. l. imperium in prin. & quod ibi notat Bar. & in l. iubere caue. re. ff. de iur. omnium iudic. & l. prima. ff. de offic. eius cui. man. est iur.

- 7 ¶ Sexto ¶ utrum iudex possit aliquid petere pro labore in iudicando. Resp. q. de iure canonico iudex ordinarius uel delegatus ecclesiasticus nihil potest petere. ut in cap. ad omni. de ui. & ho. cler. & c. statutum. de referip. lib. 6. & licet loquatur de delegato. tamen idem tenetur in d. c. cum ab omni. per Pa. & Io. An. & ceteros. De ordinario. est etiam glo. in cap. non licet. 1. q. 3. De iure uerò civili, ordinarius secularis petit sporulas solū, nec aliud potest petere. 3. q. 3. c. offeratur, quæ sportulæ sunt muna à lege non diffinita. ut in authen. generaliter. C. de epi. & cle. secundū Pan. in d. ca. cum ab omni. sportulæ sunt quædā uasa quæ uulgariter uocantur sportulæ; & ponitur continens pro contento, quia in illis uasibus solebant deferri munera iudicibus, & qualia debeant esse ista munera seu quanta non est lege definitum, ut in d. authen. generaliter. Delegatus uerò etiam à principe non habet nisi duos aureos in principio, & duos in fine quando causa excedit centum aureos, q. si non excedit nihil habebit in authen. de iud. §. ne autem labor. nota gloss. in d. cap. cum ad omni. excipiuntur eculenta, & poculenta, id est comestibilia, & potabilia si sunt talis qualitatē, quōd in paucis

- diebus possint consumi, secundum Archi. & glo. in d.c. statutum, & sicut ex mera liberalitate oblata, quia sic possunt ab omnibus recipi. Alia autem omnia et si sit unus denarius prohibentur: omnes iudices accipere. ut ff. de offic. praes. l. plebiscito, & l. solent. ff. de offi. pro con. nota glo. in l. 3. C. de condi. ob. tur. causa. facit. l. 1. C. de pe. ju. qui. ma. iudi. etiam si recipiant ut expediant causam, & si recipiunt alia praeter praedicta esculenta, & poculenta tenentur restituere de necessitate. ar. d. ca. statutum, & ca. exigit. de cen. lib. 6. imò si sit iudex delegatus ecclesiasticus qui talia recipit non potest liberari ex remissione sibi facta à dante talia, nisi restituat, & si restitueret in fraudem ut postea illa sibi donaret non valeret, secundum gloss. in d. cap. statutum, secus autem si sine fraude restitueret, & ille postea iterum donaret liberaliter, secundum gloss. praedictam, & potest saluari si post iudicium finitum sine fraude dat liberaliter, aliter non uideretur uerum. Vide ver. donatio primo. §. 18. & 19. & uer. dominus. §. fi.
- 8 ¶ Septimò, ¶ utrum officiales inferiores, & nuntii, & huiusmodi possint aliquid exigere à litigantibus, & huiusmodi. Res. q. si est consuetudo terrae, & non habent redditus deputatos possunt: Hosti. tamen redditus deputatos aliquid paruum accipere non per uim. Assessor uero si habet salarium non potest accipere aliter tenetur restituere. ar. d. cap. cum ab omni. uer. dominus. §. fin.
- 9 ¶ Octauò ¶ sed quid si iudex secularis habet proficisci extra domicilium. Res. quòd siue sit iudex ordinarius siue eius delegatus, potest petere expensa. d. cap. statutum, sicut, & testis cum proficiscitur extra domicilium. 4. q. 3. ca. si testes. §. uenturis. quia nemo cogitur militare suis sumptibus. ea tamen moderatione ne partes enorme damnum patiantur. ar. 10. q. 3. c. illud, & si pauperes litigantes sint, tunc debet abstinere etiam à sumptibus iudex delegatus, ut in d. c. statutum, & ordinarius etiam secularis non debet habere sportulas. in auth. de man. prin. c. §. si tibi quoque.
- 10 ¶ Nonò ¶ sed nunquid delegatus ordinarius ecclesiasticus sic habebit expensas cum proficiscatur extra domicilium sicut dele-
- gatus principis, v. ordinarii secularis. Res. quòd sic tam pro uictualibus quam pro uecturis æquorum, & similium, nisi esset delegatus ad uniuersitatem causarum, uel ad unam, & malitiosè, quia tunc ordinarius habet prouidere de suo. ar. cap. inter cetera de offi. or. & glo. d. ca. statutum, sed glo. in d. c. cum ab omni. tenet indistinctè q. non potest delegatus ordinarius, sed ordinarius debet sibi facere expensas, sed prima opinio uidetur magis æqua.
- 11 ¶ Decimò ¶ utrum ordinarius ecclesiasticus similiter possit petere expensas quando proficiscitur extra domum. Res. q. non, nisi cum proficiscitur pro consecratione ecclesiarum, ut in cap. cum sit romana. de simo. & cum uisitat prouinciam suam. de cen. c. cum apostolus, & c. exigit eo. ti. li. 6.
- 12 ¶ Undecimò ¶ utrum iudex ordinarius aut delegatus qui possunt accipere expensas teneantur computare illas quas domi fecissent. Res. secundum glo. quòd sic in d. c. cum ab omni, sed Pan. in eo. c. tenet contrarium, & est magis benigna, sed prima tutior.
- 13 ¶ Duodecimò ¶ Quid si delegatus ecclesiasticus non habet redditus uel beneficium ecclesiasticum unde uiuat. Res. Pa. in d. ca. cum ab omni, quòd poterit petere, id quòd potest petere iudex delegatus principis secularis.
- 14 ¶ Decimotertiò ¶ utrum consuetudo excuset qua datur sportula ordinario, & de legato ecclesiastico. Res. D. Car. in cle. statutum: de elec. distinguit, q. aut praecessit exactio, & sic non ualet nec excusat talis consuetudo: aut, non praecessit, & sic possunt partes compelli ad obseruandam laudabilem consuetudinem. c. ad apostolicam. de symo. Pa. in d. c. cum ab omni. tenet, q. nullo modo excusat per illum text. cum ab omni, & per Bar. in l. cum de in re. uerbo. ff. de usu. & dicit q. c. ad apostolicam. loquitur in spualiibus ubi uidentur uelle se obligare ex aliqua causa, puta est suus parochialis. Vide uer. consuetudo. §. 15.
- 15 ¶ Decimoquartò ¶ utrum iudex ordinarius uel delegatus ecclesiasticus possit à partibus petere salarium pro assessore. Res. cõter doc. in d. c. cum ab omni, quòd non ordinarius, quia debet scire canones de quibus agitur coram se, & ideo si nescit, & indiget assessore prouideat de suo. de-

- legatus tamen licite petit dummodo non faciat fraudulenter, ut puta quia dicit se in digere cum non indigeat. d.c. statutum. §. accessore, uel quia uult participare in lucro cum accessore, quia sic cum faciat in fraudem legis peccat mortaliter, & teneretur ad restitutionem partibus.
- 16 ¶ Quintodecimò, ¶ utrum possit petere salarium pro notario. Resp. delegatus potest dummodo non participet ipse cum eo, ut in d. c. statutum. sed de ordinario dubitatur, quia uidetur q̄ de suo debeat provide- re suis officialibus, sed probabilius uide- tur quòd possit petere.
- 17 ¶ Decimosexto, ¶ utrum datum iudici nisi in casu permissio possit repeti. Resp. secun- dum Pa. in d. c. cum non ab omni. in gl. 1. q̄ si dedit, ut corrumpere iudicem sic non potest repetere, cum turpitudine uersetur ex utraque parte, fiscus talem pecuniam repe- tere potest, quia accipit omnia ista. l. Lu- cius. ff. de iur. fisci. & secundum gl. in cap. qui recte iudicat. 11. q. 3. communiter sic præsuntur: idè multi tenent, q̄ non repe- titur, sed si dedit, ut iusta daret sententia, quam alias uolebat dari, uel ut non daret iniustam, uel ut conseruaret ius suum tunc redimit uexationem suam, quod est lici- tum, ut not. Pan. in d. c. cum non ab omni. & sic nō liberatur iudex dando pauperib. quia repetere potest in conscientia, ubi nō stamus p̄sumptioni, sed ueritati. 1. q. 1. c. iu- bemus. 1. 1. q. 3. c. non licet. de sim. c. nemo. Si autē dedit simpliciter, ut iudicet amittit principalem causam. ut ff. de condi. ob cau- sam. l. 1. §. fin. & sic non repetet sicut quan- do dat, ut pro se iudicaret facit glo. in d. c. qui recte. quòd uidetur uerum, nisi quan- do aliter uolet iudicare, & dare quia tunc potest, & sibi teneretur restituere, uide uerfi. restitutio. §. 13. & iudex ecclesiasticus, siue ordinarius, siue delegatus, qui contra iusti- tiam in grauamen alterius partis in iudicio, quidquam facit uel per sordes, puta per pecuniam suspensus est per annum ab executione officii, & debet condemnari ad aestimationem litis parti, quā læsit, & si su- spensione durate ingesserit se diuini sit ir- regularis, & nisi per papam poterit dispen- sari. cap. cum æterni. de re iudic. lib. 6. in- fra §. 20.
- 18 ¶ Decimoseptimò, ¶ utrum committatur

simonia dando pecuniam per sententia. Respon. glo. 1. q. 3. c. uendentes. quòd non quia in profanis non committitur simo- nia, quamuis grauer peccet nisi in casu quando iudex uolet dare aliter sententiam iustam, quia tunc redimit uexationem suam, secundum Pan. in d. c. non ab omni- si do pecuniam, ut acquiram aliquid spūa- le, uel ei annexū, est simonia, sed hoc non uidetur uerum, quando redimo uexati- onem meam, & iam habebā ius secus si per sententiam de nouo acquirerem. Nota est secundum c. Pa. in c. 1. ne praela. uices suas, quòd iurisdictio episcopalis non potest pre- cio uēdi, est enim quid spirituale, pro hoc quod no. in c. decernimus. de iudi. & idem dicendum de alia iurisditione spirituali, temporalis etiam non debet uendi ne gra- uentur subditi. de quo. uer. dominus. §. 1. 1. & 12. secundum Inn. & Host. ubi uenditur iurisdictio spiritualis est simonia, secus ubi temporalis, licet talis uenditio sit turpe lu- crum, & contra legem. ut no. Inn. in c. ne- mo. de simo. & 1. q. 3. in summa.

19 ¶ Decimooctauò, ¶ utrum sententia lata in precedente pecunia sit nulla ipso iure. Resp. Pa. post gl. in c. cum ab omni. q̄ sic. 1. q. 6. §. uenerabilis. C. quando prouo. non est ne. l. uenerabilis. in tex. & in gl. senten- tia tamen tenet, licet agens ex ea repella- tur exceptione doli. C. de arbi. l. 3. & in gl. prædicta, secus si per gratiam datur: quia tunc non est nulla ipso iure, sed datur resti- tutio. ut in d. glo.

20 ¶ Decimononò, ¶ utrum iudex teneatur ad restitutionem parti, si eius negligentia aliquod damnum incurrit. Resp. Em gl. in c. quā contra. de proc. uer. negligentia, q̄ sic, & sequuntur doc. Pa. in d. c. quoniam. dicit q̄ in foro animæ est uera opinio, si fuit in dolo, uel lata culpa, aliàs non. uerfi. arbiter. §. 9. & 20. quòd uerfi. aduocatus. §. 13. & 14.

21 ¶ Vigesimo, ¶ quaeritur quando dicatur cō- mittere negligentia ex qua teneatur. Rñ. Em Ho. q̄ tunc qñ negligit terminate cau- sam, uel habere tabellionem, uel aduerte- re quid scribatur, uel non prouidet de ad- uocato, ut teneatur, uel non curauit reuol- uere libros, & huiusmodi, quæ suo offi- cio incumbunt, multò magis tenetur si ex dolo unde si iniquam sententiam dedit

- vel aliquid aliud fecit contra conscientiam, & contra iustitiam in gravam alterius partis, ultra restitutionem ad interesse ad quam tenetur. ut C. de pœna. iudic. l. nouo iure. 11. q. 3. quatuor. 23. q. 2. c. dñs Deus, sed c. ecclesiasticus. iudex ordinarius, uel delegatus, si contra conscientiam, & contra iustitiam hoc fuerit ipso facto est suspensus per annum ab executione officii in c. cum æterni. de re. iud. lib. 6. Si uero damnū intulit per imprudentiam tenetur similiter, in culpa enim fuit cum se insufficientem sciuit uel scire debuit & tamen causam iudicare præsumpsit, & hoc uerum in ordinario, in delegato uero qui necessitate obedientie iudicat, & bona fide, & de consilio penitentium, licet iniuste iudicet non tenetur nec peccat sed assessor tenetur l. 2. ff. quod quisq; iur. si modo eum eligit, qui habetur pro docto, & bonæ opinionis, & ita creditur eum doctum ad hoc. Aliàs non excusatur si uellet sibi caput suum supra. §. 16. in fi.
22. ¶ Vigésimoprimum, ¶ utrum iudex incidat in pœnam statuti imponentis pœnam non terminanti sententiam infra certum diem si non terminat. Resp. sibi Pa. in c. licet, de proba. q. sic si fuit requisitus aliàs secus, quia non tenetur impendere officium suum ad uilitatem priuati nisi requiratur ut l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infe. & ibi Bar.
23. ¶ Vigésimosecundum, ¶ utrum iudex secularis teneat prestare brachium suum iudici ecclesiastico. Resp. q. si eius subditus resistit sibi de iure: ut præcepit ei aliquid, & appellauit ad superiores, episcopus dicit, q. non potest, & perit brachiumulare contra eum, tunc non uidetur teneri ita no. Pa. in c. 1. de off. or. secus si resistit ei de facto. ut ibi not. Idem dicitur in exemplo qui allegat exemptionem quam episcopus non admittit, appellat non tenetur iudex secularis episcopum iuuare, & not. unum dictum D. Feli. in c. 1. de spon. in 4. col. uerfi. aduerfi. aduerfi. q. iudex ecclesiasticus non debet aduocare brachiumulare nisi eum per se non potest acta exequi, quia omnia iura de hoc loquentia semper dicunt si opus fuerit, uel si necesse fuerit. Et idem dicas de exemptione. Vide uer. delegare. §. 10. ubi diffusius.
24. ¶ Vigésimotertium, ¶ utrum iudex post latam sententiam possit eam interpretari, declarare, seu mutare. Respond. secundum
- Pan. in c. 1. de postu. in glo. quod non inferiores nec arbiter. Maiores autem bene possunt declarare, sed non mutare, vel corrigere: interlocutoriam uero sententiam potest corrigere, & reuocare de accu. c. qualiter, & quando el. 1. De inquisitore hæreticæ prauitatis quomodo ista omnia potest. vide in c. ut commissi de hære. lib. 6. & ibi glo. in uerfi. mutandi, dicit secus esse ordinariè in aliis iudiciibus, uide uerfi. arbiter. §. 12. & uer. delegare. §. 11. & 12.
25. ¶ Vigésimoquartum, ¶ utrum non condemnans partem aduersam in expensas teneatur ipse de suo restituere alteri parti. Resp. quod sic. l. sancimus. C. de iudi. quod limitatur glo. in c. fin. de rescript. uerum si fuit petitum aliàs non. Et not. secundum Pan. in d. c. 1. in glo. quod index iurat indicare secundum, quod sibi uidetur scilicet non secundum uoluntatem, sed secundum bonum iudicium informatum legibus.
26. ¶ Vigésimoquintum, ¶ utrum aliquis possit constituere super se iudicem extraneum. Resp. laicus potest constituere suum iudicem quæcumque qui aliàs iurisdictionis præest non alium. C. de iurif. om. iudic. l. 1. & l. priuatorum, clerici uero non possunt in non suum iudicem consentire nisi sit persona ecclesiastica, & de consensu episcopi sui. c. significasti, de foro. comper. & ibi Pa. Nam & secularis iudex nullam in eum potest habere iurisdictionem neque in criminalibus neque in ciuilib. C. de epif. & cler. auct. statuimus. Adde etiã quod no. Pa. in d. c. significasti, quod exemptus non potest renuntiare priuilegio exemptionis contra Fe. quia exemptio non fuit indulta in meum fauorem exempti, sed etiam in fauorem superioris, & per hoc inferi ibi Pan. quod episcopus non potest absoluerè a sententia excommunicationis religiosorum exemptos, etiam si renuntiarent priuilegio exemptionis, & multo fortius moniales, quia fortiora priuilegia communiter habent, & fortiori cautela tuendæ sunt. Vide aliquid uer. arbiter. §. 8. Et uer. monachus. §. 6. uer. iudicare. §. 9. & 12. uer. exemptus. §. 6.
27. ¶ Vigésimosexto, ¶ utrum delegatus Papæ delinquens in delegatione sua possit conueniri coram ordinario loci, legistæ hanc tractauerunt in auct. quæ in prouincia. C. ubi de cri. agi oportet, & Io. An. in c. fin.

de rescrip. & Pa. ibi. & conclusio fm eum est, quòd aut legatus delinquit in procedendo, & tunc quia solùm delinquit, contra Papam in parendo mādatis eius non pōt per alium inferiorē puniri, aut delinquit peruersè agēdo, & tunc pōt puniri per ordinariū loci, quia non conuenitur, vt legatus, sed vt criminofus. Sed Io. An. dicit se non credere, quòd pendente causa corā eo possit conueniri coram ordinario, saltem vbi impediretur procedere in causa sibi delegata, nam respectu illius cause dūtaxat est maior ordinario, ut in c. studuisti, de offi. lega. Hosti. tamen in summa dicit, quòd ratione peccati poterit puniri per ordinariū. Panor. uerò in c. prudentiam, de offic. delega. concludit quòd aut querit̄ nunquid ordinarius possit eum punire rōne peccati, q̄a cōtēp̄t̄ exequi mandatū superioris, & pōt dici, q̄ sic, quia hoc casu non punit eum, ut delegatum, sed ut perseverantē in crimine, & sic cessat maioritas dicit glo. ibi quòd non tenetur quis exequi delegationem sibi iniuctam per Papam cum graui damno rerum suarum, siue fiat cum clausula, impotentia, siue simpliciter, ut dicit Pa. quia non est uerisimile quòd Papa uelit auctare delegatum ad executionem mandati cum graui periculo rei familiaris, sed si apparet de p̄causa intentione Papae, tunc secus. Dicit etiam ibi glo. quòd delegatus qui debet proficisci extra domicilium suum potest à principio petere expensas à partibus, hoc limitat Pan. quando iudex esset impotens q̄ non posset suis expensis inuenire: uide ad materiam uer. dominus, & uer. delegare, & uer. arbiter, & uer. accusatio, & uer. inquisitor, & uer. sic. inquisitio, & uer. sic. delegatus.

DE IUDICARE.

- 1 *Iudicare purè & simpliciter quid sit.*
- 2 *Verba ista. Procedas sine solennitate iuris quomodo intelligantur.*
- 3 *Et quid si dicatur. Iudices prout uolueris.*
- 4 *Et quid si dicatur sic. Iudices secundum ueritatem & equitatem.*
- 5 *Et quid si dicatur. Iudices prout uidebatur.*
- 6 *Iudicare an debeat Iudex secundum allegata & probata, uel secundum quod cognoscit ueritatē.*

- 7 *Ministris uel officiales quibus mandatur executio sententiae iniuste, an debeant exequi.*
- 8 *Iudex secularis an iudicare possit de his quae sunt peccata, ut usura, & huiusmodi.*
- 9 *Iudex ecclesiasticus an possit iudicare laicum subditum principis laici, uel etiam principes laicos.*
- 10 *Laicus an possit in aliquo casu iudicare clericum.*
- 11 *Iudicare an aliquis possit non subditum.*
- 12 *Laicus quilibet an possit se subicere cuilibet iudici qui praest. Et an similiter clericus. 13.*
- 14 *Laicus utrum laicum super re civili possit conuenire sub Papa.*
- 15 *Clericus quando detinetur à iudice seculari, & de nouo apparet quòd est clericus dēt restitui.*

Iudicare † purè & simpliciter quid sit. Resp. fm Pan. in c. dilecti filii, de iud. q̄ non potest remouere ordinem iuris, sed tātum subulitate pernitiosam, quia praedicta uerba important ex suo proprio significato, idem q̄ sine malitia & sine plicata & inuolutione, ad hoc glo. in cle. sepe. de uerb. sign. in uer. simpliciter, & ordo iudicarij non est inuentus ad inuoluendū in d. c. dilecti: & ideo non remouebitur secundum Pan. ibidem.

2 † Primò, † quid si dicat. Procedas sine solennitate iuris. Res. secundum Pa. ubi supra q̄ censetur sublata solennitas iuris civilis & canonici, sed non diuini, & iuris gētium: & ideo duo testes sufficerent, licet forte de iure civili plures requirentur similiter et si sunt infames, quia infamia est de iure positio in c. per tuas, de simo. non tamen recipiuntur non citata parte, quia citatio est species defensionis, quae est de iure gentium, nec potest tolli cle. pastoralis, de re iudic. sed bene poterit recipere testes absque iuramento & diebus feriat̄, quia haec solennitas est inducta de iure civili, secundum Bar. in l. filius familias. ff. de dona.

3 † Secundò, † quid si dicatur. Iudices prout uolueris. Resp. secundum Pan. d. c. dilecti, quòd intelligitur solùm dolus excusus ar. d. l. creditor. §. lucius. ff. man. & ideo non potest tollere ius alterius sine causa sicut nec committens, quia nemo plus iuris transfert, quàm ipse habeat. de dot. post diuor. testi. capitu. nuper. Et propterea dicit Bartol. in extrauaganti ad teptimendum.

mēdam, q̄ ille cui committitur ut faciat, quod vult vel fecit liberit, licet nō teneatur sequi regulas iuris ciuilibis, remanet tamen ligatus regulis iuris naturalis gentiū seu naturalis æquitatis quod idem est ut in ele. pastoralis. de re. iudi. ubi imperator inualidē egit, quia excessit regulas iuris naturalis.

4 ¶ Tercio, † quid si dicitur iudices secundū veritatem, & æquitatem. Resp. secundū Pa. in c. literas, de iur. calu. q̄ debent seruari solennitates etiam rigorosè iuris positiui, sed D. Ant. dicit, quod non tenetur seruare rigorosas quod uideretur uerius.

5 ¶ Quarto, † quid si dicatur iudices prout tibi uideretur. Resp. s̄m Pan. in c. i. de iudic. q̄ debet iudicare iudicio intellectus cui congruit hoc uerbū uidebitur, ita no. Bar. in l. quid tñ. §. si arbiter. ff. de arbi. Et idē cū d̄ relinquo uel cōmitto arbitrio tuo uel prudentiæ tuæ uel iudicio tuo tunc deuotant arbitrium boni uiriratione regulari, sicut cum d̄ ut uisum tibi fuerit uel tibi uidebitur: ita nor. Pan. in c. i. de sequestra. posse. similiter hæc uerba si extimaueris, si arbitratus fueris, si tibi placuerit. ut probatur in l. fideicommissa. §. quanquā. ff. deleg. 3. & in l. thais. §. sorotem. ff. de fideicō. liber. ubi tex. notabilis: uide text. cum gl. in c. 2. de cor. uita. & per Bar. in extrauaganti ad reprimendum, & Pa. in c. 1. de cōstitū. & ideo tenetur sequi omnes regulas iuris ciuilibis, & Bar. in extrauaganti alle. l. i. ff. arbi. Et aduerte, quod omnia uerba exceptis istis. uolo. liber. arbitriū plentū, uel liberū ut ibidē nor. Bart. important arbitrium boni uiri, de quo uide ver. arbiter. §. 9. Quo modo intelliguntur illa uerba sine strepitu, & figura iudicii ver. inquisitor. §. 38.

6 ¶ Quinto, † utrum iudex debeat iudicare s̄m allegata, & probata uel s̄m, q̄ ipse cognoscit ueritatem. Res. s̄m S. T. 2. 2. q. 67. ar. 2. q̄ debet diuertere quantū pōt, si uerō non potest ita, q̄ cogatur iudicare, debet iudicare s̄m allegata, & p̄bata ubi sic ait. Iudicare pertinet ad iudicem s̄m, q̄ fungitur publica potestate, & ideo informari debet in iudicando non secundū id q̄ ipse nouit ut homo uel ut priuata persona, sed s̄m id quod sibi innotescit tanquā personæ publicæ, hoc autē innotescit sibi, & in cōmuni, & in particulari: in communi: qui-

dē per leges publicas, uel diuinas, uel humanas contra quas nullā probationem admittere debet. In particulari autē negotio aliquo per instrumenta, & testes, & alia huiusmodi legitima documenta, quæ debet sequi in iudicando magis, quā id quod ipse nouit tanquā priuata persona, ex quo tñ adiuuari potest, ut districtius discutiat probationes inductas ut possit earum defectū inuestigare, q̄ si eas nō possit de iure repellere, debet sicut dictū est eas in iudicando sequi, debent. n. iudices ueritatem s̄m ea quæ fuerunt sibi proposita iudicare, quia nō iudicant s̄m propriam potestatem. Et ideo in his quæ ad propriam personam pertinent debet informare cōscientiam suam ex propria scientia, sed in his quæ pertinent ad publicam potestatem debet informare cōscientiam suā secundū ea quæ in publico iudicio sciri possunt. hæc S. Tho. Et iterū eo. lib. q. 64. ar. 6. in responsione ad 3. postquam concludit, q̄ nullo modo innocens sit occidendus ait. Si iudex sciat aliquem innocentem esse qui falsis testibus continetur debet diligentius examinare testes ut inueniat occasionem liberandi innocentem sicut Daniel, q̄ hoc non potest debet eum superiori relinquere iudicandum. Si autem hoc non potest nō peccat s̄m allegata sententiam ferens: quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eū afferunt nocentē. hæc ille. Ex quibus cōcludunt aliqua. primo, q̄ iudex in simili casu debet quantū pōt quæ rare occasionē ut illū liberet, & est difficile q̄ prudens iudex nō sciat adinuenire aliquā subtilitatē uel occasionem qua liberet innocentē ut dictū est de Daniel. Et si talis casus qui rarissimè accidit, accideret iudici inferiori deberet secundū aliquos coram populo iurare, q̄ sibi constat oppositum, & propterea non iudicat, & indicare modum quo sibi constat, puta quia uidi in tali loco, &c. Et hoc ipsum deberet significare superiori. ut uel sic habendo ipsum inferiorem iudicem pro uno teste, innocens adiuuetur coram superioris iudicio. Princeps autem posset simili modo coram populo iurare, quando sibi casus iste accideret, & conari quantum potest ut populo satisfaciatur. optima autem cautela iudici in causa huiusmodi est, antequā perueniatur ad ulteriora, uel repellere ex officio accusa-

accusationem, vel ita præueniendo operari vt non procedatur in causa quod multis viis fieri potest, & not. quod San. Th. nō dicit, q̄ remittat ad superiorē, sed quod relinquat superiorē iudicando, qđ idem est quod quidam consulant, s̄quod exoneret se, & relinquat curā aliis si volunt ad superiorē recurrere, vnde Vil. ait, si iudex scit veritatem negotii cū circumstantiis videt impossibile, quin aliā vitam iuris inueniat ad libertatē innoxii, nisi sit ex imprudētia vel negligētia iudicis. hæc ille. Secundō q̄ potest esse casus in quo iudex non possit viam inuenire qua liberet illum puta, q̄a habet sindicari, uel aliter imminet sibi periculum nisi iudicet secundū allegata, si enim pars petat iustitiam tenetur iudicare, & si iudicet contra probata imputatur sibi, & similia. Tertiō in tali casu debet, & potest iudicare secundū allegata, & probata, vbi notandum quod tam secundū moralem filosofiam quā secundū iura ex intentione maleficia distinguuntur, & hoc in tantum cōsideratur, ut decimus vna nimiter, quod occidit suum inuaforem aliter se saluare non potens, si intendit occidere, homicida est, si intendit se defendere, sed occisio præiusta etiam, sequitur ex actione defensiva, non peccat neque iniustum facit. Ab intentione igitur iudicis, species & natura huius operis sumēda est. Constat autem, quod iudex de quo est sermo, qui scilicet omnem suam prudentiam adhibuit, vt liberaret innocentem huiusmodi, quod non intendit ex priuata voluntate occidere neque iniustum facere, sed tale iniustum constat consequi ex hoc quod intendit vt publico officio, & utitur illo, vnde nō est iniustum ex hoc, cum hoc non intendat priuata voluntate, seu publica, & tenetur vt publica autoritate populo petente, & plus tenetur vt potestate publica, tunc sibi commissa, quā vitæ alterius non sibi commisse. Nec tenetur deserere propriam defensionem propter mortem per accidēs sequentem, i. præter intentionē, de quo ver. homicidium. §. 7. Nec occidere innocentem per accidēs dando operam rei licitæ, vt in proposito est contra aliquod ius, vt patet de occidente propter defensionem propriæ personæ, vel propriarum rerum, Nec iudex deserit

aliquam veritatem quam tenet amplēcti, eō quod per accidēs actio sua, &c. Et iudicat secundū quod Deus vult eum iudicare, scilicet autoritate publica, dixit quod in ore duorum, &c. Quartō, quod iudex in tali casu non occidit innocentem, sed illi qui probant falsum, hanc opinionē Sanct. Tho. sequuntur quasi omnes canonistæ. s. Io. glo. & Archi. 3. q. 7. 11. quæstio. 3. summo perē. c. iudicet. Ber. & Host. de offi. or. c. 1. Inno. in cap. venerabilis. ff. de offic. præsidi. l. illicitas. §. 1. 6. quæst. 2. c. si tātum, & c. placuit: iudicabit ergo secundū conscientiam quā habet, vt iudex, & non vt homo, c. 2. de offic. delega. Vide aliquid infra ver. iudicium. §. 2. cōcor. Ric. in 3. quodl. 15. & Pe. & Rain. Multum pro ista opinione facit dictum Ambro. in d. c. iudicet, vbi dicitur inter cætera, quod bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticē proprię voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronuntiat, & infra sicut audit, ita iudicat. Et Panor. in cap. venientes, de iure iuran. sic ait. Nota quod iudices debent iurare, vt iudicent secundū leges, vt in auth. iusturan. quod præstat ab his qui sunt ad hoc deputati, ex quo inferitur, quod secundū conscientiam quam habet vt Deus, vel vt homo iudicare, non possunt, de quo infra cap. pastoralis. §. quia verō, de offi. deleg. Contrariam opinionem tenet Nicolaus de lira super illud Exo. 23. Innocentē non condemnabis. & Angelica, ver. sic iudicare. §. 7. & quidam alii dicētes absolute, quod nullo modo potest sic iudicare sine peccato, tum quia est contra præceptum diuinum, vbi supra: non suscipies vocem mendatii, & in c. qui scandalizauerit, de regul. iur. vtilius scandalum nasci permittitur q̄ veritas deferatur, & multa similia adducit Angelica, quæ omnia facilliter soluntur per illa quæ dicta sunt, scilicet quod iudicet, vt iudex, & tenetur iudicare, & vt sic iudicet secundū veritatem, & tenetur sic iudicare. D. Archi. Flo. 3. tit. 9. §. de innocente dicit, quod prima opinio est communior. ver. iudicium. §. 2.

7 ¶ Sextō, quæritur de ministris, vel officialibus quibus mandatur executio sententiæ iniustæ. Respon. secundū San. Tho. 2. 2. quæstio. 64. ar. 6. ad 3. quod minister iudicis condemnantis innocentem, si sententia

tiam intolerabilem errorem contineat, non debet obedire, aliàs excusarentur carnifices qui martires occiderunt. Si verò nõ contineat manifestam iusticiam non peccat præceptum exequendo, quia ipse nõ habet discere superioris sententiam nec ipse occidit in nocentem, sed iudex cui ministerium adhibet. hæc ille. Ray. quasi in eadem sententia cõueniens ait, quòd cum minister scit pro certo illum innocentem, non debet exequi mandatum, sed eum dubitat tũc debet exequi, excusatur enim propter bonum obedientiæ. r. r. quæstio. 3. c. quid er go, & 23. quæstio. 1. quid culpatur, & id quòd dicitur de officialibus intellige etiã de aliis subditis. concor. Alex. de Ales. Tertia parte. in præcepto. 5. & Ricar. in d. quodli. & quia est quasi idem sic de iudice, ideo vraf cautellis ut dictum est in præcedenti. §. Qui dam tamen tenet, quòd nullò modo debet exequi sed sunt extremi: ideo non sequedi quia extrema sunt vitiosa.

8 ¶ Septimò, ¶ vtrum iudex secularis possit iudicare de his quæ sũt peccata, ut de usura, & huiusmodi. Respon. secundum Pan. in c. cum sit generale, de fo. compe. quòd sic, dummodo non disputetur principaliter vtrum sit peccatum vt pater. ff. & C. de condi. indebi. per totum, & hæc est communis opinio, & hoc est verũ quia coram eo potest obici de iuramento si non vertitur dubium de eius validitate, ut in ca. rex debet. 23. q. 5. sed si dubitatur vtrũ sit usura vel ne, peccatum vel ne, tunc iudex secularis non potest, sed ad ecclesiam est recurrendum c. per venerabilem, qui sint si. legi. & in cle. unica, de usu. vnde ex dictis pater, quòd potest iudex secularis compellere ad restitutionem vsurarum, quia etiã de iure ciuili reprobantur hodie secundũ communem opinionem, fallit hoc in crimine hæresis de quo nullo modo potest se intrmittere nisi exequendo, excipiuntur multi alii casus in glo. & per doc. in d. ca. cum sit generale, secundum Pa. tamen nullũ aliud est nisi ut dictum est cum agitur de dubio vtrum valeat iuramentum, vel ne, & huiusmodi, quia tunc non potest vide gl. 3. z. q. 5. c. Christiana religio, & ibi per Archi. Vide aliquid ver. excommu. 5. casu. 28. §. fi.

9 ¶ Octauò, ¶ vtrum iudex ecclesiasticus pos

sit iudicare laicum subditum principis laici, vel etiam principes laicos. Res. q. sic, ratione spiritualitatis, puta si causa est spiritualis, vt de matrimonio, hæresi, & hmõi, vel ratione peccati cuiuscũque mortalis, ut not. in c. 2. & c. nouit, de iud. aliàs nõ. Idẽ dicit S. Tho. 2. 2. q. 60. articu. fi.

10 ¶ Nonò, ¶ vtrum laicus possit in aliquo casu iudicare clericum. Respon. siue causa sit spiritualis, ut de decimis, matrimonio, criminalib. hæresi, usuris, & huiusmodi, siue temporalis non potest, ut in d. c. 2. postea tamen autoritate sibi delegata ab Episcopo in causa temporali merè, de clerico iudicare, aliàs non in d. c. 2. fallit etiam quãdo clericus est degradatus, & traditus curiæ seculari. quia tunc potest. versicul. iudex. §. 25.

11 ¶ Decimò, ¶ vtrum aliquis possit iudicare non subditum. Respon. secundum S. Tho. 2. 2. quæst. 67. art. 1. quòd non, quia iudicare præsupponit vim coactiuam, quæ non est nisi ad subditos aliquo modo, & hanc habent aliquando ordinariè sicut iudices ordinarij, aliquãdo ex commissione sicut iudices delegati. Aliquãdo ex propria spõte sicut in arbitris qui se propria sponte possunt subiicere aliorũ iudicio quãtmuis nõ sint eis superiores, & inde est quòd necesse est arbitriũ pena ualari, quia arbitri qui non sunt superiores non de se plenam potestatem habent coercendi. hæc Sanct. Tho. ver. iudex. prin.

12 ¶ Undecimò, ¶ vtrum quilibet laicus possit se subiicere cuilibet iudici, qui præst. Respon. quòd sic si uult. l. 1. ff. de iudi. & l. 1. C. de iur. omniũ iudi. & intelligitur vel le, & consentire quando scit eum non esse suum iudicem, & tamen litigat sub eo, ut in l. 2. ff. de iud. limita, secundum glo. in c. si diligenti, de fo. compe. uerum in causa ciuili, secus in causa criminali, uide Pan. ibi dem, sed quid si ille cui uult se subiicere, non habet in actu iurisdictionem. Respon. si solum deficiat quia non est sibi subditus potest se subiicere.

13 ¶ Duodecimò, ¶ vtrum similiter clericus. Respon. quòd non sub iudice laico etiam propter temporalia bona sua. c. si diligenti, de fo. compe. nisi agendum contra laicum sub iudice laico etiã de crimine ciuilibus, & tunc tenetur respondere reconuentus,

uentus ut est gl. not. in c. ar. si clerici. de iudi. sed Pa. ibidem tenet, quod etiam sunt solemniter doc. qui tenent quod non potest re conueniri, sed aduerte quod in causa spiritali seu annexa non habet locum reuocatio coram seculari iudice ar. c. tuam, de or. cogni. & c. lator qui sint si. legi. & sic tenent communiter doc. in d. c. ar. si clerici, sed in temporalibus videtur quod sic, vide ver. iudex. §. 2. §. & supra c. §. 9.

14 ¶ Decimotertio, ¶ virum laicum, laicum super re ciuili possit conuenire sub papa. Respon. fm Pan. in c. licet, ex suscepto, de fo. comp. non nisi in aliquibus: & primò qñ hoc habet consuetudo, ut in ca. si clericus, de fo. comp. secundò, in terris subiectis ecclesie quo ad temporalia, ut in d. c. si clericus. tertio qñ causa de qua agitur spectat ad ecclesiasticum de iure, ut in c. tuam, de cog. & c. cum sit generale, de fo. comp. quarto quando uacat imperium, & additur papa in causa spectante ad imperatorem, ut in d. c. licet. quinto, quando datur negligẽtia principis in iustitia administranda, ut in d. c. licet, & d. cap. cum sit. sexto quando impetratur à persona miserabili, & oppressa ut in c. ex parte. B. de fo. comp. septimò qñ iudex secularis, qui non habet in prouincia superiorem allegatur suspectus uel non vult facere iustitiam ut in auth. ut diffe. iud. §. 1. & 2. octauò in causa renunciationis. 3. q. 8. cuius in agendo. nonò secundò Host. in causis mortuorum à defunctis derelictorum in auth. de eccle. ritu. §. si autem. decimò, qñ secularis iudex inuocat auxilium ecclesie. 23. q. 5. administratores secundum Inn. puta quia subditi sunt sibi inobedientes. vñ decimò, ratione administrationis sumptu à laicis, ut no. in c. iudicatum. 89. di. 12. si ecclesiarum serui, ut homines seruientes indebitè à laicis collectantur. c. ecclesiarum seruos. 12. q. 2. & in authen. Item nulla communitas. C. de epif. & cle. decimotertio. quando in prouincia nõ est iudex aut superior laico tunc potest adiri Episcopus, & est casus in authen. differ. iudi. §. si uerò contigerit. decimoquarto, quando aliquid est ambiguum, & ut difficile inter iudices variatur. ut in cap. per venerabilem, qui sint si. le. decimoquinto, quando agitur per viam denunciationis euangelicæ, ut in c. nouit. de iudi. decimo-

sexto, quando causa profana est annexa seu coniuncta cum causa spectante principaliter ad ecclesiam, exemplum ponit de dote, ut in c. de prudentia, de do. post diuor. re. & hoc quando non agitur principaliter de dote, sed ex consequentia. hæc Pa. cum multis declarationibus.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ quando aliquis clericus detinetur à iudice seculari, & de nocto apparet, qd est clericus debet restitui. ver. ex communicatio. 5. casu. primo. §. 2. §. & tunc pertinet cognitio ad iudicem ecclesiasticum si petatur restitui, & iudex secularis recuset, quia de re agitur spiritali, sed debet uocari iudex secularis aut alius cuius interest de sen. exc. si iudex lib. 6. Et si est notorium, quod sit clericus statim restituetur, si ne aliqua cognitione, si uerò gerebat se ut clericus in habitu & tonsura, & non est notum ipsum esse clericum restituetur, sed postea cognoscetur an sit clericus. Si uerò ante deprehensionem se habebat pro laico, & sic communiter habebatur, non est restituendus quousque fiat fides de clericatu, sed tamen interim processus iudicialis contra eum quiescet d. c. si iudex. Sed quid si post delictum est factus clericus uel religiosus. Respond. quod si fecit in fraudem, & hoc sit notum iudex secularis poterit exequi. si uerò est notum, quod non fecit in fraudem restituetur: si uerò est dubium, & fecit se clericum post processum inceptum etiam exequitur iudex secularis: si uerò ante, restituetur. hæc secundum Bar. in l. 1. ff. de pœnis, sed secundum Ioan. And. debet intelligi in illis casibus ubi dicitur, quod iudex secularis exequatur quantum ad executionem honorum, sed persona semper restituetur, nisi degradetur, intellige etiam quando dicitur si fieret religiosus, quod debet intelligi de religione approbata, secus si acciperet habitum aliquem qui gaudet priuilegio fori, & tamen non sunt propriè religiosi, ut bighini.

DE IUDICIO.

1. *Iudicium quid importet.*
2. *Iudicium ex suspitione procedens utrum sit peccatum mortale.*
3. *Iudicandum an semper sit secundum leges scriptas. Etiam si sine iniuste. m. 4.*
5. *Iudicandum an semper sit secundum uerba legis.*
Iudicium

- 8 *Iudicium quando dicatur extraordinarium.*
 7 *Iudicium quot modis redditur nullum.*
 8 *Ad iudicium qui vocari non possunt.*
 9 *Iudicium erit nullum si pupillus vocetur in iudicio, & nullus eum defendat.*
 10 *Mulier an possit vocari in iudicium, & quid si citeatur de facto. 11.*
 12 *Iudicium qualiter pervertitur.*
 13 *Iudicium qua hora exercetur.*
 14 *Iudex an possit indicare ultimo die officii sui.*
 15 *Iudicare in quo loco debeat, & quomodo. 16.*
 17 *Iudicium temerarium quod universaliter prohibetur tribus modis dicitur.*

Iudicium ¶ fm S. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 1. im portat fm primam, & propriam nominis impositionem, diffinitionem, uel de terminationem rei iuste, uel iuris, q̄ autē aliquis bene diffiniat aliquid in operibus virtuosus requiritur primò, vt habeat cognitionē. Secundò, ut sit bene dispositus quod sit, per habitum uirtutis, & sic ad hoc, q̄ aliquis rectē iudicet requiritur cognitio quod pertinet ad prudentiam, & uirtus que est ipsa iustitia. vnde iudicium quamuis sit actus prudentiæ, & intellectus tamen denominatur à iustitia, & est ampliatus ad significandum rectam determinationem in quibuscunq; rebus, extenso nomine iudicii. Iudicium igitur quod importat rectam determinationem eius quod est iustum, propriè pertinet ad iustitiã propter quod philosophus 5. Ethic. dicit, quòd homines ad iudicem confugiunt sicut ad quandam iustitiam animatam. Ad hoc autem iudiciũ vt sit iustum requiruntur. 7. Primò, ut procedatur ex inclinatione iustitiæ. Secundò, quòd procedat ex auctoritate præsentis, de iudi. cap. 21. si clerici. Tertio quòd proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. quodcunq; autem horum defuerit erit iudicium vitiosum, & illicitum, vno quidem modo quando est contra rectitudinem iustitiæ, & sic dicitur iudicium peruersum, uel iniustum. Alio modo quando iudicat in his in quibus non habet auctoritatem, & sic dicitur iudicium usurpatum. Tertio quando deest rectitudo rationis, puta cum aliquis de his iudicat, quæ sunt dubia, vel occulta propter aliquas leues coniecturas, & sic dicitur iudicium suspiciosum, vel temerarium, de quo infra §. 16. & ver-

sculo suspitio.

¶ Primò, ¶ verũ iudiciũ ex suspitione procedet sit peccatum mortale. Resp. secundũ S. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. quòd sic, quando est de aliquo graui. Ait enim sic. Cum aliquis iudex in aliquo graui ex suspitione, id est sc̄u: iudicio, procedit ad aliquem condemnandum, hoc directè ad iustitiam pertinet, vnde est peccatum mortale. & ibidẽ ad tertium, ait. Iustitia, & iniustitia sunt circa exteriores operationes, vnde iudicium suspiciosum directè ad iniustitiam pertinet quã ad actum exteriorẽ procedit, & tunc est peccatum mortale, iudicium autem interius pertinet ad iustitiam secundum, quòd comparatur ad exteriorẽ iudicium, ut actus interior ad exteriorẽ, sicut concupiscentia ad fornicationem, & ira ad homicidium, & sic quando est deliberatè de aliquo est mortale, ut dicitur infra de iudicio temerario. §. 16. & ver. suspitio prin. d̄ etia in gl. 2. q. 1. c. 1. semper. q̄ triplex est suspitio. i. uolenta, vt si reperitur suspectus cum suspecta, nudus cum nuda in eodẽ lecto, & hæc inducit condemnationem tanquam sufficienter probatum. 2. q. 1. dicit dominus. secunda est probabilis. ut cum oritur infamia de aliquo etiam apud graues personas, & hæc licet non faciat probationem, inducit tñ purgationem, quam pot̄ prælati exigere. 2. q. 4. presbyter. tertia est temeraria quæ oritur ex leuib; & de illa propriè intelliguntur dicta S. Tho. hic.

¶ Secundò, ¶ verũ sit iudicandũ secundum leges scriptas, semper. Resp. vbi supra ar. 5. q̄ sic. Iudicium enim nihil aliud est quàm quedam diffinitio uel determinatio eius quod est iustum. sit autem aliquid iustum dupliciter. vno modo ex ipsa natura rei quã dicitur ius naturale. Alio modo ex quodã cõd. cõ. inter homines quod dicitur ius posituum leges autẽ scribuntur ad titiũ que declarationem, aliter tamen & aliter. Nam legis scriptura ius quidem naturale continet, sed non instituit, non habet. n. robur ex lege, sed ex natura, ius autem posituum scripturam legis, & continet, & instituit, dans ei auctoritatis robur, & ideo necesse est, vt iudicium fiat secundum legis scripturam, alioquin iudicium deficeret, vel à iusto naturali, vel à iusto posituo. Vi de supra uer. iudicare. §. 5.

¶ Tertio,

- 4 ¶ Tertio, ¶ verum sit iudicandum *fm* leges scriptas iniustas. Resp. q. non. vnde ubi supra, ad primum ait. Lex scripta sicut nō dat robur iuri naturali ita nec potest eius robur minuire vel auferre, quia nec voluntas hominis potest immutare naturam, & ideo si scriptura legis continet aliquid contra ius naturale iniusta est, nec habet vim obligandi, ibi enim ius posituum habet locum ubi quantum ad ius naturale differit verum sic vel aliter fiat: & ideo nec tales scripturæ, leges dicuntur, sed potius leges corruptiōnes, & ideo secundum eas non est iudicandum infra verbi. iurare. §. 5.
- 5 ¶ Quarto, ¶ verum semper sit iudicandum *fm* verba legis. Res. ubi supra ad secundū ubi sic dicitur. Sicut leges iniquæ *fm* se contrariantur iuri naturali, vel ut in pluribus: ita & leges quæ sunt recte positæ in aliquibus casibus deficiunt in quibus si seruari essent contra ius naturale, & ideo in talibus non est *fm* literam legis iudicandum, sed recurrendum ad æquitatem quam intendit legislator. vnde iuris peritus dicit. nulla rō iuris, aut æquitatis benignitatis patitur. ut quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodū producamus ad seueritatem, & in talibus est legislator aliter iudicaret, & si cōsiderasset legem aliter determinasset, vide aliquid ver. æquitas, sed quid qu. aliquid est secundum intentionem legis, & lex est iusta, sed æquitas est contra. Resp. *fm* Pan. in c. si. de trans. *fm* gl. q. ius semper est præferendum æquitati, etiam vult q. propter æquitatem non scriptam non debet iudex à iure scripto recedere, quia non debet iudex esse clementior lege, vel uideri ut dicit tex. in athen. de iud. §. oportet sed doc. faciunt tria membra, quia aut neutrum est scriptum. s. nec ius nec æquitas. & tunc iudex debet seruire æquitatem. ut in d. c. si. ad hoc adde notabile uerbum Inn. in c. 1. de consti. q. sequitur Bar. in l. 1. C. de ill. q. in his quæ relinquuntur in arbitrio iudicis debet semper sequi æquitatem. Aut alterum tantum est scriptum, & illud est seruandum in genere, & æquitas in specie vel econtra & seruandum est, q. in specie reperitur scriptum, quia species derogat generi: aut ambo sunt scripta, seu generaliter & tunc communi-
- ter tenetur, q. est proferenda æquitas.
- 6 ¶ Quinto, ¶ not. *fm* gloss. & Doct. in c. quoniam. de prob. q. iudicium dicitur extraordinarium, quando non proceditur in figura iudicii, sed iudex procedit ex officio suo in modum inquisitionis uel denunciationis. ut de accu. c. qualiter, & quando el. 2. Item in causis electionis uel postulationis aut prouisionis super dignitatibus, per sonatibus, officiis, canonibus præbendis seu quibuscumque aliis matrimoniis beneficiis ecclesiasticis aut super decimis, & vltis in quibus procedendum est simpliciter & de plano dicitur procedere extraordinarie de quibus in c. olim de accu. Dicitur etiam extraordinarie quando est delegatum. Item quando iudex ecclesiasticus cognoscit de temporalibus laicorum ratione peccati annexi, de iudi. nouit. Et dicitur iudicium civile, quando finis tendit ad commodum partis, criminale uero, quando ad commodum rei publicæ siue poena sit corporalis siue pecuniaria gloss. in l. prætor. ff. de sepul. uio. & fuit opinio Inn. in c. qualiter, & quando. 2. de accus.
- 7 ¶ Sexto, ¶ quot modis redditur iudiciū nullum. Respon. tripliciter. Primò ratione iudicis incompetētis, puta quia non habet auctoritatem super eum quem iudicat ut supra prin. Secundò ratione personæ agentis puta quia est minor, & agit sine auctoritate curatoris. C. de iud. l. proferendum, in fi. Item excommunicatus: familia enim nō possunt agere nisi in causis expressis à iure. Tertio ex parte rei puta, quia non potest tractari sub tali iudice sicut ius patronatus de iudi. c. quāto. uel res ecclesiastica. c. decernimus. de iud.
- 8 ¶ Septimò, ¶ qui sunt qui non possunt uocari ad iudicium. Respon. multi de quibus. ff. de in ius uocan. l. 2. & 3. Et sunt consul, præfectus, prætor. Magistratus, qui habet imperium merum aut mixtum. Nec episcopus dum sacra agit, nec ille uxorem duxit nec illa quæ ducitur in uxorem, nec qui suauis familiare prosequitur uel iuxta mortuum facientem obsequia, nec qui propter religionem loci se mouere non pōt ut regularis uel inclusè. ponūtur alibi alii ut sunt furiosi, infames. ff. de condi. sur. l. 2. & uerū per se, sed bene per tutores, & curatores. Item nec seruus dominum, nec liberus patronum

- patronū in famosis actionibus, nisi uenia impetrata in ius uocare potest, de quibus in d.l. de in ius voc. & sequentibus.
- 9 ¶ Octauo, † quid si pupillus uocatur in iudicium, & nullus eū defendit. Resp. nullū erit iudicium. ff. de re iudi. l. contumacia.
- 10 ¶ Nono, † utrum mulier possit uocari in iudicium. Resp. q̄ non personaliter nisi in casibus expressis à iure, & hoc intellige contra eius uoluntatem, secus si uellet, ut in c. mulieres. de iudi. lib. 6. & sunt isti casus expressi in iure in quibus uocatur. Primò in causa criminali. ff. de publi. iudi. l. pe. §. ad crimen. Secundò in ferendo testimonium in causa criminali quando potest admitti, de quo infra uer. testis prin. Tertiò, quando est nutrix filiorum si non uult actorem constituere. Insti. de cura. §. vlti. utrum autē mulieres religiose si ipse uolunt possint similiter euocari ad iudicium. Resp. q̄ non, pro nulla causa intellige personaliter, ut in d. c. mulieres.
- 11 ¶ Decimo, † quid si citentur de facto aliquę mulieres contra præmissa. Resp. irritum est ipso iure, ut in d. c. mulieres, imò est excōicatus singēs causam, ut iudex uadat ad mulierem proferendo testimonio, sed ex causa uera, si testimonium, est necessarium debet iudex ad eas ire, uel si non deest alterum mittere, ut in d. c. mulieres.
- 12 ¶ Undecimo, † qualiter puertitur iudiciū. Resp. quattuor modis. scilicet timore, cupiditate, odio, & amore. l. i. q. 3. quattuor.
- 13 ¶ Duodecimo, † qua hora pōt iudiciū exercere. Resp. q̄ de nocte non est honestū. de offi. dele. consului, tñ si iudex procedit de nocte cum lumine candellæ ad litis contestationem, uel in iūe prolationē ualet quod agit licet facere non deberet, dummodo aliud non impediatur, quia multa prohibentur quæ tamen facta tenent de regu. c. ad apostolicam. de iur. iu. quemadmodum, §. quod si pōt. uide uer. dies, & uer. citatio.
- 14 ¶ Decimotertiò, † utrum iudex possit iudicare ultimo die sui officii. Resp. q̄ non, ut in l. eum qui. ff. de iur. omni. iudi. tñ tenet si iudicet, ut in l. meminisse. ff. de offi. procon. & hoc intellige in ordinario, quia delegatus etiam ultima die iudicat, ut in c. si consului, de offi. dele. Bar. tñ in l. eum qui limitat uerum post aduentum successoris qñ an te licet iudicat d. l. meminisse.
- 15 ¶ Decimoquarto, † in quo loco debeat iudicare. Resp. in loco suæ iurisdictionis, nisi de consensu partium, & iudicis territorii. 6. q. 1. Episcopum, cum duobus sequētib; uide glo. in c. ut litigantes de offi. or. lib. 6. fallit etiam hoc in Episcopo expulso, sed quæ sunt uoluntarie iurisdictionis possunt ubique exerceri. l. 2. de offi. procon. & c. nouit, de offi. lega. & ibi glo.
- 16 ¶ Decimoquinto, † quomodo debet iudicare. Resp. sedendo, ut no. in §. sedebunt in Authen. de iudi.
- 17 ¶ Decimo sexto, † remerariū iudicium quod uinculaliter phibetur, dicitur sex modis. Primò, ex parte iudicantis per uisurpationē officii sibi non imposti. Secundò per indignitatem ad Ro. 19. Tu qui es qui iudicas alienum seruum. Tertiò propter ignorantiā. Ex parte uerò rei est. Quarto, qñ iudicatur persona quantum ad euentum futurum, quia nemo desperandus est, de pœn. dist. 7. nemo. Quintò, quando iudicatur in uentio incerta. Sextò, qñ iudicatur factum occultum, quia de incertis & occultis temerarium est iudicare secundum gl. super illud Mat. 7. Nolite iudicare. Vide supra, in prin. & §. i. & infra uer. suspicio.

DE IURAMENTO.

- 1 Iurare quid est.
- 2 Iuramentum quotuplex sit. 3.
- 4 Iurare an sit licitum.
- 5 Iurare per creaturas an liceat.
- 6 Iurare per mēbra Dei & Sanctorum an liceat.
- 7 Forma iuramenti quam facit Imperator Papæ, & de aliis formis.
- 8 Iuramenti comites ires an conuenienter ponantur.
- 9 Iuramenti conditio prima est iudicium discretionis.
- 10 Iuramenti secunda conditio est ueritas.
- 11 Iuramenti tertia conditio est ueritas.
- 12 Si quis iurauit facere aliquid quod non tenetur, & est bonum, & alicuius importantie, & tamen non intendebat se obligare an peccet.
- 13 Iuramentum factum de non fidei iudicando, uel non dando elemosinam an teneat.
- 14 Iurans secundum cuius intensionem iniurare debeat.
- 15 Iuramentum cadens super contractu ficto an obliget.
- 16 Clericus si iurauit stare mandatis Episcopi, & ipse

- ipse mandat, ut renuntiet beneficio, & non ap-
pellet an teneatur.*
- 17 *Conditio aliqua an intelligatur quando quis simpliciter iurat.*
 - 18 *Iuramentum an, uel uotum magis sit obligatorium.*
 - 19 *In iuramento utrum possit dispensari, & quis possit. 21.*
 - 20 *Iuramentum an possit relaxare ille, cui aliquid promittitur cum iuramento.*
 - 21 *Iurare an possit quilibet indifferenter, & in omni tempore.*
 - 22 *Iuramento an contraveniri possit, si qui sibi in vicem iurauerunt de aliquid non faciendo.*
 - 24 *Iuramento si quo compromiserint in arbitros an contravenire possint.*
 - 25 *Si quis iurauit alteri dare decem, & ille similiter debeat sibi altera decem an possit compensari.*
 - 26 *Iurans non expellere inquilinum an possit repellere si non soluat pensionem.*
 - 27 *Si quis iurauit tenere aliquid secretum an indistincte teneatur.*
 - 28 *Actus gestus contra iuramentum an sit nullus.*
 - 29 *Iuranti an quis possit fidem frangere.*
 - 30 *Iuramentum factum alicui an obliget successores iurantis.*
 - 31 *Venditor si iurauit non venire contra venditionem, & nunc dicit se deceptum ultra dimidia an possit audiri.*
 - 32 *Intellectus ad c. iuramenti. 2. q. 5.*
 - 33 *Iuramentum an intelligatur per ista uerba.
In ueritate dico uobis.*
 - 34 *Inducens aliquem ad iurandum maxime quando scit quod iurabit falsum an peccet.*
 - 35 *Universitas, sine societate quomodo per iuramentum obligetur, & an teneatur si maior pars facit. 36.*
 - 37 *Periuri an sint sicut lares, uniuersitates, collegia, & hmoi contraveniendo iuramento facto in eorum statutis.*
 - 38 *Si homines alicuius societatis, & huiusmodi iurauerint aliquid se facturos, an possint inter se remittere.*
 - 39 *Si quis iurauit statuta seruare an teneatur ad ea edenda.*
 - 40 *Statuta communitarum & hmoi confirmatio per episcopos & superiores utrum non obstant se tali confirmatione predictis modis illis contraveniri possit.*
 - 41 *Et quid de statutis quibusdam aliarum ciuitatum.*

Iurare ¶ Em. s. T. z. z. q. 89. ar. 1. est assumere Deū in testem, quod ideo fit quia in rebus humanis nō possumus habere certitudinē ab homine tum quia plurimi in mendacium labuntur, tum quia deficit in cognitione vñ querimus illā a Deo qui omnia scit, & in quo non potest esse mendacium, & omnes potest punire qui illum in testem falso assumunt, & dī iuramentū quia quasi pro iure introductum est, ut qđ sub inuocatione diuini testimonii, dicitur pro uoto habeatur, uel iurare est Deum in testem uocare. vnde Aug. in quodam sermone de periuro. Quid est iurare per deū, nisi testis est Deus, & est actus latræ. i. quo honoramus Deum. vnde Hie. super Mar. qui iurat aut ueneratur aut diligit eum per quem iurat. Quidam canonistæ diffiniunt dicentes, iuramentum est, affirmatio uel negatio de aliquo licitō probabili, & honesto facto uel fiendo sacræ rei attestatio firmata, quod sit siue ore, siue facto, puta tangendo literas uel aliquid hmoi. Et notandū qđ quis aliqui quis iuret per creaturas semper tñ iuratur per Deum principaliter in quātū diuina uirtus in creatura manifestatur, ut cū iuratur per fidem uel per euangelium uel per sanctos intelligitur per Deum cuius ueritas continetur in fide eius, uel in eius Euangelio, & sancti hanc prædicauerunt, & tenuerunt. Idē ponit. s. T. 3. sententiarum. di. 39. ar. primo uide infra §. 4.

2 ¶ Primo, ¶ Quotuplex est iuramentum. Respon. diuersi diuersas ponunt distinctiones, unde s. T. ubi supra, iuramentum est, duplex. s. assertorium quod fit de aliquo presenti, uel præterito, cum. s. quis iurat sic fuisse factum uel sic modo esse. Aliud dicitur promissorium cum. s. quis iuramento promittit aliquid se facturum, & quodlibet horum fit dupliciter quia uel per simplicem attestatiōē, ut cū simpliciter iurat aliquid se fecisse uel esse uel non esse uel esse facturū uel non facturum aliquid, uel fit p̄ esecrationē puta cū iurat si nō est sic ut asserit uel si nō faciet quod promittit qđ Deus non adiuet eū, uel nō saluet uel eueniat sibi tale uel tale malum uel filiis suis, & hmoi, & sic obligat illud per quod sic iurat ut diuinum iudicium in eo exercetur uel diuina ultio, si non iurat uerum. Qui-

dam aliter distinguunt dicentes, q̄ duobus modis iuratur, primò solo sermone, sicut in ueteri lege dicebant, *Viuit dominus, uel uita anima mea, hoc addat mihi dominus.* i. Res. 12. 22. q. 1. c. & iurabunt, in primitiua uerò ecclesia, iurabant dicentes, *testis est mihi Deus. Deum inuoco in testem, ueritatem dico in Christo, & non mentior, testis est conscientia mea* 22. q. 1. si peccatū. & sic Deus te adiuet. 3. 5. q. 6. ea. de parentella. Item per euangelium Christi, per eueem, per ordinem sacrum, per sanctos: unde *fm Ray.* aliter iurabatur. i. secundum aliam formam iurabant in ueteri lege. s. dicendo *uiuit dominus, & uiuit anima tua.* 4. Respon. 4. & d. capitū. & iurabant in nomine meo uiuit dominus, &c. Et hoc iuramentum est per simplicem attestationem, & est sensus. ita hoc est uerum, sicut est uerum quòd Deus uiuit, & anima tua uiuit. uel iurabatur per execrationem s. hoc faciat mihi Deus, & hæc addat, scilicet si non fecero, sic Deus faciat mihi uel alii hæc mala. hæc no. Pa. in ea. & si Christus de iur. iur.

- 3 ¶ **Secundò, ¶** Aliter distinguunt aliqui maximè canonistæ. quòd duplex ex iuramentum, aliud iudiciale, aliud extraiudiciale: primum est quòd defertur in iudicio, & istud aliquando dicitur iuramentum de calumnia quo quis iurat se bona fide non animo calumniandi, causam mouisse, uel respondere, seu aliquid aliud proponere, ut C. de iura. calū. l. 2. §. 1. ff. fa. ercif. l. iter cohæredes, §. qui familiæ creif. Et est calūnia falsa petitio, uel iniusta repulsio, facta scienter, & istud iuramentum non tantum debet esse de præterito, sed etiam de futuro, ut d. §. qui. familiæ creif. Aliquādo solum dicitur iudiciale, & dicitur iurare in litem ex eo quòd propter litem uel rem in litem. i. petitam præstatur, unde aliquando datur a iudice quando deficientibus probationibus habet unum testem, uel famam, & compellit eum iurare, & dicitur necessarium, quia pars non potest illud recusare sine causa, ut in ca. si. de iur. iur. in principio. Appellatur desertorium quia præstatur ad litis decisionem. Aliquando istud iuramentum iudiciale datur à parte parti, & istud bene potest recusari, ut d. c. si. Extraiudiciale iuramentum appellatur

uoluntarium quia uoluntate, & ex conuentione partium suscipitur, & istud diuiditur, ut in §. precedenti.

- 4 ¶ **Tertiò, ¶** utrum sit licitum iurare. Respon. secundum s. Thom. ubi supra ar. 2. q̄ iuramentum secundum se est iustum, licitum, & honestū, quòd patet ex origine, & fine: ex origine quidem, quia iuramentum est introductum ex fide, qua homines credunt Deum habere infallibilem ueritatē, & uni uersalem omnium cognitionem, & prouisionem. Ex fine autem, quia iuramentum introducit ad iustificandum homines, & ad finiendum controuersias, ut dicitur ad Hæbre. 6. Sed iuramentum potest cedere malum alicui ex eo q̄ malè utitur eo. i. sine necessitate, & cautela debita: uidetur enim paruum reuerentiam habere ad Deū qui eum leui causa testem inducit, quòd non præsumeret etiam de aliquo uiro honesto. imminer etiam periculum perituri, quia de facili homo delinquit in uerbo, secundum illud Ia. 3. Si quis in uerbo non offendit hic perfectus est uir. unde Eccl. uigesimo tertio. dicitur. Iurationi non acquiescat os tuum, multi. n. casus in illa. Et propter hoc dominus Mat. 5. dicit. Ego dico uobis non iurate omnino, & Ia. 5. Ante omnia fratres mei, nolite iurare. Non quia non sit licitum omnino iurare, quòd ostenditur ex eò quòd Paulus in epistolis suis iurauit, sed ne iurando ad facilitatem perueniant, & ex facilitate ad consuetudinem, & ex consuetudine ad peritium. unde non legitur, q̄ Apostolus iurauerit nisi scribendo quòd sit cum maiori cautela. hæc s. Thom. & Rai. ait duplex est causa inuentionis iuramenti, una propter infirmitates non credentium, ut puta cum alicui suaderet aliquod bonum & non credit uerbo simplici, introductum est quòd possumus iurare. 22. q. 1. ca. non est contr. & c. si peccatum. Alia causa fuit permissiua. s. propter euitandā idololatriā propter quod concessum fuit iudeis iurare per Deum, ne iurando per creaturas in idololatriæ incidere, 22. q. 1. c. confidra. Est ergo iuramentum licitum, & meritum quando per ipsam proximo subuenitur. unde in psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. & sequitur. q̄ iuratus proximo suo, & non decipit. Non tamen

est affluendum adiurum propter periculum periculum, propter quod nisi ob necessitatem vel utilitatem est iurandum 22. q. 1. c. ita ergo. Et sic intelligendum est quando-
cunque iurum inuenitur prohibitum. s. q. sp. intelligitur prohibitum nisi rationalis necessitas vigeat c. & si Christus, de iur. iur. hæc Ray. conformiter Sancti. Thomas.

¶ Quarto, ¶ Vtrum sit licitum iurare per creaturas. Resp. secundum S. Tho. ubi supra ar. 6. quod iuramentum principaliter refertur ad Deum cuius testimonium inuocatur, secundario autem assumuntur aliqua creatura non secundum se, sed in quantum in eis diuina veritas manifestatur: sicut iuramus per euangelium, id est per Deum, cuius veritas in euangelio manifestatur, & per sanctos qui hanc veritatem crediderunt & obseruauerunt, & hoc fit per simplicem contestationem. Aliquando autem iuratur per creaturam per quandam execrationem ut dictum est supra, & in hoc iuramento inducitur creatura aliqua ut in ea diuinum iudicium exerccatur, & sic solet homo iurare per caput suum, aut filium suum, aut per aliquam aliam rem quam diligit, sicut & apostolus iurauit. 2. cor. 1. dicens. Ego testem Deum inuoco in animam, & Ioseph per salutem Pharaonis iurauit, utroque modo intelligi potest, vel per modum execrationis quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo si non sic faceret, vel per modum contestationis quasi contestando veritatem diuinæ iustitiæ ad cuius executionem principes terræ constituntur, & sic inuocatur diuinum testimonium q. in creaturis relucet. Prohibuit autem dominus Mat. 5. non iurare omnino per cælum, neque per terram, neque per Ierosolimam neque per caput tuum, ita q. eis exhibeatur reuerentia diuina, vnde Hier. ibidem dicit, q. iudæi per Angelos & cætera huiusmodi iurantes, creaturas venerabatur Dei honore, & eadem ratione punitur clericus per creaturam iurans, quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet. 22. q. 1. c. clericum, vnde in sequenti c. dicitur. Si quis per capillum vel caput iurauerit nel alio modo blasphemiam contra Deum usul fuerit, si in ecclesiastico ordine est deponatur, hæc ille. sic igitur iurare per creaturas tanquam per id quod principaliter in testimo-

monium iurando inuocatur est prohibitum tanquam blasphemiam ut pote quia attribuitur honorem latræ creaturæ: vnde præcipitur Exo. 23. per nomen externorum deorum non iurabitis. Si autem iuretur per creaturas in quantum Deus per quem principaliter iuratur reperitur in creatura & relucet in ea modo dicto non est prohibitum.

¶ Quinto, ¶ de his qui iurant per membra Dei vel sanctorum Resp. fm. D. Ar. Flo. q. aut iurat per membra inhonesta, & sic sonat blasphemiam, & est mortale, & magnam irreuerentiam facit, & sic intelligitur. c. si quis per capillum. 22. q. 1. aut iurat per membra honesta ut per corpus, vel sanguinem vel caput, vel huiusmodi, & tunc de se non est peccatum ex modo iurandi, sed esse posset si ex contemptu, vel irreuerentia sic ageret, vnde possunt poni aliqua conclusiones. Prima q. semper quando iurando blasphemiat peccat mortaliter versiculo blasphemiam. s. primo. hæc intellige si aduertit quod dicit, de malo. cap. statuimus, ubi propter enormitatem debet imponi penitentia publica. Secunda conclusio quod nomina membra Dei & sanctorum inhonesta est mortale. Tertia quod quocunque modo periurat peccat mortaliter, quia est directè contra præceptum decalogi. Non assumens nomen Dei tui in uanum. Aliàs si iurat ueritatem non est peccatum nisi propter irreuerentiam vel contemptum.

¶ Sexto, ¶ De forma iuramenti quod facit imperator papæ, habes in clemen. romani, de iureiuran. tam in text. quam in gloss. forma uero iuramenti quod faciunt episcopi papæ qui sunt exempti, habetur in c. episcopus. eo. titu. Nam non exempti episcopi iurant suis archiepiscopis ut in c. dilecti, de maio. & obediens. hodie tamen omnes recipientes dignitates à papa sibi iurant etiam Abbates in benedictione sicut episcopi in consecratione, comprehendit autem hoc iuramentum septem articulos. Primus est, quod iurant fidelitatem sancto Petro, & Romanæ ecclesiæ, & papæ tunc existenti, & successoribus suis, & intelligitur secundum Innocentium, seruire fidelitatem beato Petro, quando seruat fidem, & doctrinam quam seruauit Beatus Petrus, id est fidem catholicam. seruat autem fidelitatem Ro-

mane ecclesie quando tenet eam matrem & magistram præcedentem, & dominam in eam et intelliguntur Cardinales fm̄. io. An. cū ipsi cum papa constituant ecclesiam Romanam, intelligitur tribi papa, sed tū fit mentio specialis papæ, & sic iurans non astringitur cuiuslibet in particulari, sed ipsi collegio, secus in papa, cum ipse nomenetur in speciali. Ista est forma abstracta ex registro Greg. Ego episcopus N. ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro sanctæ que Romanæ ecclesie domino meo papæ. N. eiusdem que successoribus canonicè intrantibus. Non ero in consilio aut in facto, ut vitam perdat aut membrum, uel capiatur mala captione: consilium quod mihi aut per se aut per literas aut per nuncium manū festabit nulli pandam: papatum Romanæ ecclesie, & regulas sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum, & retinendum saluo honore meo, contra oēs homines, vocatus ad sinodum veniam nisi impeditus fuerō canonica prædicatione, Legatum Apostolicæ sedis quem certum esse cognouero in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo, Apostolorum limina singulis annis uisitabo aut per me, aut per certum nuncium, nisi eorum absoluat licentia. sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Vide ubi supra in gloss. De forma iuramenti quod faciunt rectores & curati episcopis suis, dicit Host. quod secundum diuersitatem locorum diuersa seruantur, hæc tamen videtur congrua & per iura probari. iurabit primò quòd erit fidelis episcopo & obediens eo. ut. c. nullus. sub quo intellige quòd seruabit sententias eius & faciet seruari. secundò quòd mandata sancta & honesta implebit, de offic. Archi. capitu. si. tertio quòd nihil alienabit de bonis ecclesie sine eius licentia. 17. q. 4. inuentionibus quarto quòd nomine ecclesie ultra certam summam quæ arbitrariè determinetur non contrahet mutuum. quinto quòd ecclesiam non reliquet nec ad aliam se transferet sine sui licentia. c. admonet de renun. sexto quod iura ecclesie pro posse petet, & defendet, utilia ei procurabit, & nociua uitabit ar. 16. quæst. 1. qui verè. septimò iurabit quod nihil dedit, uel dabit nec aliquid pactum faciet nec aliquid illicitum com-

mittet per se uel per alium pro adipiscenda dignitate, sententia uel ecclesia, de pactis capitu. primo & quòd si hoc uitium ad eum peruenerit adnunciabit, & ad uoluntatem eius renunciabit illi uitio. octauò quòd tempore suo ordines recipiet si nondum recipit capitu. queris, de arat. & qua. or. nonò quòd in ecclesia personaliter residet, & deseruet ordine suo capitu. relatum, de cle. non resi. decimò quòd non soluet ultra antiquam pensionem seu censum in capitu. tua nos. eodem titulo, & hoc intellige de clerico beneficiario.

Nam alii clerici, scilicet non beneficiati non tenentur iurare episcopo nisi sint dispensatores, uel administratores rerum ecclesiam. d. c. nullus. De forma iuramenti uasalli quod præstat domino suo habetur. vigesima secunda quæstio. quinta capi. de forma, ubi dicitur. Qui fidelitatem domino suo iurat, ista sex semper in memoria debet habere [incolumem, tutum, honestum, utile, facile, possibile.] [incolumem, ne scilicet sit in damnum de corpore suo domino suo. Tutum ne sit ei in damnum de secreto suo, uel in munitionibus per quas tutus esse possit. Honestum ne sit ei in damnum de sua iustitia, uel de aliis causis quæ ad eius iustitiam, uel honestatem pertinere uidentur. Utile ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile ne id bonum quod dominus suus leuiter facere poterat faciat ei difficile. Possibile ne id quod possibile erat reddat ei impossibile, & sic in eis contrariis sit fauorabilis, & ita contra debet dominus uasallo. De forma iuramenti hæreticorum uersiculo inquisitor. §. 20.

¶ Septimò ¶ **V**trum conuenienter ponantur tres comites ipsius iuramenti ad hoc, quòd sit licitum uidelicet ueritas, iudicium, & iustitia. Respond. quòd sic secundum beatum Hiero. super id quod Iere. 4. scribitur. Iurabit uiuere dominus, in ueritate, & iudicio, & iustitia, quod declarat S. Thom. est supra ar. 3. dicens. Iuramentum non est bonum nisi ei qui bene utitur iuramento. Ad bonum autem usum iuramenti duo requiruntur. primò quidem quod aliquis non leuiter, sed ex necessaria cā, & discretè iuret, & quum ad hoc requiritur iudicium, scilicet discretionis, ex parte iurantis

tantis, ut scilicet bene exaninet, & disce-
nat quod iuratur, si est uerum, & si est suffi-
ciens causa, & urgens. Secundò quantum
ad id quod per iuramentum confirmatur,
ut scilicet neque sit falsum, neque sit ali-
quid illicitum, & quantum ad hoc requiri-
tur ueritas per quam aliquis iuramento
confirmat, quod uerum est, & iustitia per
quam cõfirmat quod licitum est. Iudicio
autem caret, iuramentum incautum, ueri-
tate uerò, iuramentum mendax, sed iusti-
tia, iuramentum, iniquum, & uis illicitum.
hæc S. T. & subiungit beatus Hiero. Si ista
defuerint nequaquam iuramentum, sed
periurium erit.

¶ Octauò, ¶ quantum ad primam conditio-
nem, scilicet iudicium discretionis, scien-
dum s̄m S. T. q̄ deuotio & fides per quam
credamus Deum omnia scire, & mentiri
non posse, & q̄ Deus manifestabit falsita-
tem falsæ iurantium, & puniet, & familia
puniet, quæ exiguntur ad debitum modũ
iurandi intelliguntur in iudicio discre-
tionis, quod pertinet ad iuramentum. Alia enim
duo scilicet ueritas, & iustitia pertinet ad
rem de qua iuratur. Quæritur igitur si
quis iuret ex ioco, uel leui causa, uel ex fur-
reptione, sine aliqua causa, necessitate, uel
utilitate, uel ex ira, & huiusmodi, quæ re-
mouent iudiciũ discretionis, peccet morta-
liter, & ex una parte uidetur, quòd sic,
tum quia est contra hoc præceptum de ca-
logi, tum quia quando deficit unum istor-
um trium est periurium, ut dicit Hieron.
sed omne periurium est mortale præterea
sic iurans facit irreuerentiam Deo quem
accipit in testem leuiter. In contrarium
sunt doc. communiter dicentes q̄ quan-
do ad est ueritas, & iustitia non est morta-
le nisi hoc faceret in contemptum dei, ad
quem aliquando inducit frequens usu iu-
randi, & sic tenendum est, pro ueritate.
Ad primum ar. in contrarium. Resp. secun-
dũ S. Thom. q̄ iuramentum ordinatur
principaliter ad confirmandum dicta, uel
facta humana, & sic faceret contra fidem
suum principalem, qui intraret contra ueri-
tatem. unde propriè iurans falsum accipit
nomen dei in uanum secundũ q̄ est cõ-
tra illud præceptum. unde S. Th. 3. senten-
tiarum. di. 39. q. 1. ar. ulti. quodl. 1. ad ter-
tium, dicit. Illi secundò præcepto non iu-
Secunda pars

res, &c. opponitur directè hoc, quod est
iurare falsum, quia hoc est quod confirma-
ri non potest, & hoc semper mortale, iura-
re uerò sine causa non est semper morta-
le, & ibidem. quodl. 2. ad tertium dicit. Il-
le qui iura per idola, uel falsos Deos pec-
cat quidem quantum ad formam iuramen-
ti, sed non quantum ad assertionem ueri,
uel promissionem alicuius quod redundat
in bonum commune, & quantum ad hoc
potest aliquis consentire sine peccato: non
tamen debet eum inducere, sed potest uti
malo illius, qui est paratus, sed non quan-
tum ad primum, & ille tenetur seruare.
22. q. 1. c. mouet te. si quis tamè accipiat no-
men Dei in uanum quocunque modo, nõ
oportet q̄ semper peccet mortaliter, sed
aliquando peccat uenialiter. Ad secundum
respondetur, q̄ uerum est, q̄ omne iura-
mentum ad hoc, ut licitè & meritorie fiat,
habere debet illos tres comites, & si defi-
ciat unum istorum potest dici aliquo mo-
do periurium, sed non propriè dicitur ni-
si deficiat ueritas ad quam confirmandam
principaliter inuentum est iuramentum,
& isto mō solum semper est mortale, alias
non est necesse. ad tertium dicitur quòd nõ
semper peccat mortaliter in quacũque irre-
uerentia Dei, nã in oĩ peccato ueniali fit ali-
quo modo irreuerentia Deo. Vide aliquid
in §. sequenti. in fin. & §. decimo.

¶ Nonò, ¶ secundus comes, idest secunda
conditio iuramēti iusta est ueritas, quæ est
principale in iuramento: nõ quæritur uerũ
iuramentum sine ueritate, i. mēdax sit sem-
per peccatum mortale. Rñ. s̄m communi-
ter doc. q̄ sic semper quãdo scit uel credit
se iurare falsum. Nã si crederet iurare uer-
rũ, & esset falsum, nõ propriè & formaliter
esset periurus, sed solum materialiter, &
sic non oportet, q̄ sit peccatum mortale de
se: si uerò crederet iurare falsum, & esset u-
rũ, esset periurus formaliter, & sic pecca-
ret mortaliter: sed si credit iurare uerum,
& est uerum, non est periurus formaliter
neque materialiter, si autem credat iura-
re falsum, & est falsum, est propriè
formaliter, & materialiter periurus, &
quòd sit semper mortale, quando credit iu-
rare falsum, patet quia propriè, & per-
fectè est periurus, ut patet ex diffinitio-
ne eius, & est directè contra secundũ
Sum. Tab. q. 3. præce.

præceptū. ſ. non iures uana per eū, & hoc eſt indubitatum in iuramento aſſertorio de quo in ſequenti. §. vnde S. Th. 3. ſententiarum ubi ſupra ait. Iuramentum eſt duplex quoddam in quo quis percipit ſe iurare, & tunc ſi falſum iurat, credo quodd ſemper peccat mortaliter ſiue ſit iuramentum ſolenne, ſiue non ſolenne. & præcipue quæ percipit eſſe falſum quod iurat: quoddam uerò iuramentum eſt in quo homo non attendit ad iuramentum, & quaſi non percipit ſe iurare, ſed ex lapſu linguæ in iuramentum prolabitur, & quia tunc quaſi neſciens iurat, & neſciens non reputatur uoluntarius, ideo in tali caſu uidetur quis non uoluntarie iurare. unde ſi ſit falſum hoc de quo iurat ſiue percipiat eſſe falſum ſiue non, dum modo non ſit mendacium pernitioſum, non dico quodd ſit peccatum mortale, ſed ueniale, ualde tamen cauendum eſt propter uiciniam ad mortale. hæc ille. & in reſponſione ad primum ait. Non eſt ſimile de mendatio, & periurio, quia iuramento non niſi cum magna cautela eſt adhibendum, & propter uiciniam ad mortale; unde ſi iocoſe aliquis periurat non excuſabitur. hæc S. Tho. quæ faciunt ad eam quæ dicta ſunt ſupra. §. 8. & infra. §. 10. & ver. uolum. §. 1. & ſic not. ex his, quodd requiritur ad hoc quodd ſemper ſit mortale. primò quæ percipiat ſe iurare. de quo in d. §. 10. ſecundò quodd credat iurare falſum ut in præſenti. §. 3. ut ſit aſſertorium ut in §. ſequenti. uide uer. periurium. §. 2.

¶ Decimò, † Tertius comes eſt iuſtitia quæ habet locum in iuramento promiſſorio, ut ſcum quis promittit aliquid facturum promittat quod iuſtū eſt, & licitum, & ſecundum quæ dicitur à doc. S. 2. 2. q. 89. ar. 3. iſte comes. ſi iuſtitia, poteſt referri ad duo. ſ. ad rem de qua iuratur, uel ad cauſam iurandi. Si igitur iuſtitia debeat eſſe uniuerſaliter comes iuramento oportet quæ referatur ad cauſam, ut ſ. ſubſit iuſta iurandi cauſa. Si uerò referatur ad rem de qua iuratur, iuramentum aſſertorium nõ haberet iſtos tres comites, quia aliquando eſt de re mala, & iniuſta: ut de adulterio facto. unde S. Tho. in d. ar. 3. ad ſecundum refert ad cauſam ut uniuerſaliter conueniat omni iuramento, in corpore uerò articuli refert ad rem, & quamuis prima aſſignatio ſit adæ-

quata iuramento ac per hoc uerior uideatur, quia tamen. 2. uerum neceſſariū exprimit quodd ad hoc, quæ iurum promiſſoriū exigat materiam iuſtam, & ſermõnes morales, uilitatis cauſa ſunt; ideo. S. Th. iſtā ſecundam prætulit, & illam ſolam meminit. hic. f. 2. 2. q. 89. ar. 3. in corpore ſi. n. promittit aliquid ſe facturū quod iniuſtū eſt uel illicitū, utiq; peccat, & ſi eſt quidd mortale quod iurat ſe facturū eſt ſemper mortale, ſiue intendat facere, ſiue non, quia de eſt ſibi ueritas de neceſſitate eò quæ teneret facere cõtrarium, ubi autem de eſt ueritas ſemper eſt mortale, ut in præcedenti. §. Si. n. intendebat facere cum id ſit mortale peccat mortaliter ex propoſito ſuo, ſi uerò non intendebat, iurauit contra ueritatem mentis ſuæ: ideo ſemper eſt mortale. Si autem iurauit facere aliquid ueniale uel in differens ſecundum ſe, tunc quidam dicunt cum uergat in diſpendium propriæ ſalutis, quia per ipſum impeditur homo ut non cito perueniat ad ſalutem æternam. c. qualis. 2. 5. di. & c. 2. de pac. li. 6. ideo uidetur mortale ſecundum iſtos. ar. d. c. 2. Vg. autem tenet quodd ſi ſeruat tale iuramentum peccat mortaliter, quia facit contra c. in malis frange fidem, & c. 22. q. 4. quidam alii dicunt, quæ uerū eſt, quæ peccat ſolum uenialiter quando ſimpliciter facit id quod eſt ueniale, ſed ſi ideo. committeret quia iurauit peccat mortaliter, quia accipit nomen Dei in uanum, ſed quia nullū iſtorum ſufficiet probatur: ideo melius eſt dicere ſecundum D. Ar. Flo. poſt Rod. quæ ſolum peccat uenialiter, ratio quia non de neceſſitate ſalutis de eſt ueritas, p̄t. n. ad eſſe ueritas ſine p̄cõ mortali. puta faciendo id quod iurat quod eſt ſolum ueniale. Sed quidd ſi quodd iurauit intendebat omnino facere id quod eſt cõtra iuramentum, puta ſi iurauit dicere uerbum occioſum, & intendebat omnino facere contrariū. contra quod tunc eſſet mortale, quia intendebat omnino periurare, & ſic non poteſt eſſe ſine contemptu, facit ad iſta id quod dicitur infra in ſin. & quod dicit. S. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. ubi ſic ait. Iuramentum poteſt uergeri in deteriorem exitum dupliciter, uno modo quia ab ipſo principio habet peiorem exitum, uel quia eſt ſecundum ſe malum ſicut

eum aliquis iurat se patratuū adulteriū, sine quia est maioris boni impeditiuū. Cōclude igitur sic quōd aut est iurā assertoriū, & sic si percipit se iurare, & credit iurare falsum est mortale aliter non secundū se. de quo in §. præcedenti, aut est promissorium, & hoc dupliciter, qui vel de bono, vel de nō bono, si primō nō uel est de possibili bono sibi. s. iurāti, & tunc ex iuramento tenetur obseruare si liberē sine coactione promissit cum iuramento: si verō iurauit de possibili cum metu tūc tenetur obseruare, si potest sine interitu salutis æternæ, sed habet remedium iuris primō ut petat absolutionem à iūro in c. si verō. de iureiurā. secundō ut petat creditorem cōpelli ad relaxandū uel restituendū. c. i. eo. ti. ter. id ut denuntiet iudici ex correctione fraternali, & si iurasset non denuntiare nō fuit obligatoriuū, si verō nō p̄t obseruari sine interitu salutis æternæ. i. sine peccato mortali, tunc tenetur non obseruare, & peccauit, si tunc dictū est de peccato mortali. Sed hic occurrunt aliq̄ dubitationes, prima est quā homines, honore uel amicitia se præuenientes, iurant se non præcessuros in exitu domus ad hoc ut alter præcedat in exitu, uel non sedere in loco nobiliori uel accipere aliquid ex amicitia, & similia ut quotidie fit. ut si teneant seruare hæc iura. Et primō ut q̄ sic, quia est iurā promissorium liberē factum de bono quod potest seruari sine interitu salutis, &c. In contrarium est, quia ista iura non fiunt cū tali immobilitate animi ut uelint oīo seruare, ut patet ex hoc quōd statim factio oppositum. Respon. q̄ in hmōi actibus in quib. de nullius agitur præiudicio, sed potius de honoris animo ac signis amicitia, consideranda sunt duo. primō pia intentio iurantis, quia. s. sic iurando non intendit omnino sic facere, sed cum grano salis. s. quantum ex se est. sicut Petrus cum dixit Christo. Non lauabis mihi pedes. intendebat enim quantum in se erat, & hanc intentionem manifestat, q̄ statim ad uoluntatem alterius facit oppositum. Et sic nec iurando, nec faciendo oppositum deest iūro ueritas. secundō consideranda est qualitas ipsius actus. s. quia iurat in huiusmodi quis sepe de actu qui est in p̄tate alterius, puta non uenies mecum, non transibis hoc ho-

stium, & hmōi. Hæc. n. licet piē interpretanda sint. s. quātū ē ex parte iurantis, i ueritate tū indiscreta sunt. Et p̄pterea sic iurās cōiter peccat uenialiter, pp̄ indiscretionē, faciendo tū oppositū periuurā nō est, quia nō facit cōtra intentionē implicitā, & cōiter cognitā i hmōi. 2. dubitatio est, quā promittit aliquis iūro promissorio, aliquod minimum bonū. Res. non est dubiū q̄ obligat ut conclusum est uniuersaliter, sed utrū obliget ad mortale si nō seruet, quidā dicit q̄ est ueniale, quia modicū pro nihilo reputatur, ut si mater quæ iurauit uerberare filium, aut dare pomū, sicut enim in aliis generibus, sicut in iustitiis, minimum non est peccatum mortale. Quidam dicit cōtrariū, quia nostra determinatio ad hoc minimum subternit. diuini præcepti uinculo hoc minimum ac si præceptū de hoc minimo factū eēt. uñ sicut nouens dicere Aue Maria, uel dare elemosinā, potū aq̄, tenet sub mortali, ita iurās quodcūq; minimum uirtuosū, quā. n. seruati pōt sine interitu, salutis æternæ seruari debet: uñ ecclesia iubet solui usuras iuratas. c. debitores, de iur. iur. Et hoc pp̄ reuerentiā sacri. uñ pro declaratione est notādū q̄ p̄ se, & simpliciter talis dicit fractor iurī. Nec hoc solū qd̄ est esse minimum, excusat ut dictū est uniuersaliter in distinctione supra posita, posset tū excusari à mortali, quā iurauit intendēs adimplere. 1. si sub cōditione, puta promittit ut alliciat filiū, & nō allicet. 2. quā mutaret in melius, sicut David iurauerat percutere Nabal. mutauit in melius, parcendo. Et mulier quæ iurauit percutere filiū causa correctionis, & uidet q̄ sequitur turbatio domus, & parit infra. §. 16. in ultima cōditione. tertio ubi cessaret nō actus uirtuosus, quia importunus iam si esset, daret huiusmodi minima, quoniam iuramentū ad nihil obligat imprudenter, deficiet enim tunc iudiciū discretionis quod non oportet semper esse mortale, ut dictū est supra. §. 8. quarrō quā esset non de bono, sicut quā m̄ iurauit pp̄ uindictam ex ira. quinto uniuersaliter quā est boni impeditiuū, ut nō intrare religionē. sexto quā ex lapsu linguæ, quā quasi nesciēs iurat, & sic de similibus, & sic intellige multa præcedentia, & sequentia. tertia dubitatio est, quādo aliquis iurauit redire ad carceres inu-

rioso, dictum est enim supra uer. accusatio. §. 10. & uer. carcer. §. 1. secundum Pa. & Io. An. q. non tenetur. Sed in contrarium est. Gaie. dicens q. tenetur redire s. m. conscientiam: quia uelle pati iniustum, est sanctum, & potest obseruari sine interitu, &c. ideo iuramentum obligat, potest responderi. primò q. quauis teneatur, tñ habet remediũ iuris, secundò q. potest allegare metum, ex eo. n. q. iniuriõse detinetur potest timere de detentione uiolenta uel alio malo, & sic iuramentũ est ex metu. tertio q. p. mi intelligunt in foro contentioso, secundi uerò in foro conscientie, unde habet remediũ iuris. quartò quia posset esse in p. iudicium sui superioris, & sic non teneret ut dicitur infra. §. 16. prin. Quarta dubitatio est, quando aliquis est in carceratus & iurauit non fugere, utrum possit fugere, & patet ex precedenti q. non. Sed quid de in carcerato qui non iurauit, dic ut dictum est uers. accusatio. §. 10. duo tamen que ibi dicta sũt oportet declarare, primum utrum uisẽ in carceratus ad mortem possit frangere carceres, dictum est ibi post Hen. in 9. quodl. q. non. Sed D. Car. Gaie. tenet cõtra q. uidetur uerius quia fractio carceris, & similiter fractio uinculorũ, & omnium aliorum impedimentum fugam uidentur magis pertinere ad fugam quam S. Th. admittit, nisi illud impedimentum esset animal rationale. secundum est utrum damnatus ut famẽ moriatur teneatur comedere, oblato sibi cibo, & quauis. S. Th. non dicat clare, tñ. D. Car. Gaie. dicit expresse q. tenetur, & hoc uidetur uerius: si. n. non comederet interficeret seipsum q. nulli licet. Nec est simile de fuga, quia non fugere non est seipsum interficere sed pati mortẽ, q. quis potest pp. Deũ, &c. de reliquis dic ut dictum est in d. §. 10. uer. accusatio. Si autem fuit de impossibili uel erat impossibile quando iurauit uel factum est post; si secundo modo non tenet, nec est necesse q. peccauerit iurando; si uerò primo modo tunc non tenetur, peccauit tamen quia defecit iudicium discretionis: non tamen oportet ut sit mortale ut dictũ est. §. 8. Si uerò iuramentum sit de non bono, uel fuit non bonum, id est peccatum ueniale uel indifferens & tunc peccauit quia defecit iustitia, non tamen oportet q. mortaliter peccauerit dic ut d. §. 8. uel fuit

non bonum q. est peccatum mortale & sic peccauit mortaliter & tenetur non seruare; uel est de non bono quòd est impeditiuum melioris boni ut puta non ingredi religionem, & tunc non tenetur obseruare, immo melius est nõ obseruare non tamen est necesse quòd peccauerit mortaliter quia potest obseruare sine peccato mortali: peccauit tamen, uide infra. §. 12. no. tamẽ q. semper quando iurat iuramento promissorio & intendit non obseruare quòd semper peccat mortaliter eò q. deficiat ueritas in intentione. Ista conclusiones accipi breuiter ex doctrina S. Th. in locis supra alleg. & ex canonistis in c. primo, & in c. si uerò. de iur. iur. unde in iuramento promissorio requiritur duplex ueritas prima quòd intendat, &c. & in hoc conuenit cum assertorio. secunda quòd adimpleat, & hoc differt ab eo.

12 ¶ Undecimò, ¶ sed quid quando iurauit facere aliquid ad quod non tenetur, & est bonum & alicuius importantiæ, & tamen non intendebat se obligare. Resp. q. peccauit mortaliter, quia iurauit contra ueritatẽ mentis, & tamen s. m. forum cõtentionis tenetur adimplere: s. m. aliquos non tenetur in conscientia, sed securius dicitur q. tenetur, si tamen intendebat facere, sed est factus impotens tunc solum tenetur quãtum potest. Si uerò iurauit in certo termino & in illo nõ potuit, tenebitur qñ poterit; si autẽ potest seruare, sed cum magna sui incommoditate, non potest contrahere sua propria auctoritate nisi ille cui promissit relaxet, uel dilationem det: potest tamen relaxationem petere à superiori.

13 ¶ Duodecimò, ¶ sed quid quando aliquis iurat de non fideiubendo, uel non mutua re pecuniam, uel non facere elemosinam, & huiusmodi, Pan. in d. cap. si uerò. recitat quosdam dicentes quòd tenetur obseruare. Alij dicunt q. non ualet, qñ tenentur ad ea de p. cepto, ipse dicit simpliciter q. non tenet, tu uerò dic ut dictum est. §. 8. & 10. quòd non tenetur obseruare, & quòd peccauit iurando id quod est impeditiuum, melioris boni, & defecit iudicium non tamen est necesse quòd peccauerit mortaliter nisi iurasset & non intendebat obseruare. uel iurasset ex contemptu uel perniciosẽ.

14 ¶ Decimotertio, ¶ queritur utrum iurans teneatur iurare s. m. intentionem iurantis uel

uel eius cui iuratur. Respo. fm q̄ possumus accipere ex doctrina S. Tho. ubi supra scilicet. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad quartum & 3. sententiarum di. 39. q. 1. ar. 3. quodl. 3. Et Panor. & aliis canonistis in diuersis locis maxime in cap. si uerò. Sic oportet distinguere quia uel ambo. si iurans & cui iuratur, sunt in dolo, uel ambo simpliciter ambulans sine dolo, uel ille cui iuratur est in dolo & ille qui iurat simpliciter ambulat, uel e contra iurans est in dolo & ille cui iurat ambulat simpliciter. Si primo modo uidelicet qn̄ iurans est in dolo, quia. f. ostēdit uerbis uel factis se iurare unum & intendit aliud, & similiter ille cui iuratur est in dolo & dicitur esse in dolo ille qui exigit, puta si uir exigeret uel pręstaret iuramentū uxori de adulterio reuelando, uel pręstaret iuramentum de aliquo q̄ non pōt fieri cū bona conscientia, uel exigit iuramentū ab eo qui non est sibi subditus, uel in eo casu in quo fm ordinē iuris non pōt exigere, & sic iniuste exigit istis & similibus modis dicitur dolosē exigere uel pręstare iuramentum, & tunc est standum intentioni iurantis eo quod non tenetur iurare secundū intentionem dantis, qui dolosē agit: & ideo debet accipi secundū intentionem iurantis. similiter dicendum est in tertio modo, scilicet quādo iurans est in bona fide, & ille qui pręstatur dolosē agit, tunc enim potest iurare secundū intentionē iurantis, & seruari debet, sicut fecerunt obstetrices respondentes Faraoni; & sic intellige Innoce. in c. ueniens, de iureiur. qui dicit quod in iuramento de terminato super aliquo singulari sit interpretandum secundū intentionem iurantis, in foro animę, facit c. humanae aures. 22. q. 5. hoc est quod dicit Pan. in cap. cum contingat eo. tit. tertio notabili, quod iuramentum dolo pręstitum non obligat. Si uerò accipiamus quarto modo, scilicet quādo ille cui iuratur est in bona fide, & in casu licito, & ille qui iurat est in dolo, tunc seruandum est secundū intentionē illius cui iurat. i. pręstantis uel ratione cuius datur iuramentum, & tunc si iurat contra intentionem dantis scienter peccat mortaliter, quia tenetur iurare fm intentionē dantis. c. ex literis. de spon. unde Isidorus. 22. q. 5. c. Quęrunq; arte uerborum quis iuret, Deus tamen qui conscientię testis est ita

accipit sicut ille cui iuratur intelligit, & hoc intelligatur de dolosē iurante patet p̄ id quod sequitur, dupliciter reus fit, & nomen Dei, in uanum assumit, & proximum dolo capir, unde obligatur ad obseruandū taliter quod ex dolo alius non lædatur, & hoc est quando secundū intentionem recipientis implet iuramentum. Si autem accipiamus secundo modo scilicet quando ambo simpliciter & sine dolo ambulant, tunc in foro conscientię non obligatur nisi secundū suam intentionem scilicet iurantis eo quod ex ea obligationem accipit, unde Pan. in d. c. si uerò, dicit quod si intendat se obligare tenet aliās non, sed in foro contentioso ubi intentio ignoratur obligatur secundū quod uerba communiter accipi solent.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum iuramentum cadens super contractu ficto obliget. Respond. secundū Pan. in c. cum contingat eo. tit. postquam multa disputando aduixit col. 17. conclusiue sic distinguit quod aut simulatio est de consensu utriusque partis tam super contractu quā super iuramento, & tunc si ex iusta causa puta iusto timore uel quia indigebat mutuo, concepit pignus in forma uenditionis, ut creditor lucraretur fructus, & sic non obligat iuramentum, quia desinit consensus & fuit iusta causa simulandi, ad hoc cap. primo quod me. causa, & l. si. C. de non u. pecun. Si uerò ex iniusta causa fit, puta causa fraudandi gabellas, uel aliter ad deceptionem proximi simulauit unum contractum esse alium, & iurauit singula contenta in instrumento uera, tunc eo ipso est periurus quia simulatio intentionis est iniusta causa non excusat, ut not. in cap. interrogasti. uigesima septima distinct. sicut ille qui prece, uel precio deposuit falsum capit. primo de crim. fal. & uolens contrarietate non debet audiri, sed si iurasset solum non contrarietate ille contractum quem dissimulabat in deceptionem proximi, licet grauiter peccauerit iurando in dānum proximi, tamen non obligatur nisi de damno secuto, quia desinit consensus, unde respectu Dei non exigitur absolutio à iuramento, ar. cap. tua. de spon. sed in foro contentioso cōpellitur obseruare, nec auditur uolens allegare turpitudinem suam, &

hoc verum inquantū est solūm in præiudicium suum, & non imminet periculū animæ. Aut simulatio solūm erat super cōtractu ex parte utriusq; . sed iuramentū interuenit ne agat cōtra directē uel indirectē, & hoc ne cōtractus fœderatitius detegeretur, exemplum: pignorauit res quis & tamen simulauit vendere ut mutans faciat fructus suos, iurauit non detegere pignoratitium cōtractum, sed seruare & tunc iuramentum obligat, & perinde est ac si iurasset soluere vsuras, habet tamen remedium iuris ut dictum est. 1. §. 10. facit quod not. C. in l. si ex canone. C. de non nu. pec. ubi concludit quōd iurans non opponere exceptionem, de non nu. pe. obligatur, licet simpliciter renuntiatio non ualeat. In foro tamen animæ, si nō habuit intentionē obligandi, se non tener. Aut simulatio est de vno cōtractu ad alium cōtractum qui non pōt seruari sine peccato, ut cōtractus simoniacus licet cōcipiatur sub alio cōtractu, quia tunc iurans scienter peccat mortaliter, & tenetur nō obseruare. 2. q. 4. per totum. Aut simulatio fuit ex parte iurantis tantum super cōtractu solūm ab eo simulato, ut quia aliud gerebat in corde, aliud in uerbis, uel usus est uerbis duplicibus calidē iurando, & tunc secundū Pa. in d. c. cum contingat. intelligitur secundū intentionem recipientis, & sic Deus uidetur recipere. 2. q. 5. quacūque. §. ex his omnibus & sic h̄gat, iuramentum. Vide supra. §. præcedenti.

16 ¶ Decimoquintō, ¶ quid si clericus iurauit stare mādatis episcopi, & ipse mādāt ut renūtiat beneficio & nō appellat. Respond. secundū D. Ar. Fl. 2. parte ti. 10. c. 6. §. 5. quod iuramento non obstante poterit appellare. Quia non erat uerisimile hoc intendere nec est opus petere absolutionem quia iuramentum non extenditur ultra intentionem uel consensum iurantis, conc. Ioan. Andr. in c. vnicō, de como. debet etiā intelligi iuramentum ut nō sit contra priorem p̄missionem uel iuramentum, unde Pan. in c. ueniens eo. ti. post Innocen. dicit quōd si iuramentum fuit uniuersaliter p̄stitum, tunc non extenditur nisi ad ea de quibus cogitatum est, uel debuit meritō cogitari dict. cap. quintaualis, si autem fuit specialiter p̄stitum tunc dicit quōd iura-

mentum recipit interpretationem secundū uerba in foro contentioso, sed in p̄nitentia secundū intentionem iurantis uide in §. sequenti conditione. 7.

17 ¶ Decimosexto, ¶ utrum quando aliquis simpliciter iurat intelligatur aliqua conditio. Respon. secundūm Host. quōd multat̄ etiam si taceat̄. Prīmō si superioris placuerit e. ueniens, de iur. iur. ubi not. Pan. quōd iuramentum non obligat subditum iurantem in præiudicium iuris seu auctoritatis superioris, & sic uidetur superiore posse impartiri subdito facultatem ueniendi cōtra proprium iuramentum, sed tunc hoc intellige in iuramento p̄stito in materia pertinente ad superiorem, ut d. c. ueniens, aliā secus ut not. Pan. in c. quanto eo. titu. Et facit ad q. clericus curauit, in studio exitens non exire districtum Senensem antequam suo creditori esset satisfactum, sed ante solutionem reuocatur, iusta causa per suum episcopum, queritur nunquid iuramento non obstante teneatur parere superiorum mandato & concluditur quōd sic, quia non potuit iste clericus in præiudicium iuris superioris se obligare, ut d. cap. ueniens, & ita post multa concludit Ioann. Andr. in regula in malis de regu. iur. libro sexto in mercu. nisi de licentia episcopi uel superioris fuisset in studio & pro necessitate studii contraxisset: uideretur enim tunc se obligasse cum licentia illius qui dedit licentiam quia uno concessio uidentur omnia concessa sine quibus illud explicari non potest ut in capit. præterea & in cap. prudentia, de offic. deleg. Et ibidem per omnia idem concludit de patre reuocante filium, qui p̄dicto modo iurauit, & ego idem putarem in quolibet subdito hæc Panormit. facit cap. cum contingat, & cap. quanto eodem titu. Feder. consil. 161. idem concludit addens esse uerum nisi filius procurauerit se reuocari. Secunda conditio quæ subintelligitur est si res in eodem statu permanerit. extra eod. cap. quemadmodum. Ideo si quis iurauerit accipere Bertam in uxorem, si ipsa postmodum fuerit fornicata, uel facta leprosa, uel aduenerit alia infirmitas incurabilis, non tenetur obseruare iuramentum, similiter si iurauit obseruare pacem uel non offendere, si aliquid innoctur

intouetur non teneor, puta quia fregisti pacem, uel fuisi de nouo bannitus, & similia. hæc secundum Bart. in l. si seruum. de uer. ob. & Io. An. in titu. de pace & reu. Si militer si feci pacem cum meo inimico, postea bannitus possim occidere: quia intelligebatur nisi permittere. Tertio intelligitur si mihi seruetur promissum in cap. peruenit. el secundo. eod. titu. & per hoc concludit Barto. in l. si cum uenerit. ff. pro socio, quod si iurauit non diuidere societatem, intelligitur, si seruetur mihi promissum, uel si socius non sit rixosus uel molestus, uide aliquid infra §. 24. Quarto intelligitur si res sit honesta & possibilis. d. cap. quemadmodum. unde si de nouo fiat impossibilis s'm Sanc. Thomã nõ obligor, ut dictu est supra §. 10. & infra §. 23. Quinto si iuraueris mihi reddere pecuniã subintelligitur si ego tibi numerauero. C. de nõ nume. pecu. l. indubitati. Sexto si iuro tibi dare dorem intelligitur si nuptiis, & nuptiã sint secutz, ut ff. de iure doti. Septimo si immoderatum, quod precipitur à superiore, uel ab arbitro, ut filios exheredare, uel uxorem expellere. cap. quintaualis. eod. titu. uel curiam principis non intrare si consiliarius, uel aduocatus. cap. ueniens. eod. titu. pro hoc facit, quod iuramentum non extenditur ad uerisimiliter non cogitata, ut in dicto cap. quemadmodum. supra §. 15. infra §. 23. & 25. nec obligat ultra cõsensum. d. cap. ueniens. & not. Panor. in ca. cum gratia. de cõmo. & supra §. 13. Octauo si facultas subsit, cap. querelam. & cap. breu. eod. titu. ubi habetur, quod difficultas excusat à periurio, licet secundum glo. ibi liberetur à pena conuentionali. Nono si iurauit tibi dare centum usque ad certum tempus subintelligitur nisi iudex interdicit. ar. de cen. cap. significauit. Decimo si iuro tibi reddere granum, intelligitur eiusdem bonitatis. ff. si cert. petat. l. cum quid. Vndecimo cum quis iurat factum alterius, subintelligitur q̄ ad hoc bona fide laborabit, cap. ex literis. el secundo. de spon. Duodecimo quando iuro tibi fidelitatem, uel q̄ non ero tibi contrarius, subintelligitur nisi ius meum, uel meorum petendo, uel defendendo. cap. petitio. eo. tit. Tertio decimo subintelligitur nisi ab eo cui iura ui fuero absolurus. d. c. quintaualis. Quar-

to decimo, si uir & mulier debent contrahere, subintelligitur nisi alteri quid turpe acciderit, & huiusmodi, ut dictum est in 2. conditione, uel nisi per alterum fier. cap. de illis. de spon. uel nisi ex mutuo consensu se absoluant. cap. 2. de spon. Quinto decimo, si iuro tibi tanquam regi, te depositum non teneor. Idem uidetur, si rex iuret alteri. 15. q. 6. c. alius. Item speciales conditiones non intelliguntur in iuramento nisi exprimentur, quamuis mente concipiantur. 3. 2. q. ult. ca. si. nisi ubi lex exprimit aliquid tacite agi inter contrahentes, tunc illud pro expresso habetur. d. l. cum quid, & hæc uera sunt in promissoriis iuramentis, secus in affectoriis. ar. d. cap. fin. Non tamen dicitur iuramentum conditionale, quamuis omnes conditiones premissæ intelligantur. ff. de condi. & demon. l. conditiones. Et nõ. secundum Rai. q̄ in omnibus bonum est requirere auctoritatem superioris ne detur occasio deierandi. Sexto decimo nisi in melius commutetur. cap. peruenit. el secundo. eo. tit. ut si quis iurauit accipere aliquam, intelligitur nisi intret religionem, nec obstat quod aliquid consulat, ut eã prius accipiat, & postea ingrediatur: quia ideo fit, ut apud astantes, nõ est tamẽ de necessitate. Vide aliquid infra §. 25. & se. uer. excepta. & supra §. 20. circa medium.

¶ Decimo septimo queritur, quid fit magis obligatorium, uel uotum, aut iuramentum. Resp. q̄ secundum Theologos uotum est magis obligatorium, quamuis s'm canonicis currant de pari, immo canonicis faciunt maiorem difficultatem in iuramento. primum scilicet q̄ uotum plus obliget, patet per S. Tho. 2. 2. q. ubi supra ar. 8. ubi ait, utraque obligatio causatur ex aliquo diuino, & ex hoc habent, q̄ currant de pari, ut dicunt Canonistæ. Aliter tamen, & aliter, nam obligatio uoti causatur ex fidelitate quam Deo debemus, ut scilicet ei promissum soluamus; obligatio autem iuramenti causatur ex reuerentia quam debemus ei ex qua tenemur, q̄ uerificemus id quod per nomen eius promittimus, omnis autem infidelitas irreuerentiam continet, sed non conuertitur, unde infidelitas subditi ad dominum est maxima irreuerentia: & ideo uotum ex ratione sua magis est obligatorium, quam iuramentum.

rum, nec iuramentum additur uoto eò q̄ firmus sit, sed quia dux res immobiles faciunt maiorem firmitatem. hæc ille. Pa. in c. si uerò. eo. tit. in fi. dicit q̄ currunt de pari. all. no. in cap. debitores. & c. r. eo. ti. & in d. c. si uerò. dicit, q̄ ecclesia facit maiorem uim in iuramento, quàm in uoto: quia est maius periculum deierandi, eò q̄ communius fit iuramentum, quàm uotum.

19 ¶ Decimo octauò, † utrum in iuramento possit dispensari. Respon. secundum S. Th. ubi supra ar. pe. q̄ necessitas dispensationis tam in uoto, quàm in iuramento est propter hoc, q̄ id quod in se, uel aliter consideratum est utile, & honestum secundum aliquem particularem euentum potest esse nocium, uel inhonestum: quod non potest cadere sub uoto, neque sub iuramento. q̄ autè aliquid sit inhonestum, uel nocium repugnat his, quæ debent attendi in iuramento, nam si sit inhonestum repugnat iustitiæ, si sit nocium repugnat iudicio, & ideo pari ratione etiam in iuramento dispensari potest non tamen se extendit dispensatio ad hoc, quòd aliquis cõtra iuramentum faciat: quia non potest, sicut non potest dispensari in iuramento assertorio, ut quis iuret contra ueritatem, sed ad hoc se extendit. ut id quod iuramento cadebat, sub iuramento non cadat, quasi non existens debita materia iuramenti, si eut dicitur infra de uoto. Materia autem iuramenti assertorii, quod est de præterito, uel de præsentis in quandam necessitatem iam transit, & immutabilis facta est: & ideo dispensatio non refertur ad materiam, sed refertur ad ipsum actum iuramenti, unde talis dispensatio directe est contra præceptum diuinum, sed materia iuramenti promissorii est aliquid futurum, quod uariari potest, ita scilicet quod in aliquo euentu potest esse illicitum, & nocium, uel minus bonum, & per consequens non esset debita materia iuramenti: & ideo dispensari pòt in iuramento promissorio: quia talis dispensatio respicit materiã iuramenti, & non contrariatur præcepto diuino.

20 ¶ Decimononò, † utrum ille cui iuramento aliquid permittitur possit relaxare iuramentum. Respon. secundum San. Tho. ubi supra ad secundum, quòd homo potest alteri promittere aliquid sub iuramento

dupliciter, uno modo quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipsius, puta si sub iuramento promittat se seruiturum ei, uel pecuniam daturum, & à tali promissione potest absolvere ille cui promittitur, intelligitur enim iam ei soluisse promissum quando fecit de eo secundum eius uoluntatem. Alio modo promittit aliquis alteri, quòd pertinet ad honorè Dei, uel utilitatem aliorum, puta si aliquis iuramento pmittit alicui se intraturũ religionè, uel aliquid opus pietatis facturum, & tunc ille cui promittitur nò pòt absolvere promittentè, quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo, nisi fortè sit interposita cõditio rationi cuius possit: puta si illi uideatur cui promittitur, uel hmòd, hæc ille. & ibidè ad terciũ ait, quadoque illud qd cadit sub iuramento promissorio est manifestè repugnans iustitiæ, uel quia est peccatũ sicut cum quis iurat se facturum homicidium, uel quia est maioris boni impeditiuum, sicut cum aliquis iura se non intraturum religionem, & talis dispensatione non indiget, sed in primo teneur non seruare. in secundo autem licitum est utrumque, de hoc supra §. 10. Quandoque promittitur aliquid sub iuramento, de quo dubium est, utrum sit licitum, uel illicitum, proficuum aut nocium, uel simpliciter, uel in aliquo casu, & in hoc potest quilibet episcopus dispensare. Quandoque uero sub iuramento promittitur aliquid, qd est manifestè licitum, & honestum, & utile, & in tali iuramento non uideatur habere locum dispensatio, uel commutatio, nisi aliquid melius occurrat ad communem utilitatem faciendum quòd maximè uideatur pertinere ad auctoritatem papæ, qui habet curam uniuersalis ecclesiæ, uel absoluta relaxatio, quod etiam ad papã pertinet, & in omnibus generaliter, quæ ad dispensationem rerũ ecclesiasticarũ pertinent, super quæ habet plenitudinem potestatis, & ad unumquodque pertinet irritare iuramentum, quòd à sibi subditis factũ est, circa ea quæ eius potestati subduntur sicut pater potest irritare iuramentum puellæ, & uir uxoris, ut dicitur numeri. 30. hæc San. Thom. intellige istud ultimum secundum Pif. in illis iuramentis in quibus non potest uxor adimplere sine scandalo uiri, uel

vel præiudicio, & similiter in aliis.

21. ¶ Vigesimo, † queritur quomodo, & quis possit dispensare, uel absoluere in iuramento, secundum Canonistas. Resp. q̄ uel est clarum, quod non obligat eum ea quæ dicta sunt, & dicentur, & tunc eum Pan. in c. cum quidam. de iure iur. non est necessaria absolutio, siue dispensatio, nisi forte, ut non noceat de perituro hoc est dicere propter scâdalum. Si uero est dubium, tunc secundum Inn. in d. c. cum quidam, nullus debet conuenire sine auctoritate superioris, nec iudex secularis in tali casu potest se impedire: sed debet remittere ad ecclesiasticum eum Pa. in c. cum contingat. eo. ti. Quando autem est clarum, quod est licitum, & ligat, tunc uel est licitum ex utraque parte, scilicet iurantis, & recipientis, uel ex parte solius iurantis, & est turpitudine ex parte recipientis, puta quia per metum, ut in c. 1. eo. ti. & tunc episcopus potest absoluere, & dispensare. ut no. Pan. in d. c. 1. nec est opus, ut citet partem, uel cogat recipientem, qm̄ constat de turpitudine. ut d. c. 1. Si uero sit licitum ex utraque parte, tunc secundum Pap. in c. quanto. eo. ritu. aut iuramentum fuit præstitum in materia spectante principaliter ad papam, uel puta quando canonici iurant non recipere plus ultra numerum, & huiusmodi, & sic papa potest etiam sine causa absoluere: quia in tali iuramento intelligitur auctoritas papæ excepta. ut in d. c. uenientes, & hoc voluit Host. in d. c. quanto. Aut fuit præstitum in alia materia, & tunc aut est ad honorem Dei principaliter, & sic sine causa nullus potest dispensare nisi solus Deus. ar. quod not. Ioan. And. & in c. 2. de spon. nam papa non potest remittere sine causa obligationem Deo quæ sitam. 2. quæ sit. 4. si manet. intellige non debet, ex quo sequitur, quod sicut papa non potest alit̄ sine causa absoluere in hoc casu multo minus seipsum. c. fin. de iusti. & c. per uestras. de iure patr. Aut est iusta causa, & sic tam papa, quam episcopus potest dispensare, & absoluere, & quod episcopus possit. no. Inno. in c. debitores. eo. tit. & etiam interpretari secundum D. Anto. in c. quanto. Et quando est dubium etiam declarate secundum Pan. in c. cum contingat. eo. ti. Est tamen differentia inter papam, & episcopum, quia papa potest in toto mundo, epi-

scopus uero in sua diocesi, & secundum D. Fel. in c. 1. de spon. col. 7. uer. tertia declaratio post Pe. de Ancha. potest papa seipsum absoluere, uel dispensare in iuramento, uel si illicito, sed etiam si posset seruare sine interitu salutis æternæ, intellige ubi est causa rationabilis, & in hoc differt ab episcopo. Alius autem citra episcopum, uel qui non habet auctoritatem episcopalem non potest facere, quod sine peccato contraueniat, secus est de peccato præterito. c. 1. de uoto. Quæ autem sit causa legitima dispensandi, aut absoluendi in iuramento, quod pertinet ad honorem Dei, potest dici quod est causa legitima, ut uitetur scâdalum. ut no. in glo. in d. c. quanto. & est text. in c. peruenit. el. secundo. eod. tit. uel subest alia causa iusta. de quibus. 2. 5. q. 6. nos sanctiorum. & c. auctoritate. & relinquunt arbitrio episcoporum, ut colligant ex his, quæ sunt in iure, quid de aliis debeant iudicare: si uero materia in qua est præstitum non pertinet ad papam, nec ad honorem Dei, sed ad eummodum hominis, sic papa potest ex causa absoluere. ut in d. cap. quanto. & c. 2. de uoto. Aliis non respectu laicorum sibi in temporalibus non subditorum. ut in cle. pastoralis. de re iudic. Similiter dicit, quod potest episcopus ex causa legitima. Si autem concerneret fauorem iurantium tantum, poterit remitti per eos cui iuratum secundum Io. And. in c. 2. de spon. & Io. de Lig. in cle. 1. de usur. & facit quod dictum est supra §. præcedenti. secus si concerneret cultum Dei, uel religionem, uel pietatem: puta iuratum duo sibi inuicem, q̄ religionem intrabunt, uel q̄ dicent duo psalteria, uel quod de lucro eorum dabunt certam partem pauperibus, & huiusmodi: quia non possunt sibi remittere, similiter non possunt sibi id ad quod tenebatur, puta quod non facient furtum, uel q̄ mercatores non falsificabunt merces, & huiusmodi. similiter etiam non possunt remittere quando iurant super aliquo faciendo, uel non faciendo, quod non pertinet ad eum cui iurat, sed simpliciter, puta iuro tibi, quod non negotiabor, uel non faciat talem artem, si tamen tale iuramentum respiceret incommodum alterius, puta communitatis, uel aliorum nõ ualeret: similiter non teneretur quando iurando de aliquo faciendo, uel non faciendo intendebat,

bat, si ille cui iurabat similiter faceret: quia sic si ille non seruat, nec iste tenetur. faciunt quæ no. doct. s. Inn. Hof. & Ber. in c. peruenit. el. 2. & facit c. sicut. el. 3. de iureiu. & supra eo. c. §. 16. No. theologicè loquendo, cõuenientiam, & differentiam inter uotum, & iuramentum, quo ad dispensationis auctoritatem. Nã conueniunt in hoc, q̄ utrobique dispensatio, commutatio, irritatio, aut relaxatio sit ratione materiæ, ut habes. 2. 2. q. 89. ar. 9. differuat uerò in duobus ad propositum, s. in qualitate materiæ, & in persona cui fit. Nam uoti propria materia est solum bonum supererogationis, & soli Deo uotum fit. Iuramenti autem propria materia est non solum bonum supererogationis, sed etiam bonum de necessitate salutis, ut reddere debitum, seruare fidem, &c. quæ non pertinent ad uotum nisi improprie dictum. ver. uotum 1. §. 2. Et fit iuramentum non solum Deo, sed frequenter homini, & hinc prouenit duplex differentia. Prima est q̄ in uotis dispensandis, seu cõmutandis attenditur, quid magis Deo sit acceptum. In iuramentis aut̄ oportet respicere ad præiudicium hominis cui factum est, & hinc sequitur altera, s. q̄ homo non potest uotum relaxare, quia non fit homini. Sed iuramentum pot̄ homo homini relaxare, ut dicit S. Tho. ubi supra ad secundum, quia fit homini propter ipsum hominem, & q̄ prælatus ecclesiasticus etiã papa non habet ita potestatem super iuramenta, sicut supra uota, quia non est ita in potestate papæ auferre ius tertii in rebus non ecclesiasticis, sicut est in potestate sua commutare in aliquo grato Deo: quia est Dei Vicarius, & non est Vicarius hominis illius, & ita est super eum, ut non possit illi priuare rebus suis ad libitum, & hoc non est propter defectum papæ, aut excellentiã iuramenti, sed ex natura contractus, iuramento firmati, scilicet inter hominem, & hominem. Quo circa cessante præiudicio hominis: ita iuramenta subiciuntur ecclesiæ potestati sicut uota, & cum iuramentum sit minus obligatum secundum S. Tho. quàm uotum, consequens est, ut omnia iuramenta subsint inferioribus papæ, & similiter non uidentur omnia iuramenta reseruata papæ, quæ si essent uota essent reseruata, ut iuramentum de castitate, &

hmōi ex hac radice ecclesia dispensat in iuramentis coactis, quia. s. cessat præiudiciũ hominis, & audacia malorum coercetur dispensando. Et fit aliquò directè. s. duabus uis uidelicet ratione materiæ subiectæ, ut in patre, & similibus. Aut rōne publici officii, & sic ecclesia dispensat in beneficiis, &c. sic relaxantur pluries iuramenta baccaliorum de non suscipiendo alibi magisterium, & istæ auctoritates subsunt et̄ inferioribus papæ, imo in ipso intelligitur excepta auctoritas prælati. c. ueniens. de i. u. cauendum tñ de iniuria parti nisi ex causa, uel in pœnam, debet tñ mentionem facere de uinculi relaxatione ne arguatur de surreptione.

22. ¶ Vigesimo primò, ¶ ut r̄ indifferenter quilibet possit iurare, & in omni tpe. Rñ. fm S. Th. ubi supra ar. si. q̄ in iuramento duo sunt consideranda. Vnũ quidẽ ex parte Dei cuius testimoniũ inducitur, & quantũ ad hoc debetur iuramento maxima reuerentia, & pp hoc à iuramento excluduntur pueri ante annos pubertatis, qui nõ coguntur ad iurandũ, quia nõdũ hnt perfectũ usum rōnis quo pnt cũ reuerentia debita iuramentũ præstare. 2. 2. q. 5. c. paruuli. si sunt tñ docti capaces, & causæ aliæ, pnt iurare, & probat iuramentũ suũ. Et iterũ periuiri continentur in iudicio, qui ad iuramentũ nõ admittuntur, quia ex certo retro actis præsumitur, q̄ debitã reuerentiam iuramento non exhibebunt nisi fuerit remota infamia ab eo, qui pot̄, & pro hoc et̄ ut iuramento debita reuerentia exhibeat. 2. 2. q. 5. c. honestum est. ut qui sanctis audeat iurare hoc ieiuniis faciat cũ omni honestate, & timore Dei, intellige de honestate. ut dicit text. non de necessitate. Aliud est considerandũ ex parte hominũ cuius dictum iuramento cõfirmat. Non. n. indiget dictũ hominis cõfirmatione nisi, q̄ de eo dubitat. hoc aut̄ derogat dignitati personæ, ut dubitetur de ueritate eorũ quæ dicit, & ideo personis magnæ dignitatis nõ conuenit iurare propter quod dicitur. 2. 2. q. 4. c. si quis q̄ sacerdotes ex leui causa iurare non debent, pro aliqua tamen necessitate, uel utilitate licitum est eis iurare, & præcipue pro spiritualibus beneficiis, & 2. 2. q. 5. c. presbyter. vice iuramenti p sanctam consecrationem interrogetur, & 2. 2. q. 5. dñ nullus ex ecclesiastico ordine cuiq; laico quicquam per sancta Euange-

fia iurare præsumat, & hoc intellige nisi de
 licentia prælati sui, ut c. 1. de iur. cal. & hoc
 Et intellige si iurat tanquam superiori, &
 sic intellige d. c. nullus, aliter sic, & sine li-
 centia, ut in c. ex rescripto, & c. peruenit, de
 iur. iur. Item non potest iurare de calumnia ni-
 si de licentia sui superioris, nisi ille coram
 quo litigat sit eius superior, sed habita li-
 centia potest etiam in manu laici iudicis. 2. 2.
 q. 7. c. nos. Item prohibetur iurare in actu
 testificandi sine licentia superioris, ut in c.
 quamquam. 1. 4. q. 2. intellige in manu lai-
 ci: pro spiritualibus autem negociis compe-
 tit iuramenta præstare in solemnibus die-
 bus quibus est spiritualibus vacandum,
 non aut tunc iuramenta præstanda pro re-
 bus temporalibus nisi pro magna necessita-
 te. Sunt igitur quidam qui dictum suum
 confirmare non possunt pro defectum eorum
 ut pueri qui non sunt doli capaces & furio-
 si. 1. 5. q. 1. c. merito, & d. c. paruuli. Et quidam
 sunt quorum dictum adeo debet esse certum
 confirmatio non egeat, ut personæ ma-
 gnæ dignitatis, & presbiteri, quæ autem ali-
 quando Angeli iurent ut legitur Apoc. 10.
 quæ Angelus iurauit per uiuentem in secula
 seculorum, non fuit pro defectum ipseus
 quasi non sit eius simpliciter dicto credendum,
 sed ad ostendendum id quod dicitur ex ineffabili
 Dei dispositione procedere, sicut etiam &
 Deus aliqui in scripturis iurans adducit ad
 ostendendum immobilitatem eius quod dicitur, si
 cur apostolus dicit ad hæbre. 6. Et not. quod
 quilibet doli capax potest iurare, sed pater
 immediate potest irritare iuramentum filii usque ad
 14. annum d. c. paruuli. Et clericus non debet
 copelli ad iurandum nisi in sex casibus. de elec.
 c. significasti, qui in his uer. continentur.
*Pax & fama, fides reuerentia, cautio damni,
 Defectus ueri sibi possunt magna cauere.*
 Pro pace iurare licet. 2. 2. q. 1. omne, extra
 de iudi. nonit. Fama, pro fama conferuan-
 da per purgationem, de pug. c. quotiens Fi-
 des, pro fide retinenda si suspectus est in fi-
 de, de conse. di. 1. c. ego berengarius. Reue-
 rentia, pro reuerentia seu obedientia exhi-
 benda superiori 2. 3. di. c. quamquam. Cau-
 tio damni, pro damno dato iuratur. 2. q. 1.
 c. imprimis. Defectus ueri, pro ueritate di-
 cenda de iur. cal. c. si. de calumnia li. 6. quod autem
 clericus & religiosi hodie iurent in commu-
 ni sermone pro leui causa sicut laici non excu-

sat consuetudo quæ uerins dicenda est cor-
 ruptela, & auget peccatum, & non minuit.
 2. 4. q. 1. c. schisma. & grauius peccant ipsi
 quam laici, tum quia scandalizant suo
 exemplo, tum quia eis specialiter prohibe-
 tur per ius canonicum.

23 ¶ Vigesimo tertio, quid de duabus haben-
 tibus mensuram communitatis uel state-
 ram quam consueuerunt portare ad uendē-
 tes & mercedem recipere, si iurauerunt sibi
 inuicem de cætero non portare. Res. Guil-
 dicit quod non possunt uenire contra, et si mul-
 tum damnificati sunt, puta quia prouisum
 est de alia mensura, nisi forte ex hoc ad ex-
 tremam necessitatem deuenirent & non pos-
 sent hæc uide uiuerent, episcopus tamen
 absque tanta necessitate posset huiusmodi iu-
 ramentum in melius commutare, cum nul-
 li sit utile & alicui damnosum. Sed si unus
 istorum periurat nunquid alter poterit ue-
 nire contra. Res. quod si intendebat iurare
 sub conditione. si alter non portaret tunc
 altero portante non tenetur, si autem abso-
 lute iurauit tenetur: quod si dubitat, tunc si
 emolumentum mensuræ sit commune am-
 bobus uno periurante reliquus nihilomi-
 nus tenetur cum nullum fiat ei præiudi-
 cium. Si autem emolumentum est solum
 eius qui portat tunc benignius interpretan-
 dum est. si quod non seruanti fidem quod non pro
 miserit cum suo damno & lucro alterius,
 nam generaliter secundum Host. & Ber. Si duo si-
 bi ad inuicem aliquid iurauerunt uno non
 seruante nec alius tenetur c. sicut el terzo
 in fi. co. ti. nisi, si iuratum esset in honorem
 Dei ut si iurarent dicere psalterium pro in-
 uicem uel certam elemosinam dare.

24 ¶ Vigesimo tertio, si pone aliquis alteri fe-
 cit iniuriam & pro illa petebatur quedam
 summa pecuniæ in iudicio postea compro-
 miserunt in arbitros per iuramentum, qui
 condemnauerunt eum ut exiret ciuitatem
 nec rediret donec aliter duceret renocan-
 dum, nunquid tenetur exire. Res. quod non
 per. d. c. ueniens, & d. c. quinquaginta, quia
 illa est pena corporalis quæ est maior om-
 ni pena pecuniaria. ff. de his qui not. in-
 fa. l. quid ergo. §. pena, & hic agebatur
 pecuniariter, sed pone quod condem-
 nauerunt eum ne ligaretur per procura-
 torem nunquid potest contraueniri Ho-
 stien. dicit quod sic quia usus procuratoris est
 ualde

valde necessarius. ff. de procu. l. 1. ver. arbit. §. 3.

- 25 ¶ Vigesimoquarto, ¶ quid si iuravi tibi dare decem, & tu debes mihi alia decem nunquid possum compensare. Resp. Pa. in c. ad nostra. cl. 1. eo. ti. dicit q̄ non, quia iuramentum est obligatorium in forma specifica, nec sufficit illud adimplere in effectu, vt patet ibi per tex. illum quia iurans tenetur, prius actualiter soluere, nec sufficit compensare quamquam compensatio sit facta solutio. l. si peculium. ff. de sta. li. & dicit Pa. q̄ doct. nostri communiter sentiunt quod dictum est, sed contrarium dicit sensisse Bart. in l. amplius. ff. rem ra. ha. vbi ponit talem q̄. quidam tibi promisit soluere certam quantitatem & hoc iurat, postea compensat tecum, nunquid per hoc, sit periurus & concludit q̄ non, nam conditiones debent impleri in forma specifica, sicut iuramentum, vt in l. quid heredi. in prin. iussu dare implet conditionem compensando, ut d. l. si peculium ergo, &c. preterea si ego impedior iusta causa facere q̄ promisi, nō sum periurus, ut in l. si. ff. qui facti. cog. sed si ego nō soluo tibi quādo tu debes mihi tantandē, ego impedior à te, quia ideo non tibi soluo quia tu non soluis mihi, vnde quasi facto tuo impeditus non debeo esse periurus, hanc rationem facit text. in l. 3. ver. item quaeritur. ff. de sta. li. & concludit Pan. ob rationes Bar. quæ uidentur valde efficaces q̄ ante factum est sequenda prima opinio, quam tenet Inno. & Ioan. An. sed post factum ut quis excusetur à periurio sequenda est opinio Bar.

- 26 ¶ Vigesimoquinto, ¶ vt iurans non expellere inquilinum possit expellere si non soluit pensionem. Respon. quod sic secundum Panor. in c. tua nos, de iureiur. facit l. quaro. §. inter locatorem. ff. locati, ubi patet quod si conductor perierit id ad quod tenetur ex natura contractus non teneri ei locatorem ex promissione locatorem. Idem dicendum in patre qui iurauit non exheredare filium, intelligitur nisi crimen ingratiitudinis commiserit. l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obligatio. & generaliter secundum Barto. in d. §. inter locatorem, hic. §. facit ad omnes contractus in quibus aliquid ultra cirosque promittitur vt quilibet non teneatur seruire quod promisit,

si per aduersam partem non seruatur id pp q̄ sunt promissa d. §. offerri. similiter si vir iurauit nō dimittere uxorem intelligitur nisi faciat contra legem coniugii, uel si promisit dotem potest dimittere si non soluit iuxta not. in c. iurans, de dote post diuor. re. Item si iurauit te non offendere intelligitur nisi causam offensionis commiseris. l. qui seruum. ff. de uer. ob. facit q̄ non in l. cum pater. §. libertis. ff. de le. 2. & quod in d. c. quemadmodum, hæc faciunt ad. §. 16.

- 27 ¶ Vigesimo sexto, ¶ quid si quis iurauit tenere aliquid secretū, an indistinctè teneatur. Resp. Em. Pa. de mente gl. in ca. ego co. tit. quod debet intelligi de honesto & non alteri nociuo, & tunc possum reuelare, nō tamen omnibus, sed illis qui possunt prodesse, pro hoc facit tex. iuncta gl. in c. neri. 7. dist. Vide supra. §. 15. conditione quarta quando prælatus iurauit non alienare utrum indistinctè teneatur uersiculo alienatio. §. 12.

- 28 ¶ Vigesimo septimo, ¶ vt iuramentum sit nullus. Resp. Pa. in c. intellecto, eo. tit. q̄ si actus dependet à mera uoluntate iurantis puta quia nullo iure prohibetur, sic tenet, unde dicit Inn. in c. dilectus, de præben. quod si quis iurauit nō alienare librum & tamen alienauit tenet alienatio licet sit periurus, facit ea. ultima uoluntas. 13. q. secunda in glo. ubi tangitur, q̄ qui iurauit non mutare testamentum si mutat tenet sed sit periurus, intellige quod sit periurus etiam in casu præcedenti nisi qn̄ potest contrariuere, & quamuis Hosti. in ca. cum Marthæ. de cele. mis. teneat q̄ secundum testamentum non teneat, tamen Io. An. in regula, quod semel placuit li. 6. tenet q̄ ualeat, quia nullo iure cauetur q̄ sit nullum. Si autem dispositio actus non dependet à mera uoluntate iurantis, puta quia interdicitur à lege fauore ipsius iurantis, exemplum in muliere & minore quæ non possunt alienare uel alium contractum facere sine certa solennitate, & tunc actus iuratus contra primum iuramentum nō ualeat, ipso iure, & sic intellige glo. c. licet eo. ti. lib. 6. ratio quia actus sine iuramento erat ipso iure nullus obstante prohibitione legis, ratio autem iuramenti sustineri non potest, quia iam obligauerat se de ratione primi iura-

juramenti, & sic secūdum ut illicitum. Et idem dicendum qñ actus prohibetur rōe publicæ utilitatis, & illæ est casus. d. c. intel lecto. Quomodo actus gestus cōtra legem valeat. uer. 1. §. 6. & uer. lex. §. 35.

29 ¶ Vigesimo octauo d̄ qñ aliquis frangit fidē iuranti. Re. secundum Pa. in c. puenit el secondō e. ti. qñ qñ duæ obligationes respiciūt se adinuicē, puta pmissi tibi pp qd alius promissit mihi. c. & sic: si ego nō seruo promissū, nec ille tenebitur mihi de cētū, & sic intellige illud. frāgēti fidē fides frāgatur eidē ff. pro socio. l. si cōuenerit in fi. 28. q. 1. si infidelis, & sic intellige. d. c. peruenit & c. constitutos, de pœnis. Idē dicendū qñ iuramentū fuit cū cōditione: puto iurauit ire Romā si dederis centū si non das nō teneor, quia promissio mea non purificatur nisi à tpe existentis conditionis. l. cedere diē. ff. de uerb. signi. qñque sūt obligationes non referuntur ad inticē, sed ad diuersa: exemplū promissit tibi simpliciter centū, & nō ex hoc: sed simpliciter promissisti mihi aliquid facere: tunc licet ego nō impleam promissum tñ alter tenetur, quia nō promissisti mihi rōe promissionis meę, sed simpliciter, & de spē ad speciē non fit cōpensatio ut no. in c. 2. de depo. & sic intellige. ca. noli. 23. q. 1. ubi dī, qñ hosti. seruanda est fides: nec obstat. c. qñ Deo patri. 32. q. 5. de uo uiri, & mulieris. ubi licet alter frangat alter tñ tenetur seruare, quia ibi simpliciter quilibet eorum uouit Deo non conditionaliter, & ei obligatur: secus si conditionaliter saltem tacitē, puta quia si de hoc cogitasset non iurasset. Vide aliquid supra. §. 16. tertia conditione.

30 ¶ Vigesimo nono d̄ utrū iuramentū factū alicui obliget successores illius cui iurauit. Re. secundum. D. Ar. Fl. secunda parte. tit. 10. c. 6. §. 3. qñ uel iurauit, & successores eius & tunc certum est, qñ tenetur nec amplius tenet iurare successoribus eius: licet teneatur se cognoscere liberum seu uassallū, & de hac cognitione loquitur. c. lōginquitate 12. q. 2. quod sit ne longinquitate tēporis pereat memoria originis, aut nullam facit mētione in iuramento de successoribus, & tūc iterū subdiuiditur, quia aut iurat simpliciter personaliter, & tunc cuiuslibet successoris iurare tenetur: ad hoc facit. l. imperialem. de prohi. seu. ali. aut fuit simp̄r appositum

Secunda pars

aliquid uerbum personale, puta promitto tibi & c. & tunc procedit quod est. f. qñ tenetur cuiuslibet successoris. Aut fuit simpliciter p̄stitū rōe dignitatis, & tunc transit ad successores. ut si dixi promitto obedire ep̄o florentino: quia dignitas non uariatur ex uariatione p̄sonę: ut in c. liberti. 12. q. 1. Vtrū autem successores iurantis obligentur ex illo. Re. fm cōiter Doc. qñ non ēt si iurasset pro se, & suis successoribus, quia licet quis possit obligare hæredem corporaliter seu tp̄aliter: imō etiam non faciendo mentionem de hæredibus pactum regulariter trāsit in eos. Spiritualiter autem non potest, quia licet sit honestū ut in sp̄ualibus obligationibus filius sequatur uoluntatem patris, nō tñ est necessarium: ut in ca. 1. de despon. im. pubertum. unde filius uel hæres nunquam est periturus ex iuramento defuncti.

31 ¶ Trigesimo d̄ quid si uenditor iurauit nō uenire contra uenditionem, & nunc dicit se deceptum ultra dimidium, nunquid debet audiri. Re. fm Pa. in c. eū cā: post gl. fi. qñ si est maior non auditur, secus si est minor: dicit tñ, qñ siue sit maior siue minor, & dicit se enormiter læsum, debet absolui, & audiri. Quid qñ iurauit redire ad carceres. uide uer. accusatio. §. 10. ibidem quomodo quis possit fugere ex carcere, melius in isto ca. §. 10. circa medium.

32 ¶ Trigesimo primo d̄ qualiter intelligitur illa auctoritas. 22. q. 7. c. iuramenti, qñ Deus nō facit differentia inter iuramentū, & simplicem loquellam. Re. fm Pa. in proximo decre. qñ Deus non facit differentiam inter illa: quando simpliciter loquella continet perfidiam, uel mendatium intellige pernitiosum. Et in c. debitores: de iur. iur. dicit idem Pa. qñ illa auctoritas procedit quādo iuramenti, & simplicis promissionis datur ualiditas: secus quando datur ualiditas iuramenti, & non simplicis promissionis. ut in casu d. c. debitores. Et ibidem dicit idem Pan. in secundō nota. quōd ubi turpitudine versatur ex parte recipiētis obligationem, & non ex parte se obligantis: promissio seu pactum non obligat sine iuramento, sed secus cum iuramento, & sic habes casum in quo ecclesia facit differentiam inter promissionem, & iuramentum. Et iterum dicit ibidem post Hostien. & Goff. qñ quamuis Deus non faciat differentiam, ec

Sum. Tab,

r

clesia

eclesia tamen facit, quod patet, quia dat maiorem penitentiam. 24. q. 1. c. non asseramus. Et Io. An. dicit, q̄ in illa auctoritate fit cōparatio in genere nō in quātitate reatus. Intellige igitur clarē q̄ non facit differtentiam, & c. ita peccat mortaliter frangēdo fidem q̄ tenetur sicut q̄ frangit iuramentum, sed grauius, & c. unde alia est simplex promissio. Quæ nō firmatur per fidei p̄stationem neq; per iuramentum. Alia est fidei p̄statio q̄ promittitur aliquid per fidem meam, aliud est iuramentum ut dicē de iuro per Deum, & huiusmodi. Pa. in ca. querelam de iur. circa finem concludit, q̄ omnis fidei p̄statio est iuramentum non contra. uer. obligatio. §. 5. uide uer. pactū. §. 2. & 6. Nota etiam, q̄ quāuis seruare fidē sit de iure naturæ, non tamen semper est peccatum mortale facere contra. sicut in periurio, p̄t. n. esse ueniale, ut patet in simili, mentiri. n. est contra ius naturæ, tamen non sequitur, ergo mentiri est semper peccatum mortale. unde oportet considerare materiam. Nam sunt aliqua, quæ ēt si non sint materię fidei commissa sunt tñ seruāda secreta, ut occulta adulterij, & facta q̄ reuelata essent semina discordiæ, & hmōi. Sunt etiā quædā quæ, & si simpliciter possent referri, quantum in notitia nostra est, occulta tamen habent rationes in eo, qui fidei nostræ cōmisit, quia uoluit secretum seruari, & propterea ex quo cōmissum est, acceptando in secreto non solum seruandum est, sed posset pro rei nobilitate esse peccatū mortale hmōi reuelatio, sunt autem quædam quorū occultatio nulli prodest, reuelatio q̄ue nulli nocet, quæ leuiter cōmittuntur, & acceptantur in secreto, & in his ueniale est fidem uiolare, quia cum nec ex materia inferatur alicui iniuria nec iniustitia eo q̄ non est materia perniciosa, nec ex forma. s. uiolatione iuris naturæ fit contra Deū aut proximū, sed pp̄ debitū p̄ximo iōe imperfectionis rei de qua agitur nō cōtrariat̄ charitati, sed p̄ter eam agitur, secus aut̄ in periurio, & iō aliquid est, d̄ra in ter iurare, & id quod fidei nostrę cōmittit̄, & sub eadem fide acceptatur à nobis.

3 ¶ Trigesimosecundō utrum per ista uerba In ueritate dico uobis. intelligat̄ ueramentū. Re. fm Pa. 1. c. si Xps̄ eo. ti. q̄ sic, quia interponit ipsū Deū qui est ipsa ueritas ut in c.

in quadam. de ce. mis. Ang. uer. iuramentū. 1. §. 4. limitat uerū q̄n hoies quibus sic h̄nt illud pro iuramēto, & ille qui iurat sic intēdit iurare alijs non credit hęc ille. tñ in d. c. & si Xps̄, simpliciter dicit, q̄ est iuramentū. posset r̄nderi, q̄ q̄n aliquis affirmat dicēdo in ueritate sic esse, posset dupliciter intelligi, primō, q̄ non intendat accipere ueritatē in testē, sed solum dicere sic esse in mente sua, sicut uerba sonant, sicut d̄r in euāgelio. est, est. non, non: amen: amē. i. sine defectu assero, & primū refertur ad mētē, fm uerū ad uocē, & est sensus. ita habeo in mente sicut significo in uoce: in quo cōsistit ueritas, quæ est adæquatio mentis ad uocem. Et ut quædam replicatio sicut quando dico, certamente sic est, & isto mō non uir esse iuramentū, quia ibi nō sumit̄ aliquid faciū in testem uel confirmationem, sed est repetitio locutionis, & sic dicere in ueritate est dicere hoc quod dixi ē uerū. i. sic habeo in mente sicut in uoce. & in isto sensu est uera limitatio Ang. Alio mō pōt̄ intelligi, q̄ dicat in ueritate sic esse. i. q̄ inducat ueritatē in testem ad confirmandum dictū suū, & sic est iuramentū ut dicit Pa. quia ueritas est Deus q̄ adducit̄ in testē, nec est necesse fm eundē Pa. in d. c. & si Xps̄ q̄ exprimat̄ uerbū. iuro. ad hoc. q̄ sit iuramentū, sed satis est, q̄ ad cōfirmationē ueritatis q̄s interponat ipsū Deū explicitē uel implicitē. de quo l. c. querelā. e. ti. Itē no. fm eundē Pa. ibi d̄r post Inn. q̄ nulla, uel modica est d̄ra an quis iuret per euāgelia uel reliquias: siue dicat tñ promitto hoc in fide mea. Itē iuramentum est q̄n quis dicit sub periculo aīe mez. Et nota, q̄ q̄n dico Deus scit, coram Deo loquor. Deus uidet, q̄ dico ueritatē, & similia. p̄nt dupliciter intelligi s. inuocatiuē, uel enunciatiuē, & sum̄tur in uocatiuē q̄n inducunt ad cōfirmadū quod d̄r, & tñc h̄nt rōnem iuramenti. Enunciatiuē uerō sum̄tur q̄n per modū narrationis hęc dicunt̄, & hoc frequenter accidit his qui noscunt iurare ad cōfirmandum dicta sua, sed remitte ad diuinum iudicium. ubi omnia erunt manifesta. Vbi notandum, quod dicendo, in ueritate sic est, uel per fidem meam sic faciam, per se, & propriē iuramenta non sunt. per inde. n. est ac si diceret ita. hoc est uerum, uel ita hoc faciā sicut sum fidelis in promissis uel in dicendo uerū, ubi seipsum ostendit

offert in testem non Deū sicut reges promittentes in fide regia non iurāt p hoc, sed propriā fidelitatē excellentē qualis dēt esse in rege, asserunt ad confirmandū. ut sic scriptos inducāt in testes, nō Deū, & sic de sibi bus, puta dicere ad fidē bonā sic est, aut sic faciam, sp nāq; de fidelitate est sermo, non de fide q̄ est uirtus Theologica, sed de fide q̄ est uirtus moralis ac si diceret, ita hoc factū est uerū. ut dictū est. Et sic intellige primā opinionē siue dictū Aug. Alio mō accipiuntur per accidens qm̄. s. quis putat, q̄ dicere ista sit iurare, & dicit proculdubio ista ex intentione sua iurat, & non ut uerborū, & isto mō intellige Pa. ut sic factē implicitē uel ex intentione Deus adducatur in testē, tñ maior est contēptus, & maius est p̄c̄m fallere iuramentū factū p increata, uel superiores creatūras, q̄ per minus s̄a cta. 22. q. 1. c. mouet, & credo q̄ oē periurū sit p̄c̄m eiusdē sp̄i, & s̄m D. Arc. Fl. qn̄ qs parti defert iuramentū, iurandū est s̄m q̄ placet utriq; parti. ff. de iur. i. l. 3. In iuramentis uerō, quōz in iure p̄cipiuntur ut est iuramentū testiuū, & calūniæ sp̄ est iurandū super spū Dei euāgelia. ut in ca. fi. de iura. cal. & idē in oībus aliis iuramentis, q̄ à iure uel à iudice uel à partibus de necessitate deferant & per eōdem consuetudinem omne scriptum reputatur euāgelium.

- 34 ¶ Trigesimotertio, ¶ utrū inducēs aliquē ad iurandū peccet maximē qn̄ seir uel dubitat q̄ falsū iurabit. Rñ. s̄m s. T. 3. s̄e. di. 39. ar. ult. quodl. z. ad 1. q̄ qn̄ aliquis seir, uel probabiliter credit, q̄ aliquis deierabit non licet ab eo iuramentū exigere nisi forte sit in loco iudicii, quia iuramentum in iudiciis nō tm̄ exhibetur pp̄ iudicē, sed pp̄ alios, unde nō est in p̄tate eius iuramentū remittere qd̄ s̄m ordinē iuris exhibendū est, similiter si seiat eū iuraturū uerū, p̄ licitē iuramentū exigere non pro se sed pro aliis qui hoc nesciunt. Si at̄ dubitet, dubitatio ex tāta suspitione procedere p̄t, q̄ ut p̄c̄to erit, & iō Aug. super illud ad Ro. 1. testis est mihi Deus. Non audeo dicere qd̄ sit sine p̄c̄to, nō tm̄ dicit q̄ semper sit peccatū. hęc s. T. vñ s̄m Ray. audiens iurantem quē seir iurare falsum sufficit sibi, & teneū iudicare illis, qui possit prodesse, siue eū corripiendo. 22. q. 5. c. hoc vñ concor. Ric. cum Si. T. Et Pa. in c. clericus de coha. cle.

dicat, q̄ nunquā est deferendū iuramentū illi cōtra quē est uehemēs suspicio de trāgessione, & offerēs peccat alle. c. ille. 22. q. 5. intellige, qn̄ uoluntariē ut dictū est p̄ S. Tho. Aug. in uer. iur̄m 3. §. 11. dicit, q̄ qn̄ aliquis est dispositus ad iurandū falsum, q̄ non peccat dans ēt iura iudicium qm̄ facit ex aliqua rōnabili causa, sed hoc non est tutum, quia ipse actus periuradi ad quē eum inducit est de se peccatū mortale nec vñ q̄ possit esse aliqua causa rōnabilis, q̄ aliquis periuret. Vide infra uer. periurium. §. 3.

- 35 ¶ Trigesimoquarto, ¶ de iurō vniuersitatis, siue alicuius societatis. Aduerendū est, q̄ qn̄ vniuersitas alicuius ciuitatis uel collegii iurō se obligauit, & iurātes iā mortui sunt successores facientes contra nō sunt p hoc periuri. Nā obligatio iuramenti est personalis, & non transit ad successores, tenentur tm̄ ex quadā fidelitate adimplere, quod iuratum est hęc Pis. & D. Archi. Flo.
- 36 ¶ Trigesimoquinto, ¶ utrū qn̄ vniuersitas, q̄ iurat aliquid seruare vel facere vel nō facere, teneatur, qm̄ maior pars facit contra. Rñ. q̄ si qn̄ iuratum habebat aliquā conditionē in mente s̄m illā in foro conscie debet seruare, puta si alii oēs uel maior pars seruabit, & ego. Si uerō nullā condōnē habebat, sed dubitabatur an fuerit simplr, uel sub aliqua condōne tūc si iur̄m spectat tm̄ ad cōmodū iurātū, & medietas, uel maior pars seruat, & hoc uergat in dānum seruantiū, & lucrū non seruantiū, benignē interpretandū est, q̄ aliquibus non seruantiibus alii non tenentur seruare. Si uerō nullum incōmodū pariuntur seruantes nō est tutū contranenire, sed denunciatur plato, uel cogat seruare uel sibi inuicē remittere. Si uerō cōcerneret cōmodū aliorum à iurantiibus, non possent nec sibi remittere nec aliis nō seruantiibus, nō seruare sine periurio si simpliciter iurauit. Et si dubitant an simplr iurauit uel sub condōne dimittant incertū. s̄ non seruando, & seruent, quod est certum hęc s̄m D. Archi. Flo. & Pis. post Vuil. addētes, q̄ si oēs alii uel plures intelligē medietatem, non seruant ipsi liberati sunt.

- 37 ¶ Trigesimosexto, ¶ quid dicendū de iuramento scholariū, vniuersitatum, collegiorū, & hm̄ōi, qui iurauerunt multa in eorū statutis contenta, an sint periuri contraueniēdo. Respō. quidā distinguunt, quod aut iurauit.

fauerunt seruare statuta, aut contēta in eis primo casu si conuenient collegialiter nō incidunt in periuriū, quia tollunt statutū, & per consequens tollitur iurā accessorii ad statutū, si uerō iurauerunt seruare contēta in statutis tunc incidunt in periuriū ueniendo contra sine cā rōnabili, & hoc intel ligit Pa. in d. c. dilectus. de pb. qñ iurauerūt seruare contēta, nulla mētioe facta de sta tuto, ut puta si dixerunt, iuramus non reci pere aliquem, qui nō sit graduatus: secus si dixissent, iuramus non recipere aliquē qui non sit graduatus sicut continetur in statu ris: quia hoc casu uidentur iurasse seruare statuta. Idem sentit D. Car. in cle. i. de reg. & dicit, q̄ non solum expresse, sed etiā taci tē remoueri pōt: quia tale statutū obligat tanquā singulos, & nō tanquā collegiū, & ideo consiliū, q̄ tales primō remouent sta tutū antequā contraueniant: quo sublato: iuramentū sublātū est, & ita seruatus. Sed si cōtrauerūt non sublato statuto adhuc probabiliter v̄ posse defendi, q̄ intelligūtur destruxisse, & sic non sunt periuri, quia cū possint tollere statutum expresse, ergo & tacitē intelliguntur sustulisse ex quo appa ret de uoluntate contraria, nec est uerū q̄ sint periuri eo ipso quōd incipiunt contra uenire, quia iuramētum obligat singulos, & non collegium, cum non sit susceptibile periuriū: hanc opinionē uidetur sentire Io. And. in c. i. de his que sū. a. maio. par. cap. Sed Io. de Lig. in d. cle. i. dicit, q̄ in primo membro contraueniendo etiā collegialiter incidunt in periuriū. Pa. autem in d. c. dilecto. dicit, q̄ hęc materia semper fuit sibi uisa difficilis, & pro concordia dicit, q̄ aut singularis de collegio iurant seruare sta ruta simpliciter: ita q̄ habito respectū ad formā, & substantiā iuramenti potius ligat singulariter, & tunc sublato statuto colle gialiter nullū periuriū incurreretur cōtraue niendo, & hoc casu intelligere primā opi nionē uerā: exemplū, statutū est, ut nullus uocem habeat nisi sit matriculatus iurae rūt singuli seruare statuta: certē iuramen tū hoc casu cōcernit obseruatiā singulorū, iō si collegiū deliberat tollere statutum nō peccant singuli postmodū contraueniēdo, sed si iuramentū stringit eos ad obseruan dū collegialiter: tunc hęc locū alia opinio ut sine metu periuriū nō possint etiā colle

gialiter cōtrauenire: cā rōnabili nō substi tūte pone exemplū. d. c. dilecto. Nā cano nīc iurādo non recipere aliquē ultra numerū ordinatū: iuramentū v̄ habuisse respectū, & ē collegialiter nō recipiāt, q̄ a nulli dubiū, q̄ singulares nō pnt singulariter elige re canonicos, tū ex forma, & materia iura mēti poteris cōprehendere utrū iuramētū stringat singulos singulariter an uerō singulos collegialiter, & ad perpetuationē adhibeas hęc cautelā ut singuli iurēt cōtē ta in statuto nō habita mētioe de statuto, & ut iurent, q̄ ē collegialiter nō cōueniēt subsistente post modū cā cōcernente fauorē publicū possūt cōtrauenire. uide de hoc gl. nota. r. i. di. in his. nota tñ, q̄ est dfa inter eos, q̄ fecerūt statuta, & iurauerūt, q̄ ad hoc, q̄ nō incurrāt periuriū requirit, q̄ uel maior pars tollāt talia statuta collegialiter saltē tacitē, nec sufficeret, q̄ tollerent singu lariter uel p cōsensus singulares. Illi āt, qui nō fecerunt statuta si sunt successores licēt iurauerint seruare statuta pcedentium suo rū si maior pars nō obseruat dicta statuta ēt ipsi contraueniendo nō uidentur condē nādi, quia uerisimiliter cogitare poterunt, q̄ ex aliqua licētia sit abrogata. vñ uiden tur iurare obseruare statuta non abolita.

38 ¶ Trigesimoseprimū q̄ quid si hoīes alicuius uniuersitatis, seu societatis iurāt aliqd se facturos nūquid pnt sibi inuicē remitte re. s̄m Pif. post Vuil. hoc p̄t ē quatuo modis, primō quidē si iuramētū sit de his q̄ p̄nēt ad cultū Dei, seu ad religionē uel pietatē, & tūc nō pnt remittere, ut si duo iu rēt, q̄ ibunt ultra mare militare pro Deo, uel quōd intrabūt religionē, & tūc nō pnt remittere, si tñ iurassent sub cōditione. l. si alius ibit ego ibo, secus effet. secūddō si iura mentū est de aliquo tēporali, & sit tale, q̄ absq; iuramētō tenetur facere quod iurāt, & tunc ēt non pnt sibi inuicem remittere, quia propter salutem animarū v̄ sic iura tū, ut si carniscees iurent, quōd nō uendēt carnes infectas pro fanis. tertidō p̄t cōtinge re, quōd iuramentū sit quidē super re tpa li, sed tale, quōd absq; iuramētō nō tenebā tur facere quod iurāt, & tunc obseruantia iuramenti spectat tñ ad cōmodū uel in cō modū iurantū, & sic pnt sibi inuicem re mittere. Si āt spectat ad cōmodū aliorū ma gis quā iurantium, nō possunt sibi inui

cem remittere ut aliqui artifices iurāt, q̄ in mercibus. 20. solidorū non accipient de lucro ultra unum solidū, uel q̄ non uendent opera nisi de materia sic parata : uel q̄ non trahent pecias panni ultra tantū, & h̄mōi. quartō si obseruātia iurū sit alijs dānosa, nā tale iurum nō est obligatoriuū, ut si iurēt suores, q̄ tali tpe non laborabunt, & hoc ut ob iurātē carius uendant, quā iuramenta si sunt expresse contra bonum non obligāt, & si est dubium recurrant ad superiorem .

39 ¶ Trigesimooctauō q̄ quid si q̄ iurauit seruare statuta utrū teneatur ad statuta edenda. Res. fm̄ Doc. in c. clericus. eo. tit. q̄ si in statuto seu iuramento positū fuit uerbum edita, & edenda, q̄ teneat si uerō nō fuit positum, sed solū edita. tunc nō teneat, si nō cogitauit de edendis, si uerō nō fuit positū neq; edita neq; edenda, sed simpliciter iurauit tunc aliqui dicunt. ut Io. An. & Car. q̄ tenetur, Et ad seruāda quod non placet Pa. pp̄ periculū periurij: p̄t dici, q̄ si intendeat obseruare teneat, secus si non intēdebat. Si uerō sit dubium, quia est stricti iuris fm̄ Pa. iō nō ut ligare, sed q̄a dubijs securior pars est eligēda recurrendū ut ad superiorē. & nota q̄ si in aliquib; statutis continētur aliqua illicita, & aliquis iuret illa seruare, non teneat, & malē facit iurādo simpliciter.

40 ¶ Trigesimononō q̄ quid autē dicēdū de statutis cōitatū, uel uniuersitatū quæ sunt cōfirmata per ep̄m, uel superiorē utrū nō obstante hac confirmatione possint cōuenire modis supradictis: dicēdū, q̄ si superior cōfirmauit supradicta ex certa scientia, & cauē cogniōne sic inferiores absolūtē disp̄sare non possunt aliās secus. Bar. tñ in l. omniū. C. de test. ut tenere indistinctē, q̄ inferiores possunt cōuenire. Dicit. n. q̄ licet testamentū sit factū de cōsensu principis, tñ p̄t reuocari sine eius cōsensu, q̄ fm̄ eum facit ad statutū q̄ est in ducatu Spoletino confirmatū p̄ superiorē, & tñ p̄t sine eius cōsensu reuocari: adde p̄dictis q̄ not. Pa. in c. cū accessissent. de cōst. q̄ statuetes p̄t recedere à statuto confirmato à sede apostolica, uel alio superiore, & redire ad ius commune, non obtenta alia licentia à superiore, & idē tenet Bal. l. oēs populū. ff. de iust. & iur. sed Bar. tenet contrariū in d. l. oium. C. de testa. solet Pa. sic concordare. Aut statutū concernit principaliter fauorē statuē-

tiū, & procedit prima opinio, nā confirmatio hēt uim cuiusdā priuilegij cui possunt statuentes renunciare. Si uerō statutū cōcernit fauorē aliorū uel ius publicū ita, q̄ merē ipsos statuentes, & tunc p̄cedit alia opinio, quia ex quo superior confirmat. ut dispositionem facere suā, quia omnia nostra facimus, &c. inferior ē nō potest tollere legem superiorum. facit dictum Inn. in c. accedentibus, de priu. ubi dicit, q̄ si statutū cōcernit principaliter fauorem ecclesiarū nō possunt canonici expresse, uel tacite illi renunciare. Aliud no. Pan. q̄ si statuentes uel eorum successores ueniunt scienter contra statutum uidentur tollere statutum ita q̄ p̄ unicum actū contra statutum factum tollitur ipsum statutum idem Host. Io. An.

41 ¶ Quadragesimō, q̄ quid de statutis quarundam terrarū, quæ nō permittunt uinū aliū de apportatū uendi in suo territorio quādiu uinū illius terræ inueniat uenale p̄ tāto uel tanto precio, & multoties talia statuta sunt iurata an sit obseruanda. Res. q̄ si talia statuta sunt facta corrupta intentione uel contra bonū cōe non sunt seruanda, secus si bona intentione, & ad bonū rei publicæ, ut puta habent uina ualde debilia, & corruptioni obnoxia, quæ longo tēpore seruari non possunt, etsi uina alia deportentur sua uina uendi non possent, & sic terra illa graue damnum incurreret, & similia.

DE IURISDICTIONE.

- 1 Iurisdictio quid sit.
- 2 Iurisdictio sine coherensione nulla est.

¶ Iurisdictiōe Ordinariorū nullis priuilegijs, aut exceptiōibus impediti: Iurisdictiōnes uero ecclesiasticas locare non licere, cautū est nouissime sacrosancta syn. Trid. Sess. xxij. c. xx. & xxj. & Sess. xxv. cap. xj. & xij. Lbo. à Lb. ge.

1 Iurisdictio q̄ est quædā potestas qua quis ponitur superior ad alios, & per quam aliquis p̄t uti clauibus ordinis i alios, q̄ q̄uis possit dici clauis iurisdictiōnis nō ē tñ proprie clauis cœlorū. de quo uide supra uersū. ex cōcōcātio 3. & S. Tho. 4. dist. 19. q. 1. ar. 1. quodl. 3. sic ait. Clauis est duplex una quæ se extendit ad ipsum cœlum immedia-

re remouendo impedimēta introitus in cœlum per dimissionē peccati, & hæc uocatur clauis ordinis, & hæc soli sacerdotes habent: de qua supra uer. clauis. Alia clauis est, que non directē se extendit ad ipsum cœlū, sed mediante ecclesia militante per quam aliquis ad cœlum vadit dum per eam aliquis excluditur uel admittitur ad consortiū ecclesiæ militantis per excommunicationem, & absolutionē, & hæc uocatur clauis iurisdictionis in foro cœtū, & ideo hanc et non sacerdotes habere possunt, sicut archidiaconi, & clerici, & alij, qui excommunicare possunt, sed non propriē dicitur clauis cœli, sed quædam dispositio ad ipsum: hanc autē iurisdictionem non pnt habere laici neq; scemina, & pot esse simul in pluribus sicut in c. uacante sede. Iurisdicō tñ largē sumpta, est etiam in iudice seculari. unde s̄m Azo. dī d̄ ditione, qđ est potestas, & iuris quasi iusta, & legitima potestas.

- 2 ¶ Primō † iurisdicō sine coertione nulla est de offic. deleg. cap. pastoralis: unde dicitur rex. in l. si. ff. de offic. eius cui. man. iurisdicō, sine modica coertione nulla est iurisdicō, & iurisdicōne commissa omnia sine quibus explicari non possent, intelliguntur commissa. ff. de iur. om. iud. l. 2.

D E I V R E.

- 1 Ius quid est.
 2 Iuris diuisio.
 3 Ius diuinum partim naturale partim positium.
 4 Ius naturale, & gentium in quibus conueniunt differat.
 5 Ius dupliciter dicitur.
 6 Iuris diffinitio.
 7 Valent ne que sunt contra ius.
 8 Iure suo quis uti potest etiam si alteri noceat, & quomodo.

1 **I**us est † primō impositum ad significandum ipsam rem iustam, & sic est obiectū iustitiæ s̄m Is̄. & s̄m philosophū. 5. Eth. Postmodū autē est deriuatum ad significandum artē qua cognoscitur, quid sit iustum. unde Celsus iuriscōsultus: ius est ars boni, & æqui. l. ff. de iust. & iur. Et ulterius positū est ad significandum locū in quo ius redditur, sicut dicitur aliquis comparare in iure. Et ulterius dicitur etiā ius quod reddit ab eo ad cuius officium pertinet iustitiam face-

re, licet etiam, id quod decernit sit iniq̄: hæc S. Thom. 2. 2. q. 57. ar. 1.

- 2 ¶ Primō † ius diuiditur, quia aliud naturale aliud positium, & istud aliud cōe aliud particulare, ius enim siue iustum est aliquod opus quod est adæquatum alteri s̄m aliqua lem equalitatis modum, dupliciter autē potest alicui homini esse aliquid adæquatum. uno quidem modo ex ipsa natura rei: puta cum aliquis tantum dat ut tantundem recipiat, & hoc uocatur ius naturale. Alio modo aliquid est adæquatum uel commensuratum, alterum alteri, ex condicō, siue ex communi beneplacito, quando scilicet aliquis reputat se contentum si tantum accipiat, quod quidem potest fieri dupliciter, uno modo per aliquod priuatum cōmodū condicō, sicut quod firmatur pro aliquo pacto inter priuatas personas, & hoc potest dici ius particulare. Alio modo ex condicō publico, puta cum totus populus consentit, qđ aliquid quasi adæquatum, & commensuratum alteri, uel cum hoc ordinat princeps, qui curā populi habet, & eius personam gerit, & hoc dicitur ius positium: hæc S. Th. ubi supra ar. 2.

3 ¶ Secundō † ius diuinum partim est naturale, partim positium, dicitur enim ius diuinum quod diuinitus promulgatur, & hoc quidem partim est de his quæ sunt naturaliter iusta, sed tñ eorum iustitia homines lateat, partim autem de his quæ sunt iusta institutione diuina. unde etiam ius diuinū per hæc duo distingui potest sicut & ius humanum. Sunt. n. in lege diuina quædā præcepta, quia bona, & prohibita quia mala: quædam uerō bona, quia præcepta, & mala quia prohibita hæc S. Th. ubi supra ad tertium.

4 ¶ Quintō † ius naturale, & gentiū aliquo modo differunt aliquo modo conueniunt. Conueniunt quidē, quia ambo sunt à natura, & differunt, quia diuersimodē sunt à natura. Ius. n. siue iustū est, quod ex sui natura est adæquatū, uel cōmensuratum alteri: hoc autē potest cōtingere dupliciter, uno modo s̄m absolutā sui cōsiderationē, sicut masculus ex sui rōne habet cōmensurationem ad sceminā, ut ex ea generet, & parens ad filiū ut eū nutriat. Alio modo aliquid est alteri naturaliter commensuratum non secundū absolutam sui rationem, sed secundū aliquod quod ex ipso sequitur, puta proprietates posses.

possessionū. si. n. consideretur iste ager abso-
lute non habet vnde magis sit huius q̄ il-
lius, sed si consideretur ad oportunitatē co-
lōdi, & ad pacificū vsūm agri, s̄m hoc hēt
quandā cōmēsuratōnē ad hoc, q̄ si vnus,
& nō alterius, ut pater per Philosophū 2.
Polit. & hōiem esse seruū: id ergo qd̄ pri-
mō mō d̄r naturale est cōe nobis & bestiis,
& hoc propriē d̄r naturale. naturale uerō
secdo modo d̄r ius gentiū, quod procedit à
iure naturali, ut dicit iuriconsultus, quia
illud omnibus animalibus, hoc solū homi-
nibus, inter se cōe est. vnde Gaius iuricon-
sultus ait, quod natura inter oēs homines
cōstituit id apud omnes gētes custodiatur.

¶ Quartō, † ius d̄r dupliciter. s̄. simplr. i.
æqualit̄, & s̄m quid. i. inæqualit̄, & hoc tri-
pliciter est. s̄. dānatiūm, paternū, & econ-
omicū. Ius. n. siue iustū d̄r per cōmēsuratōnē
ad alterū. Alterū aut̄ pōt dici duplt.
vno modo qd̄ simplr est alterū sicut quod
oīno est distinctū sicut apparet in duobus
hōibus quorū unus non est sub altero, sed
ambo sub vno principe ciuitatis, & inter-
tales s̄m Philosophū 5. Eth. est simplr iu-
stū. Alio modo d̄r aliquid alterū non sim-
pliciter, sed quasi aliquid eius existens, &
hoc modo in rebus humanis filius est ali-
quid patris, quā quodā modo est pars eius,
ut d̄r 8. Eth. & seruus est aliquid dñi, quia
est infim̄ eius, ut d̄r 1. Politic. Et iō patris
ad filiū nō est cōparatio, sicut ad simplr al-
terū, & pp hoc nō est ibi simplr iustū, sed
quoddā iustū. s̄. paternū, & eadē rōne, nec
inter dñm & seruū, sed est inter eos dāna-
tiū iustū: uxor aut̄ quauis sit aliquid ui-
ri, quia cōparatur ad eū tanq̄ ad propriū
corpus, ut pater per Apostolū ad Efc. 5. tū
magis distinguitur à uiro, q̄ filius à patre,
uel seruus à dño: assumitur. n. in quādam
socialē uitā matrimonii, & iō ut Philoso-
phus dicit, inter uirū & uxorem plus est de
rōne iusti, quā inter patrē & filiū, uel dñm
& seruū: quia cū uir & uxor habeant im-
mediatā relationē ad domesticā cōitatem,
ut pater 1. Polit. ideo inter eos non est etiā
simpliciter politicū iustū, sed magis iustū
economicū. Omnes aliæ diuersitates quæ
sunt in ciuitate habent immediatā relatio-
nē ad cōitatē ciuitatis, & ad principem ip-
sius: & ideo ad eos est iustū s̄m perfectā ra-
tionē iusti: distinguitur tū hoc iustum s̄m

diuersa officia, vnde & d̄r ius militare, uel
magistratum, aut sacerdotum, non per de-
fectū à simpliciter iusto, sicut dicitur pater
num & dominatiū, sed pp hoc q̄ unicui
que conditioni personæ s̄m proprium of-
ficiū aliquod propriū debetur, & sic habes
quorūplex iustum. hæc S. Th. ubi supra.

¶ Quintō, † ius ut ponit Pila. post Rayn. &
Host. est ars boni & æqui, cuius maritō qs
nos sacerdotes appeller. i. factorū præcepto-
rum ministros: rigor uerō est excellus, siue
austeritas iuris aliquoties ad tertotem scrip-
tus. qui quidē non est seruandus, nisi vbi
timeatur exemplum mali. i. ne p̄m̄ deduca-
tur ad alios per exēplū d̄. 45. sed & illud
Quandōq; tū rigor idē est, q̄ subtilitas iur-
is, & seruandus. c. in litteris, de rest. spo. A. e-
quitas uerō est mediū inter rigorem, & di-
spensationē. C. de iud. l. placuit, & defini-
tur sic. Aequitas est iustitia dulcore miseri-
cordiæ tēperata, uel æquitas est modus rō-
nabilis regens misericordiam & rigorem,
hanc iudex semper debet præ oculis habe-
re. ff. de eo quod cer. lo. l. q̄. si. ephē. in fi. &
45. dif. disciplina. & c. qui emendat. Nā me-
lius est de misericordia, quā de seuerita-
te reddere rationem. 2. 6. q. 7. c. allegat, hoc
intelligitur s̄m Ray. nisi ex causa iusta ser-
uent rigorem, uel faciat dispensationem.

¶ Sextō, † utrum ea quæ contra ius sunt
ualeant. Resp. regula dicit, quæ contra ius
sunt debent pro infectis haberi, de reg. iu.
lib. 6. Quam regulam quidam uoluerunt
dicere habere locū solūmodo. quōdo ius
ita prohibet q̄ addit, & si contra fiat non
ualent, sed hæc expositio reprobatur expres-
sē. C. de legi. l. nō dubium. Et ideo indu-
bitanter tenendum, q̄ quicunque lex pro-
hibet si nihil aliud addit, tunc ea quæ
contra sunt ipso iure non ualent, ut sunt ven-
ditiones, donationes, electiones testamen-
ta & omnia huiusmodi, nisi sint talia q̄
eorum effectus renocari non potest, ut ho-
micidium, & huiusmodi. Si uerō lex ad-
dit aliquid plus, tunc considerandum est,
quod pōt addere tripliciter. Primō quidē
contingat si addat uerba expressē annullā-
tia, ut dicendo si contractum fuerit, sit
irritum, & inane, & tunc est planum. ff. de
tutel. l. mutuo. s̄. sub conditione. Secundō
contingit si addat uerba exprimentia mo-
dum per quem illud factum annullatur, ut
dicendo

dicendo qui cōtra fecerit remouetur ex ceptione tali, uel tali, uel macedoniani, uel leiani de dolo, & similib. & tūc qđ cōtra legē factū, prima facie ualet, sed remouetur, exceptione cōtraria. Tertio contingit addi aliqua uerba cōfirmantia, ut dicendo sic. si cōtrafactū fuerit ualebit qđ est, &c. & tunc ualet. ff. de fideiuf. l. grece. §. à tutore. & hęc est sūta Dy. & Cy. Quo actus contra iurim ualeat. ner. iurare. §. 27. & ver. lex. §. 35.

blicationis, fuit tamen perfecta rōne uoluntatis, ut puta, quia testamentum manu sua conscripsit uolens postea redigi in publicam formam, sed morte, uel furore præuentus non potuit, q̄ nihilominus hæres teneatur. Idem dic si incepit facere testamentum, nec potuit complere, q̄ legata facta valent, quia non pōt negari, quin sūt perfectus consensus rōne uoluntatis, licet non ratione operis. Idem Bar. in l. cum quis. C. de iur. & facti igno. tener, q̄ si testamentū est nullum, quia deficit uoluntas defuncti, uel quando est nullum ex præteritione hæredis ignorando q̄ eum habeat, sic legata non debentur quod limitatur, nisi fiat talia, q̄ si etiam sciuisset se habere filium, fecisset. arg. 1.4. q. 4. c. fi. sed quando testamentum est irritum ex præteritione, uel ex hæredatione nominis, debentur legata omnia, ut in auth. ex causa. C. de liber. præteri. Similiter quando est nullum, quia nō sunt testes sufficientes, uel deficit aliquam solemnitas iuris ciuilibus, tunc, quando constat hæredi de uoluntate defuncti, uel per duos testes potest probari, obligatur naturaliter iure gentium ad implendam uoluntatem defuncti. uer. testamentum §. 5.

9 ¶ Octauo ¶ quid si hæres renunciauit hæreditati, uel non uult adire. Re. fm Pan. in c. relatum, el primo de testa. quōd nihilominus legata ad pias causas ualeant, quia non subiiciuntur talibus solemnitatibus.

10 ¶ Non d̄ utrum legatum ecclesie ædificandæ, seu monasterio debeat solui cum fructibus intermedii temporis. Resp. secundum Pa. in c. nos quidem, de testa. q̄ sic, ut consulerunt Bar. & Fran. de Alber. quia text. præfati. c. nos, dicit, quōd relicta ecclesie construendæ debent solui sine diminutione, facit pulcher text. in l. si ita relictum. §. pegasus. ff. de. le. 2. ubi dicitur, quōd si relinquitur prædium incertum, puta post decem annos, uel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus intermedii temporis si dies fuerit apposita fauore legatarii, sic in casu nostro dies apponitur fauore ecclesie, uel monestarii, quia si fuisset constructa tempore testamenti legasset simpliciter, & non in diem.

11 ¶ Decimo ¶ Utrum legatum ad certum usum possit ad alium conuerteri. Re. Pe. de Perusio. ubi supra, aut ipse usus potest im-

pleri de iure, & de facto, puta: quia legauit quis, ut monasterium construatur in tali diocesi episcopus est contentus, & sic licet de iure, de tonse. distin. 1. nemo, & nullum est impedimentum in facto, quia adest pecunia, & cetera necessaria: nec est qui aduersetur, & sic potest fieri de facto, & tunc non potest conuerteri in alium usum, & iste est casus. d. c. nos. de testa. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. 1. & de hoc est casus in l. nulli C. de epi. & cle. imo si per legatarium, non impletur tale legatum, reddit ad hæredem, & pro hoc est casus in cap. cum dilecti, de dona. facit, quod nota. in c. uerum, de condi. appo. & hoc uerū, nisi in legatis ad pias causas, uel nisi interueniat dispensatio papæ, uel alterius, ut infra §. sequenti. At ille usus potest impediri, sed non de facto, puta propter guerras, uel quia pecunia est modica, uel non est locus ubi legatur, & huiusmodi, & est casus in l. legatum. ff. de admi. re. ad ciui. perti. & in d. c. nos quidem. ibi, impleri non potest, quod uerbum etiā intelligitur de impotentia facti, de rescrip. cap. significatus, & tunc potest fieri commutatio auctoritate superioris etiam si in testamento sit clausula, quōd non possit conuerteri ad alium usum, ratio: quia uoluntas testatorum debet interpretari secundum ius commune, ut res magis ualeat quam pereat. cap. Abbate. de uerbo. signifi. & ideo cum de iure cōmuni possit in alium usum conuerteri non obstat talis clausula, & ex his dictis Guil. in Spe. rit. de edic. instru. in §. nunc aliqua, quōd si mihi legatur ut uadam ultra mare, & nullus audeat ire, quōd consequatur legatum dummodo uadam ad locum similem: similiter si testator legat, pro labore itineris, uel pœnitentiæ sibi iniunctæ, quōd uadam Romam, & propter impedimentum non possum ire, q̄ consequor legatum: dummodo uadam ad locum similem. d. l. legatum, excipitur, q̄ legatur pro succursu terræ sanctæ, quia si nunc nō possum expectabitur tēpus, & seruabitur legatum. cap. magnæ de uoto. Lud. de Ro. in no. dicit, q̄ legatum factum pro calice, uel reparatione ecclesie, si ecclesia non habet opus de hoc poterit per episcopum solum fieri conuersio in alium usum pium. Aut usus potest impleri de facto, & non de iure, & tunc aut hoc est, quia non est ad alium quem

- quæ finem honestū, puta legat quis cētum ad faciendū ludū theatralē in ecclesia qui est illicitus de iure. c. cū decorem. de ui. & hoc. cle. & sic legatū inutile est, & non fiet econuerso. ar. eorū, quæ no. in gl. in l. i. ff. de cōdi. insti. vel non pōt fieri de iure, non quia non sit ad finē honestū, sed quia ius prohibet, & sic fiet conuersū in alium vsum honestū, vt est casus in l. legatū ciuitati. ff. de vsuf. le. & sic intellige d. c. nos qdē. in versu. non pōt impleri. s. de iure exemplum testator legat, q̄ prædicatores, & minores se conferant ad habitandū in suis domibus, & celebrent ibi diuina pro salute animæ, de iure hoc non pōt fieri. c. vnico. de exce. præla. lib. 6. cle. cupientes, de præ. n̄ vsus est honestus: similiter legat, vt fiat ecclesia in tali loco non pōt fieri propter priuilegium quod habent prædicatores, & minores, & hmōi, & ideo fiet in loco congruo, & honesto.
- 12 ¶ Undecimō ¶ cuius auctoritate fiet talis cōmutatio. Resp. d. Pe. vbi supra, q̄ si non est causa puta, quia pōt de iure, & de facto adimpleri, tunc solus papa pōt. d. l. legatū, & cle. quia contingit. de reli. domi. Si uerō subest causa legitima pōt diæcesanus etiā, q̄n possit implere de iure, & de facto: nisi testator prouidisset, quid sit sciendum de legato usu non impleto, quia si prouidisset non possit fieri cōmutatio, vt not. Bar. in l. liberto. §. lucius, & ibi tex. ff. de an. le. & q̄ episcopus ex causa legitima possit commutare in alium pium vsum, facit quod not. D. Ant. in c. verum. de cond. appo. ubi vult, q̄ non obstante testatoris prohibitione ne alienetur, nihilominus tamen potest in magis pium. Facit quod dicitur. ver. donatio 1. §. 3. 1. Idem tenent Doc. in l. i. ff. de consti. prin. vbi uolunt, q̄ iusta subsistente necessitate possunt relicta per testatorem in alium vsum conuerti, vt no. per Bar. per illum tex. in l. si. ff. de ope. publi. & in d. l. legatam, ex quibus concludit, q̄ voluntas, & legata testatorum circa pias causas, possunt etiam sine causa per papam mutari in aliu vsum pium, & per episcopum causa rationabili subsistente quamuis aliqui teneant contra de episcopo in d. cle. quia cōtingit, qui possunt limitari, quando sine causa, &c. Vide ver. dispensatio. §. 12.
- 13 ¶ Duodecimō ¶ vtrum in tali commutatione requiratur consensus hæredis grauati.
- Resp. fm Pe. ubi supra, q̄ si non potest impleri de iure vel de facto requiritur consensus grauati hæredis, & ecclesiæ cui sit legatum, & ita loquitur. l. legatum. ff. de usuf. leg. & similiter dicitur quando cunq̄ ex causa legitima debet fieri commutatio.
- 14 ¶ Decimotertiō, ¶ quid si dubitetur an sit causa legitima, vel ecclesia cui legatur, uel hæres non consentiat in commutatione. Resp. Pe. ubi supra, q̄ solus Episcopus poterit. C. de nup. l. i. & si ecclesia cui legatur consentiat, & hæres contradicat non minus Episcopus fauebit ecclesiæ legatariæ, fauore uoluntatis defuncti adimplendo, & non hæredi, & iste est casus in d. l. legatum, sal. lit hoc in legato pro monasterio sciendo qd sine consensu hæredis non potest mutari nisi fuerit negligens, quia tunc etiam sine eius consensu potest Episcopus elapso termino. d. c. nos quidem.
- 15 ¶ Decimoquarto, ¶ qui pōt suū officiū impendere ut legata suū cōsequantur effectū. Resp. fm Pa. in d. c. nos, q̄ etiā iudex secularis, etiam in legatis ad pias causas, est tex. in Auth. de eccle. tit. §. si quis ædificationē. similiter tam secularis quā ecclesiasticus potest compellere, ut legata soluantur quæ fiunt non certæ personæ, uel si certæ tamē talis est q̄ non potest in iudicio petere, vt sunt fratres minores, secus esset si non ad pias causas sit legatum, & ad certam personam factum, tunc quia oportet, quod solū ad instantiam partis compellat.
- 16 ¶ Decimoquinto, ¶ vtrum Episcopus in legatis ad pias causas possit se intromittere. Resp. fm Pa. in c. si hæredes, de testa. q̄ si testator prouidit sibi de executorē non pōt, nisi in defectum, vt supra ver. executor. §. 8. & in c. tua quis, de testa. & in Authen. de eccle. ti. §. si quis, pro redemptione. Si uerō testator non prouidit sibi de executorē, tūc in legatis pro redemptione captiuorum, & pro alimoniis pauperū prouidebit Episcopus, vt in d. §. si quis pro redemptione, & l. nulli. C. de epi. & cle. In aliis autem hæres, vt in d. c. si hæredes, & c. tua, & c. nos. de testa. nisi in negligentia, ut dictum est supra executor. §. 10.
- 17 ¶ Xvi. ¶ vtrum legatū factū p̄ cōstruēdo hospitali paterum in quo ponere rector ad arbitriū certi plati, possint hæredes mutare in ædificationem monasterii religiosorum. Respon.

Respon. Lapsus. Abbas in cle. quia contingit. de relig. do. ut refert D. Ant. in d. c. nos quidem. q. Ioan. And. cum quibusdam iuristis consuluit, q. sic, cum licentia episcopi, etiam contradicente illo prelato: quia qui melius non aliud, sed idem facit. c. per uenit. el. secundo, de iureiur. sed plus est eccl. esiam religioforū facere, q̄ hospitale. facit c. scripturæ. de uoto, & regula plus sp. de re. iur. li. 6. ergo, &c. Sed contra v̄r 13. q. 2. vltima uoluntas. de cel. mi. c. cū Marræ. cū similibus: ubi pater, q̄ uoluntas defuncti pro lege dēt seruari, ergo forma manda ti diligentissima accuratio dēt seruari, nec eo casu plus continet in se, quod est minus, uel è contrario. de pben. cū de beneficio. li. 6. ad hoc. Ref. D. Ant. q̄ ista sunt uera in materia odiosa, uel ambitiosa, & sic restringibili. de pben. quāuis li. 6. Sed opinio Io. An. loquitur in materia fauorabili, & maxime animæ defuncti in qua sit plena interpretatio. c. cū dilecti. de dona. vñ uerisimiliter p̄sumitur, q̄ defunctus nō cō tradidisset demonstrando sibi usum utiliorē facit ad hoc, quod nō. Bar. in l. si. ff. de ope. publi. Multa habes faciētia ad hoc. c. 7. uer. hæres. & uer. executor. & uer. testamētum.

DE LEGATO.

- 1 Legatus quis sit.
- 2 Legatorum quot sunt species.
- 3 Legati quid possunt.
- 4 Legatus uirum possit processum delegati impedire.
- 5 Legatos, & Nuncios apostolicos impediētes ne exercent eorum officia sunt excommunicati.
- 6 Legati auctoritas in collatione beneficiorum.
- 7 Legatorum constitutiones quandiu durent.
- 8 Legatio quot modis finitur.

¶ Legatos, etiā de latere, Nuncios, Gubernatores ecclesiasticos, aut alios quorumcunq; facultatū uigore, non audere nō solū Epōs in causis ad forū ecclesiasticū quōlibet priuēntibus impedire, statuit sancta Synodus Trid. nec aliquo mō iurisdictionē iis priuēre, aut turbare: sed nec èt circa clericos, aliasq; p̄sonas ecclesiasticas nisi Epō prius requisito, eorū; negligente procedere: aliās eorū processus, ordinationes uel nullas sint momenti. Legatos uerò & ceteros supradictos

Secunda pars

in appellationibus ad eos interpositis, tam admittendis, q̄ in concedendis inhibitionibus post appellationē seruare teneri formā constitutionū, & p̄sertim Innocentii iiii. positæ in ca. Romana. de App. in 6. Sess. xxij. de refor. cap. vij. Sess. xxiiij. de refor. cap. x. Ex c. nec licuit. 17. dist. c. maiores. de bapt. L E O. à L E G E.

Legatus est is cui certa patria, seu prouincia regenda cōmittitur. extra eo. c. 1. & c. nouit. & c. legatos. li. 6. & est ordinarius in prouincia sibi decreta. de offic. lega. ca. 2. & uer. delegatus. §. 1. nec creditur alicui asserenti se legatū, nisi hoc in scriptis probauerit, & de mandato apostolico fidē fecerit. 63. di. ca. lectis. facit quod notat gl. in c. sicut nobis. de sent. exc. q̄ nō creditur Cardinali asserenti aliquid in priuēdictū alterius, & dicit ibi Pa. q̄ si Cardinalis dicat Papā sibi aliquid cōmississe oraculo uiuæ ueritatis tēdens in iudiciū alterius, non creditur sibi nisi aliter probauerit. Et si uult probare se pdidisse literas suæ legationis, non auditur. c. cū in iure. de offic. deleg. de quo s̄. uer. delegatus. §. 8. Aliā t̄m si est honestus, & notus, p̄t, & dēt ei credere. 97. di. c. nobilissimus. Sed licet legatus sit recipiendus, & ei credi debeat si est motus, nō t̄m sine literis, s̄m Tā. & Ar. & sicut deat aliquid iudicare. Vide uer. delegare. §. 8.

2 ¶ Primò, ¶ quot sunt species legatorū. Ref. q̄ due: quia quidā sunt improprie legati. scilicet nunciū, & non iudices, & sunt illi, q̄ sæpe mittuntur à papa p̄ ambasciata, uel aliq̄m ministe riū exercendū. de quibus d. l. ius gentiū. & dicto c. nobilissimus. & quasi per totū, & istos qui impedit dēt tradi hostibus, ut sit seruus. j. §. 4. Quidā uerò sunt legati iudices quos papa facit ordinarios in certa prouincia, & de istis loquit̄ diffinitio p̄missa. & ti. de officio lega. & isti sunt in triplici differentia, primi sunt legati nati, quia natus in sua dignitate efficitur legatus papæ, ut Archiepiscopus Cantuariēsis. c. 1. de offic. lega. & isti dñr legati rōne dignitatis. Secūdi sunt legati de latere, ut sunt illi, q̄ mittuntur de curia papæ èt si non sunt cardinales. s̄m gl. in c. pen. de offic. leg. Sed Pa. in ca. 1. eo. ti. tener. & bene q̄ solum cardinales dicuntur legati de latere maxime hodie. Tertii sunt legati, q̄ nec sunt de latere, quā nō Sum. Tab. t cardina-

cardinales: nec sunt nati, quia non in tali dignitate, & sunt illi, quibus papa legationis officium committit in aliqua prouincia, uel sua, uel aliena, ut in c. uolentes. eo. ti. & tales dicuntur legati ratione personæ, non ratione dignitatis, ut primi.

¶ Secundo, quid possunt dicti legati. Primo legati nati, uel rone personæ non habent iurisdictionem contra exemptos. d. c. 1. & c. 1. de uer. sig. li. 6. uide supra uer. exēptus. in princ. secundo legati nati non pnt absoluerē pro iniectione manū uiolenta in ecclesiasticū, nec in prouincia, nec extra nec subditū, nec extraneū. Rō s̄m Pa. in c. pe. de offi. le. quia clerici pderēt priuilegiū. c. si quis suadente, cū nullus haberet ire ad papā pro absolutione, eodē q̄ dignitas est ppetua, intellige s̄m Pa. ibidē de iniectione à qua Ep̄i non pnt absoluerē, quia ab illa à qua pnt Ep̄i absoluerē multo fortius ipsi, cū sint ipsi ordinarij. Legati uerò rone personæ pnt absoluerē subditos existentes in prouincia, similiter extraneos in sua prouincia delinquentes, & existentes, suos uerò subditos extra prouinciā suā non pnt absoluerē, s̄m quosdā. Sed s̄m Ioan. mo. & lo. An. quos sequitur Ge. in c. 1. eo. ti. li. 6. pnt. Quidā glossant q̄ pnt de licentia iudicis illius loci, quod posset esse uerum, qn̄ requireret publicam, & contentiosam iurisdictionē. Suos etiam subditos, & in sua prouincia, qui extra prouinciā inuecerunt non pnt s̄m Host. sed melius uenerunt alij q̄ dicunt, q̄ sic. Extraneos uerò aliūde ueniētes tales legati, non pnt absoluerē. Legati uerò de latere pnt quoscunq; tñ in prouincia, q̄ extra s̄m cōiter Doctores in dicto. c. pen. & ēt in enormi ēt si uel occidit s̄m Io. And. hoc sequitur Archi. in c. 1. de offi. le. li. 6. & cōiter doc. in c. ad eminentiam, de sentēt. excōica. fallit in duobus casibus. primò qñ sunt in præsētia papæ. secundo qñ sunt reuocati ante regressum, s̄m Pa. in c. pe. de offi. leg. & quid pnt isti, uide in c. legatos, eo. ti. li. sexto, & q̄ non pnt, habes in gl. c. translationes, de offi. le. & in multis c. li. 6. eo. ti. q̄ dimitto, cūm hodie illi qui habentur in uisa multa possint ex speciali commissione quæ ex suis literis attendenda sunt, de iure tñ non fit extensio ad alias excommunicationes papales, quia in istis prohibitis non fit extensio.

¶ Tertio, utrum legatus possit processum delegari impedire, aut eius finem irritare. Res. q̄ non c. studuisti, de offi. leg. nec si militē potest absoluerē excōicatos à papa uel eius delegato. d. c. studuisti. potest tñ ab soluere excommunicatum à se in sua prouincia extra prouinciā existens secundum Innoc. si non sit reuocatus in foro pōnitentiā, sed in foro contentioso non nisi reueratur i prouinciā, intellige nisi egressus ēt cū afo nō redeundi, q̄a sic expirat legatio.

¶ Quarto, quid de impediētibz legatorū uel nuntios apostolicos ne exercent eorū officia. Res. q̄ excōicati sunt ipso facto, & terræ, & regna, uel loca predictorum sunt interdicta tamdiu, quamdiu in contumacia p̄stiterunt eorum dñi. c. super gentes, de offi. le. li. 6. & qui impedit legatos quorumcumq; etiam hostium debet tradi hostibus, ut sit seruus. l. ultima. ff. de lega. & secundum canones sunt excommunicandi ultra quod dictum est 94. dist. si quis, & gl. in c. eius genus dist. 1.

¶ Quinto, legatus quantumcumque plenam legationem obtineat siue habeat prætēxtu ecclesiæ siue non ex hoc non habet potestatem conferendi beneficia nisi si specialiter sit concessum, uel nisi sit cardinalis extra eo. officio lib. 6. quod si ecclesia habet patronum laicum non potest conferri per legatū, nisi ei quem patronus presentaret, eodem modo si habet patronum clericum cui patronatus competit ratione sui patrimonij. c. cum dilectus. de iurepatr. secus si clericus sit patronus ratione ecclesiæ, uel ēt si sit collegium, quia tunc eo irrequisito potest legatus conferre, quia potest legatus quod maius est. si ipsas ecclesias conferre non requisito episcopo, facit extra, de offi. leg. c. dilectus, & ibi gl. nō. Et omnes reservationes quorumcumq; beneficiorum factæ à quocunq; legato auctoritate legationis, uel ab executoribus deputatis per ipsum, & omnia decreta siue denūciationes & processus carent uiribus finita legatione, quia etiam si durante legatione legatus in aliqua ecclesia facit aliquam reservationem, non potest illa pendente facere aliam in illa ecclesia, similiter etiam postquam reseruauit unum beneficium pertiēns ad collationem cuiuscunq; ipsa reservatione pendente non potest aliud reseruare

seruare quod ad eundem pertinet. c. presen-
ti. eo. ti. li. 6. Nec potest facere aliquam re-
seruationem de ecclesiis, & dignitatibus ea-
rum, ubi illi, qui praeficiuntur debent per
electionem assumi. Nec possunt alicui con-
cedere in gnali uel speciali, ut recepta resi-
gnatione illorum, qui habent beneficia pos-
sunt illa alteri conferre, aliter non ualet,
ibidem. Potest legatus de latere confirmare
electiones Episcoporum, & Archiepiscopo-
rum, & etiam exemptorum de iure eoi. c. si
abbatem. de elect. li. 6. Secus de aliis legatis
potest etiam dare licentiam abbati, qui im-
mediatè est sub papa, ut transeat ad episco-
patum, & ab una abbazia ad aliam, & co-
gnoscat de exemptis, secus tamen est ex pri-
uilegiis, possunt igitur aliquando benefi-
cia à tribus, scilicet Papa, legato, ordinario
& primus praeualer, quod si non constet, q̄
prius dederit stabit ille, qui à superiori.
Nullus legatus etiam de latere, siue Cardi-
nalis potest se impedire de his quae specia-
liter referantur Papae nisi ei concedatur
in iure, uel habeat ex mandato uel consue-
tudine de offi. leg. e. nisi.

7 ¶ Sextò, ¶ constitutiones legatorum du-
rant, & sunt perpetuae, secus si causas de-
legant, quia egressis illis de prouincia non
durat iurisdictio nisi ante delegatorum
discessum, citatio praecesserit eodem ti-
tulo. capitulo. nemini. Et quamuis in
spectantibus ad iurisditionem solus possit
facere statuta. capitulo. siua. eod. dum-
modo illa statuta non sint contra canones
generales contra quos non potest sicut nec
episcopus secundum Ioan. An. in ca. si de
offi. archiepiscopi, si tamen legatus uel-
let statuere in concernentibus eorum, seu
aliorum prauiudicium, tunc debet illor-
um consensus, seu praesentia requiri. ut
no. Inno. in d. ca. si. quomodo se habent ad
indulgentias, & quomodo eorum indul-
gentiae sunt perpetuae. uide supra uer. in-
dulgentiae §. 8.

8 ¶ Septimò, ¶ quot modis finit legatio. Res-
secundum Io. An. quatuor modis. Primò si
datus fuit legatus ad tempus, finito tempo-
re finita est legatio. cap. de causis, de offic.
deleg. Secundo, quando est reuocatus ff. de
iud. l. iudicium. Tertio, quando egressus
est legationem animo non redeundi.
extra eo. c. nouit. Quarta itò per mortem ip-

sus legati, non tamen morte constituen-
tis, extra eo. c. legatos. lib.

DE LEGITIMO.

- 1 Legitimus filius quis dicatur.
2 Legitimatio quot modis fiat.
3 Legitimatio quis possit.
4 Legitimatio an fieri possit quò ad unum actum,
& quò ad alium non.
5 Legitimatio ut ualeat, quae requiratur.

Legitimus filius ¶ secundum Rai. est
qui de legitimo matrimonio natus
est, uel de eo qui legitimum reputa-
batur. unde si uir, & mulier contraxerunt
in faciem ecclesiae fide bona, credentes se
legitimè copulatos cum tamè non essent,
uel si alter eorum tantum hoc credebat,
puta quia contraxit cum eo quem nescie-
bat habere uxorem, talis reputatur legiti-
mus, & utriusque parenti succedit, extra
eo. c. tenore, secus si clandestinè contraxis-
sent, quia uidetur fuisse ignorantia affe-
ctata, & multò magis si contraxerunt pu-
blice, scientes ambo impedimentum, ex-
tra. de clandest. respon. c. cum in iudicio. de qui-
bus uide supra filius. in principio. §. 3. &
quarto.

2 ¶ Primò, ¶ quot modis quis legitimatur.
Respondeo tripliciter. Primò per sequens matri-
monium. de quo supra. uer. si filius. §. quar-
to, & quinto. Secundo legitimatur per spe-
ciale indulgentiam Papae, & quando sim-
pliciter legitimat secundum Hostiensem
est factus legitimus quò ad dignitates, &
alia. Si autem legitimatur per Episcopum
ualebit quò ad hoc ut minores ordines
suscipere possit, & beneficiu sine cura ubi
ctinq; ad successiones bonorum, & actus
legitimos seculares in terris temporaliter
ecclesiae subiectis, & etiam in aliis ter-
ris, quantum ad ea per quae non fieret
alteri prauiudicium, & multò magis ualet
ad hoc si sit legitimatus à papa, sed in his,
per quae sit alteri prauiudicium, puta quia
succedebat ab intestato, non ualet legiti-
matio nec per papam, nec per episcopum
in terris, quae eis temporaliter non subsunt
secundum Innocen. & Ber. extra eo. ca. per
uenerabilem, nisi forte propter magnam
causam secundum Pauoma. in dicto cap.

per venerabilem. qui fil. sint legi. Tertio legitimatur quis per leges seculares multis modis, qui reduci pnt ad tres. Primò si pater naturalis offerat filium curiæ Imperatoris, efficiatur que curialis. ut in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis igitur. Idem si offerat eum curiæ ciuitatis. de qua. l. de quo vico fit oriundus. ut insti. de nup. §. vlti. Secundo si pater decedens in testamento filii naturalem nominet legitimum heredem ipse postea offerat testamentum principi, uel si pater in instrumento per publicam manum, uel propriam scripturam cum subscriptione trium testium cum filius nominet, nec adiecit naturalem. ut in auth. lice. ma. & aua. §. ad hoc. Tertio modo si nullo filio existente, ipse naturalis filius seipsum offerat curiæ. in auth. quib. mod. na. effi. le. §. i. & hæc legitimatio per leges facta ualet ad secularia, & temporalia quo ad successionem, & dignitates in terris tantum subiectis potestati legitimantis, & in aliis ubi non fit alteri præiudicium. Ad ordinem tamen, uel dignitates ecclesiæ non se extendit secundum Inno. & Ber. Spurius uerò non possunt legitimari quantum est per leges, sed imperator, uel alius auctoritate eius aliquando de gratia legitimant similiter papa.

¶ Secundo, quis possit legitimare. Res. fm Pa. in c. per venerabilem. qui si. sint legi. accipiendo sub eplogo, q̄ aut queritur de legitimatione fienda per papam, aut Imperatorem, seu habentem potestatem ab eo. Primo casu si uult legitimare in patrimonio ecclesiæ liberè p̄t. ut in d. c. p. uenerabilè. si uerò in terris alienis, aut subest maxima cā ardua, puta ex legitimatione filii alicuius principis sequitur dilatio fidei, & tunc potest et si legitimandus recognoscat alium dominum propter talem causam, & similè. Aut cessat arduitas causæ, & si uult legitimare non recognoscentem superiorem, seu filios, & potest. ut in d. c. per venerabilem. Aut uult legitimare recognoscentem superiorem, seu filios, & non p̄t nisi superior consentiat, ut arguit littera. d. c. per uenerabilem. in uer. in super. nisi uellet legitimare in spiritualibus. ut in c. i. & secundo. de si. presb. li. 6. uel nisi uellet incipere à radice matrimonii. in c. tanta qui si. sint le. In Imperatore dicendum, quòd incipiendo à radice matrimonii non potest legitimare de

iure: quia non potest ipse disponere super matrimonio, ut in cap. riam. de ordi. cog. Aut per rescriptum uult legitimare, & tunc in spiritualibus non potest. In temporalibus uerò potest in terris sibi subiectis mediète, uel immediète: imò de iure ipse solus p̄t in toto Imperio: unde Reges, & alii Principes, qui recognoscunt Imperatorem in dominum de iure non possunt legitimare: quia legitimatio, & famæ restitutio, & similia uidentur reseruata soli principi, seculus essent principes, uel ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem. Nam isti tantam auctoritatem habent, quantum habet Imperator in Imperio suo. In terris uerò ecclesiæ non potest Imperator legitimare.

¶ Tertio, in quid legitimatio, uel emancipatio possit fieri de filio quo ad certum actum, & quo ad alios non. Resp. Bar. in l. prima. §. in filii. ff. ad Trebellia. relinquit sub dubio. Sed Ang. in l. si ab eo. C. de leg. hære. concludit quòd sic. & Pau. de Cast. dicit se aliàs consuluisse, q̄ pater potest legitimare filium spurium cum hac conditione ne succedat, & ita dicit se postmodum inuenisse. Raine. de for. qui ita consuluerat in ciuitate Pisana, quo tamen ad legitimationem unius a. s. Bald. in l. senium. C. qui testamen. face. possunt. tenet quòd non: quia libertas est indiuisibilis. l. prima. §. primo. C. de la. li. tol. & ad hoc text. in l. quæsitum. ff. de adop. & hæc opinio uidetur communior, sed dictum Paul. secundum Barth. Cæpol. in tractatu suo de cautelis, potest procedere quòd per uiam dispensationis fieri possit, ut pro certo actu tantum dispenseretur, quòd fiat status mutatio, ut not. in l. si pariter. ff. de libe. cau. & ideo cautela est parentibus, qui habent filios legitimos, & naturales, & spurios, qui uellent ipsos spurios legitimari facere, sed nollent, q̄ succederet cum legitimis pariter, nisi certo modo pro ut eis parentibus placuerit. Nam comes palatinus, uel alius, qui habet potestatem legitimandi, licet non possit legitimare quantum ad unum actum tantum, quia legitimatio est reintegratio rotius status. dicta l. quæsitum, & dicta l. si pariter. tamen potest dispensare, ut succedere certo modo: quia ista non est propriè legitimatio, sed dispensatio, & licet iste Comes non possit plus facere, quam

quàm sibi commissum sit, minus tamen facere potest: quia non habet seruare formam sui privilegii, sicut facere debet iudex delegatus.

- 5 **Quarto**, † quæ requiruntur, ut ualeat legitimatio. Resp. secundum Pan. in d. c. per venerabilem, & quatuor. Primò & exprimat qualitatem legitimacionis. Secundò & exprimat si habet fratres legitimos uel naturales, aliter non ualeat. Tertio quòd pater, & filius legitimandus cõsentiant. Quarto quòd si pater mortuus fuerit uocentur agnati, & consentiant, nisi princeps uellet legitimare ex certa scientia, ipsis non uocatis. Potest etenim princeps ex certa scientia restituere in integrum cum præiudicio alterius. ut not. in l. fin. C. sententiam passis. & in l. in causâ. ff. de mino. Si tamen cõdisposuisset, ut legitimarentur post mortem ipsius, tunc non esset necessariò, ut agnati uocarentur: quia tunc & ipsis inuitis possent legitimari, adeo quòd etiam succederent ipsis agnatis ab intestato morienti bus, uide uerba. donatio l. §. 1. §. circa fi.

DE LEGITIMA
portione.

- 1 Legitima portio quid est, & quæ dicatur. 2. 3.
- 4 Consuetudo, uel statutum uirum possit tollere legitimam naturalem debitam filio. Et quid si filius instituatur in minori parte 5.
- 6 Trebellianica in quibus casibus cesset.
- 7 In legatis ad pias causas an fiat detractio legitimæ.
- 8 Legitimæ portiones duæ, an possint ex uno legato deduci.
- 9 Falcidia & Trebellianica utrum amittantur per negationem fideicommissi.
- 10 Legitima quæ debetur iure nature, an amittatur propter delictum patris in lesam maiestatem.

1 **L**egitima portio. † Sciendum, & olim fuit licitum cuiuslibet totam hæreditatem suam relinquere alteri: sed Falcidius statuit, quòd quarta deberet relinqui legitimis hæredibus, & triplex est legitima portio, quarum una est debita iure nature, & dicitur debitum bonorum subsidium, & hæc debetur filiis tantum, qui sine causâ exheredari non possunt.

Secunda pars

sunt, & huic portioni nullum grauumen uel dilatio potest imponi. C. de inoffic. testa. l. omni modo, & duabus legibus sequentibus, & hæc est talis, si sunt quatuor filii, & infra debent habere tertiam partem. Si sunt quinque, uel ultra debent habere medietatem. C. de inoffic. testamen. aut. nouissima, & intellige tertiam partem uel medietatem eius, quod debebatur eis ab intestato: ut not. gloss. in l. si arrogator. de adopt. & ibi Bartol. pro hoc allegat l. Papinianus. §. quoniam aut. ff. de inoffic. testamen. & intellige detractis debitis si qua essent.

- 2 **Primò**, † est secunda portio scilicet. 4. falcidiæ à Falcidio autore, quæ debetur iure institutionis, ut cum aliquis est institutus hæres, & illa hæreditas est exhausta per legata, tunc institutus potest detrahere sibi usque ad quartam partem hæreditatis detrahendo de singulis legatis, scilicet de quocunque legato pro rata tantum quantum eidem esset legatum ad quartam habendam. Institui. eodem. primò responsio. Fallit primò in his, quæ ad pias causas relinquuntur ecclesiæ, uel pio loco. ut in authent. similiter. C. ad l. Falc. nota tamen, quòd si ecclesiæ, uel alius pius locus institueret hæres, tunc de traheret falcidiæ de legatis factis alii ecclesiæ, uel pio loco: quia concurrunt priuilegiu cum priuilegio, & sic concurrentibus priuilegiis utentur iure communi. facit l. asfiduis. C. qui pot. in pig. ha. & Din. in l. si qs ad declinandã. C. de episc. & cle. & q. dictu est, quòd quartam non debet detrahere de legatis ad pias causas. Bald. in l. auia. §. Titio. ff. de conditio. & demonstra. Idem etiam si indirectè relinquatur, ut si mihi relinquatur fundus cum pacto, ut restituatur ecclesiæ, nam tunc non deducitur falcidia, sicut non deduceret si directè esset relictus ecclesiæ. Item cessat falcidia quando testator sciens quantitatem patrimonii sui, expressè illam prohibuit, uel si habens non fecit inuentarium tempore & modis à iure statutis, ut in authent. sed cum testator. C. ad l. Falcidiam. uel si hæres infra tempus legitimum uoluntati non paruerit testatoris. extra de testam. ca. Rainu. in fin. & ibi dicit gloss. quòd tempus legitimum est tempus anni computandum.

Sum. Tab.



dum à iustis iudicis infra quod tēpus si nō paruerit dicit, q̄ etiā perdit omnia, exce pro quod sibi deberur ex fideicomisso. Itē cessat falcidia quando aliqua sunt ita relicta ut non alienentur, sed remaneāt apud successores cui relinquuntur: ut in authen. sed & in ea. C. eo.

3 ¶ Secundō, ¶ est tertia quæ dicitur trebellianica à trebellio autore, sic dicta quæ deberur iure institutionis, ut cū aliquis institutus hæres rogatur ut alii restituat hereditatem: nā talis institutus potest retinere quartā partē de tota hereditate, ut insti. de fideic. hæ. habetur §. sed quia. Et hæc trahitur de tota hereditate, & in hac cōputantur legata, & donationes, & per hoc inserti Pa. in c. Raynutius, de testa. q̄ quarta quæ deberur iure institutionis. s. cū hereditas est exhausta legatis, est magis priuilegiata, quā quarta trebellianica, & quarta trebellianica est magis priuilegiata quā legitima quæ deberur filio. Nā in quarta, quæ deberur iure institutionis nō cōputatur nisi ea quæ obueniunt hæredi iure institutionis, non autē legata uel alio titulo proueniētia: sed in quarta Trebellianica computantur non solū ea quæ proueniūt hæredi iure institutionis, sed et oīa quæ proueniūt ex testō, puta iure legati uel donationis: alia uerō ueniētia extra testamentū nō computantur. In legitima uerō debita iure naturæ cōputantur nō solū ea, quæ proueniunt ex testō quocunque titulo, sed et undecunque sit profecta scilicet à defuncto, secus si aliquid caperetur extra patrimonium defuncti, quia illud in quartam non computatur. ut l. scimus. §. repletionē. C. de inoffi. testa. & hoc et uult Bar. in l. in quartā. ff. ad l. fal. Aduertendum tamen circa hoc ultimum secundū Pa. in c. Raynutius, præ allegato, q̄ aut pater filio donauit ob causam, puta dotis uel donationis propter nuptias, & illud imputatur in suam legitimā: ut in authen. ex testamento. C. de collat. Aut fuit facta donatio simpliciter, & tunc sic tenuit: ut quia facta filio emancipato uel filio ut benemerito, & tūc illud nō in quartam, quia ualet hæc donatio ac si fuisset facta extraneo, aut donatio non tenuit in iusta, & tunc computatur in legitimam etiam si confirmetur morte. Institutus tamen hæres in tertia parte hanc non habebit secun-

dum Bald. in l. r. ff. ad l. falcid. ¶ Tertio, ¶ utrum consuetudo seu statutū possit tollere primam legitimam naturalem debitam filio. Resp. Pan. in ca. Raynutius, de testa. ult. nota. disputat hanc quæstionē adducendo multas opinionēs, & tandem ipse concludens ait. Ego crederem, & ubi filius non haberet aliās unde uiueret non ualere statutum in totum absorbens, moueor quia de iure civili spurio nihil debetur. ut in authen. ex complexu. C. de inest. nup. & tamen ius canonicum sequendo æquitate naturalē, disponit ut spurio debeantur alimenta cap. cum haberet, de eo qui dux. in ma. ergo fortius hoc idem dicendum in legitimis ut si ius civile uult excludere possit ius canonicum istum rigorem tollere, & temperare. Nam in istis istudum est iuri canonico: ut not. in d. c. cum haberet. Sed ubi filius haberet aliās unde uiueret, procederet opinio contraria ut ualeat consuetudo uel statutum etiam in totum absorbens legitimā, quia cessat æquitas naturalis de qua supra, & militat alia, secundum quam licitum debet esse patri si cut cuilibet est licitum disponere de re propria ad libidum, quia in re sua quilibet est licitus moderator, & arbiter. Institut. de rerum diuin. in §. per traditionem, & in c. de his, de sepulturis.

5 ¶ Quarto, ¶ quid si filius instituat in minori parte. Respond. quod nihilominus aget usque ad supplementum d. l. omni modo. C. de inoffic. testamen. quia hæc legitima datur in bonorum subsidium de iure naturæ, tamen si filius institutus renunciaueret hereditati non posset petere legitimam secundum Bal. in l. unica. C. quando non pe. partes, & Bar. in l. gerit. ff. de acquiren. hæred. Nec similiter quando pater deceffit ab intestato.

6 ¶ Quinto, ¶ in quibus casibus cessat Trebellianica. Respondetur, quod in tribus casibus. Primus in legatis ad pias causas, ut dictum est supra uel si. legatum secundo. §. quinto. Secundus si testator prohibuit, ut in authen. de hæretic. & fal. §. si uerō expressi. ratio, quia cum testator possit tollere falcidiam multo magis Trebellianicam quæ minus est priuilegiata. ut. ff. ad l. Falc. l. in quartam, licet contrarium teneat glo. in authen. sed cum testator. C. ad l. falcid.

ci. sed communis opinio uerior est; q̄ potest, ut in d. §. si uerò. Tertius est quando substitutio euanescit, ut pura quia ingreditur religionem ille, qui rogatus si sine liberis cecederet, uel non maritaretur, & similia. ut in auth. nisi rogati. C. ad Treb. potest addi. Quartus quando iudicis officio compulsus solum adit hereditatem, quia sic totum restituet. insti. de fideicom. h. §. in primis.

7 ¶ Sextò, ¶ utrum legatis facti multis tam ad pias causas, quam ad non pias excedentibus hereditatem debeat fieri detractio t̄m de legatis ad pias causas, an solum de aliis. Respon. Alb. in d. l. si quis ad declinã d̄, q̄ sic communiter de omnibus, nec obstat q̄ cessat falcidia in prædictis: quia non est falcidia, sed declaratio legari inaniter facti ab initio. ut ff. ad Treb. l. 1. §. si is q̄ quadraginta.

8 ¶ Septimò, ¶ utrum quis possit deducere duas legitimas portiones, scilicet legitimam debitam iure naturæ, & Trebellianicam. Respon. olim fuerunt opiniones, ut patet in l. quinquam. & in l. Papinianus. in §. meminisse. ff. de inoff. testa. & Bald. in dicta l. filium, & secundum Cano. in ca. Rainutus. & cap. Rainaldus, de testamen. dicendum q̄ si substitutio seu rogatio sit pure facta, ut ad certum diem, & perinde est, ac si sit pure facta, tunc non poterit detrahere nisi unam, quam uoluerit. Si uerò rogatio sit facta sub conditione, uel ad certum diem, sic poterit detrahere ambas duas, & sic potest concordari ius canonicum, & ius ciuile. quæ uidentur discordare in hoc, & hæc est communis opinio secundum Pan. in d. c. rainutus. ubi ponit rationem diuersitatis.

9 ¶ Octauò, ¶ utrum falcidia, & trebellianica amittantur per negationem fideicommissi qualitate, uel quantitate facta ab hærede illi cui fideicommissum est factum. Respond. secundum Baldum in l. scimus. §. licentia. C. de iure deli. q̄ sic, si ille probauerit qualitatem, uel quantitatem fideicommissi, nec aliquam ex ipsis poterit de trahere.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum legitima portio, quæ debetur iuræ naturæ amittatur propter delictum patris in læsam maiestatem. Respon. do. Car. in clemen. pastoralis, de re iudica. in uer. cæterum. quòd Laud. tenet q̄ non,

unde dicit, quòd filii audita condemnatione patris furtim, & dolose si capiunt suam legitimam non tenentur saltem in foro animæ ad restitutionem faciendam principi: quia possunt tenere de iure naturæ, quæ per posituum ius non potest tolli. ar. in dicto uer. cæterum pro hoc. de testam. cap. Rainutus. §. quia uerò. quia pater non potest priuari filium legitima, nisi in casu ingratiitudinis. ut C. de inoff. testam. l. quoniam in prioribus. facit cap. ius dictum. de uerbo. signific. in authen. de hære. & fal. §. si quis autem non implens, dicitur, quòd etiam per reatum inobedientiæ non potest priuari filius legitima. Sed Zen. in dicto uersu. cæterum tenet contrarium, ratio quia per contractum potest tolli legitima, quæ debetur deducto ære alieno. ff. de inoffici. testam. l. Papinianus. §. quarta autem: sed in delictis quasi contractimus: quia per quasi contractum se obligat ad pœnam. ff. de iure fisci. l. imperatores. no. glo. ff. de postula. l. 1. §. bestias. Idem tenet Io. de Ligna. quia legitima est quota bonorum, quam pater habeat tempore mortis, nihil autem, habet quando sunt confiscata. ff. de incar. releg. l. 3. & quod not. de iure patrona. l. diui fratres. & licet de rigore, & subtilitate iuris istud sit uerius, tamen opinio Card. est magis benigna, & sequenda ratio, quia per titulum lucratiuum, & per donationem non potest pater alienare in præiudicium filii. C. de inoff. dona. per totum, & de donat. & quod ibi not. cap. fina. sed fiseus hoc capit ex titulo lucratiuo: & ideo non potest in præiudicium filii. Et ad rationem Zen. potest dici, quòd est uera quando per quasi contractum damnificauit principem in bonis ex cuius damno pater esset ei obligatus ad restitutionem, aliàs non: quia tunc non est es alienus, nec proprie potest dici, q̄ pater teneatur ex quasi contractu: sed simpliciter ex delicto. Ad Ioan. de Ligna. iam patet responsio: quia in fraudem filii titulo lucratiuo facta alienatio non ualet.

DE LENONE.

Leno quis dicatur.

Leno † quis dicatur. Respond. glo. in §. quod si in adulterio. 3. q. 1. quod est qui damnatam adulteram ducit, uel qui reconciliat sibi eam, ut. C. de adul. l. castitati, uel qui scienter tenet adulteram, ut in d. §. quid si, uel qui recipit pecuniam pro adulterio. ff. de adul. l. 3. §. lenocinii, limita præfata in tribus primis casibus uera nisi emendam teneret. Item lenocinium committit qui quæstuaria mancipia tenet, quia hoc non est minus quam proprio corpore quæstum facere l. palam. §. len. ff. de ritu nup. Vtrum possit fieri elemosina de lucro lenocinii, uide in uer. restitutio. §. 14.

DE LEPROSA.

I Leprosus unde trahatur.

Leprosus, † podagra, & similes infirmitates traducuntur cum semine, quia sunt in eo secundum dispositionem virtutum, non autem in actu. hæc S. Tho. 2. di. 30. q. 1. ad tertium, & quartum argm.

DE LEPROSO.

- 1 Leprosus separatus ab habitatione hominum.
- 2 Leprosi utrum possint habere ecclesiam, & presbyterum qui eis celebret.
- 4 Leprosus factus sacerdos utrum possit in parochiali ecclesia prælationis officio fungi.

Leprosus † separatur ab habitatione hominū, ut in c. 1. de cōiugi. lepro. Quō leprosa soluat spōsalia. infra uer. spōsalia. §. 9. in 3. modo. Quō nō soluit matrimoniu: & quō tenentur ad reditiōē debiti uel cohabitationem, infra uer. matrimonium. §. 6. circa fi. Quomodo teneantur ad decimas supra uer. decima. §. circa me. Quomodo possit promoveri. uel celebrare uer. corpore uirtutis. §. fi.

3 ¶ Primò, † Vtrum leprosi possint habere ecclesiam, & presbyterum qui eis celebret. Respond. quod sic. si tot sunt simul q̄ eam cum cœmeterio possit construere dūmō uerteribus ecclesiis de iure parochiali non faciant iniuriam. c. 2. de coniugi. lepro.

3 ¶ Secundò, † utrum sacerdos leprosus factus, possit in parochiali ecclesia prælatio

nis officio fungi. Respon. q̄ si sine scandalo, & abominatione populi non potest illud exercere deberat officio remoueri, ita tamen, q̄ secundum facultates ecclesiæ administrantur ei necessaria quousq; uixerit. ut in cap. tua nos. de cleric. ægro. Rectoribus nerò ecclesiarum, qui sine scandalo illorum, qui sunt sani non possunt seruire altari dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum cui adiutori ad sustentationem, congrua portio de facultate ecclesiæ eiusdem assignetur. ut in cap. de rectoribus. de cle. ægro. ex quo patet, q̄ non prohibetur celebrare quando sine scandalo potest, ut in secreto, & huiusmodi. ar. d. c. de rectoribus, de quo dic, ut supra. d. §. fi.

DE LEGE

- 1 Lex quid est.
- 2 Lex quocumplex sit.
- 3 Lex naturalis quid est, & que dicatur. 4.
- 5 Lex naturalis an possit mutari.
- 6 Lex naturalis utrū sit idē, quod lex euangelica.
- 7 Lex naturalis utrum possit à cordibus hominū aboleri.
- 8 Lex uetus utrum bona.
- 9 Lex uetus quomodo data.
- 10 Lex uetus quare solum data populo iudeorum.
- 11 Omnes homines utrum obligaretur ad obseruationem legis ueteris.
- 12 Lex uetus an conuenienti tempore data fuerit.
- 13 Ceremonialia utrum fuerint ante legem.
- 14 Lex. Vetus coninebat præcepta moralia.
- 15 Iudicialia utrum nunc ligent.
- 16 Lex Euangelii que noua dicitur est lex principaliter insita cordib. nostris. Secundario autem est lex scripta.
- 17 Lex noua seu euangelii conuenienter incepit tempore Christi.
- 18 Lex omnis conuenienter instituta.
- 19 Legis humane conditiones.
- 20 Legem quis facere possit. & 21.
- 22 Constitutio utrum respiciat præterita.
- 23 Constitutio posterior an tollat priorem.
- 24 leges humane an obliget in foro conscientie. Es an leges iniuste. 25.
- 26 Faciens contra legem iustam ad quam tenetur peccat mortaliter.
- 27 Contra legem faciendo quando quis peccat mortaliter.

- 28 *Canones ligant omnes.*
 29 *Lex quomodo cognoscitur quod sit præcepta.*
 30 *Inter leges imperiales an etiam aliqui casus illiciti, & quò ad animam non seruandi.*
 31 *Dispensatio an fieri possit in legibus.*
 32 *Concessa an intelligantur quæ non sunt prohibita in constitutionibus.*
 33 *Legis extensio an fiat in penalibus.*
 34 *Leges imperiales canones immutantur.*
 35 *Leges iniquas condentes an peccent & ad quid tenentur.*
 36 *Actus factus cõtra legem an sit ipso iure nullus.*
 37 *Lex indulgens aliquid quod pòt rendere in alterius præiudicium an intelligatur saluo interesse partis.*
 38 *Lex canonica quatuor libros continet, quique illi sine, & quomodo diuidantur, & appellantur.*
 39 *Lex civilis in tres partes diuiditur quæque ille sint, & quomodo appellantur.*

Lex † est quædam rationis ordinatio, ad bonum commune ab eo qui curam cõmunitatis habet, promulgata, hæc S. Th. 1. 2. q. 90. ar. fi. Et dicitur secundum eundem S. Th. ubi supra ar. 1. ordinatio rationis, quia cum lex dicatur à ligando, ratio est quædam regula & mensura actuum humanorum secundum quã aliquis inducitur ad agendum vel ab agendo retrahitur, regula autem & mensura humanorum actuum est ratio quæ est principium primum actuum humanorum: ratio enim est ordinare ad finem qui est primum principium in agendis, vnde relinquitur quòd lex sit aliquid prinẽs ad rationem, vnde Isido. in c. consuetudo. dist. prima. lex erit omne quod ratione consistit. Lex etiam ordinatur ad bonum commune, ut dicit S. Th. ubi supra ar. secundum. ordinare autem aliquid ad bonum cõmune pertinet ad eum qui habet curam totius multitudinis uel ad totam multitudinem ut dicit idem doctor ubi supra ar. 3. & sic dicitur in diffinitione ad bonũ cõe ab eo, & c. unde di. 2. c. lex dicitur quod lex est cõstitutio populi s̄m quã maiores natu similes cũ plebibus aliquid sanxerũt. Et cum lex obliget ut dictum est & talis obligatio fiat per cognitionem quæ sit p promulgationẽ, iõ bene d̄r promulgata, unde di. 4. c. in istis, d̄r quod leges instituunt dũ promul-

gantur. Cõclude igitur quod lex, quæ d̄r à legendo uel ligando, & aliquid d̄r ius, quia per hoc iustũ reddidit & cognoscitur, aliquando d̄r constitutio quasi simul statuito eio quod ad eã deliberandã populus cõueniat, dicitur et̄ statutum eo quòd firmetur deliberatione quasi in statu. i. in gradu immobili firmo uel positũ, est ordinatio, scilicet actiua, rationis. s. practicæ, ad bonum cõe, scilicet cet populi, ab eo qui curã habet cõitatis de iure, non solum de facto promulgata.

¶ Primò, † quoruplex est lex. Resp. s̄m S. Th. ubi supra. q. 91. quod est quadruplex. S. di. uina & æterna naturalis, diuina tẽporalis, & positua: cle. 1. f. æterna, dicit. S. Th. ubi supra ar. 1. nihil est aliud lex quã dictamẽ praktikẽ rõnis in principe qui gubernat aliquã cõitatẽ pfectũ: manifestũ eã aut, supposito quod mundus diuina prouidentia regatur quod tota cõitas uniuersi gubernatur rõne diuina, & iõ ipa rõ gubernationis, rerũ i Deo sicut in principio uniuersitatis existẽs, legis hẽt rõnẽ, & quia diuina rõ nihil cõcipit ex tẽpore, sed hẽt æternũ conceptũ ut d̄r prouerbiorũ. 8. inde est quod hmõĩ legem oportet dicere æternã, unde Aug. in li. 1. de libero arbitrio ait. Lex quẽ summa rõ nominatur nõ pòt cuiuspiã intelligenti non in cõmutabilis æternaq; uideri, & illa lex est promulgata ex parte Dei tã uerbo. f. diuino quã scripto, id est in li. uitæ ab æterno, sed ex parte creature audiẽtis aut inspiciẽtis nõ pòt esse promulgatio æterna, & est idem ipsa lex æterna quod Deus, hæc S. Th.

¶ Secundò † lex naturalis nihil aliud est quã participatio legis æternæ in rõnali creatura, vñ. S. Th. ubi supra art. 2. sic ait. Inter cãteras creaturas rõnalis creatura excellentiori quodãmodo diuinæ prouidentie subiaceat inquãtũ & ipsa sit diuinæ prouidentie particeps, sibi ipsi & aliis prouidens, unde & ipsa participatur rõ æterna per quã hẽt naturalẽ inclinationẽ ad debitũ actũ & finẽ, & talis participatio legis æternæ in creatura rõnali, lex naturalis d̄r iuxta illud. Signatũ est sup nos lumẽ uultus tui dñe. quã lumẽ naturalis rõnis quo discerimus quid sit bonũ & quid malũ quod pertinet ad naturalẽ legẽ, sic lex naturalis est quædã participatio legis æternæ. Et quamdiu in omni creatura sit quædam participatio legis æternæ. s. ipsa inclinatio naturalis ad

ad suos actus, non tamen propriè dicitur lex, sicut ipsa inclinatio naturalis quæ est in natura rationali, quia lex est aliquid rationis, ut dictum est supra in principio & in rationali creatura est ista inclinatio in ratione. non autem in aliis. hæc s. Thom. ubi supra. Ista autem lex naturalis non est simpliciter habitus, eò qd habitus est quò rû agit, sed lex est propositio quæ à ratione agitur quâvis aliquando fit solum in habitu aliqñ in actu, si uideretis tñ dicitur lex intellectus nostri quæ est habitus in quâtu est habitus continens præcepta legis hæc S. Thom. ubi supra. q. 94. ar. primo.

4. ¶ Tertiò, † Lex naturalis dicitur quodam modo una apud omnes in quantum omnia principia legis naturalis fundantur su per hoc principio. s. bonum est faciendum, & prosequendum, & malum uitandum: quod principium fundatur super ratione boni quæ est aliquomodo una. Et est eadem apud omnes quantum ad principia prima communia, & secundum rectitudinem, & secundum notitiam sicut in istis principiis, omne malum est fugiendum, iustitia est seruanda, uirtutes sunt emulanda, & contraria fugienda, Deo est obediendum, nullum illicitum est admittendum, & similia: talia principia quæ dicuntur lex naturalis, ut dictum est supra uersu conscientia, ab omnibus æqualiter cognoscuntur, & acceptantur, vnde omnes cognoscunt, acceptât quòd secundum rationem agatur. Quantum autem ad principia propria sicut sunt conclusiones deductæ ex his principiis communibus, sicut qd deposita sunt reddenda est eadem apud omnes ut in plurimum, & s. m. rectitudinè, & s. m. notitiam, sed ut in paucioribus potest deficere, & quantum ad rectitudinem, propter aliqua impedimenta particularia & etiam quantum ad notitiã, & hoc propter hoc qd aliqui habent deprauatam rationem ex passione seu ex mala consuetudine, seu ex mala habitudine uel inclinatione naturæ, sicut apud Germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum cum tamen sit expressè contra legem naturæ ut refert Iulius Cæsar in libro de bello galico. sicut etiam quidam aliquando dixerunt simplicem fornicationem non esse peccatum. Et quantum ad ista pro-

pria intelligitur Philosophus. 5. Ethic. ubi dicit, qd lex naturalis non est eadè apud oēs. ¶ Quarto, † virtû lex naturalis possit mutari. Ref. s. m. T. ubi supra. q. 94. ar. 5. qd hoc potest intelligi duplè, uno mō qd aliquid ei addat, & sic nihil prohibet lege naturæ mutari, multa. n. supra legè naturæ super addita sunt ad humanam uitæ utilia, tã p legè diuinã q̄ et per leges humanas, & isto mō intelligit qd dicit Ecclesiastici. 17. Addidit eis. s. disciplinã, & legè uitæ, & ibi glo. ut infra alio mō potest intelligi mutatio legis naturalis p modû subtractionis, ut. s. aliqd desinat esse de lege naturali qd prius fuit cõtra legè naturæ, & sic quantum ad prima principia legis naturæ, de quib. in s. præcedenti est omnino immutabilis, & sic intelligitur qd dicitur di. 5. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ nec uariatur tpe, sed immutabile permanet: quâtu autem ad secunda præcepta quæ diximus in præcedenti. s. cõ quasi quædam proprias conclusiones propin quas primis principiis: sic lex naturalis nõ mutatur, quin ut in plurib. sit rectû s. p. qd lex naturalis habet, potest tñ mutari in aliquo particulari, & in pauciorib. pp aliquas spales cãs impediens obseruatã taliu præceptorû, & hoc è qd dicit gl. Ecc. 17. legè uitæ addidit quâtu ad correctionè legis naturalis, scribi uoluit: qd p legè scriptû supplementum est qd legi naturæ deerat, uel quia lex naturæ in aliquorû cordib. quantum ad aliqua, corrupta erat in tantû, ut existimarent esse bona quæ naturaliter sunt mala, & talis correctio correctione indigebat. Nota èt qd aliquid potest esse de lege naturæ dupliciter, uno mō quia ad hoc natura inclinatur, sicut non esse iniuriã alteri faciendã & sic dictum est quò mutet. Alio modo quia natura nõ inducit cõtrariû, sic possemus dicere, hominem esse nudû, est de iure naturali, quia natura non dedit ei uestimentum, sed ars adiuuenit, & et isto mō cõis hominû possessio, & oïum una libertas dicitur esse de iure naturali, s. m. quòd dicit Isido. in libro Ethimo. quia distinctio, possessio, & seruitus non sunt inductæ à natura, sed per hominum rationem ad uilitatem humanæ uitæ, & sic fuit mutata per additionem. De mutatione legis humanæ uide supra uerbo abrogatio, & uersu constitutio. §. 3.

6 Quintò, † utrum lex naturalis sit idem q̄ lex euangelica, & uideatur quòd sic, ut in c. ius naturale. di. 1. sed contrarium est uerū ad d. c. Respond. S. Thom. 2. 2. q. 5. ar. 4. ad primum q̄ non est sic intelligendum, quia si omnia quæ in lege & in euangelio continentur sint de lege naturæ cum multa tradantur ibi quæ sunt supra naturā, sed quia ea quæ sunt de lege naturæ plenariè ibi, traduntur, unde cum dixisset Gratianus quòd ius naturale est quòd in lege & in euangelio continetur statim exemplificando sub iunxit, quòd quisque iubetur alij facere q̄ sibi uult fieri, unde lex diuina distinguitur non tanquam ab illa omnino aliena, sed tanquam ei aliquid superaddens, sicut gratia præsupponit naturam, ita oportet quòd lex diuina præsupponat naturalem.

7 Sextò, † utrum lex naturalis possit à cordibus hominum aboleri. Respond. secundum S. Tho. 2. 2. q. 94. ar. si. q̄ ad legem naturalem pertinent primò quædam precepta communissima quæ sunt omnibus nota, quædam autè. secundaria præcepta magis propria, quæ sunt quasi conclusiones p̄ principia communia, quantum ergo ad illa principia communia, lex naturalis nullo modo potest à cordibus hominum deleri in uniuersali, & isto modo intelligitur q̄ dicit beatus Aug. in secundo confes. Lex tua scripta est in cordibus hominum, quæ nec ulla quidem delet iniquitas: deletur tñ in particulari operabili secundum quòd ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile propter concupiscentiam uel aliquā aliā passionem sicut dictum est supra tertio. §. quantum uerò ad alia præcepta secundaria potest lex naturalis deleri de cordibus hominū, uel propter malas persuasiones, eo modo quo etiam in speculationibus errores contingunt circa conclusiones necessarias, uel etiam propter prauas consuetudines & habitus corruptos sicut etiam apud quosdam non reputantur laetitia peccata, ut dictū est supra. §. 3. uel etiam uitia contra naturam, ut etiam Apostolus dicit ad Romanos primo. Lex diuina temporalis est illa quæ nobis data est à Deo tam in testamento ueteri quam in nouo, de qua dicit David. Legem pone mihi domine in uia iustificationum tuarum, quæ nobis necessaria fuit præter legem natu-

ralem, & legem humanam: propter quatuor rationes. primò. quidem quia per legē dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad ultimū finem, & si quidem homo ordinaretur tantum ad finem qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis non oporteret quòd homo haberet aliquid directiuum ex parte rationis supra legem naturalem, & legem humanitatis positam, quæ ab ea deriuatur, sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis eternæ quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ, ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem & humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data. Secundò quia propter incertitudinem humani iudicij præcipuè de rebus contingentibus & particularibus contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia, ex quibus etiam diuersæ & contrariæ leges procedunt. Ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum & quid uitandum, necessarium fuit ut in actibus proprijs dirigeretur per legem diuinitus datam de qua constat quòd non potest errare. Tertio quia de his potest homo legem facere de quibus potest iudicare: iudicium autem hominis esse non potest de interioribus moribus qui latent, sed solum de exterioribus actibus qui apparent, & tamen ad perfectionem uitæ uis requiritur quòd in utrisque actibus homo rectus existat, & ideo lex humana non potuit cohibere & ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit q̄ ad hoc superueniret lex diuina. Quarto quia sicut August. dicit in lib. de libero arbitrio lex humana non potest omnia quæ male sunt punire uel prohibere quia dum auferre uellet omnia mala sequeretur quòd etiam multa bona tollerentur, & impediretur utilitas boni communis, quòd est necessarium ad conuersationem humanam, ut ergo nullum malum improbitur, & impunitum remaneat necessarium fuit superuenire legem diuinam per quam omnia peccata prohibentur, & istæ quatuor causæ tanguntur in psalmo ubi dicitur. Lex domini immaculata: id est nullam peccati turpitudinem permittens: conuertens animas: quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigit. Testimonium

monium domini fidele propter certitudinē veritatis & rectitudinis. Sapientiam præstans paruulis inquantum ordinat hominem ad supernaturalem finem & diuinū, hæc S. Thom. 1. 2. q. 91. ar. 4. uide quomodo est necessaria supra uer. credere. §. 2. & 3. & uer. præceptum. §. 1. & se.

- 8 ¶ Septimò, † lex uetus bona fuit & consona rationi quia concupiscentiam reprimebat quæ rationi aduersatur, ut patet in illo mandato. Non concupisces Exodi. 20. & prohibebat omnia peccata quæ sunt contra rationem, unde Apostolus ad Rom. 7. Consentio legi quoniam bona est, & iterum. Itaque lex quidem sancta est & mandatum sanctum iustum & bonum. Non tamen erat perfecta sicut lex noua eò quòd per se solam non dabat gratiam. Spiritus scilicet quia referuabatur Christo iuxta illud. Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, & inde est quòd lex uetus bona quidem est, sed imperfecta, secundum illud ad Hebræos. septimo. Nihil ad perfectum adduxit lex, & ex consequenti non perducebat ad beatitudinem, quia gratia Dei uita æterna ad Rom. 6. Et est data à bono Deo qui est pater domini nostri Iesu Christi. Et ordinabat homines ad Christum dupliciter, uno modo perhibendo testimonium Christo secundum illud Lucæ ult. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege & psalmis & prophetis, & Io. 5. Si crederetis Moysi crederetis & mihi, de me enim scripsit. Secundò disponendo & retrahendo ab idololatria. Et erat perfecta secundum tempus suum sicut puer, &c. Ad Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo & nihil ad perfectum perduxit. Et quamuis lex non sufficeret ad saluandum homines tamen adderet illud auxilium à Deo hominibus simul cum lege, per quod saluari poterant, scilicet fides mediatoris per quam iustificationi sunt antiqui patres, hæc S. Tho. 12. q. 98. 2. ar. Vide uer. præceptum maxime. §. 4.

- 9 ¶ Octauò, † lex uetus data est per Angelos secundum illud ad Gal. 3. Lex data est per Angelos, & actu. septimo dicit Stephanus. Accepitis legem in dispositione Angelorum. ratio secundum Dio. in 4. capit. de ce. hier. quia diuina debent deferri ad homines mediantibus Angelis, est etiam spe-

cialis ratio, quia cum sit imperfecta, ut dictum est. §. præcedenti, non debet introduci à principali agente sicut in alijs principibus, perfectam formam introducit principalis agens, sed dispositiuam & imperfectam egeus inferior, sicut in compaginatione nauis, principalis agens introducit compaginationem, sed inferiores disponunt dolando & disponendo materiam, sic igitur lex uetus per Angelos danda erat quæ disponebat ad nouam sed noua per Christum quæ est Deus, unde Apostolus ad hebræos, loquutus est nobis Deus in filio suo, in ueteri uerò testimonio sermo factus est per Angelos, hæc s. Th. ubi supra ar. 3.

- 10 ¶ Nonò, † quare lex uetus data est solum populo iudæorum. Respond. secundum S. Th. ubi supra ar. 4. quòd solum ex Dei gratuita electione secundum illud Deu. 4. Audistis uerba illius de medio ignis quia dilexit patres & elegit semen ut ex eo Christus nasceretur. Si autem rursus quæretur quare hunc populum elegit & non alium, conueniet responsio. Ange. quam dicit super Io. Quare hunc trahat & illum non trahat noli uelle iudicare si non ius errare.

- 11 ¶ Decimò, † utrum omnes homines obligentur ad obseruantiam legis ueteris ita quòd sine obseruantia illius possent saluari. Respond. secundum Sanct. Thom. ubi supra ar. quinto quòd in lege iudaica erant duo: quædam enim pertinebant ad legem naturalem, & ad talia omnes tenebantur, & sine illis non poterant saluari, quædam autem erant superaddita, & ad talia non tenebantur alij, unde Dio. 9. c. ce. hic. Multi gentilium per Angelos sunt reducti in Deū, & tamen gentiles non obseruabant legem. Vide uer. credere. §. 2. & 3.

- 12 ¶ Undecimò, † utrum lex uetus conuenienti tempore data sit. Res. secundum S. Tho. ubi supra ar. si. quòd conuenientissime data fuit tempore Moysi, cuius ratio potest accipi ex duobus secundum quòd quælibet lex duobus generibus hominum imponitur. Imponitur enim quibusdam duris & superbis qui per legem compescuntur & domantur. Imponitur etiam bonis qui per legem instructi adiuantur ad implendum quòd intendunt, conueniens igitur fuit tali tempore legem ueterem dari ad superbiam

perbiam hominum conuincendam, de duobus enim homo superbiebat, scilicet de scientia, & de potentia: de scientia qui dem quasi ratio naturalis ei sufficere possit ad salutem, & ideo ut de hoc eius superbia conuinceretur permixtus est homo regi ministri rationis absque adminiculo legis scriptæ & cognouit defectum suum quâdo usque ad idololatram peruenit, postquam autem homo est instructus per legem conuicta est eius superbia de infirmitate dum implere non poterat quod cognoscebat, & ideo sicut Apostolus concludit Ro. 8. quod impossibile erat legi in qua infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum ut iustificatio legis impleretur in nobis. Ex parte verò honoris lex data est in auxiliū: quod quidem tunc maximè populo necessarium fuit quando lex naturalis obseruari incipiebat propter exuberantiam peccatorum: oportebat, enim huiusmodi auxiliū quodam ordine dari, ut per imperfecta ad perfectionem manuduceretur, & ideo inter legem naturæ & legem gratiæ oportuit legem ueterem dari, unde non fuit congruum, videtur immediate post peccatum daretur, tum quia homo nodum cognoscebat se ea indigere de sua ratione confusus, tum quia adhuc dictamen legis naturæ nondum erat obtenebratum per consuetudinem peccandi.

13 ¶ Duodecimò ¶ utrum ceremonialia fuerint ante legem. Respond. secundum San. Thom. 2. 2. q. 103. ar. primo, quod ante legem fuerunt quædam ceremoniæ non tamen ceremoniæ legis, quia non erant per aliquam legislationem institutæ quod sic declarat. S. Tho. dicens. Ceremoniæ legis ad duo ordinabantur, scilicet ad cultum Dei, id est ad figurandum Christum: quicunque autem colit Deum oportet quod per aliqua determinata eum colat quæ ad certioter cultum pertinent: determinatio autem diuini cultus pertinet ad ceremonias, sicut etiam determinatio eorum per quæ ordinamur ad proximum pertinent ad præcepta iudicialia, ideo sicut inter homines communiter erant aliqua iudicialia, non tamen ea auctoritate legis diuinæ instituta, sed ratione hominum ordinata, ita etiam erant quædam ceremoniæ non quidem ea auctoritate alicuius legis deter-

minatæ, sed solum secundum voluntatem & deuotionem hominum Deum colentium, sed quia etiam ante legem fuerunt quidam uiri præcipui prophætico spiritu pollentes, concludendum est quod ex instinctu diuino quasi ex quadam priuata lege inducerentur ad aliquem modum certum colendi Deum qui & conueniens esset interiori cultui, & etiam congrueret ad significandum Christi misteria quæ figurabantur etiam per alia eorum gesta secundum illud primæ Cor. 10. Omnia in figura contingeant illis. Et sic intellige de oblatione Abel, Caim, Abraam, & similia: similiter circumcisio non fuit ex lege, sed ante ex præcepto diuino, unde dicitur ex patribus Ioan. 7. quamuis seruaretur in lege. Et iste ceremoniæ primæ status cessauerunt uenientibus ceremoniis, secundi status, scilicet legis nouæ, quia illæ significabant istas, & in passione Christi debuerunt cessare omnia legalia quasi iam ueritate eorum consummata: unde ante passionem Christi, Christo prædicante & miracula faciente currebant simul lex & euangelium, quia iam misterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum, & per hoc mandauit dominus ante passionem leproso ut legales ceremonias seruaret: post passionem verò Christi apud illos apud quos diuulgatum euangelium est, non licet illas obseruare sine peccato, quod declarat San. Tho. ubi supra. quæstio. 103. artic. 4. dicens. Sic peccat mortaliter qui nunc suam fidem protestando diceret Christum nasciturum, quæ antiqui & ueraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter si quis nunc ceremonias obseruaret quas antiqui patres & fideliter obseruabant, & hoc est quod Augusti. dicit contra Fau. Iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabant, sed annunciatum quod natus sit, resurrexit, quod hæc sacramenta quæ à Christianis aguntur iam personant. Et quamuis Beatus Hieronym. secundum quod dicit Sanct. Thom. ubi supra ad primum. dixerit quod immediate post passionem essent mortifera, tamen melius distinguitur secundum Augusti. quod post passionem ante diuulgationem euangelii non erant mortifera quamuis essent mortua, id est erant

mortua quia not. habebant virtutem, tamen non erant mortifera, id est obseruantes non peccabant, ante passionem verò non erant mortua neque mortifera, post diuulgationem verò erant mortua & mortifera, & quamuis Petrus non peccauerit obseruando tunc legalia, peccauit tamen nimiam diligentiam adhibendo ex quo gestiles scandalizabantur, & ideo fuit reprehensus à Paulo Bald. secundo uer. præceptum. §. 2.

- 14 ¶ Decimotertio, ¶ lex uetus continebat præcepta moralia sicut patet Exo. 20. Non occides, non furtum facies, sic etiam colere Deum cum sit actus uirtutis pertinet ad præceptum morale, continet etiã præcepta ceremonialia, sicut determinatio huius præcepti, Vnum cole Deum, ut scilicet collatur talibus hostiis & talibus muneribus hoc pertinet ad præcepta ceremonialia, vnde præcepta ceremonialia distinguunt à moralibus: similitudines etiam rerum quæ uini proponebantur, ut esus agni, pertinet ad præcepta ceremonialia, habent etiam præcepta iudicialia. Sicut igitur determinatio communis præcepti de cultu diuino fit per præcepta ceremonialia, sicut determinatio communis præcepti de iustitia obseruanda inter homines determinatur per præcepta iudicialia, & secundum hoc oportet tria præcepta legis ueteris ponere, scilicet moralia quæ sunt de dictamine rationis & legis naturæ, ceremonialia quæ sunt determinationes cultus diuini, & iudicialia quæ sunt determinationes iustitiæ inter homines obseruandæ, vnde Apostolus Roman. 7. cum dixisset, lex sancta subiunxit quòd mandatum est iustum & bonum & sanctum, iustum quidem quantum ad iudicialia, sanctum quantum ad ceremonialia, nam sanctum dicitur quòd est Deo dicatum, bonum, id est honestum quantum ad moralia. Alia autem omnia peccata legis reducuntur ad ista tria. Et quia ut dictum est ista lex comparatur ad legem euangelicam sicut imperfectum ad perfectum, ideo inducebantur ad obseruantiam istorum mandatorum ex promissione temporalium quæ est imperfecta, respectu spiritualium, non enim erant capaces spiritualium, sicut pueri quibusdam munusculis

inducuntur ad scientias & uirtutes, præceptum. §. 5.

- 15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum iudicialia ligent nunc. Respond. secundum Sanctum Thomam ubi supra questio. 104. articulo tertio, quòd moralia semper obligauerunt, & obligabunt, ceremonialia uerò ut dictum est in §. præcedenti. §. non, iudicialia autem non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt euacuata per aduentum Christi, aliter tamen quàm ceremonialia quæ adeo sunt euacuata, ut non solum sint mortua, sed etiam mortifera obseruantibus, ut dictum est præcedenti §. iudicialia uerò sunt quidem mortua quia non habent uim obligandi, non tamen mortifera quia si quis princeps ordinaret, ut in regno suo seruarietur, non peccaret nisi forte faceret hoc quasi haberent uim ex ueteri lege. De lege noua uer. præceptum. §. 3.

- 16 ¶ Decimoquinto, ¶ lex euangelii quæ dicitur lex noua est lex principaliter indita in cordibus nostris per fidem Iesu Christi: secundario autem est lex scripta, vnde August. in lib. de spi. & lit. dicit, quòd sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium, & alibi dicit in eod. lib. Quæ sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus nostris ipsa presentia. S. S. habet tamen lex noua quædam sicut dispositiua ad gratiam S. S. & ad usum huius gratiæ pertinentia quæ sunt quasi secundaria in lege noua de quibus oportuit instrui fideles Christi, & uerbis & scriptis tam circa credenda quàm circa agenda, & ideo dicendum est quòd principaliter lex noua est lex indita tanquam quoddam superadditum legi naturali, secundario autem est lex scripta, & quantum ad primum iustificat, vnde Aug. in d. lib. In ueteri testamento lex extrinsecus est posita qua iniusti terrentur, hæc, scilicet in nouo testamento, intrinsecus data est qua iustificarentur. Quantum autem ad documenta fidei & præcepta ordinantia affectum humanum & humanos actus lex noua non iustificat. In dicto lib. per literam intelligitur qualibet scriptura extra homines existens etiam moralium præceptorum qualia continentur in euangelio, vnde etiam litera euangelii occideret nisi adf-

fer interius gratia fidei sanans hæc S. Th. ubi supra. q. 106. ar. 1. & secundo. Et notandum quòd fuerunt quidam in statu veteris testamenti habentes charitatem & gratiã. S. S. qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundùm hoc pertinebant ad legem nouam. Similiter etiam in nouo testamento sunt aliqui carnales nondum pertingentes ad perfectionem nouæ legis, quos oportuit etiam in nouo testamento induci ad uirtutis opera per timorem peccatorum & per aliqua temporalia promissa hæc S. Th. ubi supra. q. 107. art. primo secundum.

- 17 ¶ Decimosexto, ¶ lex noua seu euangelium conuenienter incepit tempore Christi non ab initio, & durabit usque ad finem mundi, primum declarat S. Thom. ubi supra ar. tertio triplici ratione. primò lex noua principaliter est gratia spiritus S. ut dictum est in §. precedenti, quæ abundanter post peccatum dari non debuit antiquam impedimentum peccati ob humano genere tolleretur consummata redemptione per Christum, vnde dicitur Io. 7. nondum erat spiritus datus quia Iesus nondum erat glorificatus. secundò quia non adducitur aliquid ad perfectum statim à principio. sicut aliquis prius est puer, & hanc rationem assignat Apostolus Gal. 3. lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificaremur, at ubi uenit fides iam non sumus sub pedagogo. 3. quia primò oportuit quòd homo relinqueretur sibi in statu veteris legis, ut in peccatum cadendo suam infirmitatem recognosceret & cognosceret se gratia indigere, & hanc rationem assignat Apostolus. Roma. 5. dicens lex subintraret ut abundauit delictum, ubi autem abundauit delictum superabundauit & gratia, quòd autem debeat durare vsque ad finem declarat d. S. ubi supra ar. fin. quia scilicet nihil est propinquius ipsi ultimo finis quàm gratia quæ datur per legem nouam, ideo non debet habere medium quamuis uarietur iste status secundùm quòd homines se habent diuersimodè ad eandem legem, quia aliquando aliqui perfectius participant sicut tempore apostolorum, & similiter secundùm diuersa loca & nationes & religiones. Vide supra euangelium §. primo quomodo fuit

prædicatum.

- 18 ¶ Derimoseptimò, ¶ Lex humana sue ciuilis, siue ecclesiastica uel canonica, de cuius multiplicitate nominis dictum est supra uersiculo constitutio, in princ. conuenienter instituta est secundùm Sanctum Thomam prima secundæ. quæstio. 65. articulo primo. quia quamuis homini naturaliter insit quedam aptitudo ad uirtutem, perfectio tamen uirtutis necesse est quòd ueniat per aliquam disciplinam ad quam non inuenitur homo sibi sufficiens facilliter, quia perfectio uirtutis precipuè consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus ad quas precipuè homines sunt proni, & maxime iuuenes, circa quos est efficacia disciplina, & ideo oportet quòd huiusmodi disciplinam per quã ad uirtutem pertueniatur homines ab alio fortiantur, & quidem quantum ad illos iuuenes qui sunt proni ad actus uirtutum ex bona dispositione nature uel consuetudine uel magis diuino munere sufficit disciplina paterna quæ est per monitiones, sed quia inueniuntur quidam proterui & ad uitia proni qui uerbis de facili moueri non possunt, necessarium fuit ut per uim uel metum cohiberentur à malo, ut saltem sic malefacere desisterent & aliis quietam uitam redderent, & ipsi tandem per huiusmodi alluesationem ad hoc perducerentur ut uoluntariè facerent quæ prius metu implebant, & sic fierent uirtuosi: huiusmodi autem disciplina, cogens metu peccati, est disciplina legum cuius est imperare, uertere, permittere, & punire, ut sic bonos homines faciat: vnde necessarium erat ad pacem, & bonum hominum & uirtutem quòd leges ponerentur, quia sicut dicit philosophus primo Polit. Sicut homo si sit perfectus uirtute est optimum, sic si sit separatus à lege & iustitia est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad explendas concupiscentias & seuitias, quæ non habent alia animalia. Et secundùm philosophum primo retho. melius est omnia ordinari lege quàm dimittere iudicium arbitrio, tum quia facillius est inuenire paucos sapientium qui sufficiant ad certas leges ponendas, quàm multos qui requirerentur ad iudicandum rectè de singulis, secundo

Secundò quia illi qui leges ponunt ex multo tempore considerant quid lege ferendū sit. Tertiò quia legislatores iudicant in uniuersali, & de futuris, sed homines iudicijis præfidentes iudicant de præsentibus ad quæ afficiuntur amore, uel odio, uel alia cupiditate, & sic eorum deprauatur iudicium, fuit igitur necessarium: ut in quibuscunq; est possibile per legem determinare quid iudicandum sit, & paucissima arbitrio hominis committerentur. vnde Isid. in lib. Ethim. factæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidatio supplicio refrænetur nocendi facultas. hæc S. Tho.

- 19 ¶ Decimo octauo, † Lex humana secundum Isid. debet esse honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum constitutionem patriæ, loco temporique conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi utilitate scripta ciuium. Et alibi. Lex erit omne quod ratione constiterit duntaxat, quod religioni congruat, quod saluti proficiat, quæ declarat Sancti Thom. 1. 2. quæstio. 65. arti. 3. dicens. Isid. in conditione legis: primò ponit tria, scilicet religioni congruat in quantum scilicet est proportionata legi dominicæ: quod disciplinæ conueniat, in quantum est proportionata legi naturæ: quod saluti proficiat, in quantum est proportionata utilitati humanæ: ad hæc tria omnes aliæ conditiones quas postea ponit reducuntur. Nam quòd dicitur honesta refertur ad hoc, quòd religioni congruat, quòd autem subditur iusta possibilis secundum naturam, &c. additur ad hoc quòd conueniat disciplinæ. Attenditur enim humana disciplina, primò quidè quantum ad ordinem rationis qui importatur in hoc quòd dicitur iusta, & quantum ad facultatem agentium, debet enim disciplina esse conueniens unicuique secundum suam possibilitatem, obseruata etiam possibilitate naturæ, non enim eadem sunt imponenda pueris quæ imponuntur uiris perfectis, etiam secundum humanam consuetudinem. Non enim potest homo solus in societate uiuere aliorum morem non gerens, tertiò quantum ad debitas circumstantias

dicit loco, temporique conueniens, quod uerò subditur necessaria, utilis, &c. refertur ad hoc quod expediat saluti, ut necessitas, referatur ad remotionem malorum, utilitas uerò ad consecutionem bonorum, manifesta uerò ad cauendum nocuum quod ex ipsa lege posset prouenire. Et quia lex ordinatur ad bonum commune, hoc ipsum in ultima parte ostenditur.

- 20 ¶ Decimo nono, † quis potest facere legem. Rñ. fm S. Th. 1. 2. q. 90. arti. 3. quod lex proprie, primò, & principaliter respicit ordinem ad bonum commune: ordinare autè aliquid ad bonum commune est uel totius multitudinis uel alicuius gerentis uicem totius multitudinis, & ideo condere legem uel pertinet ad totam multitudinem uel pertinet ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam habet, quia & in omnibus aliis ordinare in finem est eius cuius est proprius ille finis, & quamuis unus possit alium mouere, non tamen quilibet habet uirtutem coarctatam in quemcunque sicut requiritur ad condendam legem. Et quamuis etiã paterfamilias possit facere aliqua præcepta uel statuta in domo sua, non tamen habet propriam rationem legis, quia lex requirit communitatem perfectam, uel est ciuitatis. hæc S. Thom. concor. Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & in. ubi dicit quod quantum habet quis de iurisdictione tantum habet auctoritatem condendi legem uel statutum, nec ulterius extenditur, nisi hi quorum interest consentiant, uel ad minus sint præsentibus fm Inn. in c. r. de loca. & in c. a nobis. el primo de sentent. excom. & non contradicant. Alie. c. si. de his quæ fi. a præla. ratio secundum D. Anto. in c. cum laicis, de rebus eccle. non alie. quia potestas statuendi dependet à iurisdictione, & imperio in statuente, & in subiectione quo ad eum in quem statuitur cap. ecclesia, de consti. & cap. bene quidem. 96. dist. in glo. & Bar. in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. Quomodo aliquando populus potest facere legem sine principe, & e conuerso, uide supra uer. consuetudo. §. 1. & 2. in quo secundo §. habes solutionem dubitationis quam ponit Rosella uer. lex. §. 2. scilicet utrum requiratur consensus populi. Utrum princeps possit facere legem contra illa quæ sunt de iure gentium uide supra uer. fici. constitutio. §. tertio. Quomodo requiratur

ratur promulgatio. uide supra eodem. cap. principio.

- 21 ¶ Vigesimoſqui ſunt illi qui ita curam habent & poſſint facere legem, declaratur in Piſ. c. c. §. 2. ſm Hoſt. generalē conſtitutionem Papa p̄r facere in omnibus ſpiritualibus & eccleſiaſticis. de conſti. c. ſin. Item legatus in prouincia ſibi commiſſa. extra de offi. le. c. ſi. & extra. de loca. & conduc. c. ex reſcripto. Item ſinodus prouincialis. 16. di. cap. quid dī. Item ſinodus epiſcopalis. 18. di. c. 1. & ſi. Item epiſcopus in ſua diceceſi. extra de mai. & obe. c. ſi quis. extra de loca. & cond. c. ueſtra nobis. Item capitulū poteſt ſibi conſtitutionem facere. extra de conſti. ca. cum acceſſiſſent. Similiter & uniuerſitas Magiſtrorum & clericorum. extra eo. c. ex literis. Item in temporalibus generalē legem poteſt facere Imperator. C. de le. l. 2. & ſi. non tū in ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis ut ſupra. uer. conſtitutio. §. 2. Item præfectus prætorio & omnis quibus Imperator hoc mandat. Item populus Romanus. Item Senatus Romanus, oēs iſti legem generalē facere poſſunt. Item omnis ciuitas ſiue populus poteſt ſibi legem facere hæc omnia. Inſti. de iure naturali. §. 1. & 2. Idem v̄ in omni collegio approbato. extra eo. quæ in eccleſiarum. & c. ex literis. Et ſm Innoc. in c. ueſtra nobis. de loca. & conduc. licet epiſcopus poſſit facere in diceceſi ſua ſuper aliis, tamen non poteſt niſi quorum intereſt conſentiant uel ad minus ſint præſentes. de conſe. di. 3. cap. 1. & extra de his quæ ſi. a præl. ſine conſen. cap. c. pe. & ſi. Quando incipit legare. uide uer. conſtitutio. §. 1. Quomodo exuſet ignorantia. uer. excommunicatio. 4. §. 2. & exco. 7. §. 1. poſt ultimum caſum.

- 22 ¶ Vigesimo primo ¶ utrum conſtitutio reſpicit præterita. Reſp. q̄ ſolum reſpicit futura. extra de conſtitu. c. cognoſcentes, & hoc ſecundū Pan. ibidem ne afficiat aliquos ſine culpa niſi in ea nominatim de præteritis caueatur. extra eo. cap. ſi. Et ſecundū eundem Pa. in d. ca. cognoſcentes, quū lex uel ſtatutum loquitur per uerba præteriti temporis indulgendo aliquid non extenditur ad futura ne detur materia delinquendi ut eſt, textus limitans hanc materiam in l. cum lex. ff. de legi. per quam dicit Bar. q̄ ſi ſtatuto cauetur q̄ quilibet ban-

nitus ſoluens iō. eximatur de banno, nō habet locum reſpectu eorum qui bannuntur de futuro, quia daret materiam delinquendi, ſecus ſi ceſſaret hæc ratio quia loquatur per uerba præterita uel præſentia extenditur ad futura. quia lex ſp̄ loquitur. l. Arriani. C. de hære. Et ſecundū Pan. in ca. quoniam ſi ſimoniaca. de ſimo. conſtitutio declaratiua iuris antiqui addens nouam pœnam non extenditur ad præterita reſpectu pœnæ & ſic cenſentur noua quod bene ibi probatur conſtitutio pœnalis habens etiam rationes de præterito quod ad pœnam concernit ſolum futura, quamuis conſtitutio declaratiua iuris naturalis, ſe extendat etiā ad præterita, ratio, quia declarans nihil addit, unde potius lex antiqua ligat quā noua. Et quando lex eſt partim declaratoria & partim iuris noui æditoria, ligat in præterito quantum ad illam partē quæ eſt declaratoria. pone exemplum lex dicat. Nemo audeat uſuras exercere, & qui exercuerit puniantur pœna publicatione omnium bonorum. nam licet factum ſit damnatum de præterito, tamen pœna publicationis cum ſit de nouo non extenditur ad eos qui uſuras exercuerunt ante iſtā conſtitutionem.

- 23 ¶ Vigesimoſecundo ¶ utrum posterior conſtitutio tollat priorem. Reſp. q̄ ſic, et ſi de priori nō faciat mentionē. extra de cognia. ſp̄. ca. 1. et ſi prima haberet clauſulam derogatoriam ad ſecundam. cle. dudū. de ſepul. licet ſecus i reſcriptis. c. ceterū. de reſcriptis. & c. ex parte. Itē ſecus de conſuetudine & de ſtatutis particularibus locotū, uel perſonarū ſingularū. ſ. quia eis non derogatur per nouam conſtitutionē Papæ niſi de ea fiat mentio cum ſint facti & in factio conſtant, & eam poteſt Papa probabiliter ignorare. extra de conſti. c. licet. li. 6. ſecus ſi ſtatutum continere id quod eſt de iure cōi, quia tunc ceſſat rō ſm Inn. & Ho. hæc nota Arch. & Io. An. in d. c. licet. præſumitur. n. q̄ Papa ſciat iura quæ ſunt in iure, & ſic uelit derogare.

- 24 ¶ Vigesimo tertio ¶ utrum leges humanæ obligent in foro cōſcientiæ. Reſp. ſm s. T. 2. 2. q. 96. ar. 4. quod ſi ſi ſunt iuſtæ, ſecus ſi ſunt iniuſtæ, ubi ſic ait. leges poſitæ humanitus uel ſunt iuſtæ, uel iniuſtæ: ſi quidem iuſtæ ſint, habent uim obligandi in

foro conscientie à lege æterna à qua deri-
uantur s̄m illud prouerbiorū 8. Per mere
ges regnant, & legum conditores iusta di-
scernunt. dñr̄ ãr̄ leges iustæ, & ex fine qñ. s̄.
ordinantur ad bonū cōe: & ex actore, qñ
flex data non excedat potestatem ferētis:
& ex forma, quando scilicet secundū qua-
litate proportionis imponuntur subditis
onera in ordine ad bonum commune: cū
enim unus homo sit pars multitudinis qui
libet homo hoc ipsum quod est, & quod
habeat, est multitudinis; sicut & quælibet
pars id quod est totius, unde & natura ali-
quod detrimentum infert parti, ut saluet
totum, & secundū hoc leges huiusmodi
onera proportionabiliter inferentes iustè sub-
ditos & obligat in foro conscientie, &
sunt leges legales. hæc ille. cū enim sicut
dicitur Ro. 13. Omnis potestas humana
à Deo sit, qui resistit potestati in his, quæ
pertinent ad ordinem potestatis, Deo resi-
stunt. Lex autem canonis ligat omnem crea-
turam, secundū D. Felin. in c. canonum.
de consti. Secundū no. & idē ibidem. col.
1. 1. confirmat illa, q̄ hic dñr̄ de lege iusta.

25 ¶ Vigesimoquarto, ¶ utrum leges iniustæ.
obligent in foro conscientie. Resp. secun-
dū S. T. ubi supra, q̄ leges dicuntur ini-
ustæ dupliciter, uno modo per contrarieta-
tem ad bonum humanum e contrario præ-
dictis in §. præcedenti, uel ex fine sicut
cum aliquis præsidens leges imponit one-
ras subditis non pertinentes ad utilita-
tem communem, sed magis ad propriam
cupiditatem, uel gloriam: uel etiā ex acto-
re sicut cum aliquis legem fert ultra sibi
commissam potestatem: uel etiam ex for-
ma, puta cum inæqualiter onera multitu-
di ni dispensantur, etiam si ordinentur ad
bonū cōmune, & huiusmodi magis sunt
uolentia, quàm leges. unde tales non obli-
gant in foro conscientie nisi fortè pro-
pter uitandum scandalum, uel turbatio-
nem, propter quod etiam homo iuri suo
debet cedere. Alio modo leges possunt
esse iniustæ per contrarietatem ad bonum
diuinum, sicut leges tyrannorum inducen-
tes ad idololatriam, uel ad quodcunq; aliud
quod sit contra legem diuinam, & tales le-
ges nullo modo licet obseruare, quia sicut
dicitur actum. obedire oportet Deo mag-
is, quàm hominibus. hæc ille, unde con-

trarium dicitur Matt. 15. Iratum fecistis
mandatū Dei propter traditiones uestras.
Et Isaiæ 10. Veli qui condunt leges ini-
quas, & scribentes iniustitiam scripserunt,
ut opprimerēt in iudicio pauperes, & vim
faceret causæ humilium populi mei. Et sic
patet tam ex isto, quàm ex præcedenti §. q̄
ad hoc, q̄ lex sit iusta, & obliget. oportet
primò q̄ non sit contra legem diuinam. Se-
cundò q̄ sit ad bonum commune. Tertiò
q̄ sit ab habente potestatem. Quartò q̄ pro-
portionabiliter imponat onera, & uno isto-
rum deficiente est iniusta, & non obligat.
Quintò q̄ sit publicè promulgata, aut so-
lenniter edita, puta in consilio populi se-
cundū Pa. de postu. præla. cap. 1. Sextò, q̄
elapsū sit tempus post quod incipit obli-
gare circa quod est notandum secundū q̄
possūmus elicere à diuersis doc. q̄ uel lo-
quimur in foro conscientie, uel in foro cō-
tentioso, si primo modo uel loquimur de
ignorantibus, & sic dic ut dictum est. ver.
excommunicatio 7. casu si. §. 1. Si uerò de
scientibus, uel in constitutione, uel lege de
terminatur tempus quando incipiat li-
gare, & illi est standum. in glo. ca. cū sin-
gula. de præb. lib. 6. uel non determinatur
tempus, & tunc si est cōstitutio generalis,
puta Papæ, uel Imperatoris ligat post duos
menses à publicatione, de hoc est gl. in ca.
nouerit. de sen. excom. & Io. An. in Da-
ta. li. 6. Si uerò sit cōstitutio inferiorum,
puta episcopi, capituli, uel uniuersitatis,
sic ligat immediatè post promulgatio-
nem. Si uerò loquamur in foro conten-
tioso dicendum est, ut immediatè dictum
est de scientib. uide uer. cōstituta. §. 1. Se-
timò requiritur q̄ per inscriptionem sit sus-
cepta, de quo dic, ut dictum est. uer. cō-
stitutio. §. 4.

26 ¶ Vigesimoquinto, ¶ utrum faciens con-
tra legem iustam ad cuius obseruantiam
tenetur semper peccet mortaliter facien-
do contra legem. Respond. secundū D.
Felin. in cap. canonum. de constitutioni-
bus. post San. Thom. 2. 2. q. 186. articu. 9.
q̄ non, quia sicut in lege civili non sem-
per facit dignum morte corporali trans-
gressio legalis statuti: ita nec in lege ec-
clesiæ omnes ordinationes, uel publi-
ca statuta obligant ad mortale. hæc
Sanctus Thomas. sic ergo non semper
peccat

peccat mortaliter faciens contra legem ciuilem vel canonicam, nec etiam contra regulam. Vtrum quando lex imponit pœnā, peccet etiam mortaliter contrafaciens. ver. constitutio. §. fi.

27 ¶ Vigesimo sexto † Sed queritur qñ quis peccet mortaliter faciendo contra legem. Resp. secundum S. Thom. 2. 2. q. 186. quod aliquid continetur in lege dupliciter. Vno modo sicut finis legis qui sunt actus uirtutum, nam lex ordinatur ad faciendum hominem uirtuosum & horum transgressio quantum ad ea que exdunt communiter sub præcepto obligant ad mortale, sicut præcepta legis & prohibitio peccatorum mortalium, & hæc etiam si de eis non esset lex positua essent mortalia, & dicitur secundum D. Felin. in d. c. canonum. materia necessitaria & necessaria ad salutem, de quibus in locis suis. Quantum uero ad ea que excedunt communiter necessitatem præcepti non obligant ad mortale nisi propter conceptum. de quo supra uer. contemptus in principio, & talia sunt consilia. Alio modo continetur aliquid in lege pertinet ad exterius exercitium, sicut sunt omnes exteriores obseruantie inter quas sunt quedā ad quas obligatur quis ex sua uoluntate, puta uoto, promissione, fide, & iuramento, & ad ista obligatur communiter ex peccato mortali, aliorum autem transgressio non obligat ad mortale nisi propter contemptum legis, uel quia directè contrariatur obligationi legis, uel propter præceptum, hæc ille.

28 ¶ Vigesimo septimo † unde Do. Felin. in d. c. canonum. col. 3. format regulam quod canones ligant omnes, adeo quod qui cōtrauenit canoni maximè ex cōtempu peccat mortaliter. c. nam concupiscentiam, de consuet. & dicitur procedere hanc regulam in tantum quod à prælato non seruante canones sunt subditi leuare obedientiam, ante latā super hoc sententiam de hoc gl. in c. sacerdos. 2. q. 7. & sequitur Ludo. Rom. in singulari. §. 10. intellige quando non seruat ex cōtempu, imo secundum gl. in c. generali. de elec. lib. 6. credens canones non ligare tanquam sint facti in non habente auctoritatē legis condendæ, potest ut hæreticus condēnari. Et dicitur doc. quod transgressores canonis ex contemptu & moniti possunt depo-

ni. adde quod plures contrauerint, & lex modo non imponat aliam pœnam, quia illa sufficeret, faciens etiam contra canones incurrit infamiam, facit unam exceptionē à dicta regula, scilicet quod canones non ligant in conscientia quando agitur solum de salute animæ secundum Innoc. in cap. quia propter de electio. ubi dicit quod quamuis in electione non fuerit seruata forma data à canonibus dummodo interuenit purus consensus eligentium tenet in foro conscientie. Idem sentit Abb. in cap. 1. in fin. de restitu. in integrum, dicens quod ualeat in omni actu in quo prætermissa solemnitas iuris positui ut in foro animæ non teneatur quis sibi de hoc facere conscientia, ex quo non interuenit aliqua deceptio, & affuit consensus habentium actum explicare de iure naturali, facit cap. 1. de spon. in princip. lib. 6. ubi probatur quod actus potest esse nullus de iure positio & non de iure naturali. Et Petr. de Ancha. in regula possessor. co. lib. & titu. 1. questio. dicit de hærede ex testamento carente solemnitate iuris & habente purum consensum in purum testatorem au licitè teneatur in conscientia, & cōcludit quod sic, cessante fraude. & d. Abb. in cap. relatum el primo 2. col. de testa. dicit quod contractus mulieris factus sine fraude ualeat in foro conscientie, etiam non seruata forma statuti loquētis de consensu propinquorum. Item idem Abb. cap. potestatum. de regu. 2. col. dixit, quod professio facta, omiſsa forma que traditur in regula quo ad Deum ligat, hæc autem regula, scilicet quod quando loquimur in foro conscientie non est necesse quod solemnitas iuris adit non debet intelligi uniuersaliter, sed in aliquibus casibus, primus est quando canon uel lex fundatur super præsumptione, quia in foro animæ scit præsumptionē illam non esse ueram præuaret enim ibi ueritas etiam quando lex induceret præsumptionem iuris & de iure, & hoc secundum Abb. post Ioan. Andr. in capit. is qui fidem. de despon. sit de inuentario non confecto ab hærede, quia tunc non potest detrahere Falcidiam, quia tunc ius non præsumit quod hæreditas nō sit exhausta legatis, sed potius quod bona hæreditatis uiripauerit, & ideo tenetur ultra uires hæreditatis, & huic iuri ius canonicum non resistit,

fit, imo vñ approbare in c. Raynaldus. de test. & tamen in conscientia non tenetur ultra vires hereditatis fm Pa. in c. de consili. & inde est q̄ condemnatio iniusta licet non suspensa per appellationem liget in foro contentioso in quo lex presumat pro sententia, non tamen semper in foro conscientie. Secundus casus est quando lex est iniusta ut dictum est supra §. 24. & 25. Ex quo inferit D. Abb. in d. c. canonum, quod licite potest fraudari Gabella iniusta. Tertius quando non tenetur seruare legem in foro conscientie est ubi à lege ponitur pena, quia respectu pœnæ non procedit in foro conscientie, sed satis est q̄ sacerdos imponat pœnitentiam de delicto secundum glo. in c. fraternitas. 12. quæstio. 2. ratio est quia pœna imponitur à iudice. & ad terrorem aliorum, que ratio cessat in foro anime, unde secundum Innoc. in c. dignum de homi. si quis inferit damnum proximo siue culpa lata non tenetur in foro anime, secus in foro contentioso l. qui occidit. ff. ad l. aquil. & iste potest esse quartus casus, secus esset quando esset in lata culpa uel dolo, sicut dicens falsum testimonium, uel quando aduocatus ex sua culpa perdit causam Abb. in d. c. canonum. limitat de pœna iuris, quia non tenetur quis ad pœnam iuris ante condemnationem secundum gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. nisi lex imponeret pœnam ipso facto & bona sunt publicata uel per sententiam declarata. Secundo limitat quando reus est condemnatus de delicto, quando enim iudex fert sententiam tunc reus tenetur ad pœnam fm. S. T. 1. 2. q. 62. ar. 3. etiam quo ad Deum. limitat Tertio quando pœna venit ex mutuo consensu. Quarto quando pœna esset ratione interesse, potest etiam iudex facere contra legem ex magna causa fm q̄ dicit S. T. q̄ deficit aliquando & q̄ tunc intentio est seruanda non uerba, similiter non ligat in foro conscientie quando lex distinguit inter vtrumque forum fm Pan. in d. c. canonum in glo. ver. ab omnibus, similiter fm Pan. in c. tua nos. de usu. in fine qn̄ rō legis deficit in foro aīæ, tunc in illo foro non est seruanda, uel qn̄ non est eadem rō in vtroque foro. c. tua. de spon. adde Theoricam. doc. q̄ qn̄ ius civile non reprobatur ab ecclesia nec continet in se peccatum & non

foveat lucrum proximo damnosum nec rigorem, tunc in foro anime seruandum est, adde quando ratio legis deficit in foro conscientie uel semper uel in aliquo casu. vide supra ver. consuetudo. §. si quando lex præceptiua continet pœnam. vide aliquid uer. pœna. §. 5. & aliquid. absolutio. 3. §. 2. & in §. sequenti immediate.

29 ¶ Vigesimo octauo Quia dictum est in §. 26. q̄ lex obligat ad mortale ratione præcepti, quaritur quomodo cognoscitur q̄ sit præceptiua. Resp. primo q̄ qn̄ materia est præceptiua & uerisimiliter excogitata que dī materia necessitatiua fm. d. Feli. ut dictum est supra §. 26. tunc non est curandū de uerbis, q̄a sp̄ obligat sub præcepto, & ista sunt præcepta legis siue affirmatiua, siue negatiua. Si uero non constat de materia ubi quis esset certus de mente statuentis quod uult inducere ad mortale, sic inducit, facit quod notat gl. in c. 7. & c. per venerabilem qui si. si. le. & ibi per Pa. Si autem non constat de mente, tunc aut uerba sunt præceptiua, puta præcipimus, iubemus & sic obligat ad mortale. facit e. quod præcipitur. 1. q. 1. aut utitur uerbis imperatiui modi, & si materia non est necessaria nec multum ponderosa non obligat ad mortale, exemplum si quis te percussit in una maxilla præbe ei &c. quia est consilii. 23. q. 1. c. paratus. Si uero materia est multum ponderosa, sic inducit mortale. tex. est in cle. exiui. in §. item quia prætere. de verbo. signi. exemplum in psalmo. Vouete & reddite, quia uouere est consilii, sed reddite præcepti. Aut utitur uerbis inhibitoriis, ut inhibemus, prohibemus, interdicimus & huiusmodi, & sic fm Pa. in c. nam concupiscentiam. de consili. inducunt mortale. Aut loquitur per uerba cōia. ut decerno, statuo & similia. & sic non obligat ad mortale, ut dicit idem Pa. in d. c. nuper concupiscentiar. similiter est uerbum cōe in modo, & ordine siue in plurali dicatur siue in singulari. Aut loquitur per uerbum debet, & sic inducit mortale, quia debet ex suo proprio significato importat necessitatem. ut glo. in cle. attendentes de sta. reg. Idem dicit gl. in c. proposuit. de appel. ratione tñ materiz aliquando est congruitatis, in c. 1. de despon. impu. Aut comminatur sub pœna ex cōiocationis, & sic inducit mortale, quia ni
si pro

fi pro mortali nullus excommunicatur. 11. q. 3. c. nullus. & c. nemo episcoporum. Aut loquitur per uirtutē obedientiæ, uel sub pœna maledictionis æterna, uel sub indignatione omnipotentis Dei, & huiusmodi, & sic inducit mortale. ut in c. unico. de statu reg. li. 6. Aut consuetudo habet ut talia uerba obligent ad mortale, & sic inducent. ar. c. dilectus. de consue. & d. cle. exi. ni. §. item quia præterea, uide. uer. religio. §. 22. & uer. clericus. 2. §. 5.

30 ¶ Vigesimo nono sed nunquid inter leges imperiales quæ nunc uigent sint aliqui casus illiciti & secundum animam non seruandi. Resp. sunt. ut dicitur di. 10. lege. Et primo quidem in matrimoniis. Nam secundum leges filius unius Germani copulari potest in matrimonio cum filia alterius Germani, ut Inst. de nupt. §. inter eos. C. de nupt. l. memini, & secundum Deum tales debent præniti separari. de consan. & affin. c. non debet. & 3. q. 3. c. progenie. Secundum quia secundum leges puella rapta non potest contrahere matrimoniū cum suo raptore. C. de rap. uir. l. unica, & idem erat olim secundum antiquos canones, sed hodie potest. extra de rap. c. si. Tertio quia secū dum leges licitum est homini soluto tenere mulierem solutā in cōcubinā ut. Auth. quibus mo. na. eff. sui. §. si quis autem, sed secundum Deum est fornicatio simplex, est peccatum mortale, & excludit à regno Dei. ut dicit Apostolus. 1. Cor. 6. Quarto secundum leges licitum est uiro occidere adulterū uxoris deprehensum in adulterio si est persona uilis & cui non debetur reuerentia. ff. de adul. l. marito. primo responso. & l. si adulterium. & C. de adul. l. Gracius. & similiter licet pater qui habet filiā in pâtre occidere adulterum filiæ in domo filie, & eōtrario, licet patri occidere adulteram filiā, & genero licet occidere filiā. ff. de adul. l. pater. & l. nec in ea, & l. q. ait. Similiter & latrone siue populatore agro rū. Sed secundum Deum nihil eorum licet & prohibetur cum precipitur Exodi. 20. non occides. Quinto quia secundum leges dā natur qui comprehensam in adulterio tenet uxorem. C. de adul. l. crimē. & l. casti. tari. Sed secundum Deum & iura canonica potest tenere sine ulla pœna dummodo ipsa uelit ab adulterio recedere. 3. 1. q.

Secunda pars

1. §. subauditur. Sexto quia in multis casibus secundum leges licitum est uxorem repudiare & matrimonium licitè contractum dissoluere, & maxime in casu qui notatur. 10. di. lege. & 27. q. 2. sunt qui dicunt. si quod matrimonium ritè contractum, & consumatum potest dissolui propter religionē, sed hoc lex diuina prohibet ut in eisdē. Septimò quia secundum leges mulier quæ mortuo marito nubit infra tps luctus scilicet unius anni infamis fit & incurrit multas pœnas. C. de secun. nup. l. 1. & 2. Sed secundum Deū ut Apostolus dicit nubat libere cui uult de secundis nup. c. fin. & ut nota. Inn. remittuntur ei omnes illæ pœnæ quæ sunt tñ ad ipsius pœnam, secus si inde pro ueniat aliquid ad alios. Octauò secundum leges filius spurius non est alēdus. Sed secundum Deū & canones contra. uide supra uerbo alimentum. §. 3. Nonò de inuētario de quo supra. §. 27. Decimò quia cum in certis casibus secundum leges hæres non teneatur de maleficio defuncti, secus est secundum Deum, quia tenetur ad oīa debita defuncti et de maleficio in quantum hæreditas sufficit. Unde cumò quia secundum leges id quod relinquitur in ultima uolūrate nō ualet nisi habeat. 7. uel 5. testes. C. de testa. l. unus. & l. fin. sed secundum Deū in relictis ad pias cās sufficientes tres, aut et duo testes extra de testa. c. cum elles. & c. relatum. Duodecimò quia si promitto aliquid nudo pacto secundum leges sine alia iuris solēnitare non teneor, quia nō oritur inde actio, ut. ff. de pac. l. iurigentiu, sed contra secundum Deū & canones quia mortaliter peccat recedens à pacto extra de pactis. c. 1. cum similibus, & idē si promitto uni, pro altero recipienti quia secundum Deū teneor, secundum leges non. uide uer. pactū. §. 2. & 4. & dic ut ibi. Tertiodecimò quia inter ementes & uendentes permittunt leges deceptionem. Quartodecimò quia secundum leges non licet emere seu uendere iura & actiones quæ quis habet contra alium pro minori precio quam sit principale debitum aliter, non ualet emptio nec peti potest nisi usque ad id quod solum est, nec etiam postunt talia iura pro parte uendi & pro parte donari. C. mandati. l. per diuersas. sed propter animam nihil prohibet me emere iura contra aliquem pro minori precio quam

Sum. Tab.

u 3

har

sint ipsa iura, dum tamen non faciam hoc in fraudem usuræ, sed propter interesse meum, aut laborem qui forsitan erit in rehabendo, seu quia dubito ne debitor fugiat aut ad pauperiariē veniat. Quintodecimo quia in longissimo tempore secundum leges possessor malefidei præscribit, secus secundum Deum, & iura canonica, extra de reg. iur. possessor malefidei, li. 6. infra ver. restitutio. §. 5. Sextodecimo quia secundum leges maleficia cogitationis regulariter non puniuntur. ff. de pe. l. cogitationis, sed cum omnis cogitatio mala, vel à Deo, vel per penitentiam punienda est, 3. q. 2. c. omnis. Decimo septimo quia secundum leges licet magi, & uenefici puniantur, tamen qui hoc faciunt contra imbres, uentos, & gradines præmiantur. C. de male. l. eorum. Sed secundum Deum talia et sic facere grauissimum peccatum est, ut clare probat S. Tho. 2. 2. q. 96. Decimo octavo quia secundum leges licitum est in causa sanguinis corrumpere accusatorē. ff. de prazuari. l. si. Sed secundum Deum non licet secundum S. Thom. ibidem. Notandum est quod in iure canonico sunt multa quæ non obligant, primo ratione autoris sicut dictum est, uer. liber sapientiar, de gratiano in decretis: illa enim quæ ipse ex proprio capite posuit non habent magnam autoritatem, & à multis reprobantur, sicut illud quod ponit di. 13. §. 1. q. ei qui urgetur inter duo mala licitum est eligere minus, unde uidetur esse perplexus ut sit necesse eligere peccatum, quod ibi glo. summa. reprobatur, de quo uide uersu. perplexus. Item illud quod ponit di. 95. §. sed illud in c. presbiteros, quod necessitate urgente in absentia episcoporum presbiteri possunt criismare in contrarium est, quanto, de consuet. & doc. de quo uide uersu. confirmato sacramentum. §. 5. & uersu. Abbas. §. 5. Item id quod dicit. 1. 2. q. 1. quod clericis non licet habere proprium, quod ibi glo. reprobatur, de quo uide uer. clericus. 4. princ. & in cap. 4. c. 3. de quo supra uersu. Iacobus. Item id quod uidetur dicere. 1. 6. q. 1. c. dilectio, quod ad præscribendum sufficit habere bonam fidem, in prin. quod dicit glo. non esse uerum secundum ius canonicum cum est standum, de reg. iur. c. possessor. li. 6. de quo uide uer. prescrip. §. 7. Et multa alia similia, secundo sane quedam quæ non obligant quia nunquam fuerunt acceptata, de quo

uide uer. constitutio. §. 4. & uer. feria. §. 11. tertio quia multa per iura noua mutata sunt uel correctata ut quod electio papæ non solum fiat à Cardinalibus, di. 2. 2. in nomine, quæ hodie solum fit per Cardinales, c. ubi periculum. de ele. li. 6. & similiter de electione episcoporum &c. Et etiam in tempore ordinandorum di. 77. & 78. sed hodie sunt mutata per clem. de ætate. & quali. or. de quo uer. ætas, & uer. ordo, quarto per totum. Et quod certi gradus seruarentur ad matrimonium. 3. 5. q. 2. 3. & 4. quæ hodie sunt mutata per decre. non debet. de consan. & affi. de quo per impedimentum consanguinitatis, & affinitatis. Et similiter de communione, de quo uide uersu. communicare. §. 5. & in multis aliis. Quomodo aliquando aliqua sint correctata, uide uer. excommunicatio. §. casu. 4. §. 3. 4. multa abrogata per longam consuetudinem, sicut quod clerici incoherent ieiunium quadragesimale immediate post quinquagesimam. di. 4. c. statumus, & c. denique, de quo uide uer. ieiunium. §. 10. Et quod dies rogationum ante ascensionem feriantur, de conse. di. 3. c. pronuntiandum. Et ieiunetur. e. di. c. rogationes, & quod hebdomada sancta ferietur, & pasche d. c. pronuntiandum. de quo uer. feria. §. 4. & 10. & uersu. consuetudo. §. 4. Vtrum lex civilis uel statutum secularium liget clericos. uide supra uersu. constitutio. §. 2. & 3.

31 ¶ Trigesimo, ¶ Vtrum possit fieri dispensatio in legibus. Resp. secundum Thom. 1. 2. q. 97. ar. si. quod dispensatio proprie importat commensurationem alicuius communis ad singula, unde etiam gubernator familiarie dicitur dispensator in quantum unicuique de familia cum pondere, & mensura, & operationes, & necessaria uitæ, sic igitur, & in quacunque multitudine, ex eo dicitur, aliquis dispensare quia ordinat qualiter aliquod commune præceptum sit adimplendum à singulis, contingit autem quandoque quod aliquod præceptum quod est ad eodem modo multitudinis ut in pluribus, non est conueniens huic personæ uel in hoc casu, quia uel per hoc impediretur aliquid melius, uel etiam induceretur aliquid malum piculosum aut esset, ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur nisi propter euidens, & subitum periculum, & id ille qui

habet regere multitudinem habet potestatem dispensandi in lege humana quæ suæ autoritati innititur: ut, si in personis & casibus in quibus lex deficit licentiam tribuat ut præceptum legis non seruetur. Si autem absque hac ratione per sola voluntate licentiam tribuat non erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens: in fidelis quidem si non habeat intentionem ad bonum commune, imprudens autem si ratione dispensandi ignorat propter quod dominus dicit Lucæ. 12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem constituit, &c. Lex autem naturalis in quantum continet præcepta communia quæ nunquam fallunt dispensatione recipere non potest. In aliis uero præceptis quæ sunt quasi conclusiones præceptorum communium quandoque per hominem dispensatur, puta quod mutuum non reddatur proditori patriæ uel aliqd huiusmodi, ad legem autem diuinam ita se habet quilibet homo sicut persona priuata ad legem publicam cui subiicitur: unde sicut in lege humana publica non potest dispensari nisi ille à quo lex autoritatem habet uel is cui ipse commiserit, ita in præceptis iuris diuini quæ sunt à Deo nullus potest dispensare nisi Deus uel is cui ipse specialiter commisit: quibus autem sit commissum, uide uer. dispensatio per totum.

32 ¶ Trigesimoprimum, ¶ utrum in constitutionibus intelligantur concessa quæcumque non sunt prohibita. Respond. secundum Host. si constitutio promulgetur ad affirmatiue, omnia quæ continentur & ex eis sequentia uidentur concessa nisi reperiatur prohibita, puta concessum est contrahere matrimonium ergo cui libet & semper nisi reperiatur prohibitum. Si uero promulgata est negatiua, omnia ex eis sequentia intelliguntur prohibita nisi reperiatur concessa, sicut prohibetur ne quis occidat, ergo omnibus & semper prohibetur nisi quando inuenitur concessum.

33 ¶ Trigesimosecundum, ¶ utrum in penalibus fiat extensio legis. Respond. Ioan. de Imo. & sequitur Ge. in cap. si postquam, de elec. li. 6. quod secundum mentem comprehensionis sic, & fortius in fauorabilibus, sed secundum mentem extensiuam non fit in penalibus in c. statutum, de elec. li. 6. In aliis autem non penalibus fit extensio ex identitate rationis, uide gloss. &

Gem. in c. sepe, de tempo. ordi. li. 6. Cognoscitur autem mens comprehensionis secundum eum Io. de Imo. & Ge. in d. cap. si postquam ex quatuor. 1. ex eorum usu uerborum, quia preuallet omni rigori & significationi uerborum. ff. de leg. 3. l. librorum. §. quid tamen casibus, & de consue. cap. cum dilectus. 2. Si aliter intelligendo sequeretur absurditas cum lex debeat esse possibilis & honesta. 4. di. c. erit autem, & no. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Lex dicit qui occiderit hominem capite puniatur, si ad literam deberet intelligi, sequeretur quod occidens, se defendendo, uel furiosus esset occidendus, contra cle. si furiosus, de homicidio, quod est absolum. tertio monstratur mens comprehensiuæ, quoniam in illa est expressa ratio, quia ex illa, ut dictum est colligitur mens legis, facit cle. 1. de elec. exemplum in c. ex parte, de postulan. ubi prohibitio facta, de aduocando facta monachis, extenditur ad canonicos: quia licet sint diuersi, tamen quia constitutio fundat se super religione, ideo extenditur etiam ad canonicos, & ideo omnis constitutio, quæ habet respectum ad religionem licet loquatur de monachis comprehendit etiam canonicos, & omnes, qui promittunt tria uota: secus si loqueretur de religione cum aliqua qualificatione, puta monachus niger, & huiusmodi quarto comprehenditur mens legis, quando per eandem constitutio nem, uel per aliam apparet id quod ibi est positum, sicut in le. prima. ff. uti possi. dicitur, quod licet uerba edicti de eede. tamen in fundo esse habet locum ut in §. hoc interdictum omnibus ibidem. Qualiter autem deprehenditur mens extensiuæ legis. Resp. secundum Io. de Imo. & Ge. ibidem ubi supra ex identitate rationis non scripserit ut in l. 1. C. de interdic. & re. facit c. inter ceteras, de rescrip. & c. 1. de trans. præla. nam de similibus ad similia idem est iudicium ut in d. c. dicitur uide uerfi. excommunicatio. §. casu. 49. in fi. uer. argumentatio. §. 9.

34 ¶ Trigesimotertio, ¶ leges imperiales imitantur canones, unde dicunt sic. Non dedignantur sacræ leges, canones sacros imitari specialiter in matrimonii & uisuris, ut in authen. ut clerici apud proprios episcopos. col. 6. & 2. q. 6. §. hoc colligitur, extra de noui oper. c. nunc intelleximus. Et notandum secundum Inn. in c. fi. de reb. ecc.

non alie. & sequitur Pan. in cap. 11. de testi. in ante. q̄ ubi ius canonicum in alia materia dat regulam specialem, quod non debemus illam distinguere per ius ciuile, uerbi gratia: canon induxit iuram solennitatem in alienatione rei ecclesiasticæ. Ideo non debemus seruare illam iuris ciuilibis positam in auth. hoc ins. C. de sac. san. ec. Et in legis fraudem nihil agendum est. ff. de legib. l. cōtra legem. quia cum quid prohibetur per unam uiam intelligitur prohiberi & p̄ alia. Extra de reg. iur. cum quid. lib. 6. Et facta in fraudem legis non tenent. ut not. Bar. in l. amplius. ff. rem ra. ha. allegat. l. si libertus in iunior, & ibi tex. ff. de iure patro. secus esset si fieret in fraudem hominis etiā principis. uide Pan. in c. dilectus. el secundo de præbend. & quod nota in d. l. si libertus. Et quomodo fiat fraus legi. uide supra uersic. fraus. Nota secundum Pan. in c. clerici. de iudic. quod leges ciuiles sequuntur canonum dispositiones, & sic in effectu non potest dari contrarietas inter canones, & leges, quod intellige in materia spectante ad ecclesiam, & sic potest dici, quod etiam de iure ciuili mulier nubens infra annum luctus non efficitur infamis, quia canon permittit. ut in cap. pen. & ultimo. de secundis nupt. nec usuræ permittuntur de iure ciuili, nec concubinatus: quia materia pertinet ad ecclesiam, & canon prohibet, & sic de aliis, secus in materia indifferenti, quæ tunc data contrarietate inter canonem, & legem: canon seruatur in foro suo. ut not. glo. in regula possessor. de reg. iur. & ibi Io. An. in Mercurialibus. lib. 6. tex. cum glo. in c. 1. de arbi. co. li. facit tex. in auth. quomodo oportet epi. §. 1. colum. 1. ubi Imperator dicit se uelle sequi, & seruare regulas sacras. ut in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fid. ca. uide Pan. in c. 1. de noui ope. nun. uide aliquid. ner. papa. §. 1. & uer. dispensatio. §. 13. casu. 41.

35 § Trigesimoquarto, ¶ utrum condentes leges iniquas peccent, & ad quid tenentur. Resp. q̄ licet de iure tales leges, seu statuta non ualeant. di. 8. quæ contra. & 32. q. 7. c. flagitia. tñ facientes, & consentientes peccant mortaliter de quibus Isaia 10. ne qui condunt leges iniquas, & si sunt contra libertatem ecclesiasticam sunt excommunicati. de quibus supra uerbo excommunicatio 5. casu

20. & tenentur restituere q̄ dānum, qd̄ pro uenit alicui rōne talis legis, & omnes uoluntati seruientes similiter peccant mortaliter, & omnia acquisita rōne talis legis tenentur restituere sicut de raptoribus, & non solum dicunt iniquæ qm̄ sunt contra legem Dei, & naturæ, sed etiam quando sunt contra ius posituum ad panperes opprimendos, & iustitiam impediendam secundum Host. Similiter condentes leges ne usuræ restituantur sunt excommunicati. de quo supra uer. excom. 5. casu 20.

36 § Trigesimoquinto, ¶ utrum actus factus contra legem sit nullus ipso iure. Respon. quod non, in quatuor casibus. Primo quando causa prohibitionis non est perpetua, sed temporalis. ut in c. 1. de mati. contrac. contra inter ec. & dicitur temporalis quando est restricta ad certum tempus, puta prohibetur matrimonium, propter uenerationem certæ diei. similiter de professione facta infra annum, quæ prohibentur in c. ad apostolicam. de regu. lib. 6. Secus si prohibitionis causa est perpetua, puta cum prohibetur aliquod propter malum, quod inde sequi potest, ut matrimonium propter consanguinitatem, & huiusmodi, & sic intellige l. non dubium. C. de legibus. & cap. uides 19. dist. c. interdiximus. 35. q. 3. Secundo quando prohibitio legis concernit principaliter fauorem alicuius, talis prohibitio habet potius uim exhortationis respectu illius pro cuius fauore principaliter fit, quia potest renunciare, pro hoc. distin. 4. §. hæc, & si legibus. hoc ponit Pan. in cap. ad apostolicam. de regul. & infert quod possit per hoc intentari licet statuto caueatur ne mulier possit contractum facere sine præsentia duorum agnatorum, quod ualeat contractus sine eorum præsentia si statuto expresse non annullat actum factum, facit l. si quis in conscribendo. C. de pac. & facit d. ca. ad apostolicam, ubi patet obligationem acquiri Deo, licet sit actus prohibitus à lege fauore profiteri uolentis.

Tertio quando lex certam formam super eo quod alicui conuenit ex sua potestate. Exemplum. Episcopus ex sua iurisdictione potest absolueret ab excommunicatione, ubi conditor canonis non sibi reseruat, at tamen lex dicit, quod non absoluat nisi faciat sic, uel sic, si faciat contrarium tenet tamen

causen absolutio, secus quando lex dat potestatem illi, qui eam alias non habet cum tali forma, quia si non seruat formam nihil facit, hoc accipitur à dño Car. in cle. 1. de iur. pa. & concordat gl. ibidē. & Pau. Quartò qñ lex punit contrafacientē, quia tenet si expressè non annullat factum contra, secus qñ non punit, sed foliò prohibet: quia sic non tenet, & sic loquitur lex non dubium. C. de leg. hoc ponit D. Car. in cl. 1. de resc. diuersa tñ est circa hoc doc. opinio quibusdam dicentib. q̄ in omnib. casibus, facta contra legē sunt ipso iure nulla nisi lege speciali actus sustineatur secundum Ioan. And. in d. c. ad apostolicam. & cum eo communiter doct. uide uer. absolutam. 3. §. 2. & uer. ius. §. 5.

37 ¶ Trigesimo sexto, ¶ utrum lex indulgens aliquid, quod potest tendere in alterius præiudicium intelligatur saluo interesse partis. Resp. q̄ sic. ut tenet Eal. de pa. iur. fit. & Pa. in c. 1. de iudi. utrum consuetudo tollat legē supra uer. consuetudo. §. 3. & 4.

38 ¶ Trigesimo septimo, ¶ pro aliquali notitia quò ad incipientes notadū, q̄ lex canonica cōtinet quatuor libros. scilicet decretales: sextū sic dictū, quia post quinquē libros decretaliū sit editus: & clemētinas, sic dictas, quia cōtinet constitutiones Clemētis v. Aliq̄ uerò cōstitutiones papales, quæ emanauerūt post cōpilationē decretaliū, quæ extratragates dicebantur, non habent uim nisi de eis mentio fiat in sexto, uel nisi sint edite post sextum. ut dicitur in prologo dicti sexti. Decretum diuiditur in quatuor partes. Primò scilicet in distinctiones ceterum & unam. Allegatur autem. sic. 26. di. acutus. ita q̄ ly. acutus est principium capituli. Et secundò in causas 36. distinctas per q̄ones, distinctas per capitula. exceptis. 3. q. 33. cause quæ distinguuntur per 7. distinctiones, & uocatur tractatus de penitentia. Et 3. q. 36. cause, quæ est tractatus de consecratione, qui distinguitur per quinq; distinctiones, & sic sunt quatuor partes. Secunda uerò pars allegatur 16. q. 1. decimæ. Tertia pars allegatur sic. de p̄. di. 3. septies. Quarta alleg. sic. de cōse. di. 1. uasa. Liber uerò decretaliū diuiditur in quinq; libros diuisos per rubricas & capitula, & sic alleg. extra de iud. & si iudæos, immo melius dimittitur. ly. extra.

extra decretū, fm Panot. in proo. decretalium, quia allegatio, quātò breuior, sātò melior, mō intelligatur. Sextus uerò & clemētinae, eodem modo per easdē rubricas distinguunt, sicut & dec. & eodem modo allegatur excepto q̄ additur. lib. 6. uel in cle. sic. de sent. excomm. si iudex lib. 6. de uerb. sign. saepe in cle.

39 ¶ Trigesimo octauo, ¶ lex civilis diuiditur in tres partes principales, quarū prima dī digestū, & scribit sic. ff. & cōtinet quinquaginta libros diuisos in tria uolumina. i. ff. uetas, infortiatū, & ff. noui, quorū quodlibet diuidit p̄ libros, & libri p̄ rubricas, & rubricæ per leges, seu capitula, & hæc aliq̄ p̄ paragraphos. uñ. ff. uetus cōtinet 23. libros, & partē. 2. 4. i. duas rubricas. Infortiatū uerò cōtinet 14. libros, & rubricā unā. ff. aut nouū cōtinet libros. 12. uñ totū. ff. cōtinet 50. libros, secūda pars dī codex, & scribit sic. C. & cōtinet nouē libros diuisos ut s. tertio uerò pars dī uolumē, qd̄ in se cōtinet quatuor uolumina, seu libros. primū dī instituta. scdm̄ tres libri codicis numerati cū nouē priorib. licet sint ī alio uolumine. tertiuū Authenticiū, quartū liber seu usus feudorū. Allegatio aut fit multis modis. Primò, sic. ff. de edē. l. si quis ex argentariis. §. i. & significat hoc esse in aliquo 50. librorum. ff. Scdō, sic. C. de episc. audi. l. minime. Tertio, sic. C. de agr. & censu. cōscimus. lib. x. & addit lib. 11. ad denotandū dictā legē nō esse in nouē primis libris codicis, sed in tribus, qui sunt in uolumine, quorum primus est decimus. secūdus uidecimus. tertius duodecimus. Quarto allegatur sic. C. de epi. & cle. anth. statimus, pro quò aduertendum, quod quædam sententiæ sunt extractæ de libro Authenticorum, & denotatæ in marginae codicis, uel etiam in aliquibus codicibus insertæ textui secundum conuenientiam rubricarum, quæ non sunt querēdæ in Authentico sed in codice sub rubrica allegata. Quinto, sic Auth. de leno. §. fancimus. i. Authentico. de lenonibus. paragrapho tali, & aliàs ponitur collatione tali, & designatur: allegata esse in lib. Authenticorum, qui cōtinet nouem collationes. unde in li. authen. in genere scemineo: importat legem, in neutro uerò librum authenticorum. Sexto, sic in li. uel in usu. seu. de prohi. seu. alix. ca. qm̄. i.

in li. uel in uisibus feudorum, de prohibita feudi alienatione, c. tali, septimo sic. Insti. de re. diui. §. item ea. & sic patet q̄ quātum ad allegationes, diuiditur in quinque libros, scilicet Digestum, Codicem, Authenticum, librum Feudorum & Institutum, quia Codex tribus modis allegatur.

DE LIBELLO.

- 1 Libellus famosus quis dicatur.
- 2 Libellum famosum conficientis quae poene.

1 **L**ibellus ¶ famosus dicitur q̄n aliquis scribit cedulam conueniēte iniuriā siue infamiā alterius & proicit eā in loco ubi inueniatur, & sic alius infamatur.

2 ¶ Primò, ¶ Quae poena cōficientis libellum famosum. Res. quadruplex est poena s̄m q̄ quatuor modis p̄t agi de eo, & primò qui dem si agatur criminaliter, Et s̄m leges est poena capitis tam cōtra illū qui fecit q̄ contra illū qui inuenit nisi corruerit uel nulli reuelauerit. C. eod. l. vni. §. q. i. c. si quis famosum, & fir. in testabilis. 4. q. 3. c. ob carnē. ff. qui testa. fa. non po. l. qui. & quilibet de populo accusare p̄t tales, quin Et accusatori cōstituitur precitū pro modo substantiæ accusatæ personæ, uel si erat seruus pro ducitur in libertatem. ff. de iu. iul. l. lex. §. fi. & C. eo. l. vnica. Secundò si agatur ciuilit̄. f. actione iniuriarū quæ non publici iudicii, sed priuati continet querelā. C. de iniur. & sic punitur s̄m iusm actoris, & taxationem iudicis, ut insti. de iniur. §. poena. Tertiò si agatur s̄m canones, & sic qui libellū famosum cōficit flagellatur & excōi catur. §. q. i. c. qui in alterius, & c. hi qui. & potest deponi cūm sit graue crimē & damnatione dignissimū. 25. di. c. unū orariū. §. nunc autem. Quarto in foro penitentiali, quia tā isti quā alii detractores tenentur ad restitutionem famę per modum qui dictus est. uer. detractio, unde deberet face- re alium libellum in contrarium.

DE LIBERO.

- 1 Liber quis dicatur.

1 **L**iber ¶ d̄r ille qui nullus subest potestati. de capti. & postli. reuer. l. nō dubito. §. liber. aūt populus, & liberam habet potestātē q̄n sine alterius consensu quis p̄t disponere & non aliter. c. fi. de postu. p̄zla. & uerbū liber excludit omnē mo-

ram & conditionē. c. extirpandū. §. pen. de p̄zab. & c. si beneficia. de p̄zab. li. 6. & de of. fi. or. c. ordinarii. §. quid si forte li. 6. & ibi per Io. An. & Archid. de homi. c. pro huma. ni. li. 6. immo s̄m alios denotat quandam prerogatiuam absolutam, seu dñum super actū cui adicitur. ut l. procurator cui libera. ff. de procuratoribus, & l. iusurandum q̄ ea cōuentione. §. fi. ff. de iur. iur. de elec. cū nobis olim in fi. uide per Bar. in l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. & Pa. in c. cū liberrū. de sepul. & in c. materia. de loca. vnde liberrū dñum nō habet quis super actū quem q̄n uult illū exercere impedit aequaliter, ois prohibitio siue tēporalis siue perpetua cōtradicit libertati. l. libertas. ff. de sta. ho.

DE LIBRO SAPIENTIAE.

- 1 Liber Sapiētiæ non erat olim inter canonicas, sed fuit cuiusdam filonis.

¶ Libros sacre scripturæ oēs prohibuit sancta synod. Trid. imprimi, aut uenales haberi sine licentia superiorū ecclesiasticorū minusq̄; in eis annotationes tacito, aut emittito noīe imprimi. Parochiū uero p̄cepit liberrū unū habere, in quo cōingū, & testium noīa, diemq̄; & locū contractū m̄rimonii describat custodia d̄dū; atq̄; in eo baptizatis eorumq̄; q̄ de sacro fonte suscipiā, noīa de scribat. fess. iiii. de edic. & usu sacr. lib. fess. xxiiii. de refor. c. 1. & ii. Ex c. hæresis, & c. Adā. in fi. 2. q. 3. c. cū terra de elec. Conc. Vien. c. 53. Conc. Magūr. c. 47. Leo. à Le.

1 **L**iber sapiētiæ ¶ non erat olim inter canonicas, sed fuit cuiusdā philonis, hęc S. Th. super Dyo. 4. lec. 6. c. 5. Et gl. in c. canones. l. 6. di. dicit, q̄ sapiētia Salomonis liber Iesu filii Sirach qui d̄r ecclesiasticus & liber iudiciū & Thobiz, & liber Machabeorū sunt apocriphi, & tñ legūtur, sed forte non generaliter hæc ibi. Idem tenet Pa. in c. i. de p̄zser. in principio ubi dicit q̄ idē tenet Hiero. in p̄zatione super li. proverb. quidam tñ dicunt q̄ in quodam concilio fuit determinatū ut legantur ad edificatiōem, & Hier. in procmio. li. Re. galeato. dicit, quod liber sapiētiæ Iesu filii Sirach & Iudith, & Tobias, & pastor, nō sunt in canone. Et in procmio Iudith dicit, idem Hieron. quod synodus Nicena in numero sanctarum scripturarū legitur compli-

cōputasse. Liber de infantia saluatoris ē apocriphus fm S. Th. 3. par. q. 3. ar. 6. liber deceptorū, fm Pa. post Io. An. c. 2. de referip. non est approbatus nisi quōd ad dicta sanctorum & pōnificum quæ ibi sunt inserta: imo dicta Gratiani, quotidie reprobantur sicut dicta alterius doct. uide uer. lex. §. 29. circa fi. ibi notandum etiam uer. Iacobus episcopi.

DE LIBERTO.

- 1 *Libertus quid sit.*
- 2 *Libertus utrum possit reuocari in seruitutem.*
- 3 *Liberti ecclesie, & patronorum quomodo inter se differant.*

1 **L**ibertus † est ille qui ex seruo factus est liber p manumissionē. Manumissor autē dī patronus, & semper liberus patrono tenet ad quæda obsequia. Iugennus autē uocat qui liber natus ē, & sic nulli tenet obsequi. Est autē casus quo libertus eripitur ad ingenuitatē. s. si a domino fuerit expositus languidus cuiuscunq; ætatis, uel si ei impiē alimenta denegari contigerit hoc ipso libertus fit. ingenuus, & seruus liber. Idē si pater exponat filiū languidum. hoc ipso filius a patria p̄tate liberatus est. Illi tamen qui hos suscipiunt non possunt ppter hoc in eorū personis ius aliquod iudicare. de expo. & Lanc. c. unico.

- 2 **¶** Primō, futurum libertus possit reuocari in seruitutē. Ref. q. sic, pp ingratitudinē. s. cū manus iniecerit in patronū, aut atrocē iniuriā, seu graue damnū in personā uel reb. inferre p̄sumperit. ut in gl. ext. de don. c. fi.
- 3 **¶** Secundo, † quæ dīa inter libertum ecclesie, & priuatorū. Ref. fm Host. ē multiplex. Prima quia liberti ecclesie reuertuntur in seruitutem pp operas non præstas. 12. q. 2. c. diaconi, secus in liberto priuati. C. de liber. cā. solo. Inn. tñ intelligit hoc de obsequijs impositis, non de alijs. Secunda quia filij libertorum ecclesie ēt nati post manumissionē sunt obnoxij ecclesie. 12. q. 2. c. de libertis, secus in alijs fm Inn. Tertia, quia liberti ecclesie tenentur seruire ecclesie ēt si nulla opera sint eis imposita d. c. diaconi, secus in alijs fm Inn. Quarta, quia liberti ecclesie si iniuriuntur ecclesie uel accusent illam uel testificentur contra illā reuocantur in seruitutē etiā si ordi nati fuerint. §. 4. dist. qui ex famulis. Quin-

ta, quia liberti ecclesie manumissi ad hoc ut ordinentur non p̄t de acquisitis quocū que mō ad alios transmittere fm quosdā, quin potius omnia ad ecclesiam pertinebunt, sed uerius uidetur, q̄ hoc uerum sit solum, quando in manumissione fuit dictū, aliās etiam testamentum possunt condere de his quæ acquisiuerunt. secūdū Tan. Ray. VI. & Host. multa habes de hoc infra uerbo manumissio, & maximē. §. 3.

¶ **L**ITERES qd sit, & quō pōt præscribi uer. præscriptio. §. 1. & 2. circa fi. & §. 4. & 5.

DE LITERA.

1 *Litera an præiudicet scribenti.*

¶ **L**iteras conseruatorias, cōmendaticias, testimoniales, & dimissorias p̄cepit sanctus synodus Trid. gratis esse concedendas; Notarios uerō decimā tantū unius auri partem accipere posse, dūmodo eis nullū salariū sit constitutū pro officio exercendo, nec ep̄o ex notarij cōmodis aliquod emolumentū directē uel indirectē proueniat. sess. xxj. de refor. c. 1. sess. xxiiij. de refor. c. xiiij. Ex c. 1. de sim. c. cum ab omni. de uit. & hon. cler. Leo. à LEGE.

- 1 **L**itera † an præiudicet scribenti. Ref. Pa. in c. fraternitatis. de cle. non resi. concludendo post Bar. in l. Lucius. ff. de fideiusslo. A ut sunt literæ generales sicut cum dī presentū latori adhibeas fidē, & hmōi, & isto casu cū iste lator non possit cōtrahere uel aliquid intentare in præiudicium scribentis si cui scribit sibi mutaret pecuniā, & hmōi non præiudicaret scribenti ut in l. fi. C. qd cum eo, qui in ali. pōt, quia potius sunt literæ recōmendatice nisi aliud addat puta sub piculo meo, & hmōi. vñ nisi dolose dedit illi literas, quia tunc tenetur. ar. l. q̄ uenditio. ff. de dolo. Si uerō sunt literæ magis specialis, puta, quia dī in eis, tali de mea intentione informato adhibeas fidē plenam, quia tunc tenet, & ager actione mādati contra scribentē ille cui scribunt, sed nō dēt ei credere in aliquo qd ei appropriet. facit l. si uerō remunerandi. ff. man. De eo qui aperit literas alterius. uide supra falsarius. §. 2. & 3. de literis. uide uer. infamia p̄batio, & uer. scriptura, & uer. tabellio. &c.

DE LITIGIOSA.

- 1 *Litigiosa res que dicatur.*
- 2 *Litigans an teneatur ad restitutionem expensarum, & damnarum parti aduersæ.*
- 3 *Litigium proprie in uerbis consistit.*
- 4 *Litiosus utrum plus peccet, quam adulator.*
- 5 *Lis quid est.*
- 6 *Litis principium in iudicio est liris contestatio.*

1 **L**itigiosa res † dicitur de cuius dominio inter petitem, & possidentem mouetur in iudicio: de cessione rei litigiosæ, uide supra uersicu. cessione actionum, & utrum possit alienari ibidem.

2 † Primò, † utrum litigans teneatur ad restitutionem expensarum, & in damnorum parti aduersæ. Respond. quòd sic. si sciebat iniustam causam fouere. si autem à principio non sciuit, tamen in processu causæ cognouit iniustitiam, & non desit, teneatur ar. in ca. dominus, de secun. nup. & in l. si quis inficiatus, & ibi Barto. ff. depositi. litiosus idem est, q̄ contentiosus. de quo supra uer. contentio, & discordia, & grauius peccat per se, quàm adulator, quia litiosus frangit amicitiam, & sunt illi proprie quid ad omnia contrariatur causa cõtristandi de nullo curantes: ut dicit filosofus. 2. Eth. Et non debet ordinari. 4. dif. §. 1. Et not. secundùm S. Tho. super Paulum 1. Corinth. 6. quòd litigare in iudicio est peccatum, quadrupliciter scilicet ratione auaritiæ, modi, mediij, & scandali.

3 † Secundò, † litigium proprie in uerbis consistit, cum. s. unus uerbis alterius contradicit in qua quidem contradictione duo possunt attendi, quandoque enim contingit contradictio propter personam dicentis cui contradicens consentire recusat propter defectum amoris animos inuenientis, & hoc uidetur ad discordiam pertinere, charitati contrariam: quandoque uerò contradictio oritur ratione personæ quam aliquis constrire non ueretur, & sic fit litigium quod prædictæ amicitie uel affabilitati opponitur ad quam pertinet delectabiliter aliis conuiuere. unde filosofus dicit. 4. Eth. q̄ illi qui ad omnia contrariantur, causa eius quod est constrire neque quoscunq̄ curantes, discoli, & litiosi uocantur. Not. q̄ litigium, & con-

tentio differunt in tribus. Primò in fine, quia finis cõtentionis est impugnatio ueritatis. ut patet superius eo. uer. §. 1. & ex diffinitione Amb. contentio est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris, finis autem litigij est perturbare quietem animi: nã contristatio nihil aliud est quàm ingerere iniquitatem animi. Et hæc est differentia essentialis. Secundò differunt in materia proxima, quia contentio est in colloquijs, litigiũ uerò est etiam in alijs actibus concurrentibus ad conuersationem, sicut & affabilitas cui contrariatur. Tertio in radice, quia contentio est, & discordia amicorum, litigium uerò non ex alia est causa nisi quia molestus natura, uel uel passione, alijs in cõuersando. No. secundò, quòd sicut contingit detrudere dupliciter scilicet formaliter hoc est cum intentione contristandi proximum opponere his, quæ dicuntur aut exhibere se grauem seu molestum alijs uel materialiter scilicet non cum hac intentione sed cum effectu: ut accidit his qui consueuerunt dare agrestes responsiones, qui nesciunt hilariter cõuersari cum alijs, & hoc non ex intentione contristandi alios sed ex complexione uel malo usu aut passione, nec excusantur quoniã sunt uoluntarii.

4 † Tertio, † utrum litiosus plus peccet, quàm adulator. Resp. secundùm S. Th. 2. 2. q. 116. ar. 2. q̄ de utroque istorum peccatorum possumus loqui dupliciter. uno modo considerando speciem utriusq; peccati, & fm hoc tantò aliquod uitium est grauius quantò magis repugnat oppositæ uirtuti, uirtus autem amicitie principaliter tendit ad delectandum, quàm ad contristandum, & ideo litiosus qui superabundat in contristando grauius peccat, quàm placidus uel adulator, qui superabundat in delectando. Alio modo possunt considerari secundùm exteriora motiua, & secundùm hoc quandoque adulatio est grauior, puta, quando intendit per deceptionem indebitum honorem, uel lucrum acquirere, quandoque uerò litigium est grauius, puta, quando homo intendit uel ueritatem impugnare uel dicentem in contemptum adducere.

5 † Quarto, † lis autem quæ idem est quod litigium, est conditio uerbalis opposita

amicitia, seu affabilitati, id est facta animo contristandi, & sic lis propriè semper consti-
 sit in hoc, q̄ quis alicui malum infert, uel
 aufert bonum. quia tristitia siue contrista-
 tio non est nisi de malo inhærente, uel ca-
 rentia boni, & est duplex, scilicet cum per-
 sona priuata, & publica, id est iudicialis,
 quæ secundum glo. in c. forus. de verb. sig.
 important causam ciuilem.

¶ Quinto, † principium litis in iudicio est,
 contestatio, quæ est initium actionis, &
 conflictus, non obstante, q̄ oporteat libel-
 lum præcedere super quo fiat contesta-
 tio. ut de libel. obla. c. 1. quia ipsa oblatio
 libelli est dispositio ad contestationem, vnde
 semper necesse, quòd præcedat libelli
 oblatio. d. cap. 1. nisi de partium consensu
 remittatur, litis uerò contestatio secundū
 Goffre. est negocii principalis hincinde
 apud iudicem facta narratio, & subsequen-
 ta responsio, siue negando, siue conceden-
 do, quod primò fit iudice interrogante.
 Secundò uerbaliter, id est oretenus. secun-
 dum Pa. eo. c. vnico. Tertiò quòd hæc fiant
 animo procedendi in causa. Quarto quòd
 per principales personas, non per aduoca-
 tos nisi fortè principales adeo fuerint indi-
 ceteri, ut eorum defectus de licentia iudi-
 cis suppleatur. c. pastoralis. de iudi. Sed li-
 tis quasi contestatio est quando aliquis
 conuenit in iudicio super rebus mobili-
 bus quas possidet nomine alieno nomi-
 nat dominum in iudicio, & accipit indu-
 cias ad denunciandum domino, ut ad iudi-
 cem ueniat, aut mittat, si ipse dominus
 nō comparet infra terminum sibi datum,
 tunc enim lis dicitur quasi contestata con-
 tra dominum. Litem autem pendere est, li-
 tis contesta. esse vsque ad sententiam diffi-
 nitiuam, uel terminum litis. Sed lis dicitur
 pendere quo ad hoc, quòd nihil inno-
 uetur eum citatio legitime peruenerit ad
 partem, uel per eam stetit quominus perue-
 nitet cum tali expressione, quòd potuit in-
 strui super quo conueniatur, ut summant
 Io. An. in cle. 2. eo. ti. & debet peruenire de-
 bito tempore, ut ibi.

¶ **LIVELLARIUS** contractus qui dicitur
 datio ad litellum idem est, quod em-
 phiteusis, & ideo ibi uide. & ibidem de lau-
 demio soluendo.

¶ **LOCATA**, an liceat mendicanibus dimir-

tere, uel de nouo accipere, & de excommu-
 nicatione eorum. uide versicu. excommu-
 nicatio s. casu quinquagesimo primo.

DE LOCATIONE.

- 1 Locatio quid est.
- 2 Locari quid possit.
- 3 Locari an possint fructus decimarum ad an-
 num cursum laicis.
- 4 Locare an possit beneficiatus fructus ecclesie
 sue sine alia licentia.
- 5 Locare an possit sacerdos operas suas.
- 6 Scholaris recedes an possit aliam ponere loco sui
 in domo uel camera conducta.
- 7 Locari an possit domus propinqua alteri magi-
 stro ita quòd uoces adinuicem confundantur.
- 8 Locari cui potest aliqua res.
- 9 Locatio usque ad quod tempus fieri possit.
- 10 Locatio nis merces quando soluenda.
- 11 Locator in quibus casibus potest expellere inquil-
 linum ante tempus finium conductionis.
- 12 Et an inquilinus possit conuerso dimittere do-
 mum ante finitum tempus.
- 13 Locata rei an sit minuenda pensio quando con-
 ductor non potuit ea uti.
- 14 Locata re conductor usus fuit, sed sterilitas in
 eius fructibus contigit an debeat recõpensari.
- 15 Et fertilitas si sit an debeat augmentari pensio.
- 16 Conduxerit si quis molendinum pro se & suis hæ-
 redibus pro certa mercede in perpetuum, & di-
 uisis filiis sit multiplicatio in infinitum, nun-
 quid tenebitur molendinum molere illis omni-
 bus precio quo conuenit.
- 17 Locans fundum ad medium alicui nullà facta
 mentione de arboribus nunquid colonus habe-
 bit partem fructuum arborum.
- 18 Colonus si seminauit agrum, & dominus eum uē
 dat alicui, an poterit per emptorem expelli.
- 19 Conductor si aliquid expendit in re conducta, con-
 tra quem actionem habet.
- 20 Locatori ex qua culpa tenetur conductor in re
 conducta.
- 21 Locans uasa uitiosa ignoranter, an teneatur ad
 restitutionem si propterea uinum emarcuerit,
 uel effusum est.
- 22 Naua si res meas posuit in aliena nauis, quam
 ubi posueram, & perierint an tenebitur.
- 23 Conductor in soluendo pensionem an teneatur ip-
 se inquirere dominum.

Locatio est personæ, uel rei ad usum facta concessio, mercede in pecunia numeranda conuenta, aliàs si species, uel res daretur non esset locatio, sed contractus innominatus, scilicet do, ut facias, & ageretur præscrip. uer. ff. de positi. l. 1. §. si quis seruus. Et ideo locator dicitur, qui sub mercede pecuniaria locat domum suã, & huiusmodi, conductor dicitur, qui ipsam accipit soluendo pensionem. ut in d. §. si quis. Aduerte tamen, quòd contractus innominatus inducitur secundum naturam contractus nominati cui assimilatur nisi aliud actum fuerit, ut in d. §. si quis. sequitur Bar. Et si operaueris in re mea certa mercede tibi danda tu locator operarum tuarum ego conductor earundem dicor. ff. eo. l. qui operas. sed respectu operis ego locator, & tu conductor diceris. ff. e. l. item quaeritur. §. 1. & si gemina. Et nota quòd inquilinus dicitur proprie conductor rei vrbanz. colonus uero rusticæ.

2. ¶ Primò, ¶ quid potest locari. Resp. quod omnes illæ res quæ uendi possunt nisi sint seruitutes prædiales, ut iter, actus uia, &c. quæ locari non possunt, ut est tex. & glo. in l. locare. ff. loca. seruitutes autè personales, quæ sunt ususfructus bene possunt locari. ff. de usufruc. l. arboribus, sed non seruitus usus. ut in sti. de usu. & hab. §. minus. sed si sit ab usufructuario extinguitur locatio per mortem usufructuarii. ut C. de iur. do. l. si locius. & per maximam, & per mediam capitis diminutionem. instit. de usufruc. §. finitur. à proprietario autem fieri non potest locatio seruitutis personalis.
3. ¶ Secundò, ¶ utrum fructus decimarum possint locari ad annum censum laicis. Resp. secundum Panor. in c. etiam. de loca. quòd sic, utrum prælatus possit locare fructus ad magnum tempus. de quo uide supra uer. alienatio. §. 1.
4. ¶ Tertio, ¶ utrum beneficiatus possit locare fructus ecclesiæ suæ sine alia licentia. Respon. secundum Panormita. in cap. uestra loca. quòd sic. intellige non ad magnū

moriat, extinguitur locatio, quia comparatur clericus usufructuario uel usufructuario c. ult. de pec. cle. & ideo extinguitur sicut ius usufructuarii, de dona. c. usufructuariis, de pig. c. ult. secundum Io. Mo. qui sic no. in c. hoc consultiissimo. de ec. non alie. li. 6. & si soluit pensionem non reuocabit à successore in eodem beneficio nisi sit conuersum in utilitatem ecclesiæ: ut not. Host. in cap. 1. ne præla. uices suas uide totum istum. §. & alia plura supra uersicu. beneficium 3. §. 1. uide infra eod. §. 17. Sed contra ea quæ hic dicuntur in locis allegatis arguunt, quidam per paulinam, in qua dicitur, quòd non possunt locari bona ecclesiastica nisi ad triennium, ad quod quidam respondent dicentes, quod illa non est in usu, & sic non ligat. Alii dicunt, quòd Sixtus reuocauit illam. Not. tamen quod si quis uelit saluare paulinam possit dicere, quod clarum est, quòd possunt locari ad modicum tempus: ut in d. cle. 1. Istud autem modicum tempus diuersimodè assignatur à diuersis secundum gl. alle. ita quod dicatur modicum secundum consuetudinem patriæ, & illud tempus quod arbitrabatur iudex patriæ uel consuetudo erit modicum secundum ius cõc., & sic non erit contra paulinam in qua immediatè sequitur. Nec non insecundationem uel contractum emphyteuticum præterquam in casibus à iure concessis, & sic id quod est secundum ius, erit secundum paulinam.

5. ¶ Quarto, ¶ utrum sacerdos possit locare operas suas. Resp. quòd pro diuinis officiis dicendis non licet c. cum in ecclesiæ, de simonia, & multis aliis. cap. aliàs esset simonia, sed pro temporalibus bene potest, licet tamen ei pacifici cum aliquo quod moretur in alia ecclesia ut celebret ibi diuina: ita tñ, quod intentio non dirigatur ad diuina, sed ad mansionem quam ibi facit, uel ad laborem, quem sustinet uel ad damnum quod ratione more patitur, ut in c. ad quæstiones, de rer. permu. & no. Inn. in c. pen. ne præla. ui. suas, uer. simonia. §. 1. & seq.

6. ¶ Quintò, ¶ utrum scholaris recedens possit alium ponere loco sui in domo uel camera conducta. Resp. secundum Pa. in c. inter dilectos. de si. inst. quod sic, quia conductor potest locare alteri re conductam l. nemo. C. loca. nisi aliud conuenissent. ut in d. l. nemo. Sed an possit facere inuitis sociis, glo.

gl. in sti. loca. in fi. dicit, q̄ licet possit iure locationis locare alteri, ratio tamen societatis prohibet quæ præuaret iuri locatōnis, cum uideatur electa industria personæ. In sti. pro socio. §. soluitur. Idem tenet Specu. de iudic. §. 2. Et clarius Azo. per l. præceptione. ff. de his qui deie. uel effu. & addit, quod si scholaris non degit in domo ut debet versari, potest contra eum agi actione pro socio, sed utili, quia directa datur quando contrahitur societas ad cōmodiorem usum, & uberiorem questum de qua leges loquuntur. ut no. Spe. ubi supra. Ex quo intellige, quod in materia odiosa non ueniet socius in domo. Et ideo si statutum dicit, quod socius teneatur pro socio non ueniet socius in domo, quia non est propriè ista societas, & in odiosis uerba strictè capiuntur. l. 3. §. hæc autem uerba. ff. de neg. gest. & in cap. uestra. de iureiur. Insuper dicit Pan. in d. c. inter dilectos, quod si malè uersatur, & non possit compesci aliter à sua insolentia, quod poterit expelli per l. si conuenerit. in fin. ff. pro soc. & j. q. 4. in loco.

7 ¶ Sextò, ¶ utrum possit locari domus propinqua alteri magistro: ita q̄ uoces adinueniem confundantur. Respon. quod non, & si fecerit primus poterit expellere vltimū. C. de stu. li. vi. 20. l. vnica. in fin. & hæc causa tractari potest in feriis tempore messis secundum Hostien. de indi. c. significauerunt. & idem posset de quocunque alio qui impediret lectionem præfati magistri arg. d. l. vnica. & cap. pridem. 1. §. quæstio. 2. Et secundum Barto. in l. 1. ff. solu. matr. in arbitrio iudicis est iudicare, quis debeat expelli eorum qui se impediunt se inuicem consideratis circumstantiis.

8 ¶ Septimò, ¶ cui potest locari aliqua res. Respon. q̄ omnibus, qui possunt emere nisi sit miles vel curialis, quibus non possunt locari prædia ad colendum ne amisso usu armorū ad opus rurale se transferant. ut C. loca. l. milites. l. curialis, & l. vlti. subuenitur igno- rante facienti. ff. loca. l. si quis ignorans. ubi dicitur, quod potest exigere mercedem, non enim contemnit disciplinam qui ignorauit militem. Idem uideret in clericis, & monachis nisi ex causa necessitatis, extra ne cle. vel mona. c. 1. & cap. 2. ubi hæc not. Ber. & Hosti.

9 ¶ Octauò, ¶ vsq; ad quod tempus potest fieri locatio. Respon. quod ad tempus, & in perpetuum. ut ff. si ager uecti. l. 1. & dicitur uectigales agri, qui imperpetuum locantur, scilicet quamdiu uectigal soluantur: ut d. l. 1. & succedit hæres in locatione, & conductione si moritur conductor infra tempus locationis in iure conductionis, secus in usufructu, qui personalis est, & extinguitur cum persona. ff. lo. l. si quis domum. §. si fructuarius.

10 ¶ Nonò, ¶ quando est merces soluenda. Respon. secundum Azo. & Goff. & Pan. in c. propter sterilitatem. cod. tit. quod si actum est, quando sit soluenda id seruabitur, aliàs consuetudo regionis, & si non appareat de consuetudine: id quod minimum est, scilicet in fine anni: ita dicit l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & not. Host. & Bern. de censu. ex parte. facit de reg. iur. in obscuris. lib. 6. ff. de uerbo. obligatio. l. qui hoc anno, & l. eum qui, & ff. quando dies usufr. le. ce. l. 1. in prin. & hæc uera in stipulationibus nisi causa quare datur merces aliud requirat: ut puta, quia datur pro sumptibus, & similibus. In aliis uide in l. 1. C. quando dies le. ce. & d. l. qui hoc anno, & Innoc. in c. propter sterilitatem, de loca. Et not. secundum Pan. in c. peruenit. de arbi. quod differetia est inter soluere annuatim, & quolibet anno: nam si promisi tibi soluere annuatim teneor in principio anni. si autem in quolibet anno tunc in fine anni fiet. unde uer.

Anno si debes, in fine teneberis anni:

Annua si debes, tunc respicies caput anni.

11 ¶ Decimò, ¶ in quibus casibus potest locator expellere inquilinum ante tempus finitum conductionis. Respond. quod in quatuor. Primò si non soluit pensionem per biennium, sed si paratus sit soluere audientus est. ff. loca. l. quæro. Intellige si alius modus de sequentibus non ineit. Secundò si domus locata sit necessaria suæ habitationi, intellige ex necessitate superueniente, cui aliter providere non potest. ut l. ædem. C. locati. aliter non diceretur necessitas, si posset providere alio modo, secus esset si tempore locationis aliam domum non habebat, quia sibi imputabitur nec expellere poterit. ff. locat. l. si quis domum. §. huic subiungi. Tertiò, cum domus eger reductione

fectione, quia minatur ruina, quæ tñ tpe locationis nō minabatur, & in isto casu & præcedenti fiet remissio pensionis, pro rata rēporis. c. pp sterilitatē. de loca. & d.l. edē, & d.l. quarto. §. inter locatorē, vel providebit de alia domo æquē idonea. ff. eo. l. cum plures in prin. Sed an ea resecta possit conductor petere in ea reponi. Respō. quōd sic glo. iuncto tex. l. si duo. §. cum inquilinus. ff. uti possi. & ibi per Bart. Quarto, quando conductor in domo peruersē conuersatur sine læsione rei, ut puta tenet publicas meretrices, & sic non remittitur pensio secundū Hostien. vel versatur peruersē cum læsione rei tenendo porcos in solario, incidit arbores, non colit suo tempore, & tunc remittitur pensio, sed ager ad interesse dominus de damno dato secundū Host. in d. c. propter sterilitatem, & secundū hęc distinctionem concor. doc. in d.l. edem, & in d. cap. propter, qui videntur contrarij. Quinto secundū Domi. Alex. de Imol. consi. 126. quando conductor iurauit solvere omni anno affictum, & cessat soluere vno anno. l. si quis maior. C. de transa. & cōmuniter secundū Do. in ea. l. tenet in quolibet contractu iuratus.

12 ¶ Vndecimō, † utrum inquilinus possit similiter propter necessitatem dimittere domum ante finitum tempus contra uoluntatem domini. Resp. Pa. in d. c. propter sterilitatem, q. sic. fm Vin. & Io. And. hoc tenet etiam gl. in l. si in lege. §. si domus. ff. loca. Ex quo potest inferri, q. propter pestem potest dimitti, quia est probabilis necessitas, & facit tex. in l. habitatores. ff. eo. titu. & sic in conscientia esset seruandum, quāuis in foro contentioso fortē aliter teneretur.

13 ¶ Duodecimō, † utrum sit minuenda pensio rei locatæ, qñ conductor non potuit uti re conducta. Resp. q. aut quis locat res, & si stat per locatoris uoluntatem quo minus re conducta non utatur conductor sic tenetur ei ad interesse. l. si de fundo. C. locati. si uerō nō ex uoluntate, sed per casum fortuitum ex eius parte uel ex parte rei. locatæ contingenti sic pensio remittitur pro rata. exemplum ex parte locatoris, puta, quia propter delictum eius fundus locatus publicatus est. Exemplum ex parte rei. ueluti si ædes locatæ exustæ fuerint uel ager terremotu corrui. ut l. si quis domum. in fi.

& l. ex cōducto. §. i. & l. sed adde. §. si quis. ff. loca. Idem dicendum quando ex necessitate locatori adueniente oportuit conductorem expellere, uel propter refectionē domus. l. qui insulam in princ. & l. si fundus. ff. eo. titu. Si uerō stat per conductorem uel per eius culpam quo minus re locata utatur nihilominus totam pensionem soluere tenetur. l. colonus. §. nauem. ff. loca. Si uerō ex casu fortuito ex quo re locata uti non potuit similiter tenetur, quando locator alteri locando mercedem habuisset aliās nō. ut patet ex l. fin. §. i. ff. ad l. R. o. de iac. facit l. sed adde. §. cum quidam. ff. loca. Sed in casu, quando quis locauit operas nec per eum stat quo minus eas soluat, sed per conductorem sic talis conductor etiam si impediatur casu fortuito nihilominus pensionem præstabit, ut est casus in d. §. cum quidam, quod uerbū creditur in conscientia, quando talis locator non habuit cui locādo operas acquireret mercedem propter talem locationem quam mercedem habuisset si tali non locasset. Si uerō stat per locatorum quo minus operas præstaret tunc non impeditur casu fortuito, sed tenetur ad omne interesse nec mercedem habebit. Si uerō impeditur casu fortuito, sic remittitur pensio pro rata temporis, ut est casus in l. si vno. §. item cum quidam. ff. loca. Itē in l. si hi. C. locati, & l. aduocationis. C. de condi. ob causam. non autem tenetur ad interesse, & si iam inchoasset operas uel fecisset aliquas expensas ad se præparandum, & tali casu fortuito impeditur reperet eas expensas quas fecit propter hoc: ut in l. pecuniam. in prin. ff. de condi. ob causam, habetur de eo, qui parauerat se ire ad locum, & impeditus per tempestatem. fallit hoc ut remittatur pensio, quando ex casu fortuito stat per locatorum in aduocato, quia non reperitur salarium ab eius hæredibus ipso oriente l. i. ff. de var. & extraor. cogn. Idem de quocunque habente officium publicum, & sic loquitur l. arboribus. §. de illo. ff. de usus. & l. diem functo. ff. de offi. asse. Item fauore libertatis: ut in l. cum hæres. §. sticus. ff. de statu liberis. hæc clemuntur ex Azo. & Bartol. & aliis in d. §. cum quidam, & hoc tenet nisi consuetudo aliter haberet.

14 ¶ Decimoteriō, † sed quid si locata re con-

conductor vsus fuit, sed sterilitas, in eius fructibus contingit. Res. fm Pa. in d. ca. pp sterilitatem, q̄ si sterilitas provenit, ex casu fortuito vel ex vitio rei sine culpa coloni, v̄puta quia timet magnam siccitatem vel aquarum abundantiam, uel frigus, uel grā dinem, & hmōi, & non potest recompensari cum fertilitate anni præcedentis, uel sequentis immediati dummodo duret eadē locatio fm Hof. in summa. e. ti. sic fiet remissio pro rata, puta erat solitus colligere. 15. modios, & soluebat tres aureos, nō colligit nisi decem, sic nō soluet nisi duos aureos, nisi sequenti anno, vel præcedenti recollectisset. 20. modios. & idem dicas etiam si soluatur certa species, quia licet non sit propriè contractus locationis, ut dixi, tñ quod ad hoc idem erit iudicium, prædicta tñ non intelligas à partiaro qui cum domino lucrum, & damnum partitur, quia non fit remissio, ut no. gl. in d. c. pp sterilitatem. Et quamuis docto. fuerint uarii in d. cap. pp. & in l. ex conducto. ff. eo. tit. qñ dicatur sterilitas, v̄tamen maximè quod ad conscientiam, q̄ lo. An. & Pa. in d. ca. propter sequuntur, vt. s. dicatur sterilitas, quando non colliguntur nisi dæ partes de tribus solitis, secus esset in alio medico, sed considerandum quod si fructus affuissent, sed postquam recollecti fuerant marcuerunt, vel exercitus præteriens ipsos destruxit, & huiusmodi, non dicitur sterilitas, nec fiet remissio pensionis, secus si erant recolligendi, ut in l. ex conducto. §. si uis. ff. oca. & l. damnum. C. eo. ti.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ sed quid si sit fertilitas nunquid augmentabitur pensio. Resp. secundum Pan. vbi supra, quia aut hoc contingit, quia fructus plus valēt solito, & sic non fit augmentatio, sicut nec fieret minutio si minus valerent, aut provenit per industriam coloni, & sic non augmentabitur pensio, ne sua industria sibi sit damnosa, ut. ff. eod. l. ex conducto. & l. si. C. de al. l. i. Aut contingit propter bonitatem rei, & similiter non fit. Aut contingit melioratio casu fortuito, puta locui molendinum ex quo conductor percipiebat solum quinquaginta, propter alia molendina, quæ nunc sunt destructa percipit centum, & sic fiet augmentatio pensionis pro rata, sicut fieret remissio propter sterilitatem casu for-

Secunda pars

tuito contingentem, quia contrariorum eadem est disciplina. 3. 2. dist. c. hospitium. hoc idem tenet glo. in l. si fructus. ff. eo. tit. propterea aduertendum, q̄ contractus locationis, & conditionis est contractus bonæ fidei, ut iust. de acti. §. actionū, & ideo merces debet conuenire arbitrio boni viri l. si in lege locationis. in prin. ff. locati. aliter restitueret obligatur.

16 ¶ Decimoquinto, ¶ quid si quis conduceret molendinum pro se, & suis hæredibus pro certa mercede in perpetuum, & diuisis filiis fit multiplicatio in infinitum, nunquid tenebitur molendinum molere, illis omnibus precio quo conuenit. Respond. secundum Vgo. quod non, quia non videtur de hoc cogitasse. l. si quis in una ff. de peri. & eo. rei uendi. Sed Alb. in authent. hoc ius. C. de sac. sanct. ec. dicit, quod immo tenetur de stricto iure, ad quod facit l. si seruitus, ita secundo. Respond. ff. de seruitu. vrb. prædio. sed prima æquior secundum conscientiam.

17 ¶ Decimosexto, ¶ utrum locans fundum ad medium alicui nulla facta mentione de arboribus, nunquid colonus habebit partem fructuum arborum. Res. q̄ non, sed locator habebit omnes. l. fructus. ff. de vsur. & si colonus destruat arbores tenebitur, similiter eius culpæ imputetur, si aliquis eius odio arbores excidat. l. si merces. §. culpæ. ff. loc. quod limita secundum gl. in d. §. culpæ, verum quando propter culpam suam seu dolum tale odium est causatum, aliàs nō.

18 ¶ Decimosextimo, ¶ nunquid postquam colonus seminavit agrum si dominus eum vendat alicui poterit expelli per emptorem. Respond. q̄ non, sed medietatem fructuum habebit, uel prout conueniant: si tñ venditor omnes fructus accepisset ager colonus contra venditorem, ff. de leg. 1. l. nihil speciale, tñ speciale priuilegium habet colonus fisci, secundum Rodon. hic aduertendum, q̄ succedens in re locata si est de beneficiis ecclesiasticis, & sic facta ab habete administrationem, & c. uide supra. co. §. 1. 2. & 3. & supra uer. beneficium. tertio. §. 1. Cum uerò res locata non est ecclesiastica, tunc successor uniuersalis tenetur stare. l. uiam ueripatis. C. loca. Successor uerò particularis in dicta re, non tenetur stare, nisi locator habuisset administrationem plenā

Sum, Tab.

x

ut

ut maritus in p̄edio dotali, q̄a sic tenet, vt in l. si filio. §. si. ff. sol. mar. Idem in tutore respectu populi. l. si tutelæ. ff. de admi. tu.

19 § Decimoctauo, † quid si conductor aliquid expendit in re cōducta. Res. fm Hof. si expēdit necessariō, vel vtiliter auxit, r̄dificauit, vel instituit, ager contra locatorē, vt restituat expensas. ff. de loca. l. dñs, & in d. l. sed addes. §. si inquilinus, & ibi gl. sed clarior est in l. colonus. primo. Res. ff. eo. ti. si tamen posset tollere impensas sine læsione rei non tenetur locator, sed ipse eas tollere posset, ut in d. §. si inquilinus, nō sunt intelligenda p̄dicta de expensis p̄ pascēdo animali locato, uel colenda possessione & huiusmodi, sed de alijs, puta curatione morbi, reparatione ruinae, vel plantatione vinearum. & huiusmodi. vide ēr supra uer. si. ecclesia. §. 1. 2. 3. & 4. uer. edificans.

20 § Decimonono, † ex qua culpa tenetur cōductor de re cōducta locatori. Res. q̄ de dolo lata culpa, & leui: q̄a gratia utriusq; contrahit. Insti. quib. mo. re contrahi. obl. §. vlt. licēt aliqui teneāt, q̄ etiam teneatur de leuissima, sed p̄imum communiter tenēt gl. & doc. in l. si quis domum. §. cellus, & in l. si merces. §. qui colūna. ff. locati. Idē dicendum de locatore: vbi tamen quis lo carer, vel conduceret operas in re quæ requirit diligentissimam curā, vt polire adamantem, incidere broccarum, & similia teneretur etiam de leuissima. d. §. qui colum nam. vide uer. restitutio. §. 20. & 21.

21 § Vigesimo, † vtum locans vasa vitiosa ignoriater, & propterea vinum effusum est, vel marcuit, teneatur ad restitutionē. Res. q̄ sic, ad interesse, nec excusat ignorantia, secus esset in pascuis locatis, vbi herba pestifera erat quam ignorabat, q̄a licēt aialia conductoris sint mortua, nō tenebitur locator, vt in d. l. sed addes. §. 1. vbi dicit glo. hoc esse speciale in locato, vt interesse extra rē hic veniat. Quo tñ ad conscientiam non haberet locū. d. l. nisi qñ locasset talia vasa p̄ bonis, secus si simpliciter exhibuisset videnda per conductorem ignorans ipse an sint bona vel ne, quia tūc cum nō sit in aliqua culpa non tenetur. A fortiori ad restitutionem interesse quando scienter locat rem vitiosam, ar. d. l. sed addes. Et quod dictum est in vasis intelligendū est in omni re vitiosa ex qua damnus proximo e-

uenire potest, quod notandum pro illis q̄ locant equos qui uoluit se in aquam si de struantur vestes & similes, secus in commo dato. uide infra restitutio. §. 20. & 21.

22 § Vigesimo primo, † quid si naua poneret res meas in alia naua, quam vbi posueram & perierunt. Respon. quod tenetur d. litem queritur. §. 1. & hoc verum, si inuito domino. si verò bona fide & sine culpa non tenetur, similiter etiam non tenetur si dolose posuisset, quando utraque nauis perijt in eadem navigatione. ff. ad l. Ro. de iac. l. si. §. 1. quia licēt sit in culpa infideliter rem tuam contractādo: non tamen ex tali culpa est ammissa ex quo omnino peritura erat. Sed quis probabit affuisse dolum, vel latam culpa. Hofi. dicit, quod conductor, puta pastor, sicut argentarius debet probare amississe rationes cum ruina vel incendio. l. si quis ex argentarijs. §. vlti. ff. de eden. Idem de custode carceris. l. vlti. ff. de custo. & exhib. re. tamen alias qui dolum allegat probare debet. l. quotiēs. §. qui dolo. ff. de prob. quidam dicunt quod quādo quis tenetur solum de dolo & lata culpa, quod incumbit probatio dicenti cum fuisse in dolo, vel lata culpa, sed quando tenetur de leui, vel leuissima, tunc tenetur probare casu amississe, & sic loquuntur d. §. vltimus, & d. l. vltima.

23 § Vigesimo secundo, † vtum conductor in soluendo pensionem tenetur ipse inquirere dominum. Respo. secundum Panor. in cap. significare, de pigno. ex mente Bart. in litem illa. ff. de consti. pe. quod aut solutio dēfieri respectu ahenius rei, & pro aliqua re: & tunc si creditor est eiusdem fori in quo est res illa situata, tunc debet ire debitor ad domum creditoris. si uerò sint diuersi fori non tenetur ire ad domum creditoris, sed satis est, quod dicat in domo sua sum paratus satisfacere: si aliquis esset qui reciperet. Ideo insert. Panor. quod si emphiteuta non est de foro domini non tenetur pro canone soluendo perquirere dominum: secus si est eiusdem fori, sic intellige c. propter. de loca. vide uer. si. mora, per totum.

DE LONGANIMITATE.

Longanimitas an sit idem quod patientia & magnanimitas.

Longa-

Longanimitas † quæ est uirtus qua habetur animus tendendi in aliquid distans in longinquum. utrum sit idē q; patientia, uel magnanimitas. Resp. fm S. T. 2. 2. q. 13. 6. ar. si. quod sicut magnanimitas dicitur per quam habet aliquis animum tendendi in magna: ita etiam longanimitas dicitur per quam habet aliquis animum tendendi in aliquid, quod in longinquum distat: & ideo sicut magnanimitas magis respicit spem tendentem in bonum quam audacia, uel timor, siue tristitia quæ respiciunt malum: ita etiam longanimitas maiorem conuenientiam habet cum magnanimitate quam cum patientia: potest tamen continere cum patientia duplici ratione. Primò, quia patientia sicut & fortitudo sustinet aliqua mala propter aliquod bonum, quod si ex propinquo expectetur facilius est sustinere. si autem in longinquum differatur difficilis est expectatio, mala autem in presenti sustinere difficilior est. Secundò, quia hoc ipsum quod est differri bonum speratum natum est causare tristitiam, secundum illud Proverbiorum. 13. Spes quæ differitur affligit animam. unde & in sustinendo huiusmodi afflictionem potest esse patientia sicut & in sustinendas quasunque alias circumstantias. Sic ergo secundum quod sub eadem ratione mali contristantis potest comprehendere, & dilatio boni sperati quæ pertinet ad longanimitatem, & labor quem homo sustinet continua executione boni operis quod pertinet ad constantiam, tam longanimitas quam constantia sub patientia comprehenduntur.

DE LVGRO.

Lucrum quomodo dicatur.

Lucrum turpiorum, quod in aliquibus partibus detestabili corruptela introductum fuit; omnēq; aliud turpe lucrum execrandum prohibuit & ab ecclesia Dei eliminauit sub grauissimis pœnis sacrosancta synodus Trid. Sess. xiiij. de refo. ca. xiiij. Sess. xv. cap. de inuo. uene. & reliq. sancti. & in Decreto de indulg. Ex c. cum ex eo. de pœna & remis. cap. cum autem dist. 44. Eze. 23. **LEO. à LEGE.**

Lucrum † non dicitur nisi deductis expensis. l. illud, in glo. C. de colla. & ff. pro socio. l. mutius.

DE LVDO.

- 1 Ludus, ludicrum, uel iocosum quid significant.
- 2 In ludo utrum possit esse vitium sine peccato, & an mortale. 5.
- 3 Ludo nullo modo uti utrum sit peccatum.
- 4 Ludus quatuorplex sit.
- 6 Ludere cum pluribus in instanti an uideantur plures ludi, uel unus.
- 7 Ludus aleorum & taxillorum clericis sunt prohibiti.
- 8 Clerici aleatoris pœna.
- 9 Restitutio nisi sit obnoxium acquisitum per ludum.
- 10 Quod lucratur in torneamentis an possit licite retineri.
- 11 Ludens in casibus in quibus restituere tenetur & vincens, deinde cum eadem persona in alio ludo perdens an poterit recompensationem facere.
- 12 Repetitio an competat in eo quod quis amisit in ludo.
- 13 Ludorum inspectio utrum sit peccatum.
- 14 Ludi causa an liceat uti habitu religiosorum.

Ludus † uel ludicra uel iocosa, sunt dicta uel facta in quibus non quaeritur nisi delectatio. vñ ludo fieri dñr q̄ præter intentionem alicuius necessitatis fiunt ad solam delectationem, & necesse est talibus interdum uti quasi ad quandam animæ quietem, sicut dicit philosophus in 4. Ethic. quod in huiusmodi uitæ conuersione quædam requies cum ludo habetur: & ideo oportet interdum talibus uti. Ex eo enim q; anima est finitæ uirtutis, oportet temperatè laborare: & ideo aliquando quiescere necesse est, quies autem animæ est delectatio: & ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem, intermissa intentione ad insistendum studio rationis, uti igitur ludo temperatè secundum determinationem rectæ rationis est actus uirtutis, quæ uocatur secundum philosophum, ubi supra Eutrapelia & utens tali ludo uocatur Eutrapelus sic dictus à bona conuersione, & si fiat cū debitis circumstantiis est actus uirtutis &

meritorius, & ludere immoderatè est contra Eutrapiam pertinens ad molitiè. hæc S. Th. 2. 2. q. 168. Et in quantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum sub modestia continetur.

2. ¶ Primò, ¶ vtrum in ludo possit esse vitium, seu peccatum. Respond. secundùm S. Th. ubi supra ar. 2. quòd sic tripliciter. Primò, quando fit verbis vel factis - turpibus vel nociuis. Secundò, quando totaliter grauitas animæ, seu uirtutis resoluitur. vnde Ambr. in primo de offi. Caueamus ne dum relaxare animum volumus, soluamus omnem armoniam, quasi contemptum quendam bonorum operum. Tertiò quando non congruit personæ, loco & tempori, vel non est secundùm alias circumstantias ædebitas secundùm ordinem rationis.

3. ¶ Secundò, ¶ vtrum in defectu ludi sit peccatū. i. vtrum nullo modo vti ludo sit peccatum. Resp. s. Th. ubi supra ar. vlti. q. sic, quia omne quod est contra rationem in rebus humanis vitiosum est: est autem contra rationem in rebus humanis, ut aliquis se aliis onerosum exhibeat cum nihil delectabile exhibet, & etiam aliorum delectationes impedit. Vnde Seneca dicit. Sic tege ras sapienter, q. nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Illi autem qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquid ridiculum, & dicentibus molesti sunt: quia. s. moderatos eorum ludos non recipiunt: & ideo tales vitiosi sunt, & dicuntur duri & agrestes, ut philosophus dicit in 4. Eth. defectus tñ ludi minus vitiosus est quàm ludi superexcessus. vnde philosophus dicit 9. Eth. q. pauci amici propter delectationem sunt habendi, quia parum de delectatione sufficit ad vitam, quasi pro condimento sicut parum de sale sufficit in cibo.

4. ¶ Tertiò, ¶ quotuplex est ludus. Resp. s. Th. 4. dist. 16. q. 4. ar. 2. quòd triplex, quidam enim sunt qui ex gaudio deuotionis procedunt, sicut Dauid dixit. Ludam & viatorum coram domino. secundi Re. 4. & tales ludi non sunt vitandi, sed laudandi & emulandi. Quidam verò ludi sunt qui ex se ipsis turpitudinem habent, & tales ab omnibus vitandi sunt sicut ludi qui in theatris agebantur ad luxuriam prouocantes, & dicitur ludus diabolicus, quia operatio ne diabolica est iuuentur ad inducendos

homines ad peccatum: similiter dicit de ludo detorsorio. Quidam sunt ludi qui dicuntur humani nullam turpitudinem habentes quos philosophus liberales vocat, & hi sunt materia uirtutis, scilicet Eutrapiæ: & ideo seruatis debitis circumstantiis possunt laudabiliter fieri ad quietem propriam, & aliis delectabiliter conuiuendum, & isti habent diuersa nomina ab eo à quo exercentur, ut pilealis, balistalis, &c. Inter istos autem aliqui consistunt solum in ingenio, ut ludus scæcorum: quidam in sola fortuna, ut taxilorum: quidam mixti, ut tabularum.

5. ¶ Quartò, ¶ vtrum in ludo possit esse peccatum mortale. Resp. q. sic multis modis. Primò, s. Th. 2. 2. q. 168. ar. 2. ad 2. quando in delectatione ludi ponit aliquis vltimum finem iuxta illud. Sapientia 15. Aestimauerunt ludum esse vitam nostram, contra quos, dicit Tullius in primo de off. Non ita generati sumus à natura, ut ad ludum & iocum facti esse videamur: & eodem modo intelligitur Chrysostomus dicens. Non dat Deus ludere, sed diabolus. Audi quid ludentes passi sunt. Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. & hoc est secundùm eundem Sanct. Thom. ubi supra, quando esset ita vehemens affectus ad ludum, quòd paratus esset facere contra præceptum Dei vel ecclesiæ. Confirmatur per gloss. Proverb. 14. Super illud. Extrema gaudii luctus occupat. quæ dicit, luctus perpetuus. vide secunda secundæ. questio. 118. ar. 4. & supra ver. auaritia. vnde quando cū que aliquis querit lucrum modo illicito reducit ad hunc modum. similiter ludens ex auaritia ponens vltimum finem in lucro est mortale. secus si luderet ex auaritia: nõ tamen poneret vltimum finem, quamuis etiam non luderet, nisi crederet lucrare: quia tunc videretur veniale. vide versic. restitutio. §. 17. Secundò est mortale secundùm eundem Sanct. Thom. ubi supra ar. 3. quando scilicet vtitur aliquis causa ludi turpibus verbis, vel factis, vel et his quæ vergunt in proximi nocementum mutabile, quæ de se sunt peccata mortalia. Et not. quòd non semper ista tria sunt peccata mortalia, sed S. Th. sensus est, quòd quæ ista tria vel aliquid eorum est peccatum mortale, hoc facit ipsum esse mortale. Tertiò, possit esse mortale ratione loci, vel personæ,

personæ. c. cum decor. de ui. & ho. cle. ubi Pan. sic ait. Ludi seculares non debent fieri in ecclesijs, & dicuntur isti ludi teatrales à teatro id est in loco apto ad teorandum id est speculandum, unde laræ dicuntur deformitates hominum siue per appositiones pellium, siue colorum, & in vulgari dicuntur mascaræ: ludibria uero dicuntur narrationes rerum inhonestarum, & tales ludi non debent fieri in ecclesia, nec et per clericos ubicunque, quinimo dicitur non clericum non debere interesse istis ludis, immo si clerico existente in mensa uenit histrio uel buffo, debet clericus de mensa surgere, & potius recedere quam ista uidere, uel audire gesta eorum, ut in cap. non oportet. de cons. di. 5. non tamen per istum tex. prohibentur representationem solennitatem fidei nostræ, ut hic dicitur in glo. Sed hic queritur nunquid isti buffones, seu histriones, seu lutores possunt promoueri ad clericatum saltem post penitentiam. Et dicit hic Inn. & bene quod non. Isti enim sunt infames, ut est tex. §. 1. d. c. 1. & c. præterea. 4. q. 1. c. 1. immo nec corpus Christi debet eis non penitentibus indulgeri. de cõ. se. di. 2. ca. pe. Requiritur tamen ad hoc, ut repellantur à promotione, ut dicit Inno. quod habeant hoc officium in curia, uel quod assue fecerint se in arte illa, secus autem ubi in occulto hoc fecissent maxime aliqua causa rationabili, puta ad complacentiam infirmi. Nam David licet esset iustus pulsauit in citara, & choreizauit. Idem dicit si in publico semel uel pluries fecisset, quia est effectus infamis. ar. l. palam. ff. de rit. nup. ubi tex. innuit quod mulier, quæ admisit duos causa quæstus dicitur meretrix, & sic in proposito hæc Pan. ex quibus patet, quod ratione personæ potest esse mortale quia sunt infames, quando tamen esset sine scandalo causa recreationis conuiuij, uel consuetudinis, & gratis non uel mortale. §. 6. & 7. Si milititer ratione loci quia prohibitum d. c. eum decorem, ubi prohibetur ludi teatrales quæ sunt cum quodam ludibrio, & turpitudine choreizare, igitur in ecclesia aut per laras representare uana, & huiusmodi importantia irreuerentiam magiam uideri mortale, non autem uniuersaliter ibi ludere, puta ad scachos, sicut quidam uidentur dicere, uide de histrionibus supra

Secunda pars

uersicu. histrio. cum allegationibus ibi factis. Quarto ratione periculi læsionis corporalis sicut torneamenta, & huiusmodi de quo uide supra. uersu. duellum per totum, & infra uer. torneamentum. Intellige quando ut in plurimum sequitur mors uel aliud graue, secus quando non probabiliter immineret, sed casu accideret potest addi. s. ratione statuti, puta Episcopus fecit statutum, ut sit excommunicatus quicumque ludat ad azardum, & similia.

¶ Quinto, queritur circa prædicta de questione quam mouet Bar. in l. incipiendo. ff. de sur. quoniam statutum Episcopi dicit quod quicumque ludat ad azardum sit excommunicatus, uel puniatur in tantum, modo lusi in uno fero cum pluribus, & plures uici, & perdidit an uideantur plures ludi, & plura delicta, & an sit pluribus excommunicationibus ligatus an una tantum. Respon. s. m. Bar. ubi supra quod non, sed totus est unus ludus do nec sit completus recedentibus lusoribus. ut l. contractus. C. de si. instru. nec potest dici perfecte uicisse. donec ludus noster sit perfecte completus, quia adhuc superest spes perditionis, nec pluralitas personarum cum quibus lusi, simul dicitur facere plura delicta. Lex enim offenditur, quæ est una. l. si plura. ff. ar. tut. eodem modo dicitur si lex dicat, quod non possit quis secum ducere nisi tres famulos, si ducat uiginti quia unum est delictum, & similiter si dicat, quod non possit quis habere ad conuiuium nisi decem, & similia. uide uersu. ieiunium. §. 9.

¶ Sexto, queritur ludus alearum, & taxillorum clericis, sunt prohibiti, immo nec eis debent interesse in capitu. clerici. el secundo de tit. & honesta. cleric. ubi dicit Panormita. quod possunt accipi pro eodem ludo, uel pro duobus, scilicet alearum, & tabularum cum ludatur ad tabulas cum taxillis, & taxillorum, qui nominatur azardum. Ex his ueterius concludit ibidem Panormit. quod ludus scachorum clericis non est prohibitus, hoc tenet secundum eundem Vincen. & Doctores sequentes & glo. in authen. interdicitur. C. de episcopo. & cle. & Innocen. in cap. lator. de homi. & Archi. in capitu. Episcopus. 3. y. di. in prin. Et quamuis quidam teneant contrarium de ludo scachorum, tamen id quod dictum est uerius est, & secundum doc. ut

Sum. Tab. x 3 dictum

- dictum est secundum consuetudinem.
- 8 ¶ Septimò, ¶ aleator publicè clericus secundum Pan. in c. clericus el secundo. de vita, & hone. de. in glo. in uer. aleas, ipso facto repellitur à promotione, sed non priuatur à beneficio obtento nisi præcedat monitio, ut ibi in d. gloss. An autem dicatur publicè aleator, qui semel uel bis publicè ludit, mittitur ad Bar. in proœmio. ff. tu uide supra. §. 4. in tertio modo.
- 9 ¶ Octauò, ¶ utrum acquisitum per ludū sit obnoxium restitutioni. Respò. secundum S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 7. ad 2. ar. q. circa ea, quæ per aleas acquiruntur uidentur esse aliquid illicitū ex diuino iure scilicet, quòd aliquis lucratur ab his qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores, & furiosi, & huiusmodi, & quòd aliquis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & q. fraudulenter ab eo lucratur, & in his casibus tenetur ad restitutionem, aliquid autem uidetur esse illicitum ex iure positiuo ciuili, quòd prohibet uniuersaliter tale lucrum, sed quia ius ciuile non obligat omnes, sed eos solos, qui sunt his legibus subiecti, & iterum per disuetudinem abrogari potest: ideo apud illos, qui sunt huiusmodi legibus obstricti tenentur uniuersaliter ad restitutionem, qui lucrantur nisi fortè contraria consuetudo præualeat, aut nisi aliquis lucratus sit ab eo, qui traxit eum ad ludū in quo casu non tenetur restituere, quia ille qui amisit non est dignus recipere nec potest licitè retinere, tali iure positiuo durante. unde debet de hoc elemosinam facere in hoc casu. hæc S. Thom. & idem ponit. 4. dist. 15. q. 2. art. 4. ad ultimum totius articuli. Ista abstractio debet largè sumi scilicet quomodocūque uerbis uel factis induxit eum cum ille aliàs non erat iustus. Itē siue induxit à principio siue à medio ludi cum ille uellet desistere: ut Azo. dicit. hæc in Pisanella. uide uer. restitutio. §. 17.
- 10 ¶ Nonò, ¶ an autem acquisitū illud quod lucratur in torneamentis possit licitè retinere. Resp. fm Rosellam post Ric. q. qdam sunt ludi ita prohibiti, quod tamē nō præcipitur restitui quod homo lucratur fm legem illius ludi sicut sunt torneamenta. vn de illi qui lucrantur in tali ludo, quamuis peccent, quia faciunt cōtra cōstitutionem ecclesiæ, tamen restituere non tenentur. Et

quamuis in ludo licito scacōrū, balista, & similibus non debeat tamen ludere ex auaritia uel immoderate, quibus non tenetur restituere lucrum nisi fortè ex fraude uel ut dictum est in §. præcedenti.

11 ¶ Decimò, ¶ sed pone q. ludens in casibus in quibus tenetur restituere lucratur, & postea cum eadem persona in alio ludo perdat, nunquid poterit recompenationem facere. Respon. q. si in eodem ludo, clarum est quòd sic, & uoco hic eundem ludum, quando se non diuerterit ad alia. ar. l. cōtinuus in princ. ff. de uer. obli. supra. §. 5. & per interitum rei morosus debitor non liberatur. l. in re furriua. ff. de condi. fur. si. lud enim lucrum dicitur uicisse in ludo, quod in finem ludi secum reportat, & facit quod not. Bart. in l. inficiando. §. infames. eo. tit. de furtis. Si uerò in diuerso ludo, pta, quia hodie lucratus fuit, & cras cum eodem ammisit sic de subtilitate non poterit recompenationem facere si ille cum quo lusit sit de illis, q. nō tenetur de necessitate restituere, sed fortè de æquitate pot. fieri: similiter si vnus ludus erat licitus, & alius illicitus, tunc fortè nō fieret recompensatione.

12 ¶ Undecimò, ¶ utrum competat repetitio in eo, quod quis amisit in ludo. Resp. secundum Panor. in d. clericus, quòd quādo ille qui lucratur tenetur restituere illi qui amisit uel certæ personæ, tunc competit repetitio, aliàs secus. de quo uide supra. §. 8. Querit deinde. Panor. ubi supra utrum ex mutuo facto in ludo oriatur actio, & dicit breuiter, quòd si mutuantur pecuniæ ludenti non fit repetitio, secus si alteri licet in ludo, ad hoc inducit bonum text. cum gloss. in l. 1. ff. de aleato. & quòd not. in l. pen. & ult. eod. tit. Deinde querit utrum ualeat transactio facta in ludo, & dicit quòd Doct. communiter tenent in d. clericus, quòd non: ratio, quia ibi non potest esse lis: imo est euidentis calumnia, ergo non ualet transactio. l. summa. ff. de cōdi. inde. Et secundum gloss. in d. cap. clericus officia, si quis existens in alea rem suam uendit non tenetur de euid. ff. quarum re. ar. non da. l. 2. §. 1. intellige, quòd emēs rem uendentis non potest contra uendentem agere si ab eo euincatur, quid quando pater dedit pecuniam filio pro emendis libris, & ipse lusit uel expendit in meretricibus

- tracibus uide infra uer. peculium. §. 10.
- ¶ **¶** Dodecimo, utrum inspectio ludorum sit peccatum. Respond. secundum S. Tho. 2. 2. q. 167. ar. 2. ad 2. quod secundum se non est peccatum, sed redditur uitiosa in quantum per hoc fit pronus ad uitia, uel lasciuia, uel crudelitatis per ea quae ibi representantur. unde Christo, dicit quod adulteros in uetereis constituit tales inspectiones. hęc S. Th. potest etiam esse peccatum in quantum per hoc retrahitur ab utilibus & bonis, ita qd̄ et aliquando debet excōicari, de conse. dif. 1. qui die solenni praetermissio ecclesiae conuentu ad spectacula uadit, excommunicentur. Si etiam ex inspectione sufficienter inducerentur ad ludum qui est peccatum mortale, uidetur esse causa sufficiens. Similiter si essent tales ad quos pertineret eorum correctio: si et sibi aspicientibus immineret periculum.
- ¶ **¶** Decimotertio, utrum liceat causa ludii, uti habitu religiosorum. Resp. qd̄ non. sed puniri debet grauius qui hoc facit ut in Auth. de san. epi. §. pe. ubi dicitur omnibus generaliter in seculari uita cōuersantibus & maxime theatralia exercitibus, uiris & mulierib. interdicitur ut scemathe monachi, aut monasterii, aut assistere, aut cuiuscūque personae huius scientibus uniuersis praesumētibus in tali scemathe, aut mutare, aut illudere in quacūque ecclesiastica disciplina, quia & corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tradentur prouidentibus huius locorum Episcopis, & qui sub eis sunt clericis, sed & quibuslibet militaribus iudicibus, qui sub eis sunt officiis & locorum defensoribus. & ar. C. de ep. au. l. minimē, de poena tenentium ludum aleorum prohibitum. uide Angelicā. c. i. §. ult. quia tamen leges prohibentes uidentur abrogatae: ideo dubium est utrum illę poenę teneant. unde dimitto.
- ¶ **¶** *Luxurie species utrum conuenienter sex assignentur.*
- ¶ **¶** *Luxurie species an sit uicium cōtra naturā. Et an sit pessimum inter omnia uitia. no. 8.*
- ¶ **¶** *Peccatum cogitationis an sit idem cum peccato exteriori perpetrato.*
- ¶ **¶** *Fornicatio quid & quotuplex est.*
- ¶ **¶** *Luxuriosus, ut fm S. Tho. 2. 2. q. 155. ar. 1. post sūd. in lib. Ethic. dī quasi solutus in uoluptates, quod dī dupliciter. scilicet fm quod aliquis soluitur in quacūque delectationē ad excessum pertinēt. unde gl. dicit ad Gal. 5. q. luxuria est quaelibet superfluitas. Secundō dī proprie fm qd̄ maximē uoluptates uenereę animā hominis soluat: ideo circa uoluptates uenereas maxime luxuria cōsiderat, & dī uinū luxuriosum, Prou. 20. utroque modo. s. uel fm qd̄ in qualibet materia abūdiācia ad luxuriā refertur, uel inquantūm superfluitas usus uini incentiuū uoluptati uenereę praebet, & sic libidinosā uoluptas specialiter sibi uendicat nomen uenereę delectatio, & si in aliis materiis dicat. unde luxuria dī esse libidinosę uoluptatis appetitus. s. specialit.*
- ¶ **¶** *Primō, utrum aliquis actus uenereus possit esse sine peccato. Resp. fm S. Tho. ubi supra ar. 2. quod sic, in matrimonio si fiat debito modo & ordine fm quod est conueniens ad finem generationi humanę. unde ait sic, peccatum in humanis actibus est quod est cōtra ordinē rationis: habet aut hoc rationis ordo, ut quaelibet conuenienter ordinet in finem suū: & ideo nō est peccatum si per rationem hō utatur rebus aliquibus ad finem ad quem sunt in ordine & modo conuenienti, dummodo ille finis sit aliquid uerē bonum. Sicut aut est uerē bonum, quod conseruetur coporalis natura unius indiuidui: ita etiam est quoddam bonum excellens quod conseruetur natura speciei humanę. Sicut autem ad conseruationem naturę uicis hominis ordinantur usus ciborum: ita etiam ad conseruationem totius humani generis usus uenereorum. unde Aug. dicit in li. de bono coniug. Quod est cibus ad salutem hominis: hoc est concubitus ad salutem generis. Et ideo sicut usus ciborum potest esse absque peccato si fiat debito modo & ordine secundum quod comperit saluti*

DE LVXVRIOS.

- 1 Luxuriosus quis dicatur.
- 2 Actus uenereus an possit esse sine peccato.
- 3 Luxuria quae est circa actus uenereos utrum possit esse peccatum mortale.
- 4 Luxuria utrum sit uicium capitale.
- 5 Luxurie filii quae sint.

corporis: ita etiam & vsus uenereorum potest esse absque omni peccato si fiat debito modo & ordine, secundum quod est conueniens ad finem generationis humanae. uide in uer. matrimonium. 3. §. 2. Et in quaestionibus de ueri. q. 25. ar. 5. in respō. ad 7. Cū aliquis accedit ad uxorem suā ex concupiscentia, dummodo non excedat limites matrimonij est peccatum ueniale. unde patet quod ipse motus concupiscentiae in coniugato iudicium rationis praue niens est peccatum ueniale, sed quando per rationem determinatur, quod est licitum concupiscit: tamen & si sensualitas in illud feratur erit nullum peccatum.

3 ¶ Secundō, ¶ utrum luxuria quae est circa actus uenereos possit esse peccatum mortale. Resp. fm S. Tho. ubi supra ar. 3. q. sic, ubi sic probat dicens. Quāto aliquid est magis necessariū, tantō magis oportet, ut circa illud rationis ordo magis conseruet. unde per consequens magis est uitiosum, si ordo rationis praetermittitur. usus autē uenereorum est ualde necessarius ad bonum cōe, qđ est cōseruatio humani generis: & ideo circa hoc maximē attendi debet rationis ordo: & per consequens si quid circa hoc fiat praeter quā rōnis ordo habet, uitiosum erit, hoc autem pertinet ad rationem luxuriae, ut ordinem & modum rōnis excedat circa uenerea: & iō absque dubio luxuria est peccatum, & est mortale fm qđ dictum est in locis suarum specierum: est. n. directē contra praēceptum illud, Non mōcaberis Exo. 20. ubi Aug. Nomine mēchia omnis illicitus concubitus. s. extra matrimonij atque illorum mēbrorum non licitus vsus prohibitus intelligitur. uide uer. cogitatio morosa. §. pen. & §. fi. & uer. osculum.

4 ¶ Tertiō, ¶ utrum sit uitium capitale. Resp. fm S. Tho. ubi supra ar. 4. quod sic probat. uitium capitale est quod habet finem multum appetibilem: ita quod eius appetitu homo procedat ad multa peccā perpetranda, quae omnia ex illo uitio tanquam ex principali oriuntur dicuntur: finis autem luxuriae est delectatio uenereorum, quae est maxima. unde huius delectatio est maximē appetibilis fm appetitum sensitiuum, tū propter uehementiam delectationis, tū et propter connaturalitatem huius concupiscentiae: unde manifestum est quod luxuria est

uitium capitale. Idē cōfirmat Gre. 31. Mora. ¶ Quarto, ¶ utrum istae sint filiae luxuriae, s. cecitas mentis, inconsideratio, praecipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus praesentis seculi, horror, uel despectio futuri. Resp. fm S. Thom. ubi supra ar. ult. post beatum Greg. 31. moraliū, quod sic. declarationem uide ibidem in Sancto Tho. Quomodo stulticia est filia luxuriae. uer. stulticia. §. 2.

6 ¶ Quintō, ¶ utrum conuenienter assignentur sex species ipsius luxuriae. s. fornicatio simplex, adulteriū, incestus, stuprū, raptus, & uitium contra naturā. Resp. fm S. Tho. ubi supra q. 154. ar. 1. quod sic, & ponitur in decretis. 3. 6. q. 1. quod declarat Th. sic dicens. Peccatum luxuriae consistit in hoc quod aliquis non fm rectam rationē delectatione uenerea utitur, quod quidem contingit dupl'r uno modo fm naturam in qua huiusmodi delectationem querit. Alio modo fm qđ materia debita existente nō obseruatur aliae debite circumstantiae, & quia circumstantia inquantū hōmō nō dat speciem actui morali, sed eius species sumitur ab obiecto quod ē materia actus: iō oportuit species luxuriae assignari ex parte materiae uel obiecti, q̄ quidē pōt non conuenire rationi rectē dupliciter. uno mō, qđ habet repugnātiā ad finem uenere actus, & sic inquantū impedit generatio prolis est uitium contra naturā quod est in omni actu uenereo, ex quo generatio sequi nō pōt. Inquantū uerō impeditur debita educatio & promotio prolis natē est fornicatio simplex, quae est soluti cum soluta. Alio modo materia in qua exercetur actus uenereus potest esse nō conueniens rōni rectae per cōparationem ad alios homines, & hoc dupl'r. Primō quidē ex parte ipsius foeminae, cui aliquis cōmiscetur, quia ei debitus honor non seruatur: & sic est incestus qui consistit in abusu mulierum consanguinitate uel affinitate iunctarum. Secundō ex parte eius in cuius potestate est foemina, q̄ si est in potestate uiri est adulteriū: si aut in potestate p̄ris est stuprum, si non inferatur uolentia, raptus aut si inferatur: diuersificantur autē iste species magis ex parte foeminae, quā uiri, quia in actu uenereo foemina se habet sicut patiens, & per modum materiae: uir autem per modum

dum agentis, dictum est autem quod prædictæ species secundum differentiam materię assignentur: sacrilegium autem continetur sub adulterio, eò q̄ uouens contrahit matrimonium spirituales cum Deo, & similiter alii modi sacrilegii reducuntur ad alias species luxurię. potest. n. concurrere cum diuersis luxurię speciebus. Si .n. aliqui abutatur persona coniuncta sibi, secundum spiritualem cognationem committit sacrilegium, ad modum incestus: si autem abutatur virgine Deo sacra in quantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterii. In quantum uero est sub spiritualis patris cura constituta erit quoddam spirituale stuprum, & si uolentia inferatur, erit spiritualis raptus, qui etiam secundum leges grauius punitur quam alius raptus. unde Iustinianus imperator dicit. Si quis non dicam rapere, sed attentare tamen modo matrimonii coniungendi causa sacratissimas uirgines ausus fuerit capitali poena feriat, etiam sacrilegium secundum, quod dicitur D. Archiepiscopus. 2. par. tit. 5. ca. in prin. quod committitur quecumque luxuria in loco sacro.

7 ¶ Sexto, queritur, utrum uitium contra naturam sit species luxurię. Respon. fm S. T. ubi supra ar. 11. quod sic, ait. n. ibi est deformitatis occurrit que facit indecentem actum uenerem quod quidem potest esse dupliciter. uno quidem modo quia repugnat rationi recte quod est esse in omni uitio luxurię. Alio modo quia esset super hoc repugnat ipsi ordini naturali ueneri actus qui conuenit humanę speciei, quod dicitur uitium contra naturam, quod quidem potest pluribus modis contingere, uno quidem modo si absque omni concubitu eadem delectationis uenerę pollutio procuretur quod pertinet ad peccatum immunditię, quam quidam molitiam uocant. uide uer. e. Alio modo si fiat per concubitum ad rem, non eiusdem speciei, quod uocatur bestialitas. de quo supra uer. s. bestialitas. tertio si fiat per concubitum, ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, uel femine ad feminam, ut Apostolus dicit ad Romanos. 1. quod dicitur sodomiticum uitium. de quo uer. e. quarto si non seruetur naturalis modus concubendi, aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios monstruosos, & bestia-

les concubendi modos. Et nota quod quauis omnia ista conueniunt in uno genere propter unum bonum morale quod tollunt, scilicet generationem, tamen sunt quinque species specialissime, necessarie ad confessionem, per quinque motiua diuersa per se sufficientia ad priuationem generationis humanę. Naturalis. n. ordo generationis humanę consistit in quinque. Primo in concubitu, quem tollit mollicies hominis actiue, & passiuę. Secundo in eadem specie que tollit bestialitas. tertio utriusque sexus que tollit sodomia. Quarto fm instrumenta utriusque; ad generationem, que tollit uitium innominatum, quod intelligitur ibi. Aut quantum ad instrumenta, &c. Quinto fm debitum modum, que tollit esse uitium inominatum quod intelligitur ibi. Et bestiales concubendi modos, ultima tamen species, ut imperfecta species sub tali genere comprehenditur: quonia non contra, sed præter naturam sit, quia in solo modo concubendi errat, & potest sequi generatio, & potest sine peccato. scilicet quoniam fit ex causa rationabili. puta quia dispositio corporis non patitur. Quomodo mollicies est species specialissima. uide uer. mollicies. Bestialitas est species specialissima per unicum motiui. scilicet suppositum alterius speciei. Nam neque facit sexus aut uasis diuersitas in bestia diuersitate motiui in ordine ad rationem habet, & similiter omnes concubitus cum demone est eiusdem speciei, quia sub eadem ratione mouet. scilicet non eiusdem speciei, intellige quantum est ex natura actus concubendi fm se. Et parte tamen affectus, puta in bestiali affectu sodomitico abuta, uel demone, uel cum sanguine peccati ultra bestialitatis uitium, deformitate sodomie uel adulteri uel incestus, uel sacrilegii, & similibus incurrit, unde si ex hoc sequatur societas cum demone erit superstitio. Nota circa quartum modum de quo fecimus duos modos innominatos, quorum primus est quoniam uir cum uxore utitur extra uas debitum quocumque modo qui dicitur contra naturam, eò quod illo modo non potest fieri generatio, & differt à tertio modo. scilicet sodomitico, quia aliud motiuum sumitur ex puero quam ex muliere de hoc uide uer. mollicies circa si. differt etiam ab illo, qui est per modos monstruosos in debito uase, ex quo potest sequi generatio, unde non est proprie contra naturam, sed præter. Nota etiam quod quoniam unus seminat,

minat, altero non feminante vel extra feminante si fiat voluntariè est vitium contra naturam, eò qd non potest fieri generatio, & reducitur ad quantum modum. Si verò hoc fiat ex impotentia non apparet deformitas, similiter si prius fit seminatio vnus quàm alterius, continuatio concubitus ad hoc vt reliquis feminet non est contra naturam. qm̄ ad cõsumationem cõcubitus naturalis semicõpleti ordinat: datur tamen consiliũ coniugi tardiori, vt ante cõcubitũ aliqua prouocatione sui videretur, tali & tanta, vt disponat ad simultaneũ seminationem, & quoniam hoc est rationale auxilium nature, ideo potest esse sine peccato. Et quamuis vir non teneatur cõsumare actum in cõceptũ, cum uxore, qñ esset tamen periculũ de seminatione alterius, teneretur, utrũ per sodomiam cõmittatur incestus, &c. ver. incestus. §. 1.

- 8 ¶ Septimò, ¶ utrum vitium contra naturam sit pessimũ inter omnia vitia luxuriæ. Respon. fm̄. S. Tho. ubi supra ar. ultimo post beatum Aug. in li. de adulterinis coniugiis, qd omnium vitiorum. scilicet quæ ad luxuriam pertinet pessimum est quod cõtra naturam fit, quod sic declarat. S. T. dicens. In quolibet genere pessima est principii corruptio, ex quo alia dependent, principia autem rationis sunt ea quæ secundũ naturam sunt. Nam ratio, præsuppositis his quæ sunt à natura determinata, disponit alia fm̄ qd conuenit, & hoc apparet tã in speculatiuis quàm in practicis, & ideo si cut in speculatiuis error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita est grauissimus, ita in agendis, agere contra ea quæ sunt secundũ naturam determinata, est grauissimum, & turpissimum, quia ergo in vitis quæ sunt contra naturam transgreditur homo id quod est fm̄ naturam determinatum, circa usum venereum inde est qd in tali materia hoc peccatũ, est grauissimũ, post quod est incestus, qui est contra naturam reuerentiã, quã personis coniunctis debemus, per alias aut luxuriæ species, præterire solũ id quod est secundũ rõnem rectam determinatũ, ex præsuppositione tamen naturalis principiorum. Magis autem repugnat rationi, qd aliquis venereis utatur nõ solũ id quod conuenit proli generandæ, sed et cũ iniuria

alterius: & ideo fornicatio simplex, quæ cõmittitur sine iniuria alterius personæ, est minima inter species luxuriæ. Maior autem est iniuria si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad usum generationis, qd ad solã custodiã, & ideo adulterium est grauius qd stuprũ, & utrumq; aggrauat per violentiam, propter quod rapus virginis est grauius quàm stuprũ, & raptus uxoris quàm adulterium, & hæc omnia etiam aggrauantur secundũ rationem sacrilegii, & in responsione ad tertium ait, grauitas in peccato magis attenditur ex abusu aliquis rei qd ex omissione debiti usus: & 10 inter vitia quæ sunt contra naturam infimum locũ tenet peccatum immunditiæ quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum, grauissimum autem est peccatum bestialitatis, quia non seruetur debita species, unde super illud Genesis. 37. accusauit fratres suos crimine pessimo, dicit glo. qd cum peccatoribus miscerentur uel secundum D. Ar. Flo. intelligitur de vitio sodomitico, uel de utroque, post hoc autem est vitium sodomiticũ, cum ibi non seruetur debitus sexus, post hoc autem est peccatũ ex eo qd nõ seruetur debitus modus concubedi, magis autem, si non est debitus uas, quàm si sit inordinatio fm̄ aliqua alia pertinetia ad modũ concubitus, de quo supra §. 5. uide supra ver. fornicatio. §. 2. Et peccatum contra naturam habet tres species, prima est sodomia, quæ est grauissimum peccatum, unde clericus debet deponi, & in monasterio deuudi ad agendum penitentiam. Laicus uerò excommunicari, & pœnitus reddi alienus à communione fidelium. c. clerici. de excels. præla. secundum uerò leges debet igne cremari, ut in Auth. ut nõ lux. contra naturam, & ibi dicitur propter impios actus sodomitarum famas, & terremotus, & pestilentia sunt, & ciuitates cum omnibus pariter perierunt, secunda spēs est molities, tertia est bestialitas, & est maius vitium qd si quis cognosceret propriam matrem. 32. q. 7. c. adulterii.

¶ Octauo ¶ sciendum secundũ D. Ar. Fl. 2. parte ti. 5. c. 1. §. 3. qd cum peccatum cogitationis mortale, sit eiusdem speciei, cum eodem opere exteriori perpetrato, sed differunt secundum imperfectum, & perfectum, quia peccatum cordis dicitur

tur imperfectū respectu peccati operis s̄m
Sancti Thomam. 1. 2. ideo quemadmodū
peccata mortalia opis, de necessitate oportet
ea confiteri non solum in genere, sed in
ultima specie, non enim sufficeret dicere, se
perpetrasse luxuriam, sed oportet, q̄ exprimat
speciem luxuriae, puta simplicis, fornicationis,
uel adulterii, & huiusmodi: ita etiā,
& de cogitationibus deliberatis luxuriae,
non sufficit dicere se habuisse cogitationes
turpes cum consensu, sed etiā oportet,
q̄ exprimat materiam ipsarum, uide licet
si erga coniugatā uel solutam, & huiusmodi,
& idem uidetur iudicium de cogitationibus
morosis, ut. si exprimat qualitas personarum
erga quas animus uersatus est, cogitatio
autē delibetata in uxore propria non est
mortale sicut nec ipse actus coniugalis de se,
& hoc nisi ita immoraretur in ea, quod
pollutio in eā sequeretur in uigilia. h̄c Do.
Arch. Floren. Secus tamen esset, quando de
nulla muliere, uel masculo cogitaret. uide
circumstantiis supra eod. uerfi. maximē. §. 6.

10 ¶ Non dō, † quid est fornicatio, & quomplex,
uide supra uerfornicatione, prin. ut uerfi
sit peccatum mortale, ibidem. §. 1. utruū
accedens ad meretricem, ignorans esse peccatū,
excusetur, ibi. §. 3. Quid sit adulteriū &
quomodo diffinitur ab aliis speciebus luxuriae,
& quot modis accipitur supra. uer. adulteriū.
prin. De pena adulteri, ibidē. §. 1. De ea quae
sapposuit sibi alienum partum ibidem. §. 2.
De adulterio ratione prolis. ibi. §. 3. de spurio
quis dicatur ibi. §. 4. & 5. De incestu quid sit,
& quomodo prohibetur, & quomodo est peccatum.
uer. in incestus. prin. Quomodo est grauius
adulterio. ibi. §. 1. & S. Tho. 1. 2. q. 15. 4. art. ulti.
Quomodo accedens ad mortalem committat
incestum. ibidem. §. 2. De cogitatione morosa
quomodo est peccatum, & multa subtilia de ea.
uide uer. cogitatio per totum. De pollutione
nocturna quomodo accidat, & quomodo sit
peccatum, & quomodo impediatur communionem.
uide uer. cōmunio. §. 3. usque ad quartum. De
incontinentia: quid, & qualis sit. uer. in continen-
tia principio. Quomodo est peccatum. ibi. §. primo.
De comparatione eius. ibidem. §. 1. 3. & 4. De tactibus, osculis, & similib.
quomodo sunt peccata, uerfi. cogitatio. §.

pe. & si. S. Th. 2. 2. q. 154. art. 4. De deflorate
uirginem. uer. restitutio. §. 23.

DE MACABAEIS.

1 *Iudas an bene uel male fecerit orare p̄ Macabz̄is.*

1 **M**acabz̄i secundū, quod habetur
secundū Macabgorum. 3. ca. inuenerūt
sub tunicis interfecto rum de donariis
idolorū à quibus lex prohibet iudzos,
unde uidetur, q̄ fuerint dānati, & sic
Iudas malē fecit orare pro eis mittendo
duodecim dragmas argenti Ierosolimam
orando pro eis. Ad quod Re. S. Tho. 4. di.
45. q. 2. ar. 2. quodl. 1. in respōsione ad
primum articulum dicens, q̄ donaria non
sunt in uerba apud illos mortuos, ut ex
eis signum accipi posset, q̄ in reuerentiam
idolorum eis deferent, sed ea acceperunt,
ut uictores, quae eis iure belli debebantur,
& tamen per auaritiam uemaliter
peccauerunt, unde non fuerunt in inferno
damnati, & sic suffragia eis prodesse
poterant, uel dicendum secundū q̄ in ipsa
pugna: uidentes sibi periculum imminere
de peccato penituerunt secundū illud
psalmi. Cum occideret eos quae rebant
eum & probabiliter potest extimari, &
ideo oblatio fuit pro eis facta.

DE MACARIO.

1 *Macarij uisio, & reuelatio circa penas inferni.*

1 **M**acarius † ut refert Damasc. in sermone
suo, & legitur in uitis patrum: inuēta
in uia caluaria. s̄ in deserto cuiusdam
defuncti oratione praemissa quae fuit
cuius caput fuisset, & caput dedit
responsū, q̄ fuerat sacerdotis gentilis,
qui in inferno erat damnatus, & tamen
confessus est oratione Macarii se &
alios inuari: unde uidetur, q̄ suffragia
ecclesiae etiam existentibus in inferno
pro sint quod uidetur etiam affirmare
Aug. di. cens, q̄ quibusdam ualēt
suffragia ad hoc ut sit plena remissio,
uel ad hoc ut tollera bilior sit eorū
dānatio. Ad quae. Ref. S. T. ubi supra. f. 4. di.
45. q. 2. ar. 2. in respōsione ad secundū,
& ad quartum dicens, quod

quòd damnatio in uerbis Aug. large accipitur pro quacunq; punitione, ut sic includat, & poenâ purgatorii, quæ quâdoque totaliter per suffragia expiatur. quandoq; autem non, sed diminuitur, hæc ille, & ibidem ad quartum ait. Illud adiutorium Martii non erat, q; poenâ eorum diminuere, sed in hoc solo, ut ibidem dicitur, q; eo orante concedebatur eis, ut mutuo se viderent, & in hoc aliquod gaudium non uerum, sed fantasticum habebant dum implebatur hoc quod desiderabant: sicut & dæmones gaudere dicuntur dum homines ad peccata pertrahunt, quamuis eorû poenâ nullatenus minuatur, sicut nec minuitur gaudium angelorum per hoc quòd malis nostris compati dicuntur. hæc ille.

¶ **MACERATIO** carnis quomodo sit laudabilis, uel cadat sub uoto, uer. uotum. §. 6. circa medium.

DE MACOMETO.

1 *Macometi secta quomodo introducta. & numero 2.*

1 **M**acometus † introduxit sectâ suâ promissis carnalium uoluptatû sed quorum desiderium carnalis concupiscentia inclinari, & sic populus illexit præcepta etiam tradidit promissis cõformia uoluptati carnali habenas relaxas in quibus in promptu est à carnalibus hominibus obediri: documenta etiam ueritatis non attulit, quæ de facili à quolibet mediocre sapiente, naturali ingenio cognoscere possunt, quin potius uera: quæ docuit multis fabulis, & falsissimis doctrinis immiscuit, signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta quibus solum diuinæ inspirationi conueniens testimonium adhibentur, dū operatio, uel uisibilis, quæ non potest esse nisi diuina ostendet doctorē ueritatis uisibiliter inspiratum, sed dixit se in armorum potentia missum quæ signa etiâ latronibus, & tyrannis non defunt: omnia noui, & ueteris testamenti documenta fabulosa narratione deprauat, ut patet in legem eius inspicienti: unde auctore consilio libros ueteris, & noui testamenti suis sequacibus non reliquit legendos ne per eos fal-

sitatis argueretur. hæc S. Tho. primò contra gentiles.

2 ¶ Primò † Macometus, & Nicolaus hæreticus postquam ecclesia fuit per totum mundum ædificata reduxerunt aliquas partes mundi ad infidelitatem. hæc S. Thom. in psal. 2. uer. lex. §. 16. circa finem. uer. euangelium. §. 1.

DE MACVLA.

1 *Macula dupliciter dicitur.*

1 **M**acula, † dicitur dupliciter primò, modo propriè, & sic est solum in corporibus, quâdo. scilicet aliquod corpus nitidum perdit nitorem ex contractu alterius corporis, sicut uestis, & aurum, & argentum, aut aliquid huiusmodi: in rebus autem spiritualibus, ad similitudinem huius oportet maculam dici, habet autem anima hominis duplicem nitorem, unum quidem ex refulgentia, uel naturalis rationis per quam dirigitur in suis actibus. Alium uerò ex refulgentia diuini luminis. scilicet sapientia infusa, & gratia per quam etiam homo perficitur ad bene, & decenter agendum. Est autem quasi quidam animæ tactus quoniam iuberet aliquibus rebus per amorem, cum autem peccat adheret aliquibus rebus contra lumen rationis, & diuinæ legis. unde ipsum detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens macula animæ metaphorice uocatur, quæ macula in anima dicitur priuationem genere in ordine ad peccatum, & sic secundum diuersa peccata sunt diuersæ maculae, & dicitur aliquando cæcitas, uel tenebræ in comparatione ad intellectum, & quomodo ad suam causam. scilicet peccatum dicitur contagium, & est media inter actum peccati, & reatum, est enim effectus peccati, & fundamentum reatus, & actus peccati non potest esse sine macula, & reatu: sed non e contra, ita quòd recedente actu peccati remanet macula, & reatus, & cessante macula potest remanere reatus, remissa tamen macula cessat reatus siue poenâ aeterna, non tamen temporalis. uide infra. uer. peccatum. 1. §. 9. & uer. peccatum secundo. & uer. peccatum. 3. §. 4.

DE MAGDALENA.

1 Maria Magdalena que fuerit.

Magdalena, † *Im* Hier. Chriſto. & Origenem non fuit Maria peccatrix, *Im* verò Amb. fuit Maria peccatrix corporaliter non aut̄ ſpiritualiter, hæc S. Th. ſuper Matt. 26. c. Sed quia nō v̄r̄ q̄ poſſit inquinari corpus niſi de conſenſu mentis ut Lucia dixit, id̄ dicendū, q̄ cōiuris tenetur, q̄ fuerit Maria peccatrix, & corporaliter, & ſpiritualiter: ſed poſtquā ad pedes Ieſu uenit, & ab ea eiecta ſunt ſeptē dæmonia non fuit peccatrix amplius corporaliter neque ſpiritualiter, ſed fuit data nobis in exemplū poenitentiae. vnde Ambr. ait, pōt quaeritio meriti, & tēporis diuerſitate diſſolui, vt adhuc illa peccatrix ſit iam iſta perfectior quæ præterit ſuis virginibus.

DE MAGISTRO.

- 1** Magiſter quis dicatur.
- 2** Magiſter qualis debet eſſe.
- 3** Magiſter an poſſit eſſe monachus.
- 4** Magiſtri vtrum debeant inſtitui.
- 5** Pro licentia docendi etiam prætextu conſuetudinis nihil debet exigi.
- 6** Scholaris non debet ſe obligare ad intrandum cū certo doctore.
- 7** Magiſtri legentes vtrum aliquid poſſint exigere à ſcholaribus.
- 8** Magiſter quouſque legit etiam abſens percipit fructus ſui beneficii. Et quid de ſcholaribus.
- 9** Magiſter an poſſit eligi in Canonicum cum iſta conditione vt doceat.
- 10** Magiſter an propter lucrum concedendo uacationem ſcholaribus an peccet.
- 11** Pro licentia docendi danda vtrum poſſit aliquid exigi ſine ſimonia.
- 12** Exigi an poſſit aliquid in doctoratione alicuius magiſtri.
- 13** Magiſtri ſeuitia culpa impuratur.
rante, dic q̄ potest reuocari ad petitionē istius ignorantis, ut in c. placet. de conuer. coniug. Si uerò eo sciente, & contradicente. Idem est dicendum. d. c. quidam. Item si alter sciuit, & dissimulauit. c. consuluit. de conuer. coniug. si tamen in uita non reuocauit, non post mortem, remanebit in seculo professus exire monasterium. d. c. consuluit. aut alter consensit inuitus, & fit reuocatio ad ipsius petitionem. ut in c. attē dentes. de conuer. coniug. Idem si consensit per dolum in c. ueniens. eo. Si uerò consensit sponte in alterius ingressum, non tamen emittendo uotum continentie tunc sunt opiniones. Nam Inn. in d. c. quidam. uult quòd si remanens in seculo est iuuenis, debet ad petitionem ipsius reuocari. Panor. tenet quòd ad iudicis officium, quia consentiendo renunciauit iuri suo. glo. in c. uxoratus. & in c. 2. de conuer. coniuga. sed iudex ex officio suo ne committatur adulterium per remanentem in seculo educet illum de monasterio, & uidetur isto casu, quòd ille sit uerus religiosus ex quo uxor consensit, unde post mortem uxoris debet compelli, ut redeat ad monasterium cap. ex parte. de conuer. coniuga. & forte si dat licentiam erat conscius iuris, tunc nō sic illa reductio: quia dando licentiam tacite uidetur uouere. cap. primo. eo. Aut consensit ingressui alterius, uouendo continentiam, & si est senex potest licite fieri. unde manebit in seculo, & ille perseuerabit in religione. cap. cum sis, & cap. uxoratus. & cap. ad apostolicam. de conuer. coniuga. Aut remanens in seculo est iuuenis, & suspectus, de incontinentia, & non debet superior pati alium ingredi nisi alter ingrediarur, ut in iuribus proximè allega. si de facto ingrediarur tenet secundum omnes, quia professio alterius non est de substantia religionis professionis alterius. ut in capitu. significauit. de conuer. coniuga. sed remanens in seculo ex quo est suspectus, & uouit compelliur ingredi monasterium. ut in dicto cap. significauit. sed utrum teneatur profiteri sunt opiniones. Nam Innocen. in cap. primo. de conuer. coniuga. tenet quòd non cogitur profiteri, sed debet recludi in monasterio ut arceatur à uagationibus: quia ultra proprium consensum non compellitur quis

profiteri. trigesimalsecunda quæst. prima. cap. integritas. Hosti. tenet contrarium in dicto cap. significauit, mouetur quia nō est licita communio in monasterio professorum, & non professus. ca. clericis. de reg. & transf. ad relig. Item quia uouendo tacite obligatur religioni ex quo non poterat stare in seculo sine suspitione incontinentie. dicto cap. significauit. Io. Cal. dicit esse distinguendum: quia aut alter uouit intrare religionem, & compellitur profiteri. ut in dicto cap. Agatosa. aut simpliciter uouit dando licentiam uiro de intrando, & si erat iuris conscia compellitur. 33. quæstio. 5. cap. qui uxorem. Aut fuit iuris conscia, & sic talis quam excusat iuris ignorantia, puta miles, minor, mulier, uel agricultor: aut non erat talis, & compellitur. San. Thom. dicit ubi supra, quòd non potest intrare altero inuito: quia non potest uouere de alieno, & ex cuius ratione sumitur argumentum multorum precedentium casuum. Quantum ad omnia uota precedentia uir & uxor sunt paris conditionis. Notandum secundum Pe. de Palu. ubi supra. q̄ si alter solenniter profiteatur alio proficiente, siue solenniter, siue simpliciter, eò quòd remaneat uinculum matrimonii, sicut etiam dicit San. Thom. 4. distinct. 24. quæstio. prima. artic. ultimo. quodli. tertia. ad primum. remanens non potest contrahere cum alia, & solum in hoc casu uotum simplex dirimit contractum, non ratione uoti, sed uinculi matrimonialis, de aliis autem uotis, quæ non impediunt directè actum matrimonii, sed grauant, puta abstinentia, peregrinatio, & similia, si maritus dissentit non tenetur, immo secundum Sanctum Thomam. peccat uouendo. trigesimaltertia quæstio. quinta. cap. noluit. concor. Rai. Si uerò non sunt contra nec grauant, uel consentit maritus debet adimplere.

¶ Quarta, † de uoto ultramarino dicit Sanctus Thomas in quoli. Ea quæ sunt necessitatis non sunt præmittenda propter ea quæ sunt propriæ uoluntatis. unde & dominus Matthæ. 15. Reprehendit Fariseos, qui dicebant præmittendum mandatum Dei de honore parentum, ut aliquæ oblationes uoluntariè Deo offerent, ex necessitate autem uiro immi-

ner, ut gerat curam uxoris, quia caput mulieris uir est, ut dicitur prima Corinth. II. sed quod accipiat crucem ad transferendum se extra mare subiacet proprię uoluntati. unde si uxor sit talis, quę sequi non possit, & de eius incontinentia timeatur non est considerandum ei, quod accipiat crucem, & dimittat uxorem, secus si uxor uoluntarię continere proponat, uel si uelit, & possit sequi uirum: potest tamen etiam inuita uxore. ca. ex multa. de uero. uxor quoque in uiro uiro secundum Host. potest tale uotum emittere, sed tamen si sit suspecta, uel nimis iuuenis non exequetur personaliter, sed uotum redimet. extra cod. eap. super his, si uerò non est suspecta, & potest secum ducere delatores per se exequatur, si uerò non potest redimat. ¶ Secundò not. in uer. Rainutius, uel orationi uacare, quod oratio est duplex: una quę est ordinata ab ecclesia, ut puta de missa, & in hoc non potest eam impedire. similiter in diebus solennibus in quibus debet communicare. de cõse. di. 2. c. omnis homo. similiter potest orare, oratione non impediēte aliter nõ pot. hæc Arc. Fl. 3. ti. 1. cap. 19. Tertiò effectum matrimonii. Tertiò nõ. in uer. nec se alteri copulare, quod nõquã licet alteri accipere post consummationem inter fideles. c. gau. demus. de diuor. Quartò nõ. in uer. Rain. & debitum reddere. Quintò nõ. in uer. Rain. & debitã subuentionẽ, declarat igitur Rai. illud uer. indiuiduã, & c. Primò quia nõ licet orationi uacare. Tertiò nec alteri copulare. Quartò & debitũ reddere. Quintò & debitã subuentionem. ut in §. presentiu.

DE MATRIMONIO II. quò ad sacramentum.

- 1 Matrimonium utrum sit sacramentum.
- 2 Matrimonium quando fuit institutum.
- 3 Matrimonii cause que sint.
- 4 Matrimonium contractum per accidens an teneat.
- 5 Et quid an contrahens per talem causam principaliter peccet mortaliter.
- 6 De matrimonio Beate Virginis.
- 7 Personę quę possunt contrahere que sint.
- 8 Matrimonium quomodo per consensum contrahatur.

- 9 Signum aliquod sensibile an requiratur in matrimonio.
- 10 Signa experimentia consensum de presenti quomodo cognoscantur.
- 11 Solemnitates in matrimonio requisite que sint.
- 12 Matrimonium sub conditione contractum quomodo teneat, & quocumque condicio.
- 13 Matrimonium si contrahat aliquis existens in gradu prohibito cum conditione si papa dispensauerit utrum sit matrimonium sine alio consensu papa dispensante.

Matrimonium 2. ¶ utrum sit sacramentum, & uideatur quod non. Primò quia est ante aduentum Christi, & similiter est inter infideles. Secundò sacramentum communiter quod non est necessitatis solum à sacerdote perficitur. Tertiò quia non habet materiam. Quartò quia papa potest mutare circa ipsum. Sed contra est Apostolus ad Eph. 5. Sacramentum hoc magnum, & c. præterea numeratur inter sacramenta. c. ad abolendam. de hære. & c. quanto. de diuor. præterea competit sibi definitio sacramenti, scilicet sacrae rei signum. Respon. quidam dicunt, quod non est sacramentum propter argumenta prima. Quidam propter argumenta secunda dicunt, quod est sacramentum, sed impropriè. Sed S. Tho. 4. di. 26. q. 2. ar. 1. concludit quod est sacramentum propriè, dicens, sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum exhibitum per sensibilia signa, sed hoc inuenitur in matrimonio, ergo inter sacramenta computatur. hæc ille. utrum autem conferat gratiam dicit idem ubi supra ar. 3. circa hoc fuit triplex opinio: quidam enim dixerunt, quod matrimonium nullo modo est causa gratiæ, sed tantum signum, & hæc uideretur opinio Magistri sententiarum, qui uoluit, quod solum significaret unionem naturę humanę in Christo. Sed hoc non potest stare, quia secundum hoc in nullo abü daret à sacramentis ueteris legis. unde non esset aliqua ratio, quare sacramentis nouę legis annumeraretur. Et ideo alii dixerunt quod confert gratiam in ordine ad recessum à malo in quantum mitigat concupiscentiam ne extra bona matrimonii feratur, & non confert gratiam, sed hoc non potest stare: quia eadem est gratia, quę impe-

dit

dit à malo, & trahit ad bonū. unde alii dicunt, q̄ matrimonium in quantum in fide Christi contrahitur habet utraque gratiam adiuvantē ad illa operanda, quæ in matrimonio requiruntur, & hoc est probabilius, quia ubicunque datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiā auxilia quibus homo conuenienter utri possit facultate illa scire pater, q̄ omnibus potentis animæ responderet, aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint. unde etiam in matrimonio def. homini ex diuina institutione facultas vtendi sua vxore ad procreationem prolis, datur et gratia sine qua id conuenienter facere non possit, & sic ista gratia data est ultima res cōtēta in hoc sacramēto, & ibidē ad secundū, ait idē S. Doct. dicendū, q̄ sicut aqua baptismi vel forma verborū nō operatur ad gratiā immediatē, sed ad characterē: ita actus exterior res p̄ verba exprimētia cōsensum, directē faciūt nexū quendā, q̄ est sacramentū matrimonii, & huiusmodi nexūs ex virtute diuinæ institutionis dispositiōe operatur ad gratiā. vide aliqd̄ supra matrimonii, r. princ. Quo requiritur cōtritiō q̄ cōtrahit per verba de præsenti. vide uer. suspensio 1. §. 1. Quo non requiritur confessio actualis uer. confessio sacramentalis. §. 40. 41. & 42. Ad primū igitur dicendū est, q̄ matrimonium fuit ante aduentum Christi uel vt est nunc inter infideles. vel ut est in officium naturæ vel vt est remedium non vt sacrum nouæ legis. Ad secundū negatur illud antecedens. Ad tertium esse dicendum s̄m Pe. de pal. ubi supra q̄ forma sunt uerba vel figura exprimentia cōsensum, materia uerō est persona, sed s̄m Ber. in cap. tua. de spon. & Pa. ibidem cōsensu est materia: uerba uel signa sunt forma, & quidā alleg. etiam Pe. ad hoc Si Tho. dicit, q̄ uerba uel signa exprimentia cōsensum materia, & forma id est totum sacramentum secundū q̄ est solum sacramentum, & non res sacramenti. Ad quartum dicendū secundū S. Tho. quodl. 5. ar. 15. ad primū q̄ ecclesia in his, quæ ad matrimonii pertinent tripliciter se habet: uno modo per modum iudicantis, & tunc non impedit se quens matrimonium. Alio modo per modum prohibentis uel punientis, & hoc impedit contrahendum sicut de uxoricida.

tertio modo per modum statuentis, & tunc impedit et contractū, quia p̄t illegitimare personas, & sic habet autoritatem super circumstantias matrimonii non autem super essentiā eius, & per hoc soluitur argumentum. vide de isto ultimo uer. dispensatio. §. 2. in 3. conclusione, & §. 4.

¶ Primū, ¶ quærit q̄ fuit institutū matrimonii, ad qd̄. Ref. q̄ in diuersis t̄pibus, & diuersimodē. unde S. T. 4. di. 26. q. 2. art. 2. sic ait. Natura inclinatur ad matrimonium intendens aliquod bonum quod quidem variatur s̄m diuersos hominū status, & iō oportet, q̄ s̄m illud bonum diuersimodē in diuersis statibus hominū instituat, & ideo matrimonii s̄m q̄ ordinatur ad p̄creationē prolis, quæ erat necessaria et p̄tō nō existente institutū fuit ante p̄tām à Deo in hoc, q̄ homini mulierē in adiutoriū de costa formauit, & dixit eis: Crescite, & multiplicamini: &c. qd̄ quāuis aliis animalibus dixerit nō t̄n per ea eodē modo implendū, sicut per hoies. Ad aut per uerba illa, nūc os ex osibus: &c. protulit, à Deo inspiratus. vt intelligeret matrimonii institutionē à Deo factā q̄ sit institutū à Deo, & in paradiiso ante p̄tām, in hoc oēs conueniunt, & h̄c tex. in c. si. de frig. & mal. & in c. gaude mus. de diuor. & 3. 2. q. 2. c. sicut. §. his itaque, & in c. unico, de uoto. lib. 6. hic tamen dicitur in glo. q̄ fuit institutum in istis uerbis prochoplauti, nunc os ex osibus: &c. reprobando illam opinionem, quæ dicit q̄ in illis uerbis Crescite: &c. sed illa glossa uidetur non intelligere seipsum cum sup̄portatione tamen, dicit enim s̄m tex. ibidem, q̄ à Deo fuit institutum, sed tamen Deus non dixit illa uerba, sed Adam. unde melius d̄r s̄m S. Th. ut supra sequitur in S. Th. ubi supra. s̄m autē q̄ remedium p̄bet contra uulnus peccati institutum fuit post p̄tām t̄pe legis naturæ. s̄m autem determinationem personarum institutionē habui in lege Mōysi, sed secundū q̄ repræsentat misterium coniunctionis Christi, & ecclesiæ institutionem habuit in noua lege quod fuit Mat. 29. ubi Christus refert uerba Adæ, relinquet homo patrem & matrem, &c. Constituit illud, & secundū istam institutionem est sacramentum nouæ legis, quantum autem ad alias utilitates, quæ ex matrimonio sequantur sicut est

est amicitia, & mutuum obsequium, habet institutionem in lege canonica, & civili. Sed quia de ratione sacramenti est, quod sit firmum, & remedium: ideo quantum ad medias institutiones competit ei ratio sacramenti, sed quantum ad primam institutionem competit ei ut sit in officium naturæ, quantum uerò ad ultimam, quod sit in officium ciuilitatis.

3 ¶ Secundò, † quæritur quæ sunt causæ matrimonii. Resp. S. Th. 4. di. 30. q. 1. ar. 2. q. causa finalis matrimonii est duplex. s. per se, & per accidens. per se est etiã duplex. s. principalis, quæ est susceptio prolis educandæ ad cultum Dei Gene. 1. Crescite, &c. per se secundaria est uitatio fornicationis. 1. Cor. 7. propter fornicationem unuquisque habeat suam uxorem, & eorã, & ista fuit solũ post peccatũ. p. accidens finalis ipsius est id quod cõtrahentes intendunt ex matrimonio, puta reformatio pacis, pulchritudo mulieris, diuitiæ, & hmõl. Et quia id quod ex matrimonio intèditur cõsequitur ad matrimoniũ, & propria non variantur ex posteriorib. sed cõtra. ideo ex illa causa nõ recipit matrimoniũ bonitatẽ vel malitiã, sed ipsi contrahentes, quorum est finis, & quia causæ per accidens sunt infinitæ: ideo infinitæ tales causæ matrimonii possunt esse, quarum quædam sunt honestæ, & quædam inhonestæ. secundũ igitur S. Tho. ubi supra ad 3. q. intentio ecclesiæ, qua intendit tradere sacramentum est de necessitate cuiuslibet sacramenti: ita q. ca non seruate nihil agitur, in sacramentis, sed intentio ecclesiæ qua intendit utilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, unde si non obseruetur nihilominus est uerum sacramentũ sed prætermittens hanc intentionem peccat. Sufficit ergo etiã secundũ Raya. q. contrahentes intendant contrahere matrimoniũ, siue aliud intèdãt siue nõ 2. q. 2. solet quæri. Idem dicit Pa. in c. tua, de spõ. 3. not. Vbi pater, q. ille iuuenis contraxit

4 ¶ Tertio, † quæritur utrum contrahens principaliter propter causam per accidens teneat matrimonium. Resp. secundũ S. Tho. ubi supra ad 3. q. intentio ecclesiæ, qua intendit tradere sacramentum est de necessitate cuiuslibet sacramenti: ita q. ca non seruate nihil agitur, in sacramentis, sed intentio ecclesiæ qua intendit utilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, unde si non obseruetur nihilominus est uerum sacramentũ sed prætermittens hanc intentionem peccat. Sufficit ergo etiã secundũ Raya. q. contrahentes intendant contrahere matrimoniũ, siue aliud intèdãt siue nõ 2. q. 2. solet quæri. Idem dicit Pa. in c. tua, de spõ. 3. not. Vbi pater, q. ille iuuenis contraxit

pp concupiscentiã, & tñ tenuit matrimoniũ, hoc tñ intelligo dummodo finis cõtrahentiũ non sit contra finẽ per se matrimonii. ut puta si intèderet, aliquã sibi adhibere: donec aliã dignã honoribus uel suis facultatibus inueniet: ipso. n. animo adulter est. unde S. Tho. 4. di. 31. q. 1. ar. 3. ad 4. argu. dicit q. consensus ad tps non facit matrimonium de quo uer. dispensatio. §. 6. Similiter si intentio sit facere aliquid quo uitent filios in d. ca. solet quæri. ista enim duo sunt cõtra finẽ per se matrimonii. Itẽ nota fm S. Th. 4. di. 31. q. 1. ar. 3. & di. 28. q. 1. ar. 4. q. ista tria. s. fides. i. q. nõ cognoscat aliã, & reddat debitũ cõsorti, proles. i. suscipiẽdi, & nutriendi, & sacramentum, quod ad uinculũ indiuisibile, quæ dicuntur finis ecclesiæ possunt accipi dupliciter. Primò in sua causa. sin ipsa mutua obligatione quæ est essentialiter matrimoniũ. Secũdo in suo effectu. s. ipsa proles in se, & similiter inseparabilitas in se, & fides in se, si qs intèderet in cõtractu cõtra. prima. s. q. nõ intèderet consentire in illã mutua obligationẽ diceretur matrimonium sine consensu, qd esset nullum c. tua, de spõ. siue exprimat in conditione siue non. si quis uerò intenderet contra. secunda solũ. i. si intenderet non seruate fidem, uel separare se, uel procurare uenena sterilitatis dummodo intendat primum. s. contrahere obligationem ad hoc, quæ est essentia ut dictum est, & non ducat in pactum extrinsecum, erit matrimonium: si uerò duceret in pactum et quantum ad secundum, nõ esset matrimonium pp ordinationem ecclesiæ. de condi. apo. cap. si. & sufficit ut impliciter intendat ista. i. quod intèdat contrahere fm usum ecclesiæ. Si uerò nihil de his cogitẽt, tamen intendunt contrahere, & habet solum alium finem in intentione principale puta concupiscentiam, qui tamen non est directè contra finem per se, tenet matrimonium. vide infra eo. c. §. 11. in fi.

5 ¶ Quarto, † sed nunquid peccat mortaliter contrahens principaliter propter has causas per accidens. Resp. fm S. Th. ubi supra. s. di. 30. q. 1. ar. 3. ad 3. ubi sic ait. prætermittens hanc intentionem. s. utilitatem quam intendit ecclesia, peccat sicut si in baptismo non intendatur sanitas mentis, quam ecclesia intendit. hæc ille. unde aliqui

qui dicunt. *f. Angelica. uer. matrimonium 2. s. 2. 5. q. contrahens principaliter pp pulchritudinē, uel aliquod simile peccat mortaliter: quia vñ contemnere sacramentum, sed hoc fm D. Ar. Flo. & Pe. de pal. uidetur rigidum, & multos illaqueare: unde saluo meliori iudicio sic distinguerem, quia uel ille finis quem principaliter intendit est directè contra finem ecclesię, uel matrimonii, idest contra fidem prolem, uel sacramentum, & sic peccat mortaliter, uel non est directè contra, & tunc, uel ponit ibi ultimū finē, cuius signum esset, qñ esset paratus contra præcepta Dei facere, ut illud posset consequi, ut puta pulchritudinē, uel simile, & tunc peccat mortaliter: quia finem ultimū ponit in creatura, & sic intelligit S. Th. dist. 30. in litera. in fi. uel non ponit ultimū finem in illo simpliciter quāuis principaliter hoc intendat in isto contractu, & tunc uel cogitat actualiter de fine ecclesię, uel nō. Primo modo. *f. cogitat, & non magnificat, seu non curat de fine ecclesię magis existimans hunc finem, puta pulchritudinem, tunc non potest esse sine contemptu, & sic crederem esse intelligendos illos, qui dicunt qd peccat mortaliter ratione contemptus. Si autem non cogitat tunc non crederem illū peccare mortaliter. Nā ut habetur. 3. Reg. Dauid Abisay sunamitem duxit in uxore non spe prolis, neq; timore fornicationis, quia non cognouit eam: nullus tñ diceret ipsum mortaliter peccasse. Et Deute. 2. 1. dicitur. Si uideris mulierem pulchram in medio captiuorum, & amaueris eam uoluerisque in uxorem habere, introduces eam in domo tua, &c.**

¶ Quinto, ¶ de matrimonio Beatę virginis, de quo primò est notandum fm S. Th. ubi supra dist. 30. q. 2. ar. 1. qd beata uirgo antequam contraheret cum Iosef uouerat uirginitatem in mente cum conditione. *f. nisi Deus aliter determinaret, non tamen appo sinit hanc conditionem quasi dubitaret ne uellet seruare: sed utrum deberet, sed fm B. Aug. in li. de nuptiis, & habetur. 27. q. 2. c. beata Maria, post contractum matrimonium expressit uotum extrinsecè de consensu Iosef, qui similiter uouit, & uotum eius fuit congruenter factum, quia in quantum incipiebat noua lex uirginitas est optima: ideo uouit, in quantum uerò erat in si-*

ne antiquę legis in qua dabatur maledictio non relinquentibus semen. Deute. 6. & proles propter Christum uenturum præponderabat uirginitati: ideo uouit sub conditione. contraxit etiam matrimonium, quod fuit perfectum quantum ad essentiã matrimonii, imò sanctius ut dicit magister au floritate August. 30. dist. 4. & fuerunt omnia tria bona matrimonii, scilicet proles quę non solum dicitur bonum matrimonii in quantum per matrimonium generatur, sed et in quantum à Deo in matrimonio suscipitur, & educatur: similiter fides, & sacramentum: & cōsensit simpliciter in copulam coniugalem, sed in copulam carnalē cum conditione, scilicet Deus eā iuberet: talis autem consensus in copulam sufficit ad matrimonium, nec minuit de perfectione uirginitatis. Non enim est necessaria intentio consumandi, ut dicit Pan. in c. commissum. de spon. Et ratio fuit quare contraxit, & uouit post rationes quas adducit magister ubi supra. & S. Th. quia in beata uirgine debuit esse omnis perfectio sibi cōueniens, sed uotum dicto modo factū fuit perfectissimum, ut dictū est. Matrimonium etiam secundum istū modum est perfectissimum: copula enim carnalis quamuis sit de aliqua significatione, & sit ad aliquod complementum, tamē cum uirginitate est sanctius, quā cum istis conditionibus, & quamuis post uotum uirginitatis absolute factum, non possit aliquis cōsentire in matrimonium sine peccato, post tamen uotū factum isto modo potest cōsentire sine peccato, ubi cum maiori perfectione: quia sacramentum est aliqua magna perfectio, & sunt sanctiora sine copula.

¶ Sexto, ¶ quę sunt personę quę possunt contrahere, ubi primò notandum, qd cum hoc edictum sit prohibitorium quilibet qui nō prohibetur potest contrahere. capit. cum apud. de spon. Secundò notandum, qd masculus an. 14. annum, & mulier annū 12. prohibentur. c. impuberes. & c. contineretur. de despon. impub. nisi essent proximi pubertati, & malitia suppleret ætatē. c. de illis. 1. eo. ubi notandum fm S. Th. 4. dist. 36. ar. 5. qd matrimonium fiat per modum contractus cuiusdam ordinationi legis positivę subiacet, sicut & alii contractus. unde fm iura determinatum est, qd ante illud tempus

tempus discretionis quo uterque possit sufficienter deliberare de matrimonio, & debitum sibi inuicē reddere matrimonia nō cōtrahantur, hoc autem tempus cōiter est in masculo 14. in femina 12. annus, quia tñ praecepta iuris positui sequuntur id quod est in pluribus si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus praedictum perueniat: ita quod uigor naturae, & discretionis de factum ætatis suppleat, matrimonium nō dissoluitur, & ideo si contrahentes ante annos pubertatis carnaliter ante tempus praedictum fuerint copulati nihil hominum matrimonium stat indissolubile in cap. de illis. 2. eo. & not. fm Pan. idem quod proximitas temporis sola, nō sufficit, sed uigor naturae cum usu rationis, bene sufficit, & remota à tēpore per sex menses, bonus tamē iudex arbitrabitur, quādo sit ista proximitas sufficiens. uide gl. in c. unico, de despo. impu. Not. et quod quamuis aliqui dicant cōtrarium, tamen uerius est, quod quā habent tēpus iuris. s. masculus. 14. & femina. 12. quāuis tunc sint impotens, tamen possunt cōtrahere: imo fm Pan. in c. attestaciones. de despon. impu. potest contrahere in ultimo die. 12. uel. 14. Si tamen esset etiam impotens, quando peruenit ad completam pubertatem. s. 18. annum post altera pars petere licentiam alteri nubendi, quia iste tūc uidetur impotens. quid iuris quando contraxerūt ante annos pubertatis, & cum uenerint ad pubertatem ostendunt signa, puta oscula, utrum sit matrimonium. Resp. quod si consentiunt in tempore apto, est matrimonium, aliter de praesumptione stabitur iudici, quomodo quā contrahunt ante annos pubertatis transeunt in sponsalia uide uer. sponsalia. §. 3. hic. f. §. 4. Et habes de ætate requisita. utrum peccent contrahentes ante legitimam ætatem Pet. de pal. dicit, quod peccant mortaliter si contrahant sine legitima causa, & sine licentia episcopi cui facit in ar. text. in c. ubi non est. de despon. impub. ubi dicitur districte inhibemus ne sine causa: &c. nihil tamē dicit tex. siue gl. de licentia episcopi. Tertio notan. principaliter, quod contrahentes debent habere rationem qua possint deliberare, ut dicit S. Th. fm intentionem iuris: ideo furiosus, infans, ebrius, & similes, quā non possunt utri ratione non possunt contrahere. §. 2. q.

7. c. neq; furiosus. §. q. 9. c. iudicas. 7. q. 1. c. quamuis triste. Quarto notā. principaliter, quod absentes possunt contrahere sicut Isaac cum Rebecca. §. 2. q. 2. c. non oīs. §. cum dē, sed non est idoneus procurator, nisi super hoc habeat speciale mandatū, nec potest alium substituere nisi sit ei specialiter commissum, & si fuerit reuocatus antequam contraxerit, licet tam ille, quā illa cum qua contraxit hoc ignorauerit, tamen non tenet matrimonium postea cōtractum c. procurator. de procur. lib. 6. & S. Th. 4. dist. 20. in litera. Per literas etiam potest contrahi: ita tamen quod recipiens literas cōsentiat, & manifestet suum consensum illi, qui misit literas, vel alteri antequam ipse qui misit dissentiat. Quinto notandum, quod multi impediantur per diuersa impedimenta, de quibus uer. impedimentum per totum. Sexto not. quod in lege diuina. primō fuerunt solum prohibite duae personae, scilicet pater, & mater, & secundum Pa. in c. literas, de rest. spo. fuerunt prohibiti ibi. Relinquet homo patrem & matrem quo ad thorum, & adhaerebit uxori suae, deinde fuerunt prohibiti primus, & secundus gradus in linea inaequali exemplum in patruo, & in nepte. secundus uero gradus in linea aequali, prohibetur solum iure canonico, exemplum in duorum fratrum filiis. Pan. in c. gaudemus. de diuor. in glo. 1. uer. dispensatio. §. 4. Sed quid de illo qui est cæcus, mutus, & surdus. Resp. secundum Pa. in c. cum apud. de spo. post Hosti. quod attendendum est utrum possit exprimere consensum suum, & sic admittatur. si autem non potest quod iudex arbitrabitur utrum possit exprimere, & tūc repellatur, & ibidem habes quomodo surdus, & mutus possunt contrahere eo quod non prohibentur.

§. Septimo, quomodo contrahitur per consensum, de quo S. Th. 4. dist. 27. art. 2. sic ait. In omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quae eam significat. sicut per ablu-tionem corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritualis. unde cum in matrimonio sit quaedam spiritualis coniunctio, in quantum matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis secundum quod est in officium naturae, & ciuilibus uitae, oportet quod mediante materiali fiat spiritualis.

lis, mediante uirtute diuina. vnde cum cōiunctiones materialium contractum fiant per mutuū consensum, oportet, q̄ etiam hoc modo fiat materialis coniunctio, & sic consensus in matrimonio est causa habens efficaciam supra rem spiritualement, in institutione diuina. Et quia materiales contractus non possunt fieri nisi sibi inuicem suam uerbis uel signis proponant uoluntatem, oportet q̄ consensus matrimonium faciens uerbis uel signis exprimat, & sic si aliquis ablueret aliquem dicendo uerba baptismi non intendens baptizare nihil faceret: ita si quis exprimeret cōsensum quē non habet. hæc San. Tho. quæ probantur per cap. tua. de sp̄. duo, & 27. q. 2. sufficit. Et requiritur secundum Hostien. quod isti consensus sint simul uel unus duret quousque consensus alterius adueniat. Idem Panor. in c. dilectus. de spon. & Ioan. And. Iste autem consensus secundum S. Tho. ubi supra dist. 29. art. 2. quodl. 2. debet esse saltem implicite, in copulam matrimoniam, idest in mutuam p̄tatem corporū in qua copula includitur implicite, & in potētia copula carnalis, & debet esse non ad rēpus, sed ad totam uitam. Et quamuis ecclesia iudicet pro matrimonio, quando dicunt se consentire uerbis, & non consentiunt tamen in ueritate non est matrimonium nisi ambo consentiant. capit. tua. de spon. & ille qui decipitur excusatur. secundum San. Thom. Et licet secundum Doc. quando aliquis contraxit sponsalia de futuro, & sequitur copula, ecclesia iudicet pro matrimonio, tamen nisi consentiat ut de p̄sentis uel cognoscat eam ut propriā uxorem affectu maritali, non est matrimonium. Item secundum Guil. si quis profectetur coram pluribus, quod quicquid dixerit non intendit contrahere, & postea contraxit per uerba ecclesia complet eū, quia debemus accipere uerba secundum suum communem sensum, tum quia interpretatio est faciēda contra eum qui fecit dolum, & quia potuit mutare uoluntatem, hoc idem dicit Hostien. Hoc tamen intelligendum quando hoc fecit dolose, & secuta est copula. Item secundum eundem Guil. quando aliquis utitur uerbis communibus ad decipiendum, puta accipio te, & sequitur copula, non ad-

mittitur probatio in cōtrarium ipsius fraudis. c. is qui. de spon. Si uerò non uteretur uerbis inconsumetis, puta Petrus contrahit tecum admittitur probatio d. ca. tua. Item notandum secundum Panor. in d. cap. is qui. quamuis aliqui minus bene dicant cōtrarium, quod quando aliquis contrahit cum aliqua non consentiendo, sed ut deciperet, secuta copula & postea consentit in aliam: ista secunda est uera uxor, & non prima, & si ecclesia cogat redire ad primā, citius debet humiliter pati excommunicationem. Sed quid facit p̄dicta mulier sic decepta, dico, quod si ille dicat se non consensisse, & maxime si accepit aliam, quod poterit credere, & ex consequenti alium accipere. Sed quæritur fuit aliquis qui decipit aliquam ut dictum est, & secuta est copula, in quadagesima confiteretur, & dicit sibi confessor, quod est matrimonium, & ille credens accipit eam, & cognoscit amore maritali. utrum erit matrimonium. Rosella in uer. matrimonium 4. §. 4. & Angelica uersu. matrimonium 2. §. 17. dicunt, quod non, sed hoc est ualde periculosum, nisi illo interim, antequam redeat ad istā accepisset aliam, tunc enim omnino deberet redire ad secundam, sed quando non accepit aliam, nec est aliud impedimentum, & cognoscit istam de nouo amore maritali, qui sufficit ad contrahendum matrimonium, etiam de nouo, secundum omnes doctos. consulerem, quod teneret in fauorem matrimonii, eodem modo diceretur quando hoc habuisset à iuris peritis: id quod habuit à confessore. uide aliquid supra uer. impedimentum 3. §. 2. circa fin. Sed ad quid tenetur deceptor p̄dictis modis. Respond. si non fuerint signa fraudis tenetur eam ducere, uel ei satisfacere quò ad omnia inde secuta ad arbitrium boni uiri. si uerò signa fraudis apparuerunt, puta, quia erant dispatis conditionis: uel quia sciebat eum deceptorem, uel leuem, & similia: tunc uideatur, quod uoluerit decipi, & sic ad nihil tenetur secundum Sanct. Thom. quarta distinctione 28. artic. 2. ad quartum, uide hoc ultimum. uer. restitutio. §. 22.

¶ Ostaud, ¶ utrum requiratur aliquod signum sensibile in matrimonio, & uideatur q̄ nō. Primò, quia dicitur in c. cū apud. de spon.

spon. & c. sufficiat. 27. q. 2. q. solus consen-
 sus facit matrimonium, igitur. Secundo,
 quia s'm S. Th. 4. di. 27. q. 1. ar. 2. quodl. 2.
 ad 2. & c. honorantur. 32. q. 2. & c. vnico, de
 uoto. li. 6. puella, quæ præ verecundia tacet
 parentibus tradentibus illam nuptui, te-
 net matrimonium, ergo signum sensibile
 non est necessarium. Sed contrarium est ve-
 rum quod probatur s'm S. Tho. ubi supra
 immediatè quodl. 2. sic Matrimonium fit
 ad modum tractatum materialium, sed
 in talibus necesse est, si debent tenere, ut si
 bi inuicem uoluntatem suam promant, ali-
 quo signo exteriori. ut signa exteriora se
 habeant in hoc sacramento sicut ablutio
 exterior in baptismo, est enim sacramen-
 tum quod s'm Magistrum nõ est sine signo
 exteriori, hoc habes in tex. in c. cum apud.
 de spon. in fi. ubi dicit, q. murus qui non pōt
 uerbis ualeat signis declarare. Sed utrum
 sint necessaria uerba Inn. in c. tuæ fraterni-
 rati, de spon. dicit, q. in ualentibus loqui
 sunt necessaria eo q. ecclesia in illo capit.
 sic ordinat, & probat, quia aliter sequere-
 tur absurditas, uidelicet, quod uir, & uxor
 uidentes se inuicem, & inuicem consen-
 tientes erit matrimonium, & sic genera-
 bitur incertitudo. Ioan. And. dicit, quod si
 præcesserunt tractatus de matrimonio, &
 postea sequitur, puta copula, quod non re-
 quiruntur uerba, sed si non præcesserunt
 sunt necessaria. Host. quem sequitur Pan.
 in d. c. tuæ fraternitati. dicit, quod sufficit
 quodcumque signum extrinsecum, suf-
 ficienter significans consensum, etiam in
 loqui ualentibus, quod probat primò, quia
 in illo tex. tuæ Papa consulitur in genere,
 utrum uerba sint necessaria, & Respond.
 q. non, quod probat per exemplum de mu-
 to, & quamuis tex. ibi dicat, q. uerba sunt
 necessaria uoluit innuere, quod communi-
 ter accidit, scilicet q. in ualentibus loqui
 uerbis melius exprimat. unde in fi. c. cum
 apud. de spon. dicit, q. sufficit signum, &c.
 Item uidemus, q. legatum, & fideicommis-
 sum possunt relinqui nutu et̄ a loqui ual-
 entibus. ut in iur. alleg. in glo. c. tuæ. satis
 etiam probatur, quia puella tacens præ ue-
 recundia parentibus tradentibus eam nu-
 ptui ualeat matrimonium, & tamen potest
 loqui. Item, quia secundum Rayn. potest
 contrahere aliquis per literas, probatur et̄

ratione S. Tho. quia uerba sunt solum ad
 ostendendum consensum, sed æquè bene
 potest per alia signa, & hæc opinio est com-
 muniõ, & uerior. Ad argumentum Inn. di-
 citur, quod ecclesia in illo tex. nihil deino-
 uo ordinat, sed respondet, nec est alius tex.
 in quo hoc ordinetur de absurditate dici-
 tur, quod nihil sequitur inconueniens, q. a
 si signis sufficienter manifestant suum con-
 sensum erit matrimonium certum, sin au-
 tem non erit. Ad primum argu. factum in
 principio dicitur, quod ille tex. intelligi-
 tur de consensu signis exterioribus expres-
 so: ut dicitur ibidem in fi. Idem respondet
 Pa. in c. tua. de spon. in fi. Ad secundum di-
 citur, quod taciturnitas habetur pro signo
 exteriori cum aliis ibidem concurrentibus:
 ut ibi dicit Sanctus Tho.

10 ¶ Nonõ, ¶ queritur quomodo cognoscantur
 signa experientia consensum de præ-
 senti. Respondeo recurrendum primò ad
 intentionem, & si quæcumque signa oc-
 currerint si intendant exprimere consen-
 sum de præsentem quem habebant est ma-
 trimonium, si autem de furto eodem mo-
 do erit de furto, si uerò ignoratur inten-
 tio, tunc si aliqua uerba præcesserunt ex
 una parte de matrimonio de præsentem,
 tunc illa signa determinabuntur per illa
 uerba. ut puta si unus dixit. Ego te acci-
 pio in uxorem, & si tu similiter consentis
 bibe uel dam osculum uel annue, & simi-
 lia, & tunc erit matrimonium. si uerò uer-
 ba fuissent de futuro eodem modo erit de
 futuro. Si autem nulla uerba præcesserunt
 tunc non potest iudicari ex exteriori, &
 sic in dubio pro matrimonio esset iudican-
 dum. De uerbis autem, quando non constat
 de intentione uel consensu si sint cla-
 ra, puta accipio te: &c. secundum illa est
 iudicandum: si sint dubia tunc iudicandū
 est secundum communem intellectum. c.
 ex literis, el primo. de spon. Similiter si
 uerba sint sophistica debent accipi secun-
 dum intellectum bene sensati ibidem, &
 Hostien. Et allegans se non intellexisse
 non audiuit, ibidem in glo. & Panor. Nec
 excusat ignorantia iuris. ut ibi: Pan. uerò
 ibi in c. ex parte dicit, quod idem est,
 habeo te, uel uolo te habere, uel habeo
 te pro uxore, ac si diceret duco te in uxo-
 rem. Quando dicit tenebo te pro uxo-

re est matrimonium, ca. ex parte de spon. in tex. Idem Pan. post D. AD. in c. ex literis el primo, dicit q̄ uerbum placet, uel uerbū volo significant de presenti, & q̄ infinitū est aptum comprehendere præsens & futurum s̄m uerba adiecta, de se. n. nihil perfectè significat, quando igitur uerbo uolo, uel placet, adiicitur uerbum infinitum, de notans actum dependentem à libera uoluntate proferentis, & tunc si uerba denotant principium actus non inducitur dispositio de presenti, ut si dico, uolo, uel placet te de sponsare, seu tecum contrahere, quando autem uerbum infinitum denotat actus, & tunc inducitur dispositio de presenti, ut si dico uolo te habere in uxorem, non enim possum uelle te habere in uxore, nisi prius contraham tecum, & tunc inducit matrimonium. Eodem modo si dicat habeo te tanquam uxorem. hæc Panor. in d. cap. ex parte, similiter seruabo tibi fidem tanquā uiro, siue uxori, & sic de temporibus, quando scilicet uerba futuri temporis denotant executionem matrimonii, nō autem principium contractus, qui enim uult consequens, uidetur uelle antecedens. c. præterea, & cap. prudentia, de offic. delega. Secus esset si denotarent principium, ut puta si diceret, uolo te desponsare, uel uolo tecum contrahere, ista enim dicunt principium matrimonii, & non executionem, & sic iudicaretur de futuris, quando autem dicit, uolo te habere pro uxore dicit executionē non enim habetur pro uxore, nisi prius cōtrahatur matrimonium, eodem modo si adderet de cætero, & est proprius casus illius capi. ex parte. secundū Pan. hæc tamen intelligenda sunt secundū eundem Pa. ibidem, nisi uerba denotantia executionē sequantur sponsalia de futuro, ut puta. pro mitto quōd ducam te in uxorem, & tenebo te pro legitima uxore, nam propter uerba præcedentia restringuntur sequentia in tempus matrimonii contracti, i. quando matrimonium erit contractum, similiter si diceret, post fidem datam de contrahendo bibamus uinum nomine matrimonii, uel osculemur inuicem, uel similia. Eodem modo dicendo, promitto, quōd non habeo aliam mulierem in uxorem, nisi te, uel nolo habere aliam uxorem uisi te secundū eun. Pa. ibidem est matrimonium. Eo


Secunda pars

dem modo secundū Host. si dicat promissio tibi q̄ semper prouidebo tibi sicut uxori, uel promitto tibi q̄ non dimittam te meliori uel peiori. nisi aliud protestetur, uel aliud appareat pro matrimonio iudicabitur. In talibus. n. dubiis iudicandum est pro matrimonio, nisi quando sequeretur præiudicium tertii, & tunc recurrendum esset ad sensum communem uerborum, ut in c. ex literis, el primo. de spon. Idem dicitur si quis dicat. uis, uel placet tibi talis; & respondeat. uolo, uel placet. Ad omnia autem præcedentia notandum est, q̄ in cōscientia semper recurrendum est ad intentionem, & si non constat ad signa circumstantia, si uerō uerba sunt clara illis est standum. s. quando non constat de intentione. Item norandum, quōd ista uerba quæ non possunt uerificari, nisi sit matrimonium cōtractum de presenti sufficienter ad matrimonium contractum, ut dicendo. teneo te, reputo te, habeo te, uel procurabo tibi tanquam uxori, si autem talia dicantur de futuro, ut habeo te, & c. & subiungatur ex nunc, uel de cætero, uel semper, sunt etiā matrimonium; secundum si non adderet ista ex nunc, uel alia, quando dixit de futuro non est clarum, quōd intelligatur de presenti.

II ¶ Decimò, queritur de solemnitatibus requisitis in matrimonio. ubi primò notandum s̄m Ray. q̄ aliquando matrimonium est legitimum, & non ratum quod est quādo legali tantum institutione uel prouidentiz moribus inter infideles contrahitur, quod ideo dicitur non ratum, quia sine fide, & sine Deo fit. Ratum uerò; & non legitimum est quod inter fideles, & legitimas personas sine solemnitate fit, dicitur autem legitimum, & ratum quando habet utrunq; 28. q. 1. c. Item illud, & c. quanto. de diuor. & ca. gaudemus. unde S. T. 4. di. 28. artic. 3. Querens utrum consensus in occulto factus per uerba de presenti, faciat matrimonium. Respon. sic dicens. Sicut in aliis sacramentis, quedam sunt de essentia sacramenti quibus omisis non est sacramentum, quedam autem de solemnitate sacramenti, quibus omisis uerum perficatur sacramentum quamuis peccet qui omittit, ita etiam consensus expressus per uerba de presenti inter personas legitimas,

Sum. Tab.

2. matri-



matrimonium facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti, alia autem omnia sunt de solennitate, quia ad hoc adhibentur, ut matrimonium conuenientius fiat. vñ de si omittantur, tñ verum sacramentum est quamuis peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam exculentur, & ad argumenta dicit. Ista solennitas debet attendi s̄m consuetudinem patriæ, & maximè q̄ non clandestinè contrahatur. ubi notandū q̄ matrimonium d̄r clandestinū s̄m gl. in cap. cum inhibito. de clas. despon. tribus modis. Primò, cum non habentur testes, ut in c. cum nobis. e. Secundò, est non sit cū solennitate illa, de qua in c. aliter. 30. q. 5. & est ut desponetur à parentibus, uel quibus cura competit mulieris, doretur suo tpe, & à sacerdote benedicatur. Tertiò, qñ non præmissis bannis à presbytero publicè, &c. d. c. cum inhibito, sicut dictum est supra de spon. §. 1. Et notandum s̄m Ray. q̄ clandestinum non præsumitur matrimoniu, sed fornicatio. d. c. aliter, & sic nō est legitimum. Nota tamen, q̄ dupliciter potest dici clandestinum. Primò, quando non sunt testes, & tale quamuis sit matrimonium non tamen præsumptum, & peccat mortaliter d. c. cum inhibito, & d. c. aliter. Secundò quando est sine solennitate, tñ in præsentia testium, & tale est matrimonium uerum, & præsumptū, & cōsulit primis ut de nouo contrahant, quō peccat. uide uer. sponsalia. §. 1. Si ex rationabili cā contrahant coram duobus testibus puta quia timet de impedimento iniuste obiecto uel quia est senes, & uerecundatur nō uidetur peccare, bonum tamen esset ut faceret de consilio Episcopi, uel parochialis nisi forte esset excoicatio sinodalis in contrahentibus sine bannis hæc no. in d. c. cū inhibito. concor. S. T. ubi supra. l. di. 28. ar. 3. ad tertium & quartum, ubi ait. Non sunt prohibita matrimonia clandestina quasi contra essentialia matrimonii existentia, sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarum, quæ sunt materia indebita huic sacramento, sed prohibentur pp̄ pericula quæ inde euenire solent, quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex altera parte, frequenter etiam ad alia cōiugia transeunt deinde pœnitent de his q̄ facta sunt iudicia, & multa alia mala inde

accidunt, & speciem turpitudinis, præter hoc habent. hæc ille. Matrimonium autē legitimum, & ratū. Primò cāt q̄ nunquā de finit esse ēt si alius fiat hæreticus. 32. q. 7. c. 1. & 2. d. c. quanto. nec maritus p̄ uxore dimittere siue efficiatur leprosa, uel pp̄ aliā infirmitatē 27. q. 5. horrendos, nisi tñ cā fornicationis, & tunc si dimittit maneat si ne coniuge, uel reconciliatur. 32. q. 1. dixit dñs. Itē nō habent potestatis sui corporis, & cōpellendi sunt reddere. Nota. q̄ ubi est aliqua cōsuetudo contra prædicta non peccant seruando illam. uide uer. sponsalia. §. 1. & uer. filius. §. 5.

¶ Undecimò, ¶ queritur de matrimonio contracto sub conditione. ubi primò notā. dū q̄ conditio est triplex. s. personæ. c. ult. de ser. non or. secunda rerū. ff. de seruitu. per totum. tertia est promissionis q̄ quāuis cōiter sumpta se extēdat ad causam & modum, propriè tñ differt, quia concipitur p̄ si: modus uerò per ut: cā per quia. Est autē conditio propriè, futurus euentus in quē actus suspenditur, ut not. in ca. uerum. de cōdi. appo. Modus autē est exhortatio siue inuitatio ad remunerationem quandā loco eius quod est factum, unde non suspendit, sed clarificat actum in d. c. uerū. Causa autē est ratio dispositionis de præterito, uel præsentis sumpta. Demonstratio est certificatio de qualitate rei ex præterito, uel præsentis sumpta. accipe breuiter exemplum, puta uendo tibi fundū si hoc uel illud feceris quod ad conditionem. Aut uendo tibi ut hoc uel illud facias alioquin reuocetur, quod ad modum. Aut uendo, quia hoc est uel fuit quod ad cām. Aut uedo tibi fundum quē emi à titio quod ad demonstrationē. Cōditio in matrimonio est multiplex prima est generalis quæ semper debet intelligi sicut illæ quas ponit Iacobus. 4. ca. si Deus uoluerit, uel si uixerimus, uel sunt necessaria in contractu, ut si dicam contraham si consenseris, uel contraho si non est impedimentum & similia, quæ sunt de essentia contractus: uel si sunt futura necessaria, & istæ conditiones semper intelliguntur nec faciunt contractum conditionatū s̄m s. Th. 4. di. 27. q. 2. ar. 1. & quamuis lo. An. in glo. h. c. unico, de spon. lib. 6. dicat, quod quando dicitur si Deo placuerit, sit actus cōditionatus, & non causetur impedimentum

fimentum iustitiæ publicæ honestatis, ta-
 men Arch. ibidem tenet contrarium quod
 est uerius fm S. Th. Quidam dicunt, q̄ qñ
 ponitur conditio necessaria de futuro, q̄
 non est matrimonium quousque ueniat
 conditio, sed contrarium est uerius fm D.
 S. Tertia conditio est contingens, & houe-
 sta, quæ potest apponi, & non apponi, ut si
 pater meus consenserit, uel si dederis mihi
 centum. hęc si apponantur suspendunt
 actum vsque ad euentum conditionis, nisi
 interim consensus de præsentī, uel carnalis
 copula fuerit subsecuta, eò q̄ tales vñr re-
 cessisse à conditione. c. de illis, & c. super
 eo. & c. per tuas. de con. appo. & S. Th. ubi,
 primò notandum fm Pa. in d. c. de illis, q̄
 si dicat contraham si dederis centum & c.
 q̄ debet intelligi ratione dotis, uel quando
 subest legitima causa petendi, puta si nobi-
 lis cum plebea contrahat non est inhonestum,
 si promittit aliquid ipsi nobili in re-
 compensationem, & c. aliter erit conditio
 inhonestæ. Secundò notandum fm eun.
 Pa. q̄ quamuis copula, & consensus perfici-
 ant: ut dictum est, tamen nixus ad copu-
 lam non perfectus, uel uiolatio uirginis, si-
 ne permixtione seminis, uel osculum siue
 quæcumque alia non perficiunt: ratio est,
 quia isti quo casus. s. copula, & consensus
 sunt casus excepti à iure, & ideo strictè su-
 mendi. Et similiter dicitur de consensu de
 præsentī, q̄ debet esse absolutus, uide. uerfi.
 impedimentum. 4. s. affinitatis. §. 2. Intelli-
 ge tñ dicta, quando sunt sponsalia uerbis,
 & mente de futuro idest contracta, ab his,
 qui habet ætatem, etiam pura, & iurata, q̄
 non transeunt in matrimonium per coha-
 bitationem, traductionem, & alia, quæ di-
 cta sunt, ar. c. si. de spon. secus esset de spon-
 sabilibus, quæ fiunt uerbis, & mente de præ-
 senti fm iuris interpretationem de futuro
 propter minorem ætatem vnius, uel utrius-
 que, quando perueniunt ad ætatem debi-
 tam, & interueniunt oscula, & similia, de
 quo text. cum glo. in c. vnicò. de despon.
 impuli. 6. ubi gl. explicat, ut quia simul ha-
 bitauerunt uel se coniuges nominabant,
 uel amplexabantur ut coniuges, & tunc
 sponsalia transeunt in matrimonium. s.
 præsumptum. ubi nota, q̄ si post uirginitatē
 interueniat nouus cōsensus mutuus, & ex-
 pressus per aliquod dictorum est uerum ma-

trimonium, & præsumptum, aliàs est solū
 præsumptum. uide aliquid supra. §. 6. circa
 prin. tertio notandum fm glo. in d. c. super
 eo, q̄ si dissentiat antequam ueniat condi-
 tio non tenet, debet tñ cogi, ut contrahat
 adueniente conditione, nisi cum alia, & c.
 quartò notandum, q̄ si post conditionem
 cognoscat eam sit matrimonium. d. capit.
 per tuas. Intellige præsumptum. quinto no-
 tandum ibidem in gl. q̄ si dicat contraho
 tecum si inuenero te uirginem tenet condi-
 tio, & intelligitur per aspectum mulie-
 rum, secus si intelligeret per copulam, quia
 esset turpis: quidam dicunt, q̄ qñ fuit posi-
 ta illa conditio in foro conscientie tenet
 secus in foro iudiciali, sexto notandum, q̄
 si contrahit dicendo, si patri placuerit, &
 primò pater dissentit postea consentit fm
 D. Car. in d. c. super eo, tenet si perseuera-
 uerunt ambo: quidam tamen dicunt, q̄ nō
 tenet, quia intelligitur de primo consensu,
 sed primum uerius, si uerò non consensit,
 uel dissentit expresse, uidetur tenere fm
 Host. in d. c. super eo, favore matrimonii
 intellige, quando semel consentit siue au-
 te, siue post, quod teneas firmiter, si non trá-
 suit ad secunda uota, si uerò transiit vñ
 tenere secundum, quia conditio non uide-
 tur ad impleta nisi consentiat. Si uerò te-
 net, quia placet dñr assentire, sed si tenet, q̄
 displicet dicitur dissentire. Quid si dicat
 contraho si patri placuerit, & postea inue-
 nit illum mortuum, quidam dicunt, q̄ est
 nullum, quia mortuus non habet uolunta-
 tem, quidam distinguunt, quia uel sciebat
 esse mortuum, & sic habetur pro non adie-
 cta, si uerò ignorabat, uidetur q̄ nō teneat
 quia uoluntas erat suspensa. Sed quid di-
 cendum si contraxit cum. M. sub ista con-
 ditione. si dederis centum, & postea cum.
 P. sub eadem, & ambo simul dant centūs:
 quidam dicunt, q̄ est nullum ratione in-
 certitudinis: uidetur tamen, q̄ primus sic
 melioris conditionis, nec potuit secundo
 primus præiudicare. Si uerò aliquis eorum
 præueniret, illud teneret. tertia conditio
 est inhonestæ, quando tamen non est con-
 tra substantiam matrimonii, & habetur fa-
 uore matrimonii pro non adiecta, ut si
 ceret contraho tecum si feceris furum, uel
 similia, & similiter dicitur de impossibili:
 puta si tetigeris ecelum, de condi. appo. 4.

su. con. S. Tho. ubi supra. quarta conditio est turpis, & contra substantiam matrimonii, puta si dicant, contraho tecum si generationem prolis euites, uel donec inueniā aliam digniorem, aut si pro quatuor adulteraberis, uel si commiseris adulterium, uolo posse aliam ducere, & si tales apponatur nihil agitur. d. c. fi. 22. q. 4. c. inter cetera. Notandum tamen, qd si vna pars contra dixit, uel tacuit fm Inno. tenet matrimonium, maximē si est peruenitum ad copulā. Angelica in ver. matrimonium, tertio impedimento. 3. §. 11. dicit, qd si diceret, si te adulterandam prostitues, qd non est contra substantiam, & qd tenet matrimonium, quamuis canonistæ teneant contrarium, & Res. qd tex. c. fi. intelligitur, quando ponitur sub cōditione resoluitiua, uel quando ponitur, si te adulterandam prostitues taliter, qd mihi debitum denegare possis. Sed contrariū tenet ibi Pa. dicens, qd quamuis videatur resolutiua est, tamen suspensiuā, quia nunquam ualuit, uel saltem operatur, ut suspē sua. Idem tenet Pe. de Pal. dicens, qd quamuis illa conditio non sit formaliter contra substantiam, tamen ratione statuti ecclesie, quæ sic ordinauit uitiat, & tex. uidetur clarius dando illudmet exemplum. Idem tenet Rosella contra Angelicam. ver. matrimonium. 5. §. 1. dicens, qd omnes canonistæ, & summistæ hoc tenent, & dicit esse exemplum ipsius tex. uide ver. pactum. §. 9. & supra. eo. c. §. 3. Sed, quid quando aliqui contrahunt, & habent intentionem facienti contra aliquid istorum. Resp. qd si ambo habeant istam intentionem, & ambo exprimus, non tenet matrimonium, aliās secundum uide supra. §. 3.

13. ¶ Duodecimō ¶ quæritur. est aliquis, qui habet impedimentum affinitatis, uel alterius impedimenti, & contrahunt cum condicione, si papa dispensauerit: utrum sit matrimonium, sine alio consensu, papa, dispensante: quidam, qd sic, contrarium uerius, quia tunc fuit nullum, nec potuit ualere, ideo oportet, qd de nouo, nisi fortē ambo perseverassent in illo consensu, ita qd oportet ipsos post dispensationem habere simul consensum. Notandum, qd matrimonium factum sub modo, uel cā tenet, ac si non apponeretur, secus de cōditione. Quid si dicat contraham tecum si permiseris co-

pulam, dicendum, quod habetur pro non adiecta, quia uel intelligit de copula matrimoniali, uel adultera, si primum est matrimonium, si secundum est turpis, igitur. Notandum, qd ad hoc, qd conditio suspendat actum requiritur primò, quod sit posita in principio aliās si superueniret non suspenderet, quia esset resoluitiua. Pan. in c. 1. de cōdi. app. secundò, qd sit de futuro, quia si esset de præsentī, uel de præterito, uel esset verum, & sic esset matrimonium, uel falsum, & sic non esset. tertio, qd ambo expressē consentiant. quartò, qd non sit futura de necessitate. quinto, quod non interueniat consensus de præsentī. sexto, qd non interueniat copula. septimò, qd sit propriè conditio, & non modus, uel causa.

DE MATRIMONIO. III.
scilicet de eius effectu.

- 1 Copula an sit de integritate matrimonii.
- 2 Copula an semper sit peccatum.
- 3 Actus matrimonii an possit esse meritorius.
- 4 Matrimonium post contractum an statim teneatur alter coniugum debitum reddere petenti, & nu. 5.
- 6 Debitum petendo an peccet quis.
- 7 Debitum petere uel reddere an liceat tempore menstrui.
- 8 Debitum an peti possit ante purgationem post partum.
- 9 Debitum an peti, uel reddi possit temporibus sacris.
- 10 Debitum an in loco sacro peti, uel reddi possit.
- 11 Debitum reddere modo non naturali an semper, & quomodo peccatum sit.
- 12 Procurans uenena propter abortum quomodo peccet.

1. **M**atrimonium tertio ¶ de effectu eius, & primò de copula: queritur utrum sit de integritate eius Res. qd matrimonium potest dupliciter considerari. Primò, quantum ad integritatem primā & essentialē, & sic dicitur qd non. Secundò, quantum ad accidentalē, & sic potest dici de integritate, recipit. n. ab ista copula quandam cōfirmationem, ita qd non possit et per religionem separari. c. ex publico, de conuer. coniug. & ibi diffusè per Pa. in glo. si. simili ter significat unionem naturæ assumptæ quod

quod non facit ante copulam: quæ significatio est ad rem non contenta: quæ non est de integritate essentiali: significatio uero rei contentæ: puta quæ uerba cū consensu significant, & causant essentialiter sacramenti & ipsum sacramentum significant, & causant gratiam. Ista talis significatio est essentialis de qua dictum est in definitione: hæc S. Tho. 4. di. 26. q. 2. ar. ult. di. 27. q. 1. art. 3. quodl. 2.

2. ¶ Primo queritur utrum semper sit peccatum, & uerum, quod sic, quia habet semper adiūctā delectationem abundantē quæ impedit rationem ab actu suo. septimo Ethic. & est cū quadam turpitudine. Respondeo quod quamuis in illo actu ratio absorbeatur, ut tunc non possit actualiter ordinare illam delectationem, uel ea quæ circa illā aguntur: unde propheta illo tunc non habebat influxum spiritus prophetiæ, & illi qui tractant spiritualia, uel habent uacare contemplationi prohibentur ab illo actu: tamen possunt antea actum illum ordinare illam delectationem, & in illo actu est habitualiter ordinata in Deum, uel in bona matrimonii. scilicet fide, prole, & huiusmodi. & sic totaliter potest à peccato liberari. Natura enim inclinatur ad illud tanquam ad conseruationē suipsius, nisi quis uellet dicere, quod natura est à principio malo, sicut quidam hæretici dicebant: ut dicit Mater. 26. di. 4. necessariū est dicere, quod in eo mediū possit inueniri secundum uirtutē in quo non sit peccatum. Natura enim bona quæ à bono Deo est potest ad bonum finem ordinari, & sic per tria bona matrimonii ordinatur, & excusatur. unde apostolus. 1. Thim. 4. uolo inuenculas nubere, filios procreare, & præcipitur uxori reddere debitum, quod si esset spiritus peccatum non fieret. Ad illud quod dicitur de turpitudine. Respondeo quod illa est pena magis quam culpa. scilicet in obedientia concupiscentiæ ad rationem: sicut est etiam turpitudine quædam in egestione, imò in omni defectu etiam naturalis: hæc secundum S. Tho. 4. di. 26. q. 1. ar. 3. patet etiam, quod illa delectatio ante illum actum ordinatur, & manet ordinata in illo actu habitualiter. uer. luxuria. §. 1.

3. ¶ Secundo queritur utrum illæ actus possint esse meritorius, & uerum, quod non quia etiam primi motus in huiusmodi delectatione sunt peccata uenialia: ergo non potest esse

meritorius. Sed contra omnis actus in quo impletur præceptum, & est actus iustitiae si fiat cū charitate, est meritorius, sed ille actus iustitiae, quia reddit debitum, & est præceptum, quia. 1. Cor. 7. præcipitur uxori, ut uiro debitum reddat. Respondeo quod cū nullus actus procedens à deliberata ratione sit indifferens, ut dicitur secundum sententiarum, actus matrimonialis spiritus est peccatum aut meritorius ei qui gratiā habet: si enim ad hunc actum uirtus inducatur, uel iustitiæ ad reddendum debitum, uel religionis ut proles ad cultum Dei procreetur, est meritorius; si autem moueat libido sistens in fra bona matrimonii, ut scilicet nullo modo ad aliā accedere uellet, est peccatum ueniale: si autem extra bona matrimonii offeratur, ut scilicet cum quacunque muliere id faceret est peccatum mortale. hæc S. Tho. unde secūdum Pet. oportet, quod actualiter proponat, & cogitet de alia, aliter non est mortale. Natura autem mouere non potest quin uel ordinetur ratione, & sic erit motus uirtutis, & in non habente gratiam erit bonus, quamuis non meritorius uel non ordinetur, & sic erit motus libidinis, & per hoc soluitur argumentum, quia primus motus non ordinetur, duobus igitur ut solis modis carnalis copula est absque omni peccato. scilicet in matrimonio quod est sanctum propter sacramentum, quia causa prolis procreandæ, uel debiti reddendi, aliās autem semper est peccatum ad minus ueniale. hæc dicit Aug. 24. distin. c. unum. §. criminis circa si, & ad hoc, quod non sit peccatum requiritur, ut actus uel habitu ordinetur ad prolem susceptā: ulterius ipsa proles ordinetur in Deum: ut sic enim solum est bonum sacramenti aliās staretur in creatura, uel ad debitum iustitiæ. hæc S. Thom. 4. di. 3. q. 2. ar. 2. Et ex hoc patet secundum S. Tho. ubi supra immediate, quod illa opinio est falsa, quæ dicit, quod quocumque ad actum conjugalem libido principaliter mouet est peccatum mortale, sed quando mouet ex latere est ueniale, quia ante delectationem omnino respicit tunc est omnino absque uenialitate: ut sic in actu illo delectationem querere sit mortale, oblatam uero acceptare sit ueniale, sed eam odire sit perfectionis, hoc autem est falsum, quia secundum philosophum. 10. Ethic. idem est iudicium: de delectatione, & operatione.

ratione qua operationis bonæ est delectatio bona, & malæ mala. unde cum actus matrimonialis non sit de se malus, nec querere delectationem erit peccatum mortale semper sicut dictum est supra immediatè, &c. unde consensus in delectatione cõcubitus qui est peccatũ mortale: sicut semper est extra matrimonium, est mortalis: non autem est talis matrimonialis actus, nisi in illa delectatione ponat ultimum finem, ut facit qui eam ubicunq; quereret, & sic fruere- tur creatura: istæ autem qui non ponit vltimum finem in ea utitur ea propter se: se autem habitualiter propter Deum quantum non actu. Et ex his patet esse falsum quod dicit supplementum in Pisa. in ver. debitũ coniugale s. 2. in prima additione. ubi dicit, qd hoc solum potest contingere ex dono Dei singulari, & non aliter, qd non sit peccatum veniale, quia rectitudo voluntatis potest mutari, ut in executione teneatur aliqua voluptatis delectatione, ad dicit Greg. 33. q. 4. vir cum propria. & quia à sacri loci ingressu est abstinendum. Sed ista non obstant, quia sufficit, qd ante illũ actũ ordinaverit illã delectationẽ ad debitum iustitiæ, vel ad prolem ut dictum est: unde ad primum quando dicit, qd rectitudo potest mutari dicitur, quod in illo actu remanet rectitudo habitualis, nec illa delectatio est mala de se, ut dictum est nisi vellet sequi illam hæresim quam adducit Magister. ubi supra. Ad text. Grego. Ref. quod ipsemet in eodem tex. soluit dicens. Actus matrimonialis non est culpandus, & circa finem innuit, qd intelligit de illis qui non causa prolis, &c. unde. s. Thom. 4. distin. 26. q. 1. arti. 3. ad secundum dicit Deo coniungimur, & secundum habitum gratiæ, & secundum actum contemplationis, & amoris: quod autem primam coniunctionem separat semper est peccatum non autem quod separat secundam, quia aliqua occupatio licita circa inferiora animam distrahit, ut actu Deo coniungi non sit idoneus: hoc præcipuè accidit in carnali coniunctione in qua detinetur mens propter delectationẽ intensam, & propter hoc illis quibus incumbit diuina contemplari aut sacra tractare indicitur pro tempore illo abstinencia ab uxoribus. hæc ille. Ex quibus patet primò, quod illa abstra-

ctio in illa delectatione non separat ab habituali unione gratiæ: secundò, qd illa separatio à diuinis non est semper pp peccatũ falsum. est etiam quod dicit in eo. §. in quarta additione ubi uult, qd semper sit peccatũ mortale, quando comedit calida, uel aliud facit, ut grat delectationẽ in matrimonio, patet enim ex dictis; qd nisi ponat ultimum finẽ, &c. & illa quæ allegat, si sint alicuius auctoritatis, sic intelligenda sunt, tunc. n. uoluptates meretricias querit, qm idem faceret si esset meretrix. concor. Ric. 3. 1. di. 4.

4. Tertiò, ¶ deinde queritur de debito coniugali utrum alter sponforum teneatur statim post matrimonium contractum reddere debitum petenti. Ad quod respondet. S. Tho. ubi supra dist. 27. dicens ante carnalem copulam non est omnino translatum corpus unius sub potestate alterius, sed sub conditione si interea alter coniugum ad frugem melioris uitæ non conuollet, sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat uterq; in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis. unde etiam carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per uerba de presenti: sed datur ei tempus duorum mensium propter tria. primò, ut interim possit deliberare de transeundo ad religionem. secundò, ut prepararentur necessaria ad solennitatem nuptiarum. tertio, ne uilem habeat maritus datam quam non suspicauit dilatare. hæc. S. Tho. quæ uidentur abstracti ex c. ex publico: de conuer. coniug. rana in tex. ¶ in gl. fm Pa. ibidem loquitur de uolente intrare religionem quod tempus fm est. Pa. intelligitur nõ solum de ingressu, sed etiam quod ad professionem, ut sufficeret prouideatur parti, quæ forte non potest continere, & uult ad aliam transire, & potest iudex breuiare, uel prolongare fm gl. ibidem, & quamuis tex. gl. & Pa. loquuntur, ut dictum est de uolente intrare religionem, tñ etiam si nolet intrare habet exceptionẽ istã, non solum rõe religionis, sed etiã pp alias causas. alleg. S. Th. cui concor. al. Quidã tamen dicit, & Pa. ibidem dicit elici ex text. qd tenetur reddere si petatur nisi uelit ingredi religionem, sed prima melior. Notandum tamen secundum Vueru. quod in locis illis, ubi est consuetudo,

quod

¶ prius adhibeatur nuptialis benedictio, si absque dispensatione ecclesie, & sine iusta causa hoc faciat mortaliter peccat, & idē esse dicendum ē in eum in omissione altarū honestatū consuetudinū, hoc intellige sine legitima causa, puta quia nō p̄t continere, uel p̄ timorem, uel uerecundia quæ possunt multis modis accidere, quidā tñ dicunt hoc esse durū, quia lex quæ hoc ordinat, scilicet. 20. q. 5. c. aliter. non uidetur præceptiua, & sic sine contemptu non uidetur mortale, & quidam etiā dicunt, q̄ intelligitur solum de petente, & non de reddente debitum. vnde S. Th. 4. dist. 28. ar. 2. tertium dicit, q̄ si sp̄sā sponsum admittit credens eum uelle matrimoniu cōsummare, excusatur à peccato, nisi aliqua signa expressa fraudis appareant, sicut si sunt multum distantis cōditionis, uel quantum ad nobilitatem, uel fortunam, uel aliud signum euidentem appareat, sed tñ sp̄sūs peccat fornicando, & quod plus fraude facit. hæc S. Th. & quāuis S. Th. sic cōiter allegat ad hoc propositum tñ non multū facit ad propositum, quia ipse loquitur ratione fraudis ratione cuius sponsa excusatur, & non sponsus, & nō loquitur ratione benedictionis, postea. n. accidere, q̄ benedictio non esset necessaria sicut in secundis nuptiis, vnde qñ nō adest causa cogens, & salte licentia parochialis cōtrafaciens ubi est consuetudo non v̄ fugere contemptū, & si peccat mortaliter, uel etiam ratione scandalī, post primam tamen uicē non peccat, quia præceptum solum est de consummatione, nisi fortē propter nouum contemptū.

¶ Quartū, ¶ queritur utrum alter coniugū tenetur reddere debitum alteri. Resp. s̄m S. Tho. 4. dist. 32. arti. 3. uir, & uxor sunt paris conditionis quantum ad redditionem debiti, quamuis eo q̄ uxor communiter est magis uerecunda, ideo magis uir deberet reddere etiam interpretatiuē, quā uxor, & secundū eun. San. Tho. ubi supra arti. 1. quia matrimoniu est magis institutū in officiu naturæ, & ideo in actu ipsius considerandus est motus naturæ s̄m quem nutriua non ministrat generatiuē nisi id quod superstituit ad conseruationem indiuidui, quia hic est ordo naturalis, ut prius aliquid in seipso perficiatur, & postmodum alteri de perfectione sua cōicet, hoc ē ordo cha-

ritatis habet quæ naturam perficit, & ideo cum uxor in uiro potestatem non habeat nisi quantum ad generatiuam uirtutem, non autē quantum ad ea, quæ sunt ad conseruationem indiuidui ordinata, uir tenetur uxori reddere debitum in his quæ ad generationem prolis pertinent, salua tamē prius personæ incolumitate: unde si ultra exigat nō est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc uir nō tenetur satisfacere: vnde si aliquis redditur impotens ad reddendum ex causa ex matrimonio conseruata, puta cum prius debitum redditur ulterius mulier non habet ius perendi, & petendo ulterius magis se reddit meretricem quā uxorem: si autem reddatur impotēs ex altera causa si illa est licita, puta ieiuniū moderatum uel simile, nec tenetur uir utri calidis secundū D. Archie. Flor. ut se reddat potestatem sic iterum non tenetur, si aut non, tunc peccat, & peccatum uxoris si per hoc labatur, aliquo modo sibi imputatur, & ideo debet quantum potest operā dare, ut uxor contineat. Sed queritur utrum teneatur alter reddere debitum non petenti. Resp. s̄m S. Th. ubi supra ar. 2. q̄ petere debitum est dupliciter, uno modo expresse, alio modo interpretatiuē quādo per aliqua signa percipitur, & tunc tenetur uir reddere, & hoc quo ad interpretationem magis debet attendi in uxore quæ est magis uerecunda, nec uir debet auertere uxorem ne perat nisi propter causam rationabilem, & tunc etiam non debet cū magna instantia propter pericula imminencia.

¶ Quintū, ¶ queritur utrum peccat aliquando petendo. Resp. secundū S. Th. q̄ aliquando est peccatum. Primum quando fit ratione incontinentiæ in se. si. n. intendat uirare fornicationem in se sic est ibi aliqua superfluitas, & s̄m hoc est peccatum ueniale, nec ad hoc est matrimonium institutū nisi s̄m indulgentiam, quæ est de peccatis uenialibus, quidā dicunt satis apparet, q̄ qñ non occurreret quō alter posset uita-re q̄ tunc non esset peccatū. Secundū qñ sic rōne sanitatis, est peccatū ueniale: quamuis. n. intendere sanitatē non sit per se malum, tñ hæc intentio efficitur mala si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est ad hoc de se ordinatū, sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem queret,

reret, & similiter in proposito. Tertio rōne impregnationis, quamuis. n. matrix post impregnationem claudatur, tū ex delectatione, ut Aui. dicit mouetur, & aperitur, vnde ex hoc imminet periculum abortus, & ideo Hic. vituperat accessum viri ad vxorem impregnatam, non tñ ita q̄ semper sit peccatum mortale nisi forte qñ probabiliter timeatur de periculo abortus, & hoc est maximè circa principium quando nondū est coagularum. Quidam dicunt q̄ nō erit mortale ex quo nondum erat formata materia si hoc non intendatur, sed pro certo hoc v̄ esse contra præmissa, ubi d̄ q̄ quando probabiliter imminet, &c. & fm S. Th. credo melius, ut dictū est. Itē. n. & similes glo. communiter deservunt text. vel circa finem de suffocatione qñ iam est animatū.

¶ Sexto. queritur virum liceat petere, vel reddere tempore menstruato. Respon. fm S. T. 4. di. 3. ar. 2. quodli. 3. ubi sic ait. Qui dam dixerunt, q̄ mulier menstruata sicut non debet petere debitum ita nec reddere, sicut. n. non tenetur reddere si haberet infirmitatem in propria persona, ex qua periculum ei immineret, ita non tenetur reddere ad vitandum periculum prolis, sed ista opinio videretur derogare matrimonio per quod datur omnimoda potestas viro in corpus mulieris quantum ad matrimoniale actum, nec est simile de infirmitate corporis, prolis, & periculo proprii corporis: quia si mulier infirmatur, certissimū est, quod ex carnali actu periculum ei imminet, non autem ita certum est de prole quæ fortè nulla sequitur. Et ideo alii dicūt, quod mulieri menstruatae nunquam licet petere, si autem uir eius petat aut petit scienter, & tunc debet eam auertere precibus & monitis, non tamen ita efficaciter, ut possit ei esse occasio in alias damnabiles corruptelas, si ad id pronus credatur: aut ignoranter, & tunc mulier potest aliquam occasionem prætere, vel infirmitatem allegare, nec debitum reddat nisi periculum, viro timeatur: tamen finaliter si uir non desistit à petitione debet debitum reddere. passionem verò suam non est tutum indicare ne forte vir ex hoc ad eam abominationem concipiat nisi de viri prudentia præsumatur, auctoritas Leuitici. 29. Quæ dicit, q̄ accedens ad menstruata[m] ambo

debent occidi, debet intelligi quando ambo voluntariè consentiunt, sed hic non cōsentit alter petat & peccet mortaliter, nō tñ ipsa, & gladius aliquando est reddendus furioso, ut manus malum fugiat: accedere autem ad menstruata[m] in lege prohibitū erat duplici ratione, tum pp immundiciā, tum propter nocumentum q̄ in prole ex huiusmodi commixtione frequenter sequeretur. & quod ad primum erat præceptum ceremoniale, sed quantum ad secundum erat morale, quia cum matrimonium sit ad bonum prolis principaliter ordinatum, inordinatus est omnis matrimonii usus, quo impeditur bonum prolis, & ideo hoc præceptum obligat etiam in noua lege, q̄ propter secundam rationem & si non propter primam, fluxus tamen menstruorum pōt esse naturalis, & non naturalis: naturalis quidem qñ. s. mulieres paciuntur temporibus determinatis qñ sunt sanæ. Innaturalis aut qñ inordinatè & quasi continè ex quadam infirmitate fluxum sanguinis paciuntur, in fluxu ergo menstruorum in naturali non est prohibitum ad mulierem menstruata[m] accedere in lege noua tū propter infirmitatem quia mulier in tali statu concipere non pōt, tū quia talis fluxus est perpetuus, & diurnus, vnde oportet q̄ perpetuo contineret, & in tali etiam mulier licitum est exigere fm D. Ar. Et. I. sed quādo naturaliter mulier patitur fluxum menstruorum pōt concipere, & iterum talis fluxus non durat nisi vsq; ad modicum tempus. vnde prohibitum est ad talem accedere, & similiter prohibitum est mulieri debitum petere. hæc omnia S. Th. in diuersis locis. Ex quibus prædici, q̄ qñ uir, uel mulier petunt scienter debitum in tali fluxu naturali ubi sit præsumptio prolis sequendæ, q̄ est peccatum mortale propter periculū prolis quæ cōiter fm medicos nascitur defectuosa, aliter est peccatum veniale, ergo semper in leproso erit peccatum mortale, fluia ibi imminet. Resp. q̄ non est simile quia lepra est perpetua, non autem talis quæ de quo est sermo, de qua lepra not. secundū 3. Th. 4. di. 36. ar. 1. ad sextum. vbi ait lepra non impedit matrimonium quantum ad primum actum suū eo q̄ leprosi debitū reddere possunt, quamuis aliqua

grauiamina matrimonio inferant quantū ad secundos effectus, & tenetur reddere, nisi expresse immineret periculum mortis, uel contagionis. & credendum est medicis, nec tenetur cohabitare, in quo est maius periculum infectionis quā per unum actū, uel plures coniūctionis, & dicitur qd est magis periculosū uiro accedenti ad mulierem leprosa maximē qm in spē leuina, quā contra. de hoc Ar. Flo. 3. ti. 1. c. 20. 4. casu, qm tenetur reddere debitum.

8^o Sep timo, qd de petente post partū ante purificationem illarum immundiciarum, v̄ esse eadem rō si imminet periculum, ut dictū est de fluxu. in §. p̄cedenti, quod tñ non videtur, & hoc facit scienter, si uerō non imminet periculum, ut v̄ tunc est peccatū veniale in petente, in redente uero nullū. Postquā uerō est purgata, ab illis inmundiciis non v̄ peccatum ē antequam uadat ad ecclesiam, & si uult ire ante ips̄ ad ecclesiam non debet prohiberi. c. unico. de pur. post par. nisi forte immineret periculū infirmitatis ipsi mulieri. c. ad eius. di. 5. & c. si cā 33. q. 4. & c. origo. 32. q. 4. & c. non solū. q. 7. loquuntur de menstrua, de qua ut supra §. p̄cedenti, uel loquuntur de cōsilio.

9^o 1^o Octauo, de petente temporibus sacris. Res. l. m. S. T. 4. di. 32. ar. ultimo. quod l. prima. ubi dicit actus matrimonialis quamuis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem hominem reddit ineptum ad spiritualia, & ideo in diebus in quibus p̄cipue spiritua libus est uacandum non licet petere debitum, tenetur enim tota die se seruire idoneum ad orandum, & alia remedia possant adhiberi ad concupiscentiam reprimendā. hęc ille. Idem dicendum de diebus ieiunii, processionum, & aliarum penitentiarum. c. quotienscunq. 33. quæst. 4. & cap. fratres, & cā. si causa & c. Christiano. Sed nunquid peccat mortaliter petendo. Respon. idem S. Tho. ubi supra quod l. 2. dicens, petere debitum in die festiuo non est circumstantia trahens ad aliam speciem peccati, vnde non potest in infinitum aggravare, & ideo non peccat mortaliter uxor uel uir si in die festiuo petat debitum: sed tamen grauius est peccatum si sola delectationis causa petatur, quā si propter amorem quo quis sibi timet de luxu car-

nis. hęc ille. Sed nunquid peccabit reddendo debitum. Respon. idem ubi supra quod l. 3. tertia dicens. Cum mulier habeat potestatem in corpore uiri, quantum ad actum generationis spectat, & e contra, tenetur unus alteri quocunq. tempore, & quacunq. hora salua debita honestate, que in talibus exigitur: quia non oportet, qd statim in publico debitū reddat ne aliqua occasio peccati detur: dicunt tamen communiter Doctores. quod si quis hoc faceret ex contemptu temporis, seu ecclesiasticæ ordinationis, qd peccaret mortaliter. Supplementum super Pis. in uer. debitum. §. 6. in secunda additio ne satis incompactē declarat quid sit contemptus, sed tu uide uer. contemptus per totum. Illi rex. qui uidentur dicere, quod peccet mortaliter loquuntur de honestate, & non de p̄cepto.

10^o 1^o Nono, qd de loco sacro dicit Ricar. 4. dist. 323. qd si necessitate gaerrarum inclusi sint in aliquo loco sacro vnde exire non p̄t pro longo tempore licet utrique exire, & reddere debitum, quia non est iniiciendus laqueus animabus propter mundiciam loci sacri, sed si paruo tempore tunc debet continere tempore necessitatis, & tribulationis. Nam & Noe & filii eius, & peccora contiauerunt tempore dilutij. Pet. de Pal. reprobatur istam distinctionem, & dicit simpliciter illicitum, & mortale, quia & si non potest alium habere locum non debet propter hoc, locum sacrum polluere, cum hoc non sit necessitatis, sicut ibi emittit vrinam: vnde non potest peti neque reddi sine irreuerentia loci sacri, nam indiget reconciliatione, secundum Ioan. An. quantum est ex natura facti, licet per accidens si est occultum non indigeat, & licet iura antiqua non faciant mentionem, nisi de pollutione per adulterium, capitu. significasti. de adulte. æqualiter tamen iura non dicunt de effusione sanguinis, & seminis: vnde si effusio sanguinis fiat ep̄i à iudice eti licet, locum tamen sacrum uiolat ibi facta, etiam si sanguis in terram nō cadat: ita etiam seminis effusio à quocunq. etiam si non cadat in terram polluit locum. Angelica uer. debitum. §. si. recitat utramque opinionem, & dicit quod non est credendum Petro, & quod ratio Pe. non ualet, quia est necessitas, scilicet quod aliquis

aliquis stet diu iuxta ignem, & non calefiat, & quamuis locus polluat non sequitur: quia et per pollutionem nocturnam polluitur: & tamen non est peccatum. hæc ille. Iste autem loquitur satis irreuerenter contra Pet. qui fuit magnus theologus & canonista, nec ualet sua responsio, quia si talis casus ponatur, scilicet sint reclusi, & non possint habere locum alium, hoc non potest esse sine magna tribulatione, uel captiuitatis, uel alterius tribulationis, & sic deberet abstinere, & petere humiliter auxilium à Deo, sicut etiam in Arca faciebant, & sicut S. Th. possunt recurrere maximè in tali necessitate ad alia remedia, ieiunij, &c. sed contrarium facerent polluendo ecclesiam Dei, & quod non possint abstinere non erit sine culpa sua in tali necessitate: boni enim religiosi continent perpetuo, quamuis aliquando habeant oportunitates, tamen abstinere: quod autem dicit de pollutione nocturna non est in proposito, quia est inuoluntaria & inuitabilis, ista uero uoluntaria. Rosella versicu. debitum. §. 7. sequitur Angelicam. quamuis modestius loquitur. Supplementum uero qui etiam fuit frater minor. uer. debitum. §. 7. prima additione, dicit quod opinio Thomæ, & Pet. uerior est, quia satis uidetur ridiculum & absurdum, quod in loco sacro & diuino cultui deputato, liceat aliquo casu tale, quod persuadet longo sermone. Pisa. etiam in eodem. §. tenet cum Petro, alle. quod non quocumque modo debitum est reddendum, sed cum debita honestate, & quod non est simile de tempore quod non pollutur, nec indiget reconciliatione, sicut locus sacer in proposito. Notandum tamen, quod quidam alleg. Thom. & Pet. simul non facientes distinctionem inter eos. in ista opin. sed isti non debuerunt uidere S. Th. qui non dicit simpliciter quod sit peccatum mortale, ut dicit Pe. sed idem S. Th. 4. dist. 32. ar. 5. q. 1. in argumento in contrarium adducto, sic ait. Sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandem rationem, sed in loco sacro non licet petere debitum: ergo nec in tempore sacro. hæc S. Th. formaliter, ad quod non responderet, sed in illa quodl. determinat quod non licet petere in tempore sacro, ut supra

in §. precedenti. unde quamuis S. Th. concludat, quod non est petendum in tempore, & ex consequenti, imò à fortiori, nec in loco sacro non dicit: tamen expresse sicut dicit Pe. quod peccet mortaliter petendo uel reddendo quocumque modo, ut isti indifferenter alle. Ista tamen opinio Pe. est ualde probabilis, & conformis dictis S. Tho. in ista quodl. 2. supra alle. ubi dicit quod circumstantia festi non trahit ad aliud in infinitum, sed circumstantia loci bene trahit, quia trahit ad sacrilegium, scilicet uiolationem loci sacri, & periculosè loquitur iste angelus & contra munditiam, loci sacri qui custoditur bono angelo. uide uer. consecratio 2. §. 7. Istis non obstantibus quidam dicunt, quod si fiat propter bonum animæ ad euitandam illicitam corruptelam in se uel socio, etiam si fiat cum peccato ueniali, quod tunc non uiolatur ecclesia, nec indiget reconciliatione, quia cessat irreuerentia, alleg. ad hoc mentem Ricardi. Ista enim sententia non solum est expresse contra Pe. & Pisa. & D. Archi. Flo. sed etiam non uideo quomodo possit fugere, quod non sit contra S. Thom. unde & qui supra, & ut in d. §. 7. adducit in alio loco rationem ad hoc, quia si occidens pro defensione non uiolat, & quod faciat pro defensione corporis: ergo minus uiolat, si pro defensione animæ, sed hoc non est simile, quia in primo necessitas excusat, non autem in secundo, sed est uoluntaria, ut dictum est.

11 ¶ Decimo, ¶ queritur de redditione debiti modo non naturali. Ad quod respond. San. Thom. 4. dist. 31. in expositione literæ sic dicens. Vltus contra naturam coniugis est quando debitum vas prætermittitur, uel debitum modum à natura constituunt quantum ad situm. & in primo semper est peccatum mortale, tam in procurante, quam in consentiente: nec excusat alius respectus, nisi uolentia absoluta, quia proles sequi non potest. unde totaliter intentio naturæ frustratur, sed in secundo modo non semper est peccatum mortale, ut quidam dicunt, sed potest esse signum mortalis concupiscentiæ, quandoque etiam sine peccato esse possunt, quando scilicet dispositio corporis non patitur, aliàs tanto est grauius, quanto magis à naturali modo receditur. hæc ille breuissimè, ut ui-

des melius, ut credo quod faciant illi qui longum processum faciant in declarando istos modos, quia &c. Eodem modo secundum Guil. dicitur propter aegritudinem, uel propter periculum suffocandi foetum in utero, aut propter aliam causam rationabilem, & sic uel est ueniale, uel nullum.

2. Undecimo, quod de procurante uenena, dicit S. Th. ubi supra immediate, hoc peccatum quamuis sit graue & inter masculina computandum, & contra naturam, quia est bestiae foetus expectant, tamen est minus quam homicidium, quia adhuc poterat alio modo impediri conceptus, nec est iudicandus irregularis, nisi iam formato puerperio abortum procuraret. haec ille.

DE MATRIMONIO IIII.
scilicet de diuortio.

1. Matrimonium consummatum utrum possit separari.
2. Dimittendo uxorem nunquid uir peccet, uel e contra.
3. Uxor an propter aliud crimen quam adulterii dimitti possit.
4. Uxorem fornicantem utrum uir teneatur ex precepto dimittere.
5. Uxorem dimittere an possit uir proprio iudicio.
6. Coniugum alter absolutus per sententiam ecclesie propter fornicationem carnalem seu spirituales potest intrare religionem altero inuito.
7. Vir uel uxor quando commisit adulterium secretè, ita quod innocens ignorat hoc, utrum possit qui peccauit petere debitum sine peccato.
8. Vir, & uxor an debeant in causa diuortii ad paria iudicari. Et an post diuortium possint reconciliari. nu. 9.
10. Mulier quando petit reintegrationem quomodo agendum sit. Et quid si propria auctoritate recessit à uiro & modo petit restitutionem. numero. 11.
11. Coniugum alteri si praecipit ecclesia cohabitare cum altero, & ille cui praecipitur sciat impedimentum, an teneatur.
12. Si quis audiuit impedimentum aliquod esse in suo matrimonio, debet inquirere ne sit negligens de salute sua, & debet reddere quousque sciat ueritatem.

Matrimonium quartò, quod de diuortio, & primò, queritur utrum matrimonium consummatum possit separari. Res. uel loquimur de separatione uinculi, ita quod possit alteri nubere, & sic iterum, uel loquimur de matrimonio non rato. s. quod est contractum inter infideles, & istud est separabile, uel impedimentum ligaminis, uel loquimur de matrimonio consummato & rato. s. inter fideles contracto, & sic nullo modo esse separabile, nec etiam per auctoritatem Papae. uel dispensatio. §. 3. & c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. & c. ex publico, de conuer. coniug. Nec ualet si quis dicat, quod Matt. 29. dicitur qui uxorè dimiserit, & aliam duxerit excepta causa fornicationis, &c. ibi fit exceptio igitur in tali casu potest, non ualet secundum S. Thom. ubi supra ar. 5. ad 4. quia illa exceptio intelligitur de separatione thori, aut loquimur quò ad separationem thori, & cohabitationis tantum, quae dicitur diuortium, & est diuortium separatio inter uirum & mulierem legitime facta, quod dicitur à diuersitate mentium, uel quia in diuersas partes eunt. ff. de diuor. l. 1. & sic potest separari, ut dicit Sanct. Thom. 4. dist. 35. ar. 1. dicens. Dominus dimittere uxorem concessit propter fornicationem in poenam illius qui fidem fregit, & in fauorem illius qui seruauit, ut non sit astrictus ad reddendum debitum ei qui non seruat fidem. de diuor. ca. 2. & propter hoc excipiuntur septem casus, in quibus non licet uiro dimittere uxorem fornicantem, in quibus uel uxor à culpa immunis est, uel uterque sunt aequaliter culpabiles. Primò si ipse uel non fuerit fornicatus, cap. significasti, & c. ex literis, de diuor. etiam post separationem, quia reintegratur etiam si occultè, quia non deficit sibi ius, sed probatio, secundum Sanc. Tho. ubi supra ar. 6. ad 5. & sit compensatio naturalis ad innaturale & e contra. Item correctus potest contra non correctum, & ultimò correctus potest contra non ultimò correctum, uel de nouo peccantem. Secundò non potest dimittere quòd ipse auctorem prostituit in d. c. significasti, in gl. & cap. discretioni, de eo qui cog. uxo. consan. suz. Et hoc idè si consensisset, uel non prohibuisset, quia idem est non prohibere delictum in futuro

ris cum pōt, & facere: secus si indirecte occasionem dedisset, ut abiiciendo eā, uel nō providendo. c. ex literis, de diuor. Tertio, qñ uxor uirum suum probabiliter credidit mortuum per longam eius absentia & alteri nupsit. Quarto, si latenter cognita est ab aliquo sub specie uiri lectum subintinere. Quinto, si fuit ui oppressa. c. proposito. 3. 2. q. 5. quod intelligitur de ui absoluta. 3. 2. q. 7. omnes cātionēs. Sexto, si sponte reconciliauit post adulterium perpetratum carnaliter eam cognoscens, uel eā publicē adulterantem tenet in cōsortium maritalē. 3. 2. q. 1. c. 2. & 3. Septimò, si matrimonio in infidelitate quanto utriusque uir dederit uxori libellū repudii & uxor alteri nupsit: tunc enim si uterque conuertatur tenetur eam uir accipere. c. gaudemus, de diuor. Octauo, ut ait Ricar, quidam dicunt. Si uir contra uxoris uoluntatem abstinendo præster occasionem adulterandi. 3. 3. q. 5. fm̄ uerba. Alii tñ dicunt propter hoc nō excusari mulierem adulterantē, quin posset eam maritus dimittere, ar. ibi in glo. de separatione per ingressum religionis, & p̄ mortem naturalem, quæ propriè non dicitur diuortium. uide in locis suis, s. uer. matrimonii 1. §. 2. impedimentum 2. s. uoti. sacramentum. §. si. resuscitatus.

1. ¶ Primò, ¶ sed nunquid peccat dimittendo. Resp. secundum S. Tho. ubi supra ad primum, quòd si dimittit liuore uindictæ, uel lucri peccat, si autem ad infamiam propriam cauendam, ne uideatur participes criminis, uel ad uitium uxoris corrigendum, uel ad euitandam prolis incertitudinem non peccat. Sed nunquid fiet, nisi aliquis accuset. Resp. ubi supra ad secundū dicens, diuortii fit vno accusante aliū. Ray. uerò dicit, q̄ licet tam secūdum canones, quàm secundum leges, quilibet bonæ famæ admittatur ad accusandum pro adulterio cum agitur ad pœnam legalem, uel canonicam: tamen cum agitur ad thori separatiōnem nullus admittitur, nisi uir & uxor. vñ de maritus uolēs accusare uxorem de adulterio ad pœnam legalem debet inscribere, & ad pœnam talionis se obligare, nec pōt agere per procuratorem, sed per seipsum præsentem agere oportet, sed si coram ecclesiastico iudice uult agere ad thori separationem, tenetur scribere & dare libellū

accusationis, sed non debet se ad pœnā talionis obligare quoniam siue probaret, quod obiiceret, siue non, haberet quod uel let: quia separaretur ab uxore, & potest maritus agere, & illa responderet per procuratorem, quamuis. n. de crimine fiat: non est tamen criminalis, sed mixta, probantur ista in c. tuæ, de procura. & s. Th. ubi supra ar. 3. ad 5.

¶ Secundò, ¶ sed nunquid pp̄ aliud crimē p̄t dimittere. Resp. s. Th. ubi supra ad 3. dicens. fornicatio est directē contra bona matrimonii, quia tollitur certitudo prolis p̄ eā, & fides frangitur, & significatio non seruetur dum unus coniugum pluribus carnem suam diuidit, & ideo alia crimina, quamuis fortè sint maiora nō causant diuortii, sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritualis fornicatio etiam est contra matrimonii bonum quod est proles educanda ad cultum Dei, etiam ipsa facit diuortium, tamen aliter quàm fornicatio: quia unus actus fornicationis carnalis est sufficiens ad diuortii, non autem unus actus infidelitatis, sed cōsuetudo quæ pertinaciam ostendit in qua consistit infidelitas. c. quæsiuit, & cap. de illis, de diuor. Et etiam per uitium contra naturam fm̄ S. Tho. ubi supra 4. extra de adulte. c. 1. Inno. & Panor. 3. 2. q. 7. omnes cautionis, & cap. adulterii, sed tamen non fit ita mentio de illo, tum quia passio inominabilis, tum quia rarius accedit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis. hæc S. Thom. Quando aliquis uiolat aliquam extra claustra pudoris, uidetur quòd uxor possit eum dimittere, quia equè uiolat fidem matrimonii, & magis peccat, committit enim fornicationem. 3. 2. q. 6. 4. meretrices. Item quando pertrahit ad aliquod peccatum, & perseverat, potest peti. Inno. & Pa. in c. 2. de diuor. fm̄ Guil. pp̄ solam uoluntatem, uel propter actum in seipso non pōt peti separationem. Item pōt separari propter suspicionem fornicationis quā est uolenta & certa, puta si probatur, quòd est inuentus solus cum sola, uel nudus cū nuda in eodem lecto, aut simul in multis secretis locis in latebris ad hoc com modis & horis electis. 3. 2. quæstio. prima, c. dixit Deo, de præsum. c. literis Quando cōmittit sodomiticū, uel uiolat extra claustra ipsam uxorem, & uult perseverare potest

potest dimitti dummodo ipsa non sit in culpa: puta uolenter, uel contumaciens. Nota q̄ solus uir uel uxor potest accusare: ubi possunt sine peccato cohabitare. s. q̄ non tenet ratione frigiditatis, uel alterationis, uel errore conditionis, & similiter quando queritur separatio thori, & quia possunt simul cohabitare, ut fratres uel se reconciliare, & potest accusare etiam si iurasset contrarium. c. quemadmodum, de iureiur. & ad probationem sufficit uolenta suspicio. d. c. literis, & S. Th. ubi supra ar. 3. ad quartum.

4 ¶ Terrò ¶ utrum uir teneatur ex præcepto uxorem fornicantem dimittere. Resp. s̄m S. Th. ubi supra. ar. 2. q̄ dimissio uxoris fornicantis introducta est ad corrigendum crimen uxoris per talē pœnam: pœna autem corrigens non requiritur ubi emendatio iam præcessit, & ideo si mulier de peccato pœnitent, uel est spes non tenetur eam dimittere, si autē nō pœniteat tenetur, ne peccato eius consentire uideatur: dum correctionem debitam non apponit: hæc S. Th. con. Pe. addens, q̄ si crimen est occultum, nec potest probari non debet eam dimittere. Item q̄ saltem plus cohibetur per hoc, q̄ retinetur quam exposita; quæ eo ipso se prostituet. Item quando timet sibi de incōtinentia. In istis tribus casibus s̄m Per. nō debet eam dimittere, & si in aliquo istorū immineret scandalum debet notificare, q̄ propter talem causam facit, uel si non potest non curet. Authoritates. n. sanctorum quæ in contrarium sunt, intelliguntur q̄ non adest aliquod prædictorum, & similiter dicitur de muliere, & plus quia non tantum tenetur corrigere uirum, nisi forte nollet eam cognoscere nisi innaturaliter, uel timeret quod trahat eam ad peccatū. Et nota, quod pœnitens potest iurare in priuato quamuis non coram eo ubi tenetur s̄m in retentionem dantis, q̄ non est adultera eo q̄ est correctā, aliās. s. præter istos casus tenetur eam dimittere: intellige s̄m m̄tem S. Th. q̄ præceptum fraternæ correctionis urget: dicit. n. dum correctionem debitā non apponit. Et si incōrrigibilem possit cōpescere includendo, debet facere.

¶ Quartò ¶ queritur utrum proprio iudicio possit uir uxorem dimittere. Resp. S. Tho. ubi supra arti. 3. dicens, uir potest dimittere uxorem dupliciter, uno modo quantum

ad thorum tantum, & sic potest eam dimittere quam cito constat sibi de fornicatione uxoris proprio arbitrio: nec tenetur reddere debitum exigēti, quia præiudicaret sibi, & fieret irregularis. 1. bigamus nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum præiudicium facit. Alio modo quo ad thorum, & cohabitationem, & hoc modo non potest dimitti nisi iudicio ecclesie, & si aliās dimissa fuerit debet cogi ad cohabitandum nisi possit ei uir in continentia fornicationem probare secūdum Hosti. infra octo dies. 3. 3. q. 2. c. ecclesiastica: hæc autem dimissio diuortium dicitur, & ideo concedendum est, q̄ diuortium non potest celebrari nisi iudicio ecclesie. hæc S. Tho. Notandum, q̄ in c. porro. de diuor. & in c. de illa, dicitur, q̄ non potest illam dimittere proprio iudicio, si sit etiam notorium. Contrarium dicitur in c. de illis. co. Res. q̄ in primò loquitur de spiritali, in secūdo de carnali, sed Pan. ibi dicit, q̄ intelligitur quando non est notorium, q̄ autē notorietas est in utroque est par ratio, gl. in c. fi. de cōuer. coniug. Notorium autē dicitur quando per sententiam uel propriam confessionem uel p̄ facti euidentiam, ita q̄ non potest aliqua tergiversatione celari. Pa. in d. c. porro. secūdo nota, q̄ potest cogi per excōmicationem ad recipiendum incaute dimissum.

6 ¶ Quintò ¶ quando unus est absolutus per sententiam ecclesie propter fornicationem carnalem seu spiritualem potest intrare religionē altero inuito. c. ex literis, de diuor. & c. fi. de conuer. coniug. & S. Tho. ubi supra. artic. 5. ad tertium. Item si uxor a uiro lapsa in hæresim propria auctoritate diuertit ad eum reuersum redire compellitur, secus si per iudiciū ecclesie. d. c. de illis. Pan. ibi sic dicit in fi. si alter recessit propria auctoritate altero in hæresim relapsus non cogitur redire ad non conuersum, sed ad conuersum sic, si autem recessit iudicio ecclesie, & si uult intrare religionem non compellitur redire ad conuersum. d. c. fin. si autē non uult intrare religionem, & alius conuertitur, sunt opinionēs. ¶ Trū autem reus si fuerit ingressus monasterium possit reuocari. Resp. Guil. q̄ sic: quidam limitant, q̄ non fuit data sententia, quia tunc esset par ratio, cum sint ambo per ecclesiam ab obligatione liberati: si tamen ingrederetur al-

tero sciente, & non reclamante, satis uideatur data licentia. Quid si post latam sententiam diuortii, & post quam uir factus est sacerdos, uel religionem intravit constet ecclesiam fuisse deceptam: ut puta per falsos testes, nunquid restituetur. Re. fm Ray. q sic, etiam si professionem fecisset, & teneretur reddere, sed non petere. Idem S. Th. ubi supra. ar. 5. ad tertium, & di. 41. in litera. Et si uxor non petit uirum, uir non potest petere, quia sibi præiudicauit, & si uxor petisset diuortium fortè non posset repetere, pone: q vir propter fornicationem vxoris separatus est per sententiam, modo uult eam reconciliare sibi, & illa non uult, nunquid est cogenda. Ref. fm Ray. q sic, quia quod fauore meo introductū est, in damnum meū reuerti non debet. C. de legi. quod fauore. Idem S. Th. ubi supra. ar. 6. ad tertium.

¶ Sexto queritur, quando uir uel uxor commisit adulterium secretè, ita q innocens ignorat hoc: utrum possit qui peccauit petere debitum sine peccato. Resp. Angelica. in uer. adulterium. §. 3. dicit, q tertia pœna adulterii est, quia amittit ius petendi debitum: non tamen facit mentionem, quando est secretum, ut nunc loquimur, nec ibi aliquid adducit, sed allegat se in uer. debitum. §. 7. ubi loquitur in alio casu. Rosella uerò in uer. debitum. §. 17. dicit post Ray. q coniunx propter adulterium a se commissum uidetur perdere ius petendi quò ad forum animæ, quia peccauit in lege matrimonii, & ideo reddidit se indignum, unde non debet petere nisi purgata culpa ubi èt nullam facit mentionem de occulto. D. Ar. El. 3. ti. 1. c. 20. in casu. 9. dicit sic. Adulterans, quia peccauit in lege matrimonii, actu coniugali indignum se reddidit: ideo non debet exigere nisi purgata culpa: aliàs peccat petendo secundum Rayn. hæc ille. ubi etiam loquitur, quando scitur ab alio. Idem dicit Pis. in uer. debitum. §. 14. Dicit etiam idem Ray. q licet adulter ipso iure amittat ius petendi debitum, si tamen petit, & adulterium sit occultum debet sibi reddi, quia uterque coniugum habet duplex ius in reliquo scilicet petendi, & ut sibi reddatur. primum amittit adulterando, sed non secundum, quando est secretum: hæc ille. Sed hoc uidetur dubiū, quia quando uxor scit quamuis aliàs sit occultum

quamuis deficiat sibi ius probandi, non tamen deficit iustitia negandi, & sic non uidetur teneti ad reddendum fm S. Tho. ubi supra. Ex his igitur non uidetur clara responsio ad præsens dubium: ex una enim parte uidetur, q peccet mortaliter, quia in simili, quando habens uotum simplex contraxit si petit communiter, dicitur à Doc. q peccat mortaliter, eo q est priuatus iure petendi, sed hic concluditur, q talis est priuatus. igitur. Ex alia uerò parte uidetur ualdè durum, q quādo uxor ignorat adulterium uiri, ipse uir non possit petere: uidetur enim, q si ipse uir uult se reconciliare teneatur proderè delictum suū, unde saluo meliori iudicio dicerem, quòd non peccet mortaliter si petat, quia hoc uidetur introductum in fauorem illius, qui non peccauit, quia si ipsa redderet præiudicaret sibi, sed quando ipsa ignorat etiā si reddat non præiudicat sibi: credo tamen, quòd debeat esse sine coactione, sicut quando uxor sciret crimen, & uir, humiliter petit ut ipsa uelit sibi reconciliari, non credo quòd peccet petendo, ita dieo in proposito, & maxime quando ipse reus uellet corrigi.

¶ Septimo queritur, utrum uir & uxor debeant in causa diuortii ad paria iudicari. Ref. secundum. s. Tho. ubi supra art. 4. q sic, non tñ pariter iudicantur ad illa, quia causa diuortii est maior in uno quàm in alio, cum tñ in utroque sit causa sufficiens ad diuortium. Diuortium. n. est pœna adulterii in quantum est cōtra matrimonii bona, quātum autem ad bonum fidei ad quò coniuges sibi inuicem æqualiter sibi tenentur tantum peccat contra matrimonium adulterium unius sicut alterius, & hæc causa in utroque sufficiat ad diuortium, sed quātum ad bonū prolis plus peccat uxor, & ideo est maior causa diuortii, & sic ad æqualia, sed non ex æquali causa obligantur, nec tamen iniuste, quia in utroque est causa sufficiens ad hanc pœnam sicut est de duobus, qui damnantur ad eiusdē mortis pœnam, quamuis alius altero grauius peccauerit.

¶ Octauo queritur, utrum possint post diuortium reconciliari. Respon. secundum Thom. ubi supra. art. 6. quòd si uxor post diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit:

fuerit, potest eam sibi uir reconciliare: si autem in peccato incorrigibilis maneat, non debet eam ad se assumere, eadem ratione qua non licebat eam nolentem à peccato discedere, retinere: sententia enim ecclesiarum non fuit cogens, sed licentias.

80 ¶ Nonò, ¶ sed quaeritur quando mulier petit reintegrationem, quomodo agendum sit? Respon. secundum San. Tho. 4. dist. 41. in litera, quòd distinguendum est, quia aut agit petitorio, ut scilicet ei detur talis uir, quia eo contraxit. antequam fiat restitutio, tractabitur de exceptione ex parte mariti proposita. de ord. cog. cap. 1. Si autem agat possessorio, primò restituendum est sibi uir quàm exceptio prædicta tractetur, & eadem ratio est si uir agat. cap. porro. de diuor. & de resti. spo. cap. ex conuentione & c. literas. Sed excipiuntur communiter ab utroque quinque casus. Primus est, quòd uir excipiendo proponit publicam uxoris fornicationem. c. significasti. de diuor. Secundò, quando proponit gradum consanguinitatis iure diuino prohibitum, tamen si differuntur, oportet fieri restitutionem per sententiam; sed ille non tenebitur reddere debitum, si habeat conscientiam de consanguinitate prædicta. d. cap. literas. Tertio si obiciatur exceptio rei iudicata à qua non est appellatum. c. causam. de offi. dele. Quarto quando est tanta scuitia uiri, quod non potest sufficiens causa adhiberi, puta quia uir persequitur uxorem odio capitali. c. transmissa, & c. literas. de resti. spo. Quintò quòd ille qui agit expoliari alium sine causa. hæc S. Thom. con. Ray. addens. Credo quòd in omnibus casibus mulieri uirum petenti sit restitutio facienda, & eò rita, dummodo petitur se in possessione fuisse, & à uiro spoliatam sine ordine iuris: quia hic duo habet probare. cap. consultationibus, de offi. deleg. & c. causam. qui si sint legi. & debet restitui ad omnia à quibus fuit spoliata.

11 ¶ Decimò, ¶ quid si mulier propria auctoritate recessit à uiro, & modo ipsa petit reintegrationem. Nunquid debet restitui. Respon. secundum Guil. secundum quòsdam non debet restitui, sed secundum Vinc. debet, quod approbatur per Guil. quia eo ipso, quòd rediens nõ admittitur est expulsa, & cadit à possessione, ff. de acquir. pos. l. clam

possidere. in fi. Idem not. Ber. de diuor. c. significasti. Idè Vgo. nisi ipsa fuerit publice fornicata, uel publicè cù adultero morata.

12 ¶ Undecimò, ¶ quid si ecclesia præcipiat, alicui coniugum cohabitare cum altero, & ille cui præcipitur sciat impedimentum. Respon. secundum Vgo. in hoc casu; quantum ad reddendum debitum non tenetur obedire, sed quantum ad cohabitationem sic, & necessarium exhibitionem quantum potest sine peccato.

13 ¶ Duodecimò, ¶ secundum Guil. si quis a diuita fide dignus esse aliquod impedimētum in suo matrimonio debet inquirere ne sit negligens de salute sua, & debet reddere quousque sciat ueritatem, & non petere nisi ueniat in coniecturam còtrariam, uel dubiam, quòd autem scit pro certo, nec petere debet. Sed nõ quid peccat sacerdos, uel quicumque alius sciens impedimētum insinuando alteri coniugum, uel ambobus. Respon. secundum Guil. si probari non potest dicendo, agit indiscretè nisi credat, quòd audiens paratus sit in hac parte peritorum consilio obedire: si uerò possit probari, & sciat hoc sacerdos, uel alter coniugum tenentur ad separationem publicam, nisi de communi consensu possint, & uellent habitare, ut germani.

¶ M A T R I M O N I U M , & alie horæ canonicæ quando dici debent supra uer. horæ canonicæ. §. 15. 16. & 17.

DE MEDICINA ET MEDICO.

- 1 *Medicina & medici unde ortum habuerunt.*
- 2 *Medicina ne, an scientia iuris sit dignior.*
- 4 *Medicus in culpa de morte tripliciter esse pòt.*
- 4 *Medicine ars an clericis, & religiosis sit prohibita.*
- 5 *Infirmus si periculum mortis incurrat propter defectum uel corruptionem, uel sophisticationem rerum positarum in medicina, quis teneatur.*
- 6 *Medicus an gratis curare teneatur.*
- 7 *Infirmus si sit diues, & ex auaritia non uult soluere medico, an medicus debeat permittere eò mori.*
- 8 *Medicus qui conuenis curare T. pro X. & liberat eum deinde infra modicum reuocidit in eadem infirmitatem, an teneatur pro illis X iterum eum curare.*
- 9 *Medici utrum licitè recipiant salarium pro infirmitate*

firmitate quam sciunt esse incurabilem.

- 10 *Monachus existens in studio de licentia Abbas infirmus si moriatur quis soluet expensas Abbas, an eius pater naturalis.*
- 11 *Medicus urinum peccet mortaliter consulendo contra animam pro salute corporali. Et an similiter peccet si non admonet, ut consitatur, nune. 12. Et an teneatur ad hoc in omni infirmitate. nune. 13.*
- 14 *Medicus obedire an teneatur infirmus.*
- 15 *Medicus an teneatur prænunciare mortem infirmo, quam precognoscit certo venturum.*
- 16 *Statuto si caveatur ne intret monasterium, nisi medicus, modò intravit quidam qui medetur, non tamen est doctoratus an subiaceat pena statui.*
- 17 *Iudeum medicum querere Christianis prohibetur.*
- 18 *Medici de matrimonio legitimo nato debet esse.*

Medicina, † & ex consequenti medici, ortum habuerunt à Deo qui illustrat intellectum ad hanc artē, & primi medicinę artis auctores fuerunt secundum D. Arch. Flo. 3. tit. 7. in prin. Apollo, & Heusculapius, qui inuestigauerunt vires herbarum ad experiendum eius effectum, quos ut primos inuentores venerati sunt homines, ut Deos. Quos etiam secuti sunt Ypocras, Galienus, Auicenna & antiqui medicinę artis scriptores, & exinde alij. Et sancti viri fuerunt medici ut Lucas euangelista, de quo ait Apostolus. Salutat uos Lucas medicus carissimus. Sancti etiã usi sunt medicinis. Io. enim euãgelista existens in balneis uidens Therintum hæreticum dixit locis fugiamus hinc ne balnea corrumpant in quibus Therintus filius diaboli lauatur. 24. q. 1. c. omnis qui. & Aug. dicit in regula, quòd medicus consulatur.

1. ¶ Primò, † quærit D. Archi. Flo. 3. tit. 5. c. 2. post Aug. de Ancona, quæ sit dignior sciētia, scilicet vel medicina, uel scientia iuris, & ex consequenti quis debeat præcedere, uel medicus, uel iurista, dicens secundum Philosophum in prologo lib. de anima, quod vnam scientiam esse digniorem alia contingit tripliciter. Primò ex parte obiecti, seu rei consideratæ, ut illa sit dignior quæ rem digniorem considerat tanquam primum obiectum, & sic Metaphisica quæ considerat Deum, & angelos est dignior

omni scientia humana inuenta per intellectum humanum. Secundo dicitur dignior, ex parte modi considerandi, & sic Mathematica est dignior quàm sit scientia naturalis, quia certiori modo procedit. Tertio ex parte finis ad quem ordinatur, & sic architetonici digniores sunt seruientibus sicut dignior est militaris frenefactiua. Primò igitur quantum ad materiam, subiectum siue obiectum, quæ pro eodem accipiuntur, dicendum quòd subiectum medicinæ est corpus sanum, ægrum, seu neutrum. subiectum uerò legum sunt ipsæ leges seu decreta imperatorum, & quantum ad hoc medicina tantò est nobilior, quantum corpus humanum, quòd est organum animæ intellectuæ est dignius ipsis legibus. Secundò quantum ad finem, finis medicinæ est sanitas siue homo sanus, finis uerò legum est conseruatio iusti & æqui, ut unusquisque habeat quod suum est, sed sanitas humana, seu homo sanus vñ perfectior quàm sint res exteriores circa quas ordinantur leges, igitur, &c. Nec ualet si quis arguat, lex est circa conseruationem boni publici, quod uidetur perfectius quàm sanitas unius personæ particularis, quia sicut finis particularis istius medici, est hæc sanitas, ita finis huius legis particularis, sunt hæc bona particularia circa quæ poni medium, & sicut finis communis medicinæ est conseruatio totius populi in sanitate, ita finis communis legis est bonum publicum quantum ad res fortunæ: unde sicut ista sanitas est quid perfectius quàm eius diuitiæ, ita sanitas totius populi est quid perfectius quàm bonum commune quantum ad res fortunæ circa quas sunt leges, & quantum ad hoc medicina uidetur perfectior. Tertio quantum ad modum procedendi siue quantum ad certitudinem, uidetur se habere sicut excedēs, & excessum, quia sicut regula medicinalis varianda est ex varietate complexionum, sic regula imperatoris varianda est ex varietate conditionum populi, ut dicit Aug. in lib. de li. ar. Non obstat dictum Pa. in c. clerici. de iudi. qui dicit contrariū, quia non bene accipit rationem subiecti, unde simpliciter loquendo medicina uidetur nobilior.

¶ Secundò, † tripliciter potest esse medicus in culpa de morte, seu de conseruatione,

ne uel longitudine infirmitatis primò ante factū. s. q̄o intromittit se de eo qđ ignorat, uel ad ipsum non spectat, uel non sufficit ad agendū solus. Si. n. Em artē nō cōstat uel dubitat q̄ noceat, conferendo peccat, quia in turiori partē tendendū est, & secundū Innoc. securius est ægrotū naturæ relinquere quā medico imperito comittere & tenetur de dāno, siue sit ex īperitia, siue ex negligentia, siue ex malitia notabili, & est mortale et si non faciat uoluntariè nec excusatur, si et sequatur sanitas, a peccato mortali. Quidam dicūt q̄ requiritur q̄ sic sit peritus, ut cōiter a peritis illius artis reputetur idoneus. Sed clarius est id quod dictum est. Secūddō pōt esse in culpa in factō quia licet peritus, non tamen sequitur traditiones artis, sed fantasiam sui capitis uel experimenta noua, intellige nisi experimēta noua uel sua fantasia sit rationalis quā tunc liceret. Tertiō post factum quando est negligens circa custodiam infirmi etiam si sit doctus uel quia non uisitauit infirmū, & in omnibus his tenetur de damno, maxime quando predicabat se esse doctum, secus si dicebat se imperitū & manifestabat defectum suum, tamen illi eum uoluerunt, & in omnibus his si sequatur mors erit irregularis quia est in culpa. Si uerò adhibuit debitam diligentiam. Secundū Do. Anton. de Bu. in c. r. u. a. nos. de homi. dicitur omnem diligentiam quā debet adhibuisse quando sequitur traditiones artis & uisitae personaliter & dicit regimen infirmo, & erat peritus, & non dubitabat, sed propter inconsuetam dispositionem uenarum uel propter insolitum timorem, uel tremorem qui uenit super eum, puta incidendo uel propter alium casum qui nō cōiter accidit, tunc non sibi imputatur nec tenetur ad aliquid nec incurrit irregularitatem, & potest promoueri si nihil omisit secundū probabilitatem suæ conscientie, aliàs non de æta. & quali. c. ad aures. con. cor. Inn. & Host. dummodo nō sit sibi prohibitum exercere sicut clericis, & religiosis cūrgia. in ca. sententiam, quia tunc semper incurrit irregularitatem etiam si sit sufficiens & adhibeat diligentiam, & c. uide uer. irregularitas. 3. §. 11.

4. ¶ Tertiō ¶ utrum ars medicinae sit clericis & religiosis prohibita. Resp. clericis in
Secunda pars

cris, religiosis, & clericis in minoribus beneficiis non licet uti nisi gratis, & ubi periculum non imminet. ca. multa. ne cle. uel mo. Cirurgiam uerò q̄ indiget incisione uel adulatione cū sanguinis effusione secundū Ber. in capitu. ad audientiam, de falsa. omnino exercere non possunt, quia simpliciter est eis interdicta. cap. i. sententiam. & cap. super specula. ne cle. uel mo. & c. r. u. a. nos. de homi. & c. 1. de postu. uide uer. irregularitas. 3. §. 11. cum ibi alleg.

5. ¶ Quarto ¶ quid si propter defectum uel corruptionem aut sofisticationem rerum in medicina positarum, infirmus incurrit periculum. Resp. secundū Inno. si medicus secundū diligentiam quam debuit operatus est etiam in rebus eligendis, inculpabilis erit.

6. ¶ Quinto ¶ utrum medicus teneatur gratis curare. Resp. quòd sic, si infirmus est pauper. secundum s. Th. 2. 2. q. 71. ar. 1. in fin. 83. di. §. 1. Si uerò diues est non tenetur cum nemo cogatur de suo facere beneficium. 10. quaest. 2. c. precarie, & licet recipit mercedem suam moderatè quod modèramen attenditur secundū qualitatem curæ in labore industriae medici & facultatem infirmi & consuetudinem loci. 14. q. 5. c. non sanè, si tamen esset salariatius de publico tenetur seruire gratis tam magnis quàm paruis infirmis, sed à sanis bene posset petere salarium. ut dicit. l. Archiatri. C. de profe. & me. & similiter si res essent mutatae.

7. ¶ Sexto ¶ sed quid si infirmus sit diues, tamen ex auaritia non uult soluere medico, debet ne medicus permittere eum mori. Respon. quòd non, sed debet ei medicus medicinas & alia necessaria facere suis expensis, & postea repetere poterit eum sanus effectus fuerit, quia utiliter gessit negotium eius. ff. de neg. gest. l. Pomponius, & si moriatur repetit ab heredibus quia sufficit si utiliter cepit gerere, licet euentus non sit securus. l. sed an ultro. ff. de nego. gest. Nec potest ei obici quòd causa pietatis hoc fecerit nisi sit propinquus. ut l. alimenta. C. de nego. gest. quia oportet protestetur quòd gratis non intendit hoc facere, aliàs non peteret d. l. alimenta. gloss. nota in d. §. primo, & etiam intellige in similibus

vbi utiliter, & fideliter gerit negotium alterius secundum Bar. in l. Sticus. ff. de pec. le. pro omni eo quod tangit personam vel libertatem vel vitam vel ciuitatem.

8 ¶ Septimò ¶ utrum medicus qui conuenit pro 10. ducatis cum Titio liberare eum ab aliqua infirmitate & liberat eum, sed infra modicum ipsi reuincit in eandem infirmitatem, teneatur iterum pro eisdem decem eum iterum liberare. Resp. q̄ aut reciduaui ex culpa sua, & sic non tenetur. l. q̄ quis ex culpa. ff. de reg. iur. Si uero non ex culpa infirmi, tunc aut statim reddit & sic tenetur. vt ff. de reg. iur. l. quicquid.

9 ¶ Octauò ¶ utrum medici licite recipiant salarium pro infirmitate quam sciunt esse incurabilem. Res. fm Do. Arch. Flo. 3. ti. 5. c. 2. §. vlti. q̄ sic: quia medicus est infirmus natura, tandiu ergo instrumentum medicinae non est ex toto subtrahendum infirmo quam diu natura non succumbit, ideo non peccat medicus accipiendo stipendium de cura aegritudinis, quam per principia artis medicinae credit esse incurabilem, nisi malitiose non indicando illi qui curam habet uel superfluos sumptus faciendo uel eum curare omnino promittendo, sed indicata ueritate quam nouit de aegritudinis cura tandem potest accipere stipendium suum quam diu exhibet in cura ipsius fidei ministerium & uerum consilium, & maxime quia quid Deus facere intendat ignoramus.

10 ¶ Nonò ¶ quid de monacho existente in studio de licentia Abbatis infirmo quis soluet expensas si moriat, an Abbas an eius pater carnalis. Res. Do. Arch. Fl. ubi s. q̄ Abbas.

11 ¶ Decimò ¶ utrum peccet mortaliter medicus consulendo contra animam pro salute corporali. Res. q̄ sic, & ne hoc faciat prohibetur ei sub poena excommunicationis. in c. cum infirmitas. de pe. & re.

12 ¶ Decimoprimo ¶ utrum similiter peccet mortaliter si non admonet infirmum ut conuicetur. Res. q̄ sic: quia facit contra preceptum d. ca. cum infirmitas. nec potest dici abrogatum per contrariam consuetudinem, quia non consuetudo, sed corruptela est & contra bonos mores, & ideo non ualet. secundum Host. in d. c. cum infirmitas. excusaretur tamen medicus in casu repentino qui indiget celeri remedio, qui non ante ipsum infirmum induceret ad confessionem, &

non sufficit admonere, sed debet inducere eum effectum. ut in d. ca. nota. Nihilominus si infirmus nollet confiteri non credo pro hoc q̄ medicus debeat confiteri à medicamine, quia intelligendum est moneas & inducas effectualiter quantum ex parte medici, sicut & t. c. si. de eo qui. co. co. uxore. facit. l. stipulatio ista. de uer. ob. non ex parte infirmi quia si dimitteret eum forte moreretur desperatus qui sanatus poterit postea conuerti, & sic preceptum ecclesiae uidetur contra preceptum Dei de charitate proximi, quod nullomodo credendum est, facit textus, cum gl. 83. dist. in princip.

13 ¶ Decimosecundò ¶ sed nunquid tenetur medicus ad hoc in omni infirmitate. Res. q̄ non, sed solum in infirmitate periculosa secundum se. rō quia sicut infirmus non tenetur, confiteri de necessitate precepti in omni infirmitate, sed solum quā est periculosa, sic nec medicus tenetur eum inducere, licet sit optimus q̄ inducat in omni infirmitate: & intelligitur periculosa. si quā possit probabiliter inducere periculum mortis, secus quā est clarum q̄ non est periculosa. Quodam tamen tenent indistincte in omni infirmitate, sed mediis modis est probabilior s. q̄ in omni graui sit de necessitate etiam si non sit mortalis in aliis de bono consilio. Durum. n. esset q̄ omni dolore capitis deberet inducere eum effectum, ut quidā dicunt uel quantum potest ut alii dicunt.

14 ¶ Decimotertio ¶ utrum infirmus teneatur obedire medico. Res. secundum Innoc. & Host. in c. tua nos. de homi. q̄ non de precepto, eo q̄ non est prelatum eius uel cui de precepto teneatur obedire: bonum tamen est ut illi credat & obediat, quia secundum philosophum, unicuique ex parte credendum est in sua arte. Si tamen infirmus accipit aliquid non facit ex certa scientia uel ex affectu uel improbabiliter ignorantia per se quod notabile malum incurrit, peccat mortaliter, quia facit contra charitatem qua debet diligere proprium corpus. ar. c. si non licet. 22. q. 5. Idem dicit de seruitutibus qui ei aliquid administrant tale, secus esset si non esset notabiliter laesum quamuis aliquantulum modicum. tamen quia sitis aliquantulum magis cruciatur quam febris, & inter duo mala minus eligendum est. 13. di. cap. duo. & ex tali administratione mors sequeretur, uel mutilatio membri essent

sent fertientes irregulares, secus si ex leui ignorantia, uel leui culpa hoc fecerunt. Sa ni aut non tenentur uiuere medicinaliter, quia sanis omnia sana: si qui tñ scienter su merent cibum, uel potum quem crederent sibi nocuum utiq; peccarent.

15 ¶ **Quartodecimò,** ¶ vtrū medicus teneatur nuntiare mortē infirmo quam p̄cognoscit certò uenturā. Res. d. Archi. Flo. post Io. de Neap. in quodl. ii. q̄ aut probabiliter credit, q̄ talis p̄nunciatio erit multum utilis animæ infirmi, ut puta quia confitebitur cū sit in peccato mortali, & ordinabit testamētū ex quo euitabuntur multæ lites, & sic tenetur uel per se, uel per aliū ei manifestare, aliter peccat mortaliter contra charitatē faciens; quia dānificat multū, & non impedit dānum eius cū p̄t. Idem dic si ē in dubio an sit utilis uel non. Si aut probabiliter credit, q̄ talis p̄nunciatio nō erit multū utilis infirmo, puta quia est confessus, & iā ordinauit facta sua, sed fortē erit dānosa corpori, tunc non tenetur ei dicere quous aliqñ melius esset, quia fortē melius se disponet, & semper bonū animæ est prap̄oderandū bono corporis. Nec in hoc est sequendus Galen. qui dicit medicus debet semper confortare infirmum, quamuis desperet de sanitate, & promittere sibi sanitatem, nisi in illo casu in quo non sperat prodesse de quo dictum est.

16 ¶ **Quintodecimò,** ¶ pone q̄ statuto caueat, q̄ nullus sub p̄na excōicationis intret monasterium monialium, nisi medicus: modo intrauit quidā, qui medetur, nō tñ est conuentatus, seu doctoratus an sit excommunicatus. Res. Bar. in l. sciendū. ff. de ædil. edic. refert se habuisse hanc quæstionem de facto, & respondisse q̄ nō erat excommunicatus, quia quamuis nō sit cōuentatus, tamen medicus est, & ita à vulgo nominatur. Irē non dicitur medicus à dignitate, sed à medicando. unde non refert an sit doctor dummodo medeatur.

17 ¶ **Sextodecimò,** ¶ No. fm d. Ar. Flo. ubi supra q̄ prohibetur omnibus Christianis, iudæos medicos quærere in infirmitatibus suis dicitur. 28. q. 2. Nullus aliquem iudæorum in infirmitatibus suis uocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lauet. Si quis aut hoc fecerit si clericus est deponatur, si laicus excōicetur,

& v̄ istud eē p̄ceptum: ita q̄ contrariū faciens peccet mortaliter, nisi ignorātia iuris eū excuset, nā nullus dēt deponi, uel excōicari nisi pro mortali, dicit tñ vgo ibi q̄ ne habetis excusat, qñ. f. aliū non habet medicū, & idem v̄ qñ non habet sufficientem, uel fortē qñ est multò melior. Item dicunt Vgo. & Lau. q̄ medicinalia p̄nt ab eis emi, & facere p̄ aliū prap̄arari. uer. iudæus. §. 5.

18 ¶ **Decimoseptimò,** ¶ no. ē scdm eundem Arc. Flo. post Aug. de Ancho. q̄ cū officīū rei publicæ sit fideliter exercendū, ideo me dici p̄p̄ experientię probationē à populo electi cōiter p̄p̄ reipublicæ administrationē debent esse de legitimo matrimonio nati, p̄p̄ officii fidelē executionē debēt licētia ri iurati. Et sapientis medici est à leuioribus, & minus periculosis incipere. hęc s. T. 4. di. 18. q. 7. ar. 1. quodl. 3. Sapiens medicus secundum e. S. Th. permittit minorem morbum, uel procurat, ut curet, uel uitet maiorē, & dimittit aliquem morbum non curatū, qñ nō p̄t curari sine periculo maioris, & aliqñ p̄curat febrē, ut curet spasmodū.

¶ **M E M B R V M** propriè quid sit. uide s. uer. irregularitas 3. §. 27. vnde in statutis ita accipe, ut ibi nisi aliud appareat demēte statutis. Bar. in l. 2. ff. de publi. iudi.

DE MENDACIO.

- 1 Mendacium quid est.
- 2 Mendacium quomodo diuidatur. 3.
- 4 Mendacium omne an sit peccatum.
- 5 Mendacium dicere uel peccare an aliquando liceat ut mors euitetur.
- 6 Mendacium an aliquando sit peccatum mortale.
- 7 Mendicando an semper peccat predicator. uel doctōr.

¶ **Mendacii peccatum,** quod tātopere Deo displicet, non esse ferendum, ut impunitū sit uerum etiam alterius delicti ueniā impetret mentienti, docuit sancta synodus Trid. Sess. xiii. de refor. c. v. Ex Psal. 5. Exo. 23. Leuit. 19. Prouer. 6. 8. 10. 12. & 19. ca. si quis dixerit. cum seq. & c. nemo peritorū. 11. q. 3. LEO. à L E G E.

1 **M**endaciū ¶ secundum Aug. ut recitat magister sententiarum. 3. dist. 38. & est canonizatum. 22. q. 2. cap. bea-

rus. *S*. ille ergo, est falsa uocis significatio cū intentione fallendi. ubi est notandum *fm S. Th. 3.* sententiarum. ubi supra *q. 1. ar. 1. & 2. 2. q. 1. 10. ar. 1.* *q*. in hac definitione includitur duo. Primum est materiale. *s.* falsa uocis significatio. ubi not. *q*. falsum est qñ aliquis dicit aliquid esse, quod non est, uel non esse quod est, & sic ipsa res, quæ falso significat dñ res falsa, ipsa uerò oratio qua significat id esse quod nō est, est signum falsi, & sic falsum includit ista tria. *s.* res falso significatas, ipsam orationem falso significantem cum quadam relatione signi, & signati, & hoc totum est materiale in mendacio. No. tñ *fm S. T.* ubi supra *q*. ibi uox accipitur cōiter pro omni signo quo quis intendit suam mentem exprimere sicut in nutibus, & signis mitorum, ponitur tñ uox, quia est quid cōius. Secundo quod includit mendacium per modum formalis est cum intentione fallendi. ubi notandum *fm S. Th.* ubi supra, *q*. intentio in mendacio est duplex, quædam qua intendit significare falsum, siue imprimere falsum in mente alterius, & hoc est propriè formale mendacii. Alia est intentio qua quis intendit decipere aliquem, & hoc dicitur completiuium, seu perfectiuium mendacii, & accidens eius. Quando ergo aliquis credit, & intendit dicere uerum, & tamen dicit falsum ibi est mendacium materialiter solū, & impropriè: qñ uerò aliquis dicit uerum & credit dicere falsum, & intendit imprimere falsum in mente audientis, ibi est mendacium formaliter solum, & *fm* beatum Aug. dicitur mentiri, non tñ est mendacium simpliciter *fm S. Th.* quia non est falsa significatio, & sic potest esse *q*. aliquis mentiat, & non dicat mendacium simpliciter, quia mendacium abstrahit à mentiente, sed mentiri dicit respectum ad ipsum mentientem, & quia credit, & intendit dicere mendacium, ideo mentitur. Quando uerò dicit falsum credens dicere falsum cū intentione imprimendi falsum in mente audientis, non tamen intendit decipere, tunc est mēdacium simpliciter, & propriè, quia continet materiale & formale, non tamen perfectum mendacium: quando autem intendit etiam decipere, tunc est mendacium materialiter, formaliter, & perfectiue, ut est in mendacio pernicioso, & si quis

arguat, *q*. formale debet poni in diffinitione, sed ibi ponitur intentio fallendi igitur illud est forma. Rñ. *S. T.* ubi supra. *s. 3.* *q*. illa particula ponitur per modum finis.

2. ¶ *Primò*, *q*. queritur de diuisione mendacii. Respon. *fm S. Th. 2.* ubi supra ar. 2. *q*. mendacium tripliciter diuidi potest: uno modo *fm* ipsam mendacii rationem, quæ est propria, & per se mendacii diuisio, & secundum hoc mendacium in duo diuiditur, scilicet in mendacium quod transcedit ueritatem in maius, quod pertinet ad iactantiam, & in mendacium quod deficit à ueritate in minus, quod pertinet ad ironiam, ut patet per philosophum in 4. Ethic. Hæc autem diuisio: ideo est per se ipsius mendacii, quia mēdacium in quantum huiusmodi opponitur ueritati. ueritas autem æqualitas quædam est cui per se opponitur magis, & minus, & de istis uide supra in locis suis. Alio modo potest diuidi mendacium, in quantum habet rationem culpæ secundum ea quæ aggravant, uel diminuunt rationem culpæ ex parte suis intenti. Aggravat autem culpam mendacii, si aliquis per mendacium intendat alterius nocumentum, quod uocatur mendacium perniciosum, diminuitur autem culpa mendacii si ordinetur ad aliquid bonum, uel delectabile, & sic est mendacium iocosum, uel utile, & sic est mendacium officiosum quo intenditur iuumentum alterius, uel remotio nocumentum, & secundum illa diuiditur mendacium in illa tria prædicta, scilicet in mendacium iocosum quod fit causa ludi, & mendacium officiosum quod fit causa utilitatis, & mendacium perniciosum quod fit causa nocumentum. hæc ille. 2. 1. q. 2. ne quis.

3. ¶ *Secundò*, *q*. modo diuiditur mendacium à Beato Aug. in lib. contra mendacium secundum ordinem ad finem, siue ex hoc addatur, uel minuatur ad culpam mendacii, siue non. ut habetur 23. q. 2. c. 1. & secundum: hoc diuiditur in octo membra: quorum primum est mendacium in doctrina religionis. Secundum est, *q*. nulli prodest, & obest alicui. Tertium autem quod prodest uni ita, *q*. alteri obest. Quartum est *q*. fit sola mēciendi fallendiq; libidine. Quintum quod fit placendi cupiditate. Sextum quod obest, & prodest alicui ad conseruandam

vandam pecuniam, Septimū quod obest & prodest alicui ad vitandum mortem. Octauum quod nulli obest, & prodest alicui ad vitandum immunditiam corporalem, in qua diuisione tria membra continentur sub mendatio pernicioso, quod quidem sit, uel contra Deum, & ad hoc pertinet primum mendacium, uel contra hominem siue sola intentione nocendi alicui, & sic est secundum, uel si etiā intendatur in nocimento unius, & utilitas alterius, & hoc est tertium. Inter hæc tria primum est grauisimum: quia semper peccata contra Deum sunt grauiora. Secundum autem est grauius. Tertio quod diminuitur ex intentione utilitatis alterius, post hæc autem tria quæ superaddunt ad grauitatem culpæ mendacii ponitur. Quartum quod habet propriam quantitatem sine additione, uel diminutione, & hoc est mendacium, quod fit ex sola mentiendi libidine, quod procedit ex habitu. unde & Philosophus dicit in 4. Ethic. quod mendax eo quod talis est secundum habitum ipso mendatio gaudet, quatuor uero sequentes modi diminunt de culpa mendacii. Nam tertium est mendacium iocosum, quod ut placendi cupiditate. Alia uero tria continentur sub mendatio officioso in quo intenditur quod est alteri utile, uel quantum ad res exteriores, & sic est sextum, uel utile corpori, & sic est septimum, uel etiam utile est ad honestatem uirtutis, & hoc est octauum. Patet ergo, quod quanto bonum intentum est melius tanto magis minuit culpam mendacii, & ideo si quis diligenter consideret secundum ordinem prædictæ enumerationis est ordo grauitatis culpæ in istis mendacijs. Nam bonum utile præfertur delectabili, & uita corporalis profertur pecuniæ, honestas autem ipsi corporali uitæ. hæc San. Tho.

4. Tertio, utrum omne mendacium sit peccatum. Respon. secundum Sanctum Thomam secunda secundæ. ubi supra articulo 3. quod sic, probatur primo ratione, quia illud quod secundum se ex genere suo est malum, nullo modo potest esse bonum, & licitum: quia ad hoc quod aliquid sit bonum requiritur quod omnia recte concurrant: bonum enim est ex integra causa: malum uero est ex singularibus defectibus. ut Dion. dicit. 4. cap. de diuini. no. Mendacium autem

Secunda Pars

est malum ex genere. est enim actus cadens super indebitam materiam. Cum enim uoces sint naturaliter signa intellectum, in naturale est, & indebitum, & aliquis uoce significet id quod non habet in mente. unde philosophus dicit in 4. Ethic. quod mendacium est per se prauum, & fugiendum: uerum autem est bonum & laudabile, unde omne mendacium est peccatum, sicut etiam Augustinus. asserit in lib. contra mendacium. ubi sic ait. Quisquis aliquid genus mendacii, quod peccatum non sit, esse putauerit seipsum turpiter decipit. Idem habetur 22. quæst. 2. ca. mihi autem. & c. 1. in fin. quod super eo. de usu. Nec ualet si quis dicat, quod euangelistæ aliquando uidentur dicere mendacium, eo quod unus aliquando dicit uno modo alius alio. quia secundum S. Th. ubi supra post Beatum Augustinum. quod euangelistæ audierunt unus recitat uno modo, alius alio.

Quid dicendum sit de Abraam, & aliis sanctis. uide uersiculo Abraam. §. primo.

De Iacob qui dixit se esse primogenitum, dicendum quod mystice loquebatur per mysterium: quia debebatur sibi primogenitura, & ideo non dixit mendacium. uide uersicul. simulatio. princip. de Christo, & Abraam. Obstetrices. Aegypti de quibus dicitur Exo. primo. Non bene fecerunt dicendo mendacium, sed bene fecerunt timendo Deum, & de hoc fuerunt remuneratæ. Et similiter quando aliquis promittit se aliquid facturum intendens illud facere non dicit mendacium si aliquid adueniat propter quod non sit bonum illud implere, & non impleat: quia si debeat adimplere requiritur, quod omnia permancant quæ faciebant ad illud, & quamuis mendacium iocosum non offendat, tamen de natura sua habet, quod possit offendere & decipere: & similiter figuratiue locutiones non sunt mendacia, quia uerum est id quod intendunt significare, & de simulatione dicit ibidem, ad quintum quod sicut locutio figuratiua ueritatem habet non a sensu quem uerba habent in primo aspectu, sed ab eo quem loquens facit intendere: ita etiam quod dominus ostendit se uelle longius ire quasi per similitudinem elongationis in itinere significabat elongationem sui a cognitione Discipulorum, & in hoc ueritate

Sum. Tab.

aa 3

tatem

ratem habebat, stat igitur quod omne mendacium sit peccatum. vnde Eccle. 7. Noli uelle mentiri omne mendacium. ubi est notandum secundum San. Thom. ubi supra ar. 3. ad quartum. quod uerba quae in sacra scriptura sunt scripta, aut sunt uerba eius, qui scripturam edidit, aut sunt uerba alicuius, qui in scriptura recitatur loquens. Si primo modo sic non contingit in eis mendacium, quia in figuratiuis locutionibus non est sensus uerborum, quem primo aspectu faciunt, sed quem profertens sub tali modo loquendi facere intendit, sicut qui dicit, quod pratum rideat sub quadam rei similitudine intendit significare prati florionem. Si autem sunt uerba alicuius, quae recitatur loquens, aut sunt alicuius cuius malitia in scriptura arguitur, & sic non est inconueniens quod sint ibi et mendacia sicut uerba iudeorum Christum blasphemantium, aut alicuius, qui commendatur non de perfectione uirtutis, sed de perfectu sicut obstrictes commendantur, quod in hoc profecerunt, quod non in damnum alicuius, sed in obsequium diuinum mentitae sunt. Aut sunt uerba alicuius, qui commendatur de perfectione uirtutis, & in exemplum proponitur, & tunc est eadem ratio sicut de uerbis scripturae.

¶ Quarto, utrum aliquando sit licitum peccare, uel dicere mendacium, ut fugiamus mortem corporis, uel aliud malum proximi. uide infra uer. scandalum. §. 12.

¶ Quinto, utrum mendacium sit aliquando peccatum mortale. Resp. sicut dicitur Ar. Flo. 2. par. ti. 10. c. 1. §. 3. post S. Th. 2. 2. ubi supra. si quod mendacium est mortale sicut quod contrariatur charitati per quam anima uiuit Deo coniuncta: contrariatur autem charitati tripliciter. uno modo sicut se. Alio modo secundum finem intentum. Tertio per accidens. Secundum se quidem contrariatur charitati ex ipsa falsa significatione, quae si sit circa ipsas res diuinas, contrariatur charitati Dei cuius ueritatem occultat, uel corrumpit, unde huiusmodi mendacium non solum ponitur uirtuti charitatis, sed etiam fidei, & religioni. unde hoc mendacium est grauissimum, sicut si fidelis, in persecutione negaret se esse Christianum, quod esse contra dilectionem Dei, & in opprobrium fidei, quasi non esset uera sicut Petrus, Mat

thae 26. Si uero falsa eius significatio sit circa aliquid cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, puta quae pertinent ad perfectionem scientiae, uel docendo falsa scienter in iure, uel medicina, uel alia facultate, uel qui pertinent ad perfectionem morum sicut falsi profetae, qui promittentur populo liberationem, permanentem in peccato suis, iuxta illud profetae cui dixerunt tibi falsa, Tren. 2. & eiusdem 7. Nolite considerare in uerbis mendacii dicentes templum domini, &c. Supple. protegeret nos à malis: quod falso promittebatur profetae. tale mendacium quod infert proximo damnum contrariatur charitati proximi, unde mortale est. Ad idem uidetur pertinere mendacium pronunciando falsas indigentias, & reliquias sanctorum, & in praedicatione scienter falsa dicendo, & promittendo missas, & orationes mendaciter, & dicentium se habere autoritatem. Si uero falsa opinio ex mendacio generata sit circa aliquid de quo non refert utrum sic, uel aliter cognoscatur, cum ex tali mendacio non damnificetur proximus secundum se non erit mortale. Secundum mendacium est mortale ratione finis intenti, puta cum quis intendit iniuriam Dei, uel nocumentum proximi quod ad personam, famam, uel diuitias, & quodlibet est contra charitatem quando notabiliter nocet, & mortale. Sic est intelligendum, quod dicit Ray. in secunda parte summae in dictione mendacium. in fine scilicet quod qui uerbis mendacibus in merationibus utuntur dicentes rem uilem esse caram, & preciosam mortaliter peccant propter nocumentum, quod inferunt proximo, quod tertium est cum intendunt notabiliter damnificare, & decipere si possunt, nam de modico non apparet ratio, quare sit mortale, ex sola autem intentione peccati mortalis peccatur mortaliter. Si uero finis intentus non sit contrarium charitati non erit mortale, ut in mendacio iocoso, uel in quo intenditur leuis delectatio, uel officioso in quo intenditur utilitas, sicut fuit mendacium Sanna, quae Angelo negauit se risisse propter uerecundiam. Gene. decimo octauo, & Michol quae mēta est Saul de David, scilicet quod coacta dimiserit eum recedere, primi Regundo, 19. Tertio modo potest contra-

Est caritati p. accedens ratione scandali, uel cuiuscunque damni cōsequenti, & sic etiam erit mortale, dum. s. aliq. nō ueretur p. scandalū, publicē mentiri, & sic p. accedens iocōsum, uel officiosum possunt esse mortalia, quæ de se sunt uenialia. Nec est uerū q. oē mendaciū in uiris sãctis sit mortale, ut quidam dicunt nisi forrē ex suo officio in iudicio, uel doctrina contra quæ si mentiat, ut iudicando, uel prædicando erit mortale, aliàs est ueniale, & quando est mortale tunc est contra octauum præceptum, scilicet non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Quomodo semper est mortale quando est cū iuramento. supra uer. iurare. §. 6. Quomodo quando dat simplicem fidem xqui polleat iuramento. uer. iurare. §. 6. Quomodo omne mendaciū in iudicio est mortale. uer. accusatio. §. 11. uide Pan. in c. 1. de test. cog. qui dicit, q. tacere ueritatem uel dicere mendaciū in iudicio est mortale, quod intellige. ut in §. sequen. & Io. And. de confessis. c. 1. li. 6. 1. gl. dicit, quod aduocatus docens clientulum dicere mendaciū in iudicio tenetur parti.

¶ Sexto, † utrum prædicator, uel doctor semper peccet mortaliter mentiendo, & uiderur q. sic, ex his quæ dicit d. Arc. Flo. post San. Thom. ut patet in §. præcedenti. circa si. ubi uiderur simpliciter q. mendaciū in iudicando, uel prædicando est mortale, sed in contrarium uiderur ualde durum, q. prædicans dicens mendaciū, quodcunque iocōsum, uel officiosum peccet mortaliter, puta dicendo, quod surrexit media nocte ad studendum, ut trahat eos ad compassionem si sit falsum, peccet mortaliter. Respon. q. aliqui casus sunt clari secundum omnes doct. aliqui dubii. Primus clarus est, q. dicens scienter aliquid mendaciū per quod occultatur ueritas si dei, uel corrumpitur, uel contra ueritatem diuinam grauitur, & mortaliter peccat sicut si fidelis in persecutione negaret fidē, ut Petrus, &c. Secundus scienter dicens mendaciū in notabile damnum proximi corporale, uel spirituale semper est peccatum mortale, puta quæ pertinent ad perfectionem scientiæ necessariæ, & in formationem morum. Tertio quādo dicit quodcunque mendaciū cum intentione facien-

di aliquid de prædictis etiam si non faciat. Quarto quando dicit mendaciū cum tali affectione, q. non dimitteret etiam si esset cōtra caritatem Dei, uel proximi peccat mortaliter: quia intentio proximi erit uenialiter ligat. Quinto est ratione scandali, ut cum quis dicens mendaciū probabiliter scandalum sequi, aduertit tamen non curat, sed dicit mendaciū, peccat mortaliter. Sexto est quando fit in iudicio ad peruertendum iudicium, tunc enim dicit contra Deum: quia contra eius dilectionem cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi ratione iudicis cui debuit negatum ex parte accusatoris, qui puniret si deficiat, tum ratione partis quæ leditur. hæc S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. tertium. & q. 10. ar. 4. intellige quando iudex procedit iudicere, & ipse tenetur respondere aliàs, melius tamen dicitur, q. potest sollicitè respondere, id est fm mentem suam, & non iudicis, uerū accusatio. §. 14. circa medium, & uer. iurare. §. 13. de isto ultimo habes supra uer. sic. accusare. §. 11. Septimo est ratione iuramenti. de quo supra uer. iurare. §. 6. Octauo ratione uoti, puta quia uouit iurare, uel dicere falsum. Primus casus dubius est, si omne mendaciū dictum in iudicio sit mortale. Secundus si omne mendaciū dictum in prædicatione sit mortale. Tertius si omne mendaciū dictum à doctore publicè legente sit mortale. Ad hos tres casus dicunt quidā indifferenter esse mortale: moti, ut credo ex uerbis. S. T. & D. Arc. Fl. ut patet in præcedenti §. & etiam in isto. Quidam uerò dicunt non esse mortale, nisi ratione scandali, uel ratione contemptus ueritatis, scilicet in doctore, uel prædicatore. Ego uerò credo esse fm mentem S. Th. q. dicens mendaciū in iudicio pertinens ad iudicium, id est aliquid faciens ad iudiciū, quod tunc sit mortale, sic enim probat ratio S. Th. similiter prædicator dicens mendaciū ex quo sequatur aliquid præmissorum, uel sit dubium, q. debeat sequi, puta contra charitatem Dei, uel proximi, uel scandali, uel ex intentione, scilicet quia intendit aliquid istorum, uel si crederet, uel dubitaret aliquid istorum sequi, & non dimitteret, tunc credo q. esset mortale, aliàs secus, & eodem modo dico de doctore. De mendacio autem dicto in confessione

facrāli uide supra uer. confessio facrālis. §. 10. In alijs aut casibus mendaciū est peccatum ueniale. uide in §. præcedenti. in fi. ¶ **MENDICARE** quō sit licitū religiosis uel alijs in fra uer. religio. §. 5. & S. Th. 2. 2. q. 197. ar. 5. Mendicātes sūm gl. in cle. 1. de reg. iur. in ver. quoslibet sunt prædicatores, Minores, eremite Sācti Augustini, & Carmelitā. De istis mendicantib. uide in c. vni co, de relig. dom. li. 6. ubi dicit. Dominicus de sancto Gem. q. seruitā non sunt mendicantes. Quomodo mendicantes possunt succedere supra uerfi. legatum. 1. §. 4.

DE MENSA.

- 1 *Mensa episcoporum non debet splendere auro nec argento.*
- 2 *Mensa autem triplex est.*

¶ **Mensa**, ac frugali victu, & modesta suppellectili Ep̄s contentos esse nō solū hortatur sancta syn. Trid. uerūm et in reliquo uitæ genere ac tota eius dono cauere præcepit, nec quid appareat, quod simplicitatē, Dei zelū, ac uanitatū contēptū præferat. Sef. xxv. de refor. c. 1. Ex c. ep̄s. & c. res eccl. cum seq. 12. q. 2. c. ieiunia. de conse. dist. 5. LEON. a LEGE.

- 1 **M**ensa † ep̄orum nō dēt splendere auro uel argento. 40. dist. c. ep̄s uilem suppellectilē. quæ & qualia debeant esse, & abesse in mensa clericorū uide supra uer. clericus. §. 6.
- 2 **Mensa** † sūm S. Th. super Psal. 22. in sacra scriptura est triplex, scilicet mensa ueteris legis, nouæ legis, & patris cœlestis.

DE MENSTRVO.

- 1 *Menstruus sanguis quid sit.*
- 1 **M**enstruus † sanguis est in sceminis loco seminis, & ut uer dicere S. Th. est materia ppria corporis Christi, & aliorū sūm q. ut dicere S. Th. 3. part. q. 3. 1. ar. 5. non aut est semē sceminæ ut ibi dē dicit. Imo sūm eundē ibidē i respōsione ad 3. ex sanguine mēstruo nō format conceptus. vnde pro declaratione notandū est sūm doctrinā eiusdē doctoris. ubi supra & in tertio sūnarum. di. 3. q. 5. ar. 1. q. in muliere ex uirtute digestiua gnatur quidā san-

guis q. postea uertitur in carnē eius in nutriciudo uel augmētando, qñ aut peruenit ad pubertatē non solū gnatur sanguis necessarius sibi, sed et gnatur in ea aliquid plusquam necessarius, & est aliquo mō purior, quā alius, & iste sanguis dē superfluus sibi, sed necessarius gnationi qui postea p semen uiri cum quadā delectatione deducitur ad quandā perfectionē maiorem, & tunc dē semen mulieris, & in illa deductio ne perditur uirginitas. Sin illa concupiscētia qua deducitur ad locū gnationis per semen uiri, aliqñ aut istemet sanguis superfluus, qñ ipsa mulier non cognoscat uirū uel non generat ille sanguis superfluus corumpitur, & tunc fit propriē menstrū, & istum emittunt quolibet mense per purgationē, ille igitur sanguis qui præcedit gnationem pōt dici menstruus, quia ex ipso p putrefactionem fit menstruus, Christus igitur fuit conceptus ex illis puris sanguinibus, qui fuerunt deducti ad illā perfectionem, & ad illum locum ad quem ducitur in alijs per semen uiri ex uirtute spiritus sancti, & sic nō amisit uirginitatem quam perdidit aliæ, quando ille sanguis deducit ad illam perfectionē per semen uiri. vnde et potest dici, q. Christus fuit cōceptus ex purissimis sanguinibus, qui possunt etiam aliquo modo dici sanguis menstruus id est ex quo in alijs fit menstruum propriē id est sanguis corruptus, & ex castissimis in quantum fuit sine concupiscentia.

¶ **MENSVRAS** uid supra. uer. falsarius. §. 10.

DE MENTIRI.

- 1 *Mentiri quid est.*

- 1 **M**entiri † est concretum, se tenēs extra ex parte mentientis: unde dicens uerum credens se dicere falsum mentitur secundū August. Mendacium autem est abstractum, & ideo dicens uerum credens dicere falsum quāuis mentiat, non tamen dicit mendacium propriē, quia mendaciū est falsa significatio quæ non est indicente uerum. Aliquan do tamen Sanct. Thomas dicit, quod ibi est mendacium formaliter, sed ibi accipit mēdacium secundū quid id est secundū vnā rationem solum. s. formalem mēda-

eii in alio ubi dicit, quòd non est mendatium accipit mendatum complete, scilicet secundum materiale & formale simul.

MERCANTIA, mercatio, mercator, uide de negotiatione. supra uer. clericus. 3. prin. & §. 1. & emptio. 2. per totum, de retrouendendo uer. usura. 10. per totum de emptio ne redditum ad tempus usura. 9. §. pen. & ult. de uendentibus cum pacto fortunæ. de emptione & uendit. §. 1. & 2. per totum.

DE MERETRICE.

1 Meretrix quæ dicitur.

1 Meretrix dicitur illa quæ multorum libidini patet. 3. 4. dist. c. uidua. Alibi dicitur quæ meretrix est cuius turpitudine uenalis est. 3. 2. q. 4. c. meretrices. Et prohibitum est de iure diuino ad eas accedere. d. c. meretrices, quomodo simplex fornicatio est peccatum mortale. uerfi. fornicatio. §. 1. Et utrum meretrix teneatur ad restitutionem. uer. restitutio. §. 1. 4. utrum accipiens meretricem in uxorem mereatur. Resp. quæ sic, si facit, ut eam à malo retrahat. 3. 2. q. 1. c. non est culpandus, secus si alio malo sine.

DE MERITO.

- 1 Meritum quid dicitur.
- 2 Meritum dupliciter dicitur.
- 3 Meritoria bona facti extra charitatem, an ex congruo uel interpretatiue ualeant aliquid.
- 4 Meritorio quolibet actu meretur homo augmentum gratiæ, sicut & gratiæ consumationem.
- 5 Mereri sibi ex condigno primâ gratiâ nemo debet.
- 6 Meritorio uel demeritorio an aliquid actus sit in aliquo habente gratiam.
- 7 Actus interior uoluntatis an sit equaliter uoluntarius.
- 8 Merentur magis an alteri uel sibi qui ex charitate meretur.
- 9 Meritorium an magis sit aliquid facere ad uoluntatē plati quam alterius fratris, uel sua sponte.
- 10 Actus unus & idem an possit esse meritorius, uel demeritorius bonus uel malus.

¶ Per meritum passionis Christi gratiâ, qua in Xpo renati iusti fiunt, illis tribui docuit sancta syn. Tri. cum merita hominum dona Dei sint: atque ideo boni operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proposita est uita æterna, & tanquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa. sess. vj. de ref. c. iiii. vij. & xv. & xvj. Ex Paul. ad Co-

los. 1. Ephe. 1. 2. & 4. 2. Cor. 1. c. nihil est de conf. dist. 4. LEON. à LEGE.

1 Meritum proprie dicitur actio qua efficitur ut ei qui agit sit iustum aliquid dari. hæc ponit S. Th. 4. di. 15. q. 1. ar. 3. quodl. 4.

2 Primò, meritum dicitur dupliciter. uno modo actus per quem afficit ut ipse agens habeat debitum recipiendi, & hoc uocatur meritum condigni. Et ad hoc tria requiruntur. Primum est scilicet comparationem meritis ad mercedem. ut. scilicet illæ qui meretur sit in statu acquirendi mercedem, & per hoc illi qui sunt omnino in termino nihil merentur, quia nihil acquirere possunt sicut beati, & damnati, ubi nota quod nullus beatus potest augmere præmiū essentialē nec de nouo acquirere, & ideo quantum ad hoc non potest mereri quia non potest illud de nouo acquirere nec augmētate. Si tamen quantum ad aliquid aliud essent uiatores ut illi qui sunt in purgatorio, & Christus quando erat in uia qui poterat mereri gloriam corporis sic possunt mereri quamuis non ita proprie. Similiter potest dici de beatis de aliquo gaudio accidentalī, quod aliquando non habent & illud merentur & acquirunt per aliquod ministerium, quantum ad illud possunt aliquo modo dici mereri quamuis iterum minus proprie. Secundum quod requiritur ad meritum proprie dicitur est comparatione agētis ad actionē. ut. scilicet sit dñs actionis, alias per actionē suā non dignificatur ad aliquid hñdū nec laudat, & ideo ea quæ agunt per necessitatem naturæ, uel et per uolentiam non merentur. Tertium est scilicet comparationē actionis ad mercedē. ut. scilicet æquiparetur mercedi, non quidem scilicet æqualitatem quantitatis, quia hoc requiritur in iustitia commutatiua quæ consistit in emptionibus, & uenditionibus, sed scilicet æqualitatem proportionis quæ requiritur in iustitia distributiua scilicet quam Deus æterna præmia partitur, actio autem proportionata ad uitam æternam est actio ex caritate facta, & ideo per eam est condignum meretur quis, ea quæ ad uitam æternam pertinent, sine ea autem nihil potest mereri, quia primū donū est ipsa caritas. Secundum modum dicitur meritum improprie. scilicet quoniam facit opera bona siue charitate, & hoc potest esse dupl. primò

primò mò qñ habet similitudinẽ cū operatione facta in caritate quantum ad substantiam actus & quantum ad intentionem, ut cum aliquis exis in pctõ mortali dat elemosinam pp Deum dr meritũ congrui. Secundò modo, qñ est similitudo in substantia actus & nõ in intentione sic dr meritũ interpretatiuũ, sicut cū quis dat pauperi elemosinã pp inanẽ gloriã. hæc S. Th. 3. di. 18. q. 1. ar. 1. Aliud est meritum digni. scqñ existens in charitate orat pro eo qui nõ est in charitate, dignum. n. ut exaudiatur. Et sic quadruplex est meritũ. sc. condigni, congrui, interpretatiuũ, & digni.

¶ Secundò ¶ vtrum bona facta extra charitatem quæ sunt meritoria ex congruo uel interpretatiuè ualeant ad aliquid. Res. Em S. Th. ubi supra immediate qñ nõ meretur aliquid ex cõ digno, neq; æterni, neq; tpalis boni, ualent tñ ad consecutionẽ tpaliũ. Secundò ualent ad dispositionẽ ad gratiã.

Tertiò ad assuetudinẽ bonorum operum. Quartò quia euadit reatũ omissionis qui hmõi opera perficit. Quintò quia retrahuntur à multis peccatis per huiusmodi opera. Sextò qñ ex minori contemptu peccant.

¶ Tertiò ¶ quodlibet actũ meritorio meretur homo augmentũ græ sicut & græ cõsumationẽ quæ est uita æterna, sed sicut uita æterna nõ statim redditur, sed suo tpe cū. sc. aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiã augmentũ, per quẽlibet. n. actũ factum in charitate sit aliqua dispõ. aliqñ aut non est sufficiens ad augmentum, & tũc per secundum uel tertiuũ, uel quartũ sit sufficiens, & ultimus agit in uirtute præcedentiũ & introducit augmentum, aliqñ autem unus solus est sufficiens introducens augmentũ. hæc S. Th. 2. 2. q. 14. ar. 8. ad tertium.

¶ Quartò ¶ Nullus potest sibi mereri ex condigno primã gratiã, & similiter nullus põr mereri alteri primã gratiã ex condigno nisi solus Xps, quia unusquisq; nostrũ mouetur à Deo per donũ gratiæ, ut ipse ad uitã æternã perueniat, & ideo meritũ condigni ultra hanc motionem non se extendit, sed aĩa Xpi mota est à Deo per gratiã, non solũ ut ipse perueniret ad gloriã uitæ æternæ, sed et ut alios in eam adducere in quantum est caput ecclesiæ & actor salutis humanæ, sed merito congrui potest aliquis alteri mereri primã gratiã: quia. n. homo

in gratia constitutus implet Dei uoluntatem congruum est secundum amicitiaẽ proportionem, ut Deus impleat hominis uoluntatem in saluationẽ alterius, licet uolendoque possit habere impedimentum ex parte illius cuius aliquis iustificationem desiderat, & in hoc casu loquitur Ierem. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum, hæc S. Th. 2. 2. q. 14. ar. 6.

¶ Quintò ¶ vtrum in habente gratiam sit aliquis actus indifferens qui non sit meritorius neque demeritorius. Res. Em S. Th. 2. sententiarum. dist. 40. art. 5. qñ in eo qui habet gratiam & charitatẽ nullus est actus deliberatus indifferens, sed quilibet est meritorius uel demeritorius, si. n. sit deliberatus in bonum est meritorius, si autem in malum est demeritorius, non põr autem esse qñ sit à uoluntate deliberata & sic indifferens ad bonitatem & malitiam, in illo autem qui non habet gratiã potest esse aliqñ actus qui non est meritorius neque demeritorius, sicut si habeat aliquem actum deliberatũ à ratione qui sit bonus bonitate ciuili talis non erit meritorius, quia non habet gratiam neque demeritorius, quia est bonus, & ideo erit indifferens ad meritum & de meritum. uer. intentio. §. si.

¶ Sextò ¶ vtrum actus interior uoluntatis sit æqualiter meritorius sine actu exteriori sicut cum illo. Respon. secundum sententiam S. Thom. secundo sententiarum. dist. 40. ar. 3. & 12. q. 20. ar. 4. quòd actus interior uoluntatis potest acquirere bonitatem ab actu exteriori tripliciter. Primò per modum obiecti sine finis, & sic actus uoluntatis dicitur bonus & meritorius quando est de obiecto bono, puta si uult dare elemosinam est bonus, si uult offendere proximũ est malus, & quantum ad hoc actus uoluntatis sic dicitur meritorius si actus exterior fiat sicut si non fiat. Secundò modo habet bonitatem ab exteriori quantum ad intensionem uel extensionem, puta quando aliquis uult fornicari non ita intensè uult sicut quando fornicatur, quia intenditur per actum exteriorem, unde magis demeretur cum actu exteriori quàm sine. Similiter quantum ad multiplicationem, nam aliquando actus exterior si multiplicetur causat pluralitatem

tém actus voluntatis, & eodem modo dicendum de bono meritorio, quantum igitur ad hoc non æqualiter meretur actus interior sine exteriori: &c. Tertio modo possumus loqui de actu exteriori secundum se, quantum scilicet ad eius bonitatem vel circumstantias: bonitas autem ipsius actus voluntatis se habet essentialiter ad meritum, bonitas verò actus exterioris accidentaliter, puta voluntas ipsius actus martiri si sit æquè intensa sine actu exteriori habebit æquale meritum essentialiter non autem accidentale. s. Aureolam. Similiter ille qui habet voluntatem dandi eleemosinam æqualiter intensam si non det, quia deficit possibilitas habebit æquale meritum essentialiter sicut si daret non tamen habebit meritum accidentale, puta non æqualiter satisfacet pro pœna nec æqualiter merebit pauperes ad orandum pro eo & similia, quæ sequuntur actum exteriorem, & quantum ad hoc dicitur actus interior æqualiter meritorius sine actu exteriori essentialiter, sicut cum actu exteriori non autem accidentaliter. vnde glo. Matt. 12. quantum intendis tantum facit intelligitur de essentialiter. Similiter Bern. ait bona voluntas sufficit ad meritum, sed bona actio requiritur ad exemplum. Et sic intellige exemplum de vidua Luc. 21. uerbi. intentio. §. 3. & sequer. peccatum. primo. §. 8.

8 ¶ Septimò, ¶ utrum ille qui ex caritate meretur alteri de congruo magis mereatur sibi. Respond. secundum S. Tho. 4. di. 20. ar. 2. quodl. 3. ad 3. quod sibi magis meretur non tamen æqualiter satisfacet. unde ait sic. In solutione debiti attenditur quantitas pœnæ, sed in merito attenditur radix charitatis, & ideo ille qui ex charitate quo alio meretur saltem merito congrui etiam sibi magis meretur, non autem qui pro alio satisfacet pro se satisfacet, quia illa quantitas pœnæ non sufficit ad utrumque peccatum, tamen sibi meretur maius quidquam sit dimissio pœnæ scilicet uitam æternam. hæc ille.

9 ¶ Octauò, ¶ utrum sit magis meritorium facere aliquid ad obedientiam prælati, quam ad dictum alterius fratris vel sua propria sponte. Respond. secundum S. Thom. quodl. 6. q. 6. quod sic. ubi sic ait. Aliquis actus potest dici meritorius dupliciter. u-

no modo ex genere opis, & sic ille actus est magis meritorius qui est excellentioris uirtutis. Manifestum est autem, quod latría per quam aliquis seruit Deo est excellentior uirtus quam beneficentia qua quis satisfacet proximo, sicut & diligere Deum est magis meritorium, quam diligere proximum, quod autem obediatur prælato in quantum est Dei minister pertinet ad religionem qua quis colit, & diligit Deum, & ideo magis est meritorium, quod aliquis facit aliquid obediens prælato uel seruans uotum, quam si aliquid faciat ad dictum fratris. Alio modo potest dici aliquis actus magis meritorius ex eo, quod procedit ex maiori charitate licet sit minor ex suo genere, & sic nihil prohibet magis mereri illum qui facit aliquid ad dictum fratris. hæc ille.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum unus, & idem actus possit esse meritorius, & demeritorius siue bonus, & malus. Respond. secundum S. Thom. 2. 2. qd. 10. quod si accipiatur unus actus prout est in genere moris impossibile est quod sit bonus, & malus bonitate, & malitia mortali. si tamen sit unus unitate naturæ, & non unitate moris, potest esse bonus, & malus. Ambulatio enim continua est unus actus secundum genus naturæ, potest tamen contingere, quod sint plures secundum genus moris. si mutetur ambulantis uoluntas, & sic pro parte potest esse actus meritorius stante uoluntate bona, & pro parte malus recedente bona uoluntate. uer. intentio.

D E M E T V.

- 1 Metus quid sit, & quotuplex remissus.
2 Metus excommunicationis utrum iustus.

1 **M**etus ¶ quid sit, & quotuplex sit, & multa alia pertinentia ad metum supra uer. coactio per totum, & uer. impedimentum. 9. per totum.

2 ¶ Primò, ¶ metus excommunicationis utrum sit iustus. Respond. secundum Pa. in c. olim inter in glo. in fi. 2. col. ubi gloss. dicit quod æquiparatur metui cadentis in constantem uirum Pa. uerò adducit contra d. c. cum dilectus, quod me. causa in glo. in uer. uolentia, sed Io. An. concordat tibi, quod aut quis iuste minatur excommunicationem.

nem, & non excusat, quia culpa sua incidit in metum ar. in l. si mulier. ff. quod me. causa, & quod nota glo. in c. Abbas. eo. ti. Aut iniuste, & tunc excusat cum graui poena sit inter homines esse, & hominum carere commercio. vel. hi qui sancti. C. de apost. facit l. sacro. de sen. excommu. ui de bonum tex. in cap. corripantur. 24. q. 3. ubi dicitur, qd in Dei ecclesia non reperitur poena excommunicatione maior, & hanc distinctionem approbant Docto. de Rota. Facit glo. notabilis in l. nec timore. ff. quod me. cau. quæ dicit timorem infamix iuris inferre iustum metum, secus de alia infamia supra uer. coactio. §. 3. & melius uer. impedimentum. 9. §. 1. circa medium. Et hoc intellige quando quis non habet facile remedium contra metum excommunicationis ut puta propter potentiam, & tyrannitatem minantis excommunicationem non audeat appellare uel aliter superiore adire aliàs secus, tunc n. est sibi imputandum quare sibi non prouidit ar. in c. si. de elect. hæc Pa. uide aliquid in uer. coactio. §. 2. de elect. facta per metum. uide uer. electio. 1. §. 23. uide aliquid uer. excommunicatio. §. casu. 2. §. 2.

DE MILITE.

- 1 Miles unde dicatur.
- 2 Militium privilegia.
- 3 Miles an possit incarcerationi pro debito cinili.
- 4 Miles quis esse non possit.
- 5 Milites quomodo instituuntur remis suæ.
- 6 Militie ars an sit licita.

1 **M**iles dicitur à mile quia electus ex milibus, uel quia primò electi sunt mile à Romulo. hæc S^z. Tho. in lib. de regi. princi. & secundū Vegetium de re mili. est qui iurat se non euitaturum mortem propter salutem reipublicæ, nec sufficit qd electus tiro etiam si publicis expensis, sed necesse est ipsum in numero militum referri. ff. de test. mili. l. antepe. idest in matricula uel tabula, in qua omnia nomina militum scribantur secundū Azo. sicut alias legitur. ff. de albo. l. 1. & 2. Idem est si in comitatu principis reuentus confestim cingi iustus est. ff. de test. mili. l. pe. sed & stigma idest

nota publica eorum brachii debebat infigi. C. de fabric. l. stigmata. & talis miles à signis militaribus citra uigefimum annum sine magna causa remitti non poterat sine infamia. ff. ex quib. cau. ma. l. pen. hodie uero tales milites non inueniuntur, sed inermes tantum puta clerici, de ser. nō or. l. eo libentius. Milites nostri temporis, licet nō habeant insigna obseruantix ueteris, habent tamen insigna obseruantix nouæ s^m Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. alleg. in articu. capi. translatio. de consti. tñ non gaudent priuilegiis militaribus: quia eorum militia nō est priuilegiata, & in eorum actibus debent uti iure communi, ut communiter tenetur per Doc. Cin. in l. prima. C. de iur. & fac. igno. & Barto. in l. filiusfamil. §. ueterani. ff. de procu. quia magis promouentur ad pompam.

2 ¶ Primò, d de priuilegiis militum primum est, quia si in expeditione est in conflictu belli, uel uitæ periculo constitutus licet ei testari quomodo potest, & uult. C. de testam. mili. l. quanquam. proinde etiã si nullus testis interfit, si tamen sanguine rutilanti, uel in uagina, uel clipeo suam aut in puluere scripserit, & legi possit stabilis erit. C. de testam. mili. l. miles. In hoc enim casu nuda uoluntas sufficit. ff. de testam. mili. l. prima. Si autem in expeditione ne sit, non tamen in conflictu, uel uitæ periculo, sed intentorio fortè, uel alibi duos saltem testes adhibere debet, ut testetur coram eis quam uelit sibi hæredem esse, & cui libertatem, & cui legatum relinquere. uerfi. testamentum. §. 4. in fin. nec sufficeret si sermonibus simplicibus sicut plerunque fieri solet diceret, te hæredem facio, aut bona mea relinquo, quod ipsorum militum inest. Alioquin non difficiliter inueniretur, qui diceret se post mortem militis hoc audiuisse, & sic uera iudicia subuerterentur. ff. de testa. mili. l. diuus. Si autem non in expeditione sit, sed domi, uel alibi iure communi testari debet. C. de testam. mili. l. pen. & est arti. quod illi clerici tantum, qui regulariter uiuunt, & sunt circa diuinum officium occupati debeant gaudere priuilegio, scilicet libertatis personæ, habent enim clerici priuilegium ne grauentur angariis, & perangariis, æquites autem angariis munus personale,

- nale. i. principaliter alii iniunctum ex sua persona, cum uerò angariis iungitur, per dñ perangaria & est munus quod coheret rei. i. prættatur ex re quam quis habet & est munus mixtum. ut. ff. de mu. & ho. l. munerum, ab his immunes sunt clerici, & eorū p̄dia. de immu. ec. nō minus. 18. §. 1. & 2.
- 3 ¶ Secundò ¶ vtrum miles possit incarcerari pro debito alicuius contractus uel ultimæ voluntarij. Bal. in l. 1. C. qui. bo. ce. pos. q̄ non, sed Bar. in miles. ff. de re. iu. limitat ad debitum contractum in castris solum.
- 4 ¶ Tertio ¶ quis non potest esse miles. Resp. q̄ impugnantes securitates nauigantium & hostes publici & infames, milites esse non possunt. ut in l. 1. uer. optimos, fidelissimoq; com militioes. ff. de test. mili.
- 5 ¶ Quarto ¶ quō instituitur & de eorum priuilegio habes in l. pe. ff. qui. cau. ma. in gl.
- 6 ¶ Quintò ¶ vtrū ars militiæ sit licita. Ref. q̄ sic, si debito modo fiat. 25. q. 1. c. militare. de quo dic ut suprà bellum, licet et militibus se exercere in his quæ nulli sunt nocua cā exercitii, puta incursionib. equorum, in proiciendo tela, & hmōi in quibus non imminet probabile periculum proximi, sicut imminet in torneamentis, & id prohibeatur, acit ad hoc. 2. Resp. x. ubi Dauid præcepit, ut doceret filios Israel arcu. i. artem sagittandi, vnde fm Pis. abusus militiæ est maximè in tribus. Primò ex concussione innocentū. Secundò in exactione immoderati salarii. Tertio in exercitio immoderato uel indebito, puta si fiat ad ostentationē uirium cum nocumento proximi sicut sunt torneamenta siue pugna singularis inter socios hastarum, laucearum, & hmōi.

DE MINORE.

- 1 Minor quis dicatur.
- 2 Minor utrum petere possit restitutionem in integrum & quomodo.
- 3 Gestia cum minore sine auctoritate tutoris an teneant.
- Minor in spiritualibus an restituantur.

- 1 Minor ¶ quis dicatur. Ref. ille qui non habet. 25. annum completum. ff. de mino. l. 1.
- 2 ¶ Primò ¶ vtrum minor possit petere restitutionem in integrum, non solum in læsione quæ demit de patrimonio, sed et in læsione

- lucris cessantis. Resp. q̄ sic, ad quadriennium postq̄ compleuit 25. annū, de his tñ solum in quibus læsus est infra 25. annū, dū esset in minoribus. uide glo. de resti. in inte. c. 2.
- 3 ¶ Secundò ¶ vtrum teneant gesta cum minore sine auctoritate curatoris. Ref. Pan. in c. in p̄sentia. de prob. q̄ si intrat religionē p̄t alienare oia bona sua quia fingitur mori. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. sed non intrando non p̄t alienare et ad pias causas.
- 4 ¶ Tertio ¶ minor si renunciauit bñficio ecclesiastico nō restituitur, quia in spiritualibus ut maior admittitur, & agit, & conuenitur. ff. de mino. l. ait prætor. in gl. priuci.

DE MINORIBVS FRATRIBVS.

- 1 *Minores fratres qui sint.*
- 1 **M**inores fratres sunt fratres ordinis Sancti Francisci, de quibus utrum possint recipere pecuniam per interpositam personam. uide uer. pecuniam. §. 1.

DE MISSA.

- 1 *Missã unde dicatur.*
- 2 *Missã à quo debeat celebrari.*
- 3 *Missam celebraturus qualiter debeat esse dispositus.*
- 4 *Missã quo tempore uel hora debeat celebrare.*
- 5 *Missã an possit celebrari de nocte.*
- 6 *Missã qua hora debeat dici.*
- 7 *Missã an non diebus matutinis possit celebrari.*
- 8 *Missã ubi celebrari debeat.*
- 9 *Missã coram quibus debeat celebrari.*
- 10 *Missã cum quibus instrumentis celebrari debeat. Sine quorum aliquo celebrans peccat mortaliter. 11.*
- 12 *Missam celebrans sine Missali peccat mortaliter.*
- 13 *Missã quibus uerbis celebrari debeat.*
- 14 *Gloria in excelsis, utrum debeat dici in missis uotiuus.*
- 15 *Christi solis uerbis cum consecratur an conuenienter alia preparatoria ordinentur.*
- 16 *Verba Elenatis oculis, & Accipite, & manducate &c. an conuenienter dicantur, cū in Euang. non legantur.*
- 17 *Memoria defunctorum an fiat in missã conuenienter, cum in aliis sacramentis non fiat.*
- 18 *Missã celebrare an debeat sacerdos capite discooperto.*
- 19 *Missã post inceptam an possit cessare sacerdos.*
- 20 *Sacerdos celebrando an aliud dicere debeat, quam continetur in missali.*

- 21 Et quid si aliquid omitat de his quæ ordinariè dicuntur.
- 22 Ablutio manuum an conuenienter fiat in missa cū videatur ceremonia antiquæ legis.
- 23 Cruces an conuenienter iterentur, cum ea quæ sunt in sacramentis non reiterentur.
- 24 Actus qui sunt in missa an conuenienter facti dicantur.
- 25 Sacerdos an conuenienter vertat se ad populū.
- 26 Christi corporis diuisio an conuenienter fiat cum Christus non sit diuisus.
- 27 Perfusio post sumpcionem sanguinis an debeat fieri cum vino.
- 28 Christi corpus an conuenienter referretur.
- 29 Missæ defectibus quomodo succurrendum est.
- 30 Sacerdos si deficiat propter mortem infirmitatē, & huiusmodi: ita quod non potest complere incepta quid agendū. Et quid si sanus persistens, non perficit. 31.
- 32 Si sacerdos ante consecrationem vel post recolit se comedisse aliquid vel alicui mortali subiace re, vel etiam excoicationi cuius prius memoriā non habebat quid agendum.
- 33 Aranea vel musca si in calice inueniatur uel simile quid agendum.
- 34 Aqua si per negligentiam vel alia causa non ponatur in calice aut etiam vinum, et hoc aduertit sacerdos, quid agendum.
- 35 Hostiam an esse triticeam si ante consecrationē aduertit sacerdos, uel esse corruptam, uel ibi non esse uinum, & aquam, quid agendum. Et quid si hoc defectum hostiæ percipiat post consecrationem. 36.
- 37 Hostiam non esse conuenientē si post ipsius sumpcionem ante tamen sanguinis sumpcionem percipiat sacerdos, quid agendum.
- 38 Sacerdos si non recolat se dixisse uerba consecrationis uel aliqua alia, quid agendum.
- 39 Hostia si propter frigus uel alia causa cadat in calicem quid agendum, cum sola tertia pars ibi debeat immitti.
- 40 Sanguinis si per negligentiam effundatur, uel euomat sacramentum sumptum, aut hostiæ consecratæ putrescunt quid agendum.
- 41 Sanguinem sumendo si remaneat particula in calice quid ager sacerdos.
- 42 Et quid si uinum in calice congeletur.
- 43 Missam pluries in die an celebrare liceat.
- 44 Sacerdos quilibet uirum teneatur missam quotidie celebrare.
- 45 Institutio beneficii, quid quis quotidie celebret an obliget institutum ad sic celebrandum.
- 46 Missam audire an quilibet teneatur. Et quæ necessitas excuset. nu. 47.
- 48 Missam audire an oēs indifferenter teneatur.
- 49 Missa de quo festo debeat celebrari, uel audiri.
- 50 Missæ uerba an sit necessarium sensibilibiter audire.
- 51 Missa si tota non audiantur an sit satisfactum.
- 52 Missa in qua ecclesia audienda.
- 53 Missa de sancto dicta pro defuncto an tantum ei proficiat sicut si diceretur de mortuis.
- 54 Missa mali sacerdotis an tantum ualeat quantum boni.
- 55 Missam celebrās ut Deus aliquem perdat an peccat mortaliter.
- 56 Missa pro quibus debet dici.
- 57 Missa pro paruulis an sit celebranda.

¶ Missam uerū sacrificiū, uerè propitiatoriū, magnū ministeriū, non vulgari sermone celebrandā, horis debitis, non in domibus priuatis, pdesse defunctis qñ in Christo mortui sunt, & nondū ad plenū purgati, docuit & pcepit sancta syno. Trid. vt uerō oīs irreuerentia in Missis celebrādis euitetur, pcepit ut singuli in suis diocesisbus interdican, ne cui uago, & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat; neque quemquā, qui publice & notorie criminofus sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittat. Sec. lxxij. per ix. priora cap. & totidē can. ac cap. seq. Ex c. sane. de cele. mis. Ioan. 14. Pfal. 109. Paul. ad Heb. 7. 9. 10. & 1. ad Cor. 11. Luc. 22. LEQ. à LEGE.

Missa † dī, & nominatur quia p Angelū sacerdos preces ad Deū mittit: sicut populus per sacerdotē. Christus est hostia nobis missa. vnde & in fine missæ diaconus in festis licentiat populum dicens, ite missa est. s. hostia per Angelū ad Deū, ut. s. sit Deo accepta. vnde et sacerdos dicit. Iube hoc perferri per manus sacramēti Angeli tui in sublime altare tuū. vnde missa dī, quasi trāsmissa, eo q̄ populus p ministeriū sacerdotis, qui mediatorum uice fungitur inter Deū & hominē, preces, uota, & oblationes Deo transmittit, uel ipsā hostia sacra missa uocari pōt, quia transmissa prius à patre nobis. vt. s. nobiscum esset postea à nobis patri: vt apud patrē pro nobis esset. hæc S. Thom. 3. quæst. 83. artic. 4. & 4. distin. 13. in litera, de aliis nominibus huius bestiar.

bestiæ. vide uersicu. eucharistia prin.

2 ¶ Primò, ¶ missa à quo debeat celebrari. Respon. à solo sacerdote uix ordinato. de sum. trini. c. 1. §. vno. de conse. dist. 1. c. 1. in fi. de quo supra uer. eucharistia. 2. per totū, & ver. communicare. §. 51. & 52.

3 ¶ Secundò, ¶ de dispositione celebrantis utrum existens in peccato. vide ver. cōicere. §. 25. vsque ad 32. utrum pollutus ibidem. §. 33. vsque ad 40. utrum non ieiunus ibidem §. 42. vsque ad 50. utrum peccator peccet videndo hanc hostiam, ibidem. §. 41.

4 ¶ Tertiò, ¶ quo tempore uel qua hora debeat celebrari. Respon. secundū S. Tho. 3. q. 83. arti. 2. q. cum in celebratione huius misterii attendatur, & representatio dominicæ passionis, & participatio fructus eius, & utrumque esse oportuit determinatum tempus aptum celebrationi huius sacramēti, quia enim fructu dominicæ passionis quotidie indigemus propter quotidianos defectus, quotidie in ecclesia iteratur, & of fertur. vnde & dominus nos petere docet Luc. 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. vnde Au. de uer. domini. Accipe quotidie quod tibi profit, quia autem dominica passio celebrata est à tertia hora vsque ad nonam: ideo regulariter in illa parte diei solemniter celebratur hoc sacramentum in ecclesia, & quia in hoc sacramento recolitur passio Christi & eius effectus ad fideles deriuatur tempore passionis Christi recolitur passio sola, secundū q. in ipso capite fuit perfecta, quod quidem factum est semel, fructus autem dominicæ passionis quotidie fideles recipiunt: ideo sola commemoratio fit semel in anno, scilicet in die passionis. hoc autem quotidie, & propter fructum, & propter iugem memoriam. vnde in die quo ipsa domini passio recolitur prout regulariter gesta est, non celebratur consecratio hoc sacramenti, ne tamen ecclesia eo etiam die sit sine fructu passionis per hoc sacramentum exhibitum, corpus Christi consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illa die, nō autem sanguis propter periculum, & quia sanguis specialius est imago dominicæ passionis, nec verum est quod quidā dicunt. q. per immisionem particulæ corporis Christi in uinum conuertatur uinū in sanguinem, quia non potest fieri nisi p

consecrationem factam sub debita forma uerborum. hæc S. Tho. Et sic habes quomodo quotidie sumendum est, & quotidie celebrandum nisi in die dominicæ passionis.

5 ¶ Quartò, ¶ utrum possit celebrari de nocte Resp. q. non, sed in die: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Io. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: ita tamen, q. principium diei sumatur, nō à media nocte, nec etiam ab ortu solis, uel quando substantia solis apparet super terram, sed qñ incipit apparere Aurora, tunc. n. quodam modo dñ solis ortus, in quantum claritas radiorū eius apparet, vnde Mar. 26. Dicitur, q. mulieres. uē. ad mo. or. iam sole, & tamen uenerunt ad monumentum cum adhuc tenebræ essent. ut dicitur Io. 20. sic enim hanc contrarietatem soluit Aug. in lib. de consen. euan. specialiter tamen in nocte Natalis missa celebratur pro hoc, q. dominus nocte natus est ut habetur de conse. dist. 1. c. nocte, hæc S. Tho. 3. parte. q. 83. ar. 1. ad 3. una tamen sola debet dici de nocte infra §. 42. & ibi habes quare dicitur de nocte, & similiter etiam in sabbato sancto circa noctis principium pro hoc q. dominus nocte surrexit. i. cum adhuc tenebræ essent ante manifestum solis ortum. hæc S. Th. ubi supra, & habetur de conse. dist. 1. c. solent. §. in ieiuniis. Illud de sabbato communiter nō seruatur, sed dicitur in sabbato sancto. vnde in præfatione fit mentio de nocte.

6 ¶ Quintò, ¶ qua hora debet dici. Respon. secundū S. Tho. 3. par. q. 83. ar. 2. ad 3. circa finem, q. à nobis celebratur hora dominicæ passionis quæ fuit à prima vsque ad nonam sed in diebus festis in tertia, quando crucifixus est linguis iudeorum Matt. 25. Et quando spiritus sanctus descendit super discipulos uel in diebus pro festis in sexta, quando crucifixus est manibus militū. ut hñ Io. 21. Vel diebus ieiuniorū, in nona qñ emisit spūm Matt. 29. potest tñ tardari maxime qñ sunt ordines faciendi, & præcipue sabbato sancto, tum pp prolixitatem officii, tum et, quia ordines pertinent ad diem dñicam. 75. dist. quod à patribus, pñt tñ et missæ celebrari in prima parte diei pp aliquam necessitatem. de conse. di. 1. c. necesse est. hæc S. Tho. & accipe primam partem diei ut in §. præcedenti. vnde missæ priuatæ

privatæ possunt dici ab aurora usq; ad nonā. i. meridiem, ita q; in nona sit incepta. Sicut tñ dicitur est in isto §. fm S. Th. pp necessitate pōt anticipari parum ante aurorā, & tardari aliquantulum post nonā. & Pet. de palu. dicit, q; si credit ante diē esse diē, aut esse ante meridiē qñ est post, possunt excusari si parum est, maximē qñ hoc est ex devotione, quia qd parvū deest nihil deesse vī. Idem vī qñ necesse est cōcitate infirmū, & nō habet uaticum maximē si est de licentia epi, uel superioris, similiter epi itinerrantes ante diē celebrare possunt ne impediatur in uia. fm D. Arc. Fl. post gl. in c. fi. de priui. li. 6. de eo quod dictum est. de 3. 6. 9. intelligendum est de missa solēni, uel fm consuetudinē antiquā: moderno. n. tpe non seruetur, & consuetudo excusat. pōt igitur isto tpe fm consuetudinē celebrari ab aurora usque ad nonā. i. meridiem. ubi nō. q; aliter accipit S. Th. nonam, ut patet, quia dicit, q; nona est qñ Christus expirauit, quod fuit fm eum. 2. i. hora, & fortē q; tempore suo erat ista consuetudo. ut dictū est. ver. ieiunium. §. 5. de quo uide ibi. Et qui aliter ante diem celebrat fm Vuil. peccat mortaliter, quia contra consuetudinē generalē ecclesie. Ex quibus patet, q; ubi esset alia consuetudo posset seruari. Et fortē fm Vuil. q; episcopus posset in casu dispensare. Quo uerō ad eos qui uolunt cōcitate non inuenitur quin possint omni hora cōmunicare dum sint ieiuni à media nocte, mane tñ diei est congruentior hora, & nunquam potest bis in die cōmunicare nisi qñ celebrat infra §. 42. post medium. uide aliquid. uer. communio. §. 4.

7 ¶ Sexto, ¶ quid de eis qui nondū dictis matutinis celebrant Resp. fm Vuerua. q; mortaliter peccant cum hoc sit contra generalem, & approbatam consuetudinē ecclesie. 1. i. dif. c. in his. quamuis possit audiri. Quidā dicunt q; ista rō est inefficax, quod vī esse cōtra oēs Summist. sed pōt concordari, ut ipsimet dicunt, q; pōt rōne necessitatis, uel scandalī. dicit et D. Arch. Flo. post Pet. de pal. q; non debet dici ante primam, nisi sit consuetudo in contrarium, uel generalis, ut in missa prima & secunda Natalis, uel particularis, ut in quibusdā monasteriis ubi dicuntur multæ missæ ante primā, & hoc nūc vī generaliter quasi ubiq;

vnde cum ad hoc cōiter non adducatur à doc. aliud ar. nisi consuetudo, & nunc consuetudo sit in contrarium, vī dicendū simpliciter, q; causa rōnabili interueniente potest ante primam, nec est necesse, ut illam ante missam dicat, aliās oporteret aliquando illam bis dicere: quia multoties aliqui celebrant antequam prima dicatur in choro, & sic oportebit illam bis dicere, uel nō uadat ad chorum.

8 ¶ Septimò, ¶ ubi debet missa celebrare. Rñ. fm Ray. q; missa non debet ordinariē celebrari nisi in ecclesia consecrata si fieri pōt, uel saltē in altari consecrato, uel si hoc nō habetur ad minus semper habeatur parua tabula consecrata, & non refert de quo sit altare super quo ponitur talis tabula, de qua uide uer. altare. per totū. in nulla autē necessitate licet celebrare in mare, uel in stuo. Non habenti autē capellas, licet potius celebrare sub diuo, quā stare sine missa dūmodo habeant necesse, qñ non pōt habere licentiā ab epō, in hoc. n. papa dispensat, & not. q; quicumque celebrat, uel celebrare facit diuina in ciuitatibus, castris, uel uilis nisi quatenus eis à iure conceditur, est ei interdictus. ingressus ecclesie ipso facto cuiuscunque ordinis, ut priuilegii, sit munitus. c. episcoporum. de priui. li. 6. Itē si in locis à iure, uel à iudice prohibitis, ibidē. Prædicatores tñ, & minores habent priuilegium. ut dictum est supra uer. altare. 2. 1. & similiter episcopi in uia. ibidem concor. S. Th. 3. q. 83. ar. 3. dicens q; passio Christi non est celebrata in domo, sed sub diuo: quia ecclesia, ut dicit Augu. nōn erat concludenda sub finibus gentis iudicæ, sed in uniuerso mundo. Nunc uerō regulariter celebrari debet in domo, quæ est ecclesia Dei uiui, quia extra ecclesiam non est locus sacrificii ueri, & tamen in c. concedimus. de conse. dist. 1. conceditur in itinere. ut supra. hæc ille. Et iterum ibidem dicit regulariter nō licet celebrare hoc sacramentum nisi in domibus consecratis. vnde sicut habetur de conse. dist. 1. nullas presbyter missam celebrare presumat nisi in sacris ab episcopo locis, nec licet consecrare domum in qua fuerunt sepulti pagani de consec. dist. 1. c. ecclesiam. propter necessitatem tamen possunt hoc sacramentum pagani in domibus nō cōsecratis tñ de consen-

su episcopi. c. missarū. e. di. non tamen sine altari portatili consecuto. d. c. concedimus. hęc San. Tho.

¶ **O**ctauo, † corā quibus dēt missa celebrari. Ref. fm. T. ubi supra art. 5. ad ulci. q. in solemni celebratione missæ, plures debent adesse vt hī de conse. di. 1. ca. hoc quoq; statutū est, ut nullus presbyter celebret solēnia nisi duobus presbyteris, sibi presentibus respondentibus ipse tertius habeatur, quia cū pluraliter ab eo dīr dñs uobiscum, & illud in secretis orate pro me apertissimē conuenit, ut ipsi respondeatur saluationi, vñ ad maiorem solennitatem ibidem statutum reperitur, ut episcopus cum pluribus missarum solennia peragat, & cum diacono, 93. di. diaconi, in gl. & quod ibi dīr q. sa cerdos celebrans non dēt per se calicem accipere est fm Pe. monitio. In missis autem priuatis sufficit unū habere ministrū q. gerit personam totius populi catholici ex cuius persona sacerdoti principaliter respondet ar. c. proposuit. de si. pres. hęc s. Th. hoc idem confirmat Pa. in c. quisq; de ui. & ho. cleric. ubi igitur dīr in iure q. debent esse plures intelligitur de solēni missa, uel ut Pe. de pal. dicit est abrogatam per contrariam consuetudinem, ubi autem dicitur q. unus sufficit intelligitur de priuatis, & hoc consuetudo approbat. Mulier autem in missa ministrare non potest, nec palas, nec uestes contingere, uel incensum circa altare deferre. c. sacratas. di. 23. & de conse. di. 1. c. uestimenta, & q. requiratur saltem antus seruator. c. sufficiat. idem dicit Al. & Host. ar. de uer. sign. quesuit primò. Resp. Pa. ubi supra dicit, q. si diceret, peccaret, sed consecraret immo plus dicit gl. in d. c. hoc quoq; q. reclusus missam solus cātare potest, ubi clerici copia non suffragatur, quia necessitas non habet legem, arg. c. quæ fuit. de uer. signi. ubi solus presbyter iniungere p̄r, sed se cus cessante causa necessitatis. Sed quid si imminet necessitas celebrandi, puta quia dies festus, & non habet socium secundum illam gl. uidetur, q. possit celebrare solus, sed contra est Pan. & Host. credo quòd non deberet celebrare. ad glo. dicitur quòd est abrogata propter contrariam, & generalem consuetudinem.

¶ **N**ono, † cum quibus instrumentis debet missa celebrari. Ref. primò, q. dēt cum ue-

Secunda pars

stimentis debitis celebrare qui sunt calciamenta, amictus uestis alba, cingulum, manipulus, stola, planeta, sed qualia debent esse prædicta. Ref. q. fm consuetudinem rōnabilem regionis, uel congregationis ar. l. de quibus. ff. de legibus. An debeant esse benedicta? cōiter tenetur q. sic, exceptis calciamentis, cingulum etiā fm Ricar. in 4. dist. 13. de consuetudine non benedicatur: rōnabilior tñ est opinio, q. benedicatur. De benedictione istorum. uide uer. benedictio §. 1. Secundò debet celebrari cum igne. de cele. mis. c. fi. & celebrans sine igne debet officio, & beneficio priuari ibidem. Debet etiam corpus domini quando portat, ad infirmos portari cum lumine cap. sanè, de celebra. mis. quòd debet teneri in ecclesia cum lumine, quia non adhibetur lumē p̄pter tenebras, sed ad signum letitiæ demonstrandum, ut ostēdatur q. est lux uera, &c. 21. dist. c. clericos. Tertio cum calice, & patena de quibus. uer. calix. Quarto cum altari lapideo de quo uer. altare. Quintò cum corporali, & tribus tobaleis, & secundum D. Ar. Flo. ad minus debent esse duæ, secundum q. erant duo lintamina, dicitur. n. in plurali, & debent esse de lino simplici, & si militer corporalia, uel de canapo de quibus uer. corporalia. Sextò cum missali, hostia, azima, uino & aqua, quæ in minori quantitate debet imponi quàm de uino, vt in ca. pernitiosus. de cele. mis. uer. si. eucharistia. §. 4. & c.

¶ **D**ecimò, † utrum peccet mortaliter qui celebrat scienter sine aliquo istorum. Ref. Do. Ar. Flo. & cōiter doc. q. si celebrat sine igne, aqua, uel pane fermentato, si est latinus, sine altari consecrato uel sine pallis, uel sine manipulo, stola uel sine calice, & patena, uel sine casula, cingulo, ueste alba, amictu, sic peccat mortaliter, & citius debet dimittere etiam die festo, non tamen efficitur irregularis siue scienter siue ignoranter faciat fm Ricar. 4. di. 13. quia non reperitur in iure: de calciamentis autē nō reperitur, vñ si dimitteret eò q. non haberet & non faciat ex cōtēptu nō vñ mortale, bote ubi est consuetudo sufficiunt, & nō q. præceptū est clericis q. uasa & uestimenta in quibus celebrari debet sint mūda & nitida in c. reliqui. de custo. euca. & iō vñ mortale facere cōtrarium. 14. q. 1. c. quod præcipitur. Sum. Tab. bb quod

quod intelligerem quando est in magno ex
cessu.

- 32 ¶ Undecimò, † de missali. D. Arc. Flo. cre-
dit, q̄ peccet mortaliter si celebrat sine, vel
saltē sine libro in quo sit canon pp̄ peicu-
lum cui se exponit: quia multi est magnæ
memoriæ deficiunt, & etiam pp̄ consuetu-
dinem cui consentit Angelica, & dicitur
communiter a. Te igitur. vsq; ad cōionem.
- 33 ¶ Duodecimò, † quo. i. quibus uerbis, vel
actibus dēt celebrari. Rel. q̄ dēt observari
ordinarium missæ tam in dicendis quàm
etiam in actibus, cuius ordinationis ori-
ginem habuimus à Iacobo fratre dñi, & à
Basilio Ep̄o Cæsariensi, & Thelesoro papa
4. à Petro, de conse. di. 1. c. Iacobus. quædā
verò per successores, & q̄dam sunt consue-
tudinē reprobata quarum vsui paritatis, &
idē vtriq; pietatis debetur affectus. dist. 11.
ca. ecclesiasticarū, quorum omnium s. T.
4. di. 8. in litera reddit rōnem, similiter in
3. par. q. 83. ar. 4. & ponit ordinē, & expo-
sitionem dicens q̄ missa habet tres partes
principales. s. principium orationis quod
durat vsq; ad epistolam exclusiue. Mediū.
Ipsam celebrationē, q̄ durat vsq; ad post
cōionem exclusiue: & gratiarū actiones ex
inde vsq; ad finē. prima pars continet duo,
s. præparationē populi ad orationem, & ip-
sam orationē, p̄paratur at̄ populus primò
p̄ deuotionem in introitu. Secūdo p̄ humi-
liationē quæ fit per Kirie eleyson. i. dñe mi-
serere, quæ sunt nemina græca: quædā au-
tem sunt hebraica sicut Altellua. i. laudate
Deum. Sabaoth. i. exercitū. Osaur a. i. sal-
ua obsecro. Amē. i. uerè. vel fiat. Asia sunt
latina, & dicitur Kirie eleyson nouies pp̄
nouē choros angelorū uel pp̄ fidē trinita-
tis secundū q̄ qualibet persona in se con-
sideratur, & in ordine ad alias duas. Tertiò
per rectam intentionem, quæ ad cœlestem
patriā, & gloriā dirigēda est, quæ omnem
rationem humanam excedit, & hoc fit per
gloriam in excelsis quod dicitur in solēni-
tatis quæ nobis cœlestem solennitatem
representant in officiis uerò luctus omni-
nò intermittitur, deinde sequitur oratio ad
Deū pro populo sua, quā sacerdos publicè
p̄ponit, p̄missio, dominus uobiscum,
quod sumitur de rut. 2. Quinta autem pars
principalis tres partes continet, prima est
populi instructio vsq; ad offertoriū, secūda

materialis oblatio vsq; ad præfactionē, ter-
tia sacri cōsumatio vsq; ad post cōionem,
& istæ partes diuiduntur in multas partes,
ut ponit s. T. ubi supra ubi no. q̄ effectus
euangelicæ doctrinæ est fidei confessio quæ
quia est supra rōnem à sacerdote inchoat
Symbolum fidei, & chorus p̄osequit nec
dī, nisi in solennitatibus de quibus mētio
in simbolo, sicut de natuitate resurrectio-
ne de apostolis q̄ fidei fundatores fuerunt,
& similibus. tertiæ partis pars principalis
est gratiarū actiones, & cōinet duo. s. me-
morationem beneficii accepti in cantu an-
titionæ post communionem, & gratiarum
actiones in oratione quam sacerdos p̄se-
quitur, ut conformiter finis missæ princi-
pio respondeat, multa alia ponit s. T. ubi
supra quæ dimitto causa breuitatis.

- 14 ¶ Decimotertiò, † utrum Gloria in excel-
sis debeat dici in missis nouiis. Respon. q̄
non ordinariè ut in ca. consiliū. de cele-
st. mis. nec ēt. Credo in unum Deum, dicit tñ
Host. in d. c. consiliū, q̄ deuorā consuetudi-
nem non reprobamus ut in missa uorua
de beata uirgine in qua cōiter gloria dī. p̄-
fatio etiam propria debet dici in missis uo-
tiuis si habet secundū Pa. in d. ca. consi-
lium, & sunt decem ab ecclesia approbatæ,
nouem habentur in c. inuenimus, de cose.
d. 1. f. Nariuitatis domini, epifaniæ, quadra-
gesimæ, paschæ, ascensionis domini, p̄n-
tescostes, sanctæ crucis, sanctorū apostolorū,
& sanctæ trinitatis, & in c. sacrorum. 70.
dist. ponitur decima de dñica. s. cōis. Alia
delenda de missali, nisi ex priuilegio, uel
cōsuetudine habeatur. Rosella dicit uerū
missa. §. 12. q̄ ex priuilegio Alex. 4. quod
incipit, passi grauiora, licet dicere himnū
angelicum quando missa de spiritu sancto,
& de beata uirgine celebratur & eorum se-
quentias, & propriam præfactionē in mis-
sa de cruce, & huiusmodi. hæc ille. credo
tamen q̄ quilibet attendere debeat ad p̄-
prias rubricas uel ordinationes maxime qñ
sunt approbatæ per summum pontificem
ut in ordine fratrum prædicatorum, uel ad
laudabiles, & antiquas consuetudines.

- 15 ¶ Decimoquarto, † utrum conuenienter
ordinentur hæc omnia ad consecrationem
cum solis uerbis Christi hoc sacramentum
conficiatur. Resp. secundū s. T. ubi supra
3. parte ad primum, q̄ necesse fuit hæc ad-
dicere

dere ad preparationem populi.

- 16 ¶ Decimoquinto ¶ vtrum conuenienter dicatur, q̄ Christus eleuatis oculis in cœlum, &c. similiter accipite, & manducate oēs cum in euangelio non legantur. s. eleuatis oculis, & ver. oēs Ref. fm. S. Th. ubi supra ad secundum, q̄ sicut dī Io. vlti. multa sunt à Deo facta, inter dicta: quæ euangelistæ nō scripserunt in ter quæ fuit hoc, quod dñs in cœlum oculos leuasse dī in cœna: quod tñ traditione apostolorum ecclesia habuit: rō nabile aut̄ videtur, ut qui in suscitatione Lazari hæc fecit, fecerit et̄ in institutione huius sacramenti, quod aut̄ in canone dī, manducate, & non comedite non differt quantum ad sensum, nec multum refert, q̄ dicatur præsertim eam uerba illa non sint de forma, quod aut̄ additur: oēs intelligitur in uerbis euangelii licet non exprimat̄, quia ipse dixit Io. 6. nisi manducaueritis, &c. & quod sit necesse omnes sumere uide. uerfi. communicare. prin. & §. 1. & se.
- 17 ¶ Decimo sexto ¶ vtrum conuenienter fiat memoria cōis omniū fidelīū defunctorum cū in aliis sacris non fiat. Ref. fm. S. Th. ubi supra ad tertium, q̄ eucharistia est sacramē tum totius ecclesiasticæ unitatis, & iō specialiter in hoc sacro magis q̄ in aliis debet fieri mentio de omnibus: quæ pertinent ad salutem totius ecclesiæ, & requiritur in hoc sacro maior deuotio quàm in aliis sacris, pp hoc, q̄ in hoc sacro totus Xps̄ continetur, & cōior, quia in hoc sacramento requirit̄ deuotio totius populi pro quo sacramentū offertur, & non solū percipientiū sacramentum sicut in aliis sacris, & iō sicut Ciprianus dicit, sacerdos præfatione præmissa parat fratrū mentes dicendo sursum corda, & Ref. pleb: habemus ad dñm, ut ad moneatur nihil aliud cogitare q̄ Deum, & quō requirat̄ actualis deuotio seu attentio uide uer. cōicare. §. 25. nec est necessarium in. Memento nominare aliquā personā fm gl. in. c. uisum: de conse. di. 1. p̄ tñ notate. ut in ea gl. dī, & sic in hoc casu non minus quilibet habet sub generali: quàm si specialiter fieret ut ibi. uide infra. §. 55.
- 18 ¶ Decimo septimo ¶ vtrum debeat sacerdos celebrare capite discooperto, q̄ sic de conse. di. 1. c. nullus episcopus. vnde qui sine rō nabili causa celebraret capite non discooperto peccaret: secus si aliqua rationabili

- cā hoc faceret: propter uerbum. temere: positum in d. c. nullus. Et q̄ euangelium legitur oēs debent stare non sedere neque genuflectere. ut in c. auctoritate. de conse. di. 1.
- 19 ¶ Decimo octauo ¶ quid si post inceptā missam desistat. Ref. q̄ si sine rationabili cā dimittit peccat mortāl̄. Alias nō i. d. c. nullus.
- 20 ¶ Decimo nono ¶ vtrum debeat aliquid aliud dici à sacerdote quàm quod continetur in missali: puta quando eleuat corpus dicendo adoramus te Christe, & post communionem: nunc dimittis uel aliquid hōi. Ref. Angelica in uerfi. missa. §. 11. dicit, q̄ non adducit. c. uisum, & c. de nominibus. de conse. di. 1. Idem dicit Rosella uerfi. eucharistia. 3. §. 42. sed cōiter fit contrarium quasi ab oibus: nec ab aliquo reprehendū tur, nec illa. c. cōtinēt aliquid in tex. seu i. gl. qā faciat ad ppositū, ut patet inspiciēti. vñ si pia deuotio moueat nō eēt extinguēda.
- 21 ¶ Vigesimo ¶ quid si omittat aliquid de his quæ ordinariē dicuntur. Ref. q̄ peccat mortāl̄ si sciēter dimittit aliquid notabile: puta euangelium, uel epistolam, secretas, & huiusmodi, secus de aliquo paruo uel aliquo modo uerbo solo, alio à consecratione, consecrat tamen si sit debita materia cum forma completa, & intentione consecrandi quocunq̄ alio dimisso à forma, de quo uide. uer. baptismus. 6. §. 5. & 6. de forma istius. uide uer. eucharistia. 1. §. 21. & se. quo modo istæ formæ possint uariari, uel minui uel addi. uer. baptismus. 3. per totum.
- 22 ¶ Vigesimo primo ¶ vtrum conuenienter fiat in principio ablutio manū cū uideatur ceremoniam antiquæ legis, quæ minimè seruari dñt. Re. fm. S. Tho. 3. q. 83. ar. 5. ad primū, q̄ ablutio manū conuenienter fit pp reuerentiā huius sacri, & hoc dupl̄, primò quide, quia aliqua p̄ciosa tractate non curamus nisi manib. ablutis. vñ indecens vī, q̄ ad tñ sacm̄ quis accedat cum manib. corporaliter inquinatis. secundò pp significationē, ut dicit Dyo. ult. c. ec. ier. extremitatū ablutio signat̄ emundationem et̄ à nimis p̄cīs fm̄ illud Io. 3. qui lotus est nō indiget nisi, ut lauet pedes: & talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc sacramentū, qd̄ eēt signat̄ p̄ confessionē quæ fit ante introitum missæ, & idem signabat̄ ablutio sacerdotum in ueteri lege, ut ibidem dicit Dyon. nec tamen ecclesia hoc

celebrat tanquam ceremoniale veteris legis præceptum, sed tanquam ab ecclesia institutum, & fm q̄ est fm se conueniens, & ideo non eodem modo seruatut sicut tunc. Prætermittitur. n. pedum lotio, & seruatut manuū ablutio q̄ p̄t fieri magis in præptu, & quæ sufficit ad significandum perfectam mundiciam: cum. n. manus sint organum organorum, ut d̄r in tertio de anima: opera attribuitur manibus: vnde & in p̄sa. dicitur: Lauabo inter innocentes manus meas: vtrum autem peccatum veniale impediatur hanc mundiciam vide vers̄. cōdicare. §. 26. & vtrum requirat confessionem ipsorum venialium ibidem. §. 32. Eodem mō dicit. S. Th. de thurificatione, quia ad duo vtimur primò quidem ad reuerentiā huius sacramenti, quia. s. per bonū odorē depellitur si quid corporaliter prauū odoris in loco fuerit quod possit prouocare horrorem: secundo ad representandum effectum gratiæ, quia sicut bono odore Xps plenus fuit, & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum, & ideo vndique thurificato altari per quod Christus designatur: thurificatur omnes per ordinem hæc ille.

23 ¶ Vigesimo secundò ¶ vtrum conuenienter reiterentur cruces: cum ea quæ sunt in sacramentis cōiter non reiterentur. Res. fm. S. Th. ubi supra ad tertium, q̄ crucis signatio representat passionem Christi quæ est terminata ad crucem quæ fuit peracta quibusdam gradibus quos significant istæ crucis signationes: vel potest dici breuiter, q̄ consecratio huius sacramenti, & acceptio sacrificii: fructus eius procedit ex virtute Christi ideo ubicunque fit mentio de aliquo horum, sacerdos crucis signatione vtitur. Et post consecrationem, sacerdos non vtitur crucis signatione ad benedicendum, vel consecrandum: sed solum ad commemorandum virtutem crucis, & modum passionis Christi.

24 ¶ Vigesimo tertio ¶ vtrum conuenienter sacerdos faciat adus quos facit in missa cum videantur quædam gestulationes: ut inclinando se: extendendo brachia, & similia. Respon. fm S. Tho. ubi supra ad quintum, q̄ ea quæ sacerdos facit in missa non sunt ridiculosa: sed fiunt ad aliquid representandum, q̄. n. brachia extendit post consecrationem, signat extensionem brachio-

rum Christi in cruce: leuat etiam manus orando ad significandum, q̄ oratio eius p̄ populo dirigitur ad Deum: quod autem manus interdum iungit, & inclinat se suppliciter, & humiliter orans: designat humilitatem, & obedientiam Christi: ex qua passus est, digitus autem iungit post consecrationem. s. pollicem cum indice quibus corpus consecratum tetigerat: ut si qua particula digitis adhæserat, ut non disperdat, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

25 ¶ Trigesimo quarto ¶ vtrum conuenienter sacerdos conuertat se ad populum. Resp. ubi supra ad 6. q̄ sacerdos quinquies conuertit se ad populum, ad signandum q̄ dñs quinquies se manifestaui in die paschæ: salutat autem septies populum. s. quinquies quando se uertit ad populum, & bis quando se non conuertit. s. ante præfactionem cum dicit dominus vobiscum, & cum dixit pax domini sit semper vobiscum ad signandum septiformem gratiam spūs sancti. Eps autē celebrans in festis in prima salutatione dicit pax vobis quod post resurrectionem dominus dixit discipulis cuius personæ p̄cipue representat episcopus hæc ille.

26 ¶ Vigesimo quinto ¶ vtrum conuenienter fiat diuisio corporis cum Christus non sit diuisus. Res. fm S. Tho. ubi supra ad sextum q̄ fractio hostiæ tria significat primò quidem ipsam diuisionem corporis quæ facta est in passione. secundò distinctionem corporis mystici secundum diuersos status. tertio distributionem gratiarum procedentium ex passione Christi: ut Dyo. dicit. 3. c. c. ier. vnde talis fractio non inducit diuisionem Christi: nec diuiditur in plures quam tres: quia fm q̄ Sergius papa dicit, & habetur de conse. di. 2. triforme est corpus domini: pars oblata, & in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit demonstrat, & alios sanctos in gloria: pars verò comesta ambulans adhuc super terrā: quia uiuentes in terra passionibus continentur sicut panis comestus atteritur dentibus. Pars in altari vsque in finem missæ remanens usque in finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt, quorum tñ animæ sunt, vel in purgatorio, vel in celo: hic tñ ritus nō seruat mō ut. s. una pars seruetur vsque in finem missæ: manet tñ eadem significatio partium. Quidam tñ dñt,

¶ pars in calicem missa significat eos, qui viuunt in hoc mundo pars autem extra calicē signat plenē beatos quantum ad animā, & corpus, pars aut comesta signat tertios. Et notādū q̄ pars quæ est in calice nō debet dari populo in supplementum cōmunionis, quia panē intrinsecam nō porrexit Christus nisi ludæ prodiatori.

27 ¶ Vigesimo sexto, ¶ utrum perfusio post sumptionem sanguinis debeat fieri cum vino. Resp. secundū S. T. ubi supra ad decimum q̄ vinum tōne sūz humiditatis est ablutium, & ideo sumitur post perceptionem huius sacramenti ad abluēdū os, ne aliqua reliquæ remaneant quod pertinet ad reuerentiam huius sacri. vnde de cele. mis. c. ex parte dicitur. Sacerdos vino os perfundere debet postquam totū percepit sacm, nisi cum eodem die missam altam debuerit celebrare, ne si forte vinū perfusionis accipere, celebrationem illam impediret, & eadem ratione perfundit uino digitos quibus corpus Christi tetigerat. hęc ille. concor. tex. d. c. ex parte, eadē ratione dicitur de calice in quo hūi sanguis.

28 ¶ Vigesimo septimō, ¶ utrum conuenienter referatur corpus Christi. Respon. vbi supra ad vndecimum. q̄ veritas quantum ad aliqd̄ debet rēdere figuræ, & iō sicut antiquitus nō debebat remanere aliquid de agno pascale vsq; mane: ita ēt non debet pars hostiæ consecratæ de qua sacerdos & ministri, vel ēt populū cōicere, in crastinum referuari. vnde vt habetur de consecratio. distinct. 2. Clemens Papa statuit, tanta holocausta in altario offerantur quanta populo sufficere debent, q̄ si remanserit, in crastinum non referatur, sed cum timore, & tremore clericorum diligētia sumitur, intellige quando sunt ieiunia: quia tamen hoc sacramentum quotidie sumendum est non autē agnus pascalis quotidie sumebatur, ut legitur. ea. di. eucharistiam semper habeat presbiter paratam, ut quando quis infirmatur statim eum communionē munit ne sine communionē moriatur.

29 ¶ Vigesimo octauo, ¶ quomodo succurrendum est defectibus missæ. Resp. vbi supra ar. si. q̄ defectibus missæ dupl̄r pōt occurrī, uno modo p̄ueniēdo, & sic debet quilibet sacerdos cum magna diligentia per-

gere omnia quæ pertinent ad illud sacramentum. Alio modo subsequendo, ut. Sil. l. i. quod accidit emendetur vel adhibendo remedium, vel saltem per p̄nitentiā, quæ negligenter egit, emendet.

30 ¶ Vigesimo nono, ¶ quid agendum quādo sacerdos deficit propter mortem, infirmitatem, vel huiusmodi, ita q̄ nō potest cōplere incepta. Resp. ubi supra immediate ad primum, q̄ si hoc fiat ante consecrationē, non oportet q̄ per alium suppleatur, si uerō post inceptam consecrationē hoc acciderit, puta consecrato corpore, ante consecrationem sanguinis, uel ēt consecrato utroq; debet missæ celebritas per alium expleri, ut de in. c. nihil. 7. q. 1. in Toletano concilio legitur, quod censuimus conuenire ut à sacerdotibus missarum ministeria cōsecrationis si ægritudinis accidit cuiuslibet euentus quo ceptū nequeat expleri sacrificium, &c. ergo alius debet perficere. Idem dicit in 4. di. 8. q. 2. ar. 4. quodl. 2. ubi addit, q̄ si nesciatur ubi dimisit debet à capite incipere, quia non d̄ reiteratum quod dubitatur nō esse factum, nec propter hoc derogatur vnitati sacramenti, quia omnes vnum sumus in Christo propter fidei vnitatem, & secundū Inn. cōsultus est, ut illa hostia iam consecrata scorsum posita super aliam deinceps totum officium iteretur. Nota. summarie de ista suppletionē secundū, quod potest elici à San. Tho. & aliis, quod uel defecit ante inceptionem canonis, aut post: si ante non est necesse suppleri, tamen potest, & hoc securius, & tunc oportet quod sit ieiunus: & si sciatur ubi dimisit potest ibi incipere uel à principio, si uerō nesciatur incipiat à principio, si autē defecit post inceptionem canonis, & ante cōsecrationem, & sciatur ubi dimisit ibi incipiat, si uerō nesciatur, incipiat à principio canonis, si uerō defecit postquam incept consecrare hostiam, & non finiuit formam, incipiat ibi. Qui pridie, & dicat totam formam, uel super eandem hostiam, uel super aliam illa prima reseruaata cum reliquis uel securius in fine postreptionem uiriusque accipiat, etiam illam, & isto casu, & etiam sequentibus si non sit aliquis ieiunus, credo quod non ieiunus etiam si prius celebrasset, debeat supplere. Sed si defecit post consecrationem

hostia, & ante consecrationem calicis, secundum aliquos debet accipere aliam hostiam, & incipere ibi. Qui pridie, uel ibi. Te igitur. sed credo melius est, ut incipiat ubi dimisit, & proficiatur super eadem. Si autem defecit postquam incepit consecrationem sanguinis, & non finiuit formam tunc incipiat ibi, qui pridie, & super eodem uino, &c. Vel melius accipiat alium calicem præparatum, & faciat, ut dictum est de corpore. Quando autem defecit post consecrationem utriusque, & ante summptionem tunc incipiat, ubi dimisit si scitur sed si nescitur incipiat, ibi. Hæc quotiens, &c. Et si deficeret post summptionem corporis, & ante summptionem sanguinis tunc incipiat ibi. Te igitur, & super alia hostia, & alio calice præparato perficiat totum, illo sanguine priori cum reliquiis reseruato, uel sumat postquam sumpsit totum immediatè. Et sic deficiat postquam totum sumpsit non est necesse suppleri, si quis tamen uult supplere incipiat ubi dimisit si est notum uel ibi. Hæc quotiens &c. si nescitur ubi dimisit.

31 ¶ Trigesimò, † sed quid si sanus persistens non perficit. Resp. ubi supra, qd sustinebit excommunicationis sententiam. s. minorem, unde in d.c. nihil dicitur. Nec tamen quod uere languori cum cõsultur in perniciem præsumptionis conuertatur, nullus absque potenti prouentu molestie minister, uel sacerdos cum ceperit imperfecta officia præsumat omnino relinquere, si quis hoc temerariè præsumpserit excommunicationis sententiam sustinebit, & quamnis ordinatiè in curia secundum Panor. in cap. intelleximus, de iudi. per hoc. uer. excommunicatio, intelligatur de maiori: al. e. pe. de senten. excom. tamen hic solum intelligitur fm. Ar. in d.c. nihil. de minori, ratio potest esse, quia in alio loco scilicet in c. nullus Episcopus. ca. di. ponitur in isto casu poenitentia excommunicationis minoris. Et nota, quòd dicit temerariè, secus igitur si relinqueret obliuione, uel alia causa, puta quia credit se consecrasse, & huiusmodi nec posset per alium supplere quando ipse posset perficere secundum glo. in d.c. nullus Episcopus, sed quid si quando celebrat ecclesia uideretur iuxta. Resp. secundum Archi. in d.c. nul-

lus Episcopus, quòd potest fugere.

32 ¶ Trigesimoprimum, † quid agendum quando sacerdos ante consecrationem, uel post recolite se comedisse aliquid, uel bibisse, uel alicui mortali peccato subiacere, uel et excoicationi cuius prius memoriã non habebat. Resp. ubi supra, qd ubi difficultas occurrit semper accipiendum est illud quod habet minus de periculo. ar. c. nerui. dist. 13. Maxime autem periculosum est circa istud sacramentum est contra perfectionem, quia hoc est immane sacrilegium. Minus autem est illud quod pertinet ad qualitatè sumentis, & ideo sacerdos post consecrationem incepit si recordatur aliquid comedissee, uel bibisse nihilominus debet perficere sacramentum, & sumere illud, similiter si recorderit se aliquod peccatum commississe debet poenitere cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & sic non indignè, sed fructuose sumere sacramentum, & eadem ratio est si se meminerit excommunicationi cuiusquam subiacere: debet. n. assumere cum proposito absolutionem petendi, & sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequetur quantum ad hunc actum, quòd peragat diuina misteria, nec incurrit irregularitatem quod est contra Rosellam. Si uerò ante consecrationem, sit memor alicuius prædictorum tutius reputarem maxime in casu manducationis, & excoicationis quòd missam incepit desereret, nisi graue scandalum timeretur. hæc S. Th. Per. de pal. dicit, quòd si etiam sine scandalo missam dimitteret inchoatã nõ debet dimittere, quãdo est solum propter peccatum non confessum, sed sufficit contritio cum proposito cõficiendi, & non multum discordat. S. Th. S. Bon. dicit iudiciu sine quòd postquam inchoauit debet perficere cum contritione, & idem quando meminit se esse irregularem, sed tutior est uia S. Tho. & idem uideretur dicendum si imminet scandalum populi, uel personæ, etiam si non incepit, nec incurrit irregularitatem. ar. c. cleri. & cap. latores. de cle. excom. mi. quæ requirunt temeritatem, nec obstat c. apostolicæ, eod. titu. quia ibi sunt in culpa non intelligendo quod debent, sed hic est ex necessitate, nisi forte esset scandalum phariseorum. Quidam addunt, quando non inchoando, & timerent mortem

mortē vel verbera. Sed qd si incepta missa meminit se non esse presbyterum. Ref. fm Bon. q. ante cōsecrationem debet dimittere missam infirmitatem fingendo aut conscientiam deponere. uide uer. cōficare. §. 30.

33. Trigesimosecundū † quid si contingat quandoque, q. in calice musca: aut aranea, aut aliquod animal uenenosum, uel simile cadat, uel cognoscat uenenum esse immissum. Re. secundū S. Th. ubi supra ad tertium, q. si musca, uel aranea in calicem ante cōsecrationem ceciderit, aut etiam uenenum deprehenderit esse immissum debet fundi, & abluto calice denuo aliud uinum poni cōsecrandum: si uerō aliquid horum post cōsecrationem acciderit debet animal cautē capi, & diligenter lauari, & comburi: & abluto simul cum cineribus in factarium poni. Si uerō uenenum ibi esse deprehenderit nullo modo debet fumere, nec dare alii, ne calix uitę uertatur in mortem: sed debet diligenter in aliquo uasculo ad hoc apto cum reliquijs conseruari, & ne sacramentum maneat imperfectum debet uinum apponi in calice, & denuo resumere à cōsecratione sanguinis: nisi iam sumpsisset corpus, quia tunc de nouo deberet cōsecrare etiam corpus, & sacrificium totum perficere. Idē intelligēdum est: quando res est uenensosa, uel est periculosa, uel prouocaret uomitum: uel est uenenum, quia tunc omnia simul essent reponenda in uase, & c. ut dictum est: nihil enim abominabile lūmēdum esse occasione huius sacramenti: ut dicit glo. in. c. si. per negligentiam. de consecr. dist. 2. Angelica in uerbo missa. §. 18. in fin. dicit, quōd post missam accipiat sanguinem illum, & igne comburat cum aliqua stupa uel panno lineo in ipso madefacto, & cineres ponat in factario. hęc ille. Sed hoc nō uidetur multum securum imō uidetur magnum sacrilegium secundū Pe. de Pal. & irreuerentia sanguinis, ut conburatur ideo melius dicit S. Thom. uide infra §. sequenti in fin. & §. 39. in fin.

34. Trigesimotertio † quid si per negligentiam ministri, uel alia occasione contingat, quōd aqua non ponitur in calice. aut etiam: nec uinum, & hoc sacerdos auertit. Respon. secundū S. Thom. ubi supra ad quartum, quōd si sacerdos ante consecra-

tionem sanguinis, & post cōsecrationem corporis percipiat, aut uinum, aut aquam non esse in calice debet statim apponere, & cōsecrare: si uerō post cōsecrationem hoc percipit, quōd aqua desijt debet nihilominus procedere, quia appositio aquę non est de necessitate sacramenti, debet tamen poni ille ex cuius negligentia hoc contigerit: nullo tamen modo debet aqua uino iam cōsecrato apponi quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte. Si uerō percipiat post uerba cōsecrationis, q. uinū non fuerit positū in calice si quidē hoc percipiat ante sumpcionē corporis debet deponere aqua si ibi fuerit uinū est aqua imponere, & resumere à uerbis cōsecrationis sanguinis. Si uerō hoc perciperit post sumpcionem corporis: debet apponere aliam hostiam simul cum sanguine cōsecrandam quod ideo dico: quia si diceret sola uerba cōsecrationis sanguinis non seruaretur debitus ordo cōsecrandi, & sicut dicitur in. d. cap. nihil. Perfecta uideri non possunt sacrificia nisi perfecto ordine compleantur: si uerō incipere cōsecrationem sanguinis, & repeteret omnia uerba sequentia non competenter nisi adesset hostia cōsecrata, cum in uerbis illis occurrant quędam dicenda, & fienda non solum circa sanguinem, sed et circa corpus, & debet in fine fumere hostiam iterum cōsecratam, & sanguinem non obstante etiam si prius sumpserit aquam quę erat in calice, quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est pondus quàm præceptum de ieiunio. hęc S. Thom. Angelica post Sco. uer. missa. §. 16. dicit, quōd solum debet in isto ultimo casu cōsecrare uinum: sed non soluit argumentum S. Thom. quod sumitur: ex text. ideo uia S. Tho. est probabilior. Sed quid agendum quando habet aquam in ore, & percipit esse aquam ante quàm degluciat. Respō. Rosella ubi supra. §. 30. Et Angelica. uer. missa. §. 17. dicunt, quōd debet expuere aquam in calicem, & extrahet particulam hostię, & aquam reponet in alio uase, & sic accipiat uinum, & cōsecret, & in eo ponat particulam hostię, & sumat postea illam aquam si potest facere sine periculo uomitus, uel si timet de periculo uomitus reponat aquam in sacra-

no, & idem dicit de particula, quod esset comburenda, & cineres in sacriario reponendi hæc Rosella: sed secundum S. Tho. & melius debet iterum totum perficere, & illa particula cum reliquiis poni. de quo in §. precedenti.

35 ¶ Trigesimoquarto ¶ sed quid quando sacerdos infra missam, & ante consecrationem corporis aduertit hostiam non esse triticeam uel corruptam uel ibi non esse uinum: uel aquam. Respon. secundum Pe. & Ricar. 4. disti. 11. quod remota illa uel illo: ponat debitam materiam, & reincipiat à canone: sed secundum S. Thom. ut dicit. D. Ar. Flor. est reincipiendum à uerbis consecrationis: intellige quando usque ad illa uerba peruenit, aliter debet profecti ubi se inuenit. Idem dicendum si hostia non fuit posita uel fuit perdita, & similiter, si uinum non fuit positum, uel fuit sparsum: si uero non habet materiam de qua posset supere, debet totum dimittere secundum Rosellam. uer. eucharistia. 3. §. 48.

36 ¶ Trigesimoquinto ¶ sed quid si perciperet defectum hostiæ post sumptionem sanguinis. Resp. secundum. D. Ar. Flor. & in tellectum. S. Tho. quod rursum ponat uotum panem, & nouum uinum, & incipiat secundum aliquos à canone uel secundum alios. ibi qui pridè. Et intellige ista quando percipit defectum ante benedictionem: quia si perciperet post non esset perficere, sed reiterare secundum. D. Arch. Flor. Nota tamen, quod Ricar. dicit, quod si sacerdos iam sumpsit hostiam non consecratam secundum quosdam nihilominus debet sumere calicem consecratum quamuis non sit ieiunus: quia necessitas eum cogit ne sanguis remaneat sic in assumptus, sed si iam sumpsit utrumque scilicet hostiam non consecratam, & uinum consecratum, & e contra non debet illa die aliam consecrare, quia ieiunus non est, sed opinio S. Thom. est magis rationabilis, scilicet ut de nouo consecret ne sacramentum remaneat imperfectum. Si uero consecrauit corpus, & non habet materiam debitam nec potest habere. s. uinum, debet s. Rosellam ubi supra sumere corpus ne remaneat in assumptum uide aliquid infra. §. 17. in fi.

37 ¶ Trigesimo sexto ¶ sed quid agendum si post sumptionem hostiæ, & ante sumptionem

sanguinis percipit, quod hostia non fuit conueniens. Resp. s. m. cōter Doc. quod non obstantem, quod non sit ieiunus nihilominus accipiet aliam hostiam debitam, & incipiet dominus Iesus Christus pridè quàm usque ad simili modo, &c. & postea profectur ubi dimisit hæc Angelica. uer. missa. §. 15.

38 ¶ Trigesimo septimo ¶ sed quid quando contingit, quod sacerdos non recolit se dixisse uerba consecrationis uel etiam alia quæ in consecratione huius sacramenti dicuntur. Res. s. m. S. Tho. ubi supra ad quintum quod non debet ex hoc mente prurbari non enim qui multa dicit recolit omnium quæ dixit nisi forte in dicendo aliquod deprehenderit subtractionem iam dicti: sic. n. aliqd efficit memoriale. unde si quis attente cogiter id quod dicit non tamen se cogiter dicere illud non multum recolit postea se dixisse: sic enim aliqd est obiectum memorie inquæ accipitur in ratione præteriti, ut dicitur in lib. de memoria. Si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse: si quidem non sunt de necessitate sacri non extimo, quod propter hoc debeat resumere immutando ordinem sacrificii, sed debet ulterius procedere. Si uero certificetur se obmisisse aliquod eorum quæ sunt de necessitate sacri sicut est forma, idem dicendum est quod dictum est in defectu materie ut scilicet resumatur à forma consecrationis, & alia per ordinem reiteretur, nec mutet ordo sacrificii. uide supra. §. 33. & sequentibus: hæc faciunt ad declarationem eorum quæ dicuntur supra uer. horum canonicæ. §. 31. de attentione ad officium.

39 ¶ Trigesimo octauo ¶ sed quid si propter frigus, uel aliquid aliud hostia cadat in calicem siue ante fractionem siue post, cum sola tertia pars debeat immitti. Resp. ubi supra ad sextum, quod fractio hostiæ consecrate, & quod pars una sola mittatur in calicem respicit corpus mysticum sicut mixtio aque significat populum, & ideo horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificii, ut per hoc sit necessarium aliquid reiterare circa celebrationem huius sacramenti si tamen posset accipere patrem non balneatam per illam perficiat.

40 ¶ Trigesimo nono ¶ sed quid quando contingit per negligentiam, uel aliam causam, quod sanguis effunditur uel euoluitur sacramentum sumptum. aut quando hostiæ

hostiæ consecratæ tam diu conseruantur, ut putrescant, vel etiam, q̄ à muribus corroduntur, vel qualitercunq̄ pereant. Respon. secundum San. Tho. vbi supra ad vltimum, quòd sicut legitur de cons. di. 1. ex decreto Pij Papæ, primi. & di. 2. & si per negligentiam aliquod stilauerit de sanguine in tabula quæ terræ adheret quæ solet esse sub pedibus sacerdotis lingua lambatur & tabula raderetur. Si uerò non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corrodatur, & igne consumetur, & cinis iuxta altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si autem super altare stilauerit, callix: glo. non interposita palla, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla prouenerit quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium nonem diebus pœniteat, si vsque ad quartum v̄ginti diebus pœniteat, & linteamina quæ stillam terigerunt tribus vicibus lauet minister, calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare condatur, posset etiam sumi in potum à ministro nisi abominationem cæret quidam vterius partem illam linteaminis incidunt, & comburunt, & cinerem in altari, vel sacrario reponunt. Guil. dicit quòd sufficit, ut lauentur modo prædicto, subditur autem ibidem ex pœnitentiâ bedæ. Si quis per ebrietatē, vel voracitatem eucharistiâ euomerit quadraginta diebus pœniteat. Clerici, vel monachi sed diaconi, vel presbyteri quadraginta diebus, Episcopus. 80. Si autem infirmitatis causa euomuerit 7. diebus pœniteat. Et in ea. dist. legitur ex concilio Atrilianen. Qui non bene custodierit sacrificiū, & mus, vel aliquod aliud in ecclesia comederit, quadraginta diebus pœniteat: qui autem perdidit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuēta fuerit, triginta diebus pœniteat; & eadem pœnitentiâ dicitur dignus sacerdos, cuius negligentia hostiæ consecratæ putrescant, prædictis autem diebus, debet pœnitens ieiunare, & à communione cessare. pensatis tamen conditionibus negotij potest minui, vel addi ad pœnitentiâ prædictam. hoc tamen seruandum est, ut ubicunq̄ species integre sunt, reuerenter obseruandæ vel sumendæ, quia manentibus speciebus manet sacramentum: ea

verò, in quibus inueniuntur, ut mus comburenda sunt, speciebus reseruatis, quâdo non sunt corruptæ, si commodè fieri p̄r, cinere in sacrario recondito, sicut de rasura tabulę dictum est. De ista pœnitentiâ dicit idem San. Doc. 4. dist. 13. in expositione literæ in fin. Dicant quidam, quòd pœnitentiâ itrogata fuit ad cautelam, ut negligentia caueretur: & ideo circumstantij pensatis potest minui, vel addi ad pœnitentiâ prædictam, sed curius est, ut prædictam pœnitentiâ peragat, quidam dicunt, quòd istis diebus iniungenda est pœnitentiâ arbitraria, pensatis conditionibus personæ, & negotij, & hoc probabilius uideatur. hæc omnia à Sancto Thom. & posset probabiliter dici, quòd omnia sunt arbitraria ad arbitrium prelati. Per. uerò de pal. dicit, quòd mus exenterari debet, & mus quidem comburi, & cinis in piscinam proijci. pars autem hostiæ si homo abhorret eam sumere, debet in tabernaculo reuenter poni, & tam diu ibi dimitti donec naturaliter consumetur: ipsa autem hostia nequaquam debet in piscinam proijci: sicut fecit quidam sacerdos de musca reperta post consecrationem in calice, nec etiam debet comburi si eum fecit alius sacerdos de hostijs mucidis consecratis, & cinis ipsarum in piscinam proijci, quia hoc est immane sacrilegium: & ideo quantumcunq̄ minima particula inueniatur debet deponi cum reuerentiâ, quia in ea totus Christus est. Et si quidem homo esset tanti seruatoris, quòd huiusmodi non horreret, sed sumeret, laudandus esset, si tamen esset ieiunus. Beatus Vgo Cluuiacus commendauit Godiranū sumendo portuinculam hostiæ quàm leprosus cum vilissimo sputo enomuerat dicens: eraticulam Laurentij fuisse tolerabiliorem. hæc Petrus.

41 ¶ Quadragesimò, † quid si sumendo sanguinem remanet particula in calice. Respond. debet digito ad labium calicis adducere, & sumere, & secundum aliquos nullo modo debet apponere vinum ante eius sumptionem, quia vinum citius descenderet, & sic sumeret non ieiunus: credo tamen, quòd si etiam apponeret, & sic simul sumeret non peccaret, licet uinum citius descenderet, quia quod fit tali modo dī fieri simul, per ea quæ no. in ea. quia propter,

propter, de elec. & in l. continuus. ff. de verbo. obliga. in principio, quamuis sit melius cum digito, &c. not. tamen quod gutta uini quæ est in pede calicis, uel separata à uino in calice non consecratur, nisi intēdat. Quando autem hostia adheret palato, & remanet descendente sanguine bonum est iterum sumere uinum, ut sic descēdat, & melius est quàm cū digito, infra §. 42. circa fi. Sed quid si hostia inueniatur fracta ante consecrationem. Resp. nihilominus potest consecrari, nisi forte esset scandalum in populo, quia tūc aliam accipiet. Fractio enim, & quadratura & huiusmodi non uiciant sacramentum.

42 ¶ Quadragesimū primò, † quid si uinum in calice congeletur. Resp. q̄ sacerdos debet ipsum ante consecrationem soluere, ut habeat rationem actualem potus: si tamē nō soluitur adhuc conficit, quia uinum congelatum non differt à non congelato, nisi qualitate accidentali.

43 ¶ Quadragesimosecundò, † utrum liceat pluries in die celebrare. Res. s̄m S. Tho. 3. q. 83. ar. 2. ad 2. q̄ in die natiuitatis licet tribus uicibus propter Christi triplicem natiuitatem, quarum una est æterna, quæ quantum ad nos est occulta, & ideo una cāta est in nocte in cuius introitu dicitur, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia est temporalis, sed spiritalis, scilicet qua Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris, ut dicit. 2. Pet. 1. & per hoc cantatur missa in aurora in cuius introitu dicitur. Lux fulgebit hodie super nos. 3. Christi natiuitas temporalis & corporalis per quam uisibilis nobis processit ex utero uirginali carne indutus, & ad hoc cātatur tertia missa in plena luce, in cuius introitu dicitur, Puer natus est nobis, hæc S. Tho. & sic hēt cōsuetudo, sed ante auroram non debet dici nisi una, scilicet illa de media nocte, & habentur in ea. eo soluiti, de celeb. miss. & ibidem dicit S. Tho. ad 5. quòd propter necessitatem, puta pro communicando infirmo aliquando licet pluries celebrare: nō tamen pro auidia, uel adulatione. hæc S. Thom. de celeb. miss. cap. 1. & 2. D. Archi. Floren. post Petr. ultra istos duos ponit alios: qui tamen omnes intelliguntur in isto secundo. Tertius igitur est propter defectum, qui subitò

occurrit sepeliendus post missam dictam, nec debet sine missa seperi si sit tempore missæ: puta quia sic habet cōsuetudo loci, & s̄m Ray. potest ex intentione dicere unam pro uiuis, aliā pro defunctis, nō quædem regulariter, nec omni die, sed ex causa rōnabili, puta cum parochianos, uel cui tenetur petit annuierarij uel annale, uel trigessimum, nec ille potest commode alij sacerdotem habere, nisi secundum Guila. hoc sit contra cōsuetudinem loci approbatam, uel constitutionem synodalicā. unde tempore moderato non uidetur amplius fieri. Quartus est pro necessitate peregrinorum die dominico, uel alio festo quando omnes peregrini debent audire missam, uel pro nuptiis, quia laudabilis cōsuetudo est non nisi in missa dare benedictionē nuptialem, quamuis in quibusdam partibus post uesperas, & aliquando in profunda nocte soleant ista fieri. hos etiam casus ponit Ray. Sextus secundum Host. est si duas ecclesias commendatas, uel unam cōmendatam, aliam intitulatam propter paupertatem, nec potest habere uicarium, & quilibet populus uult habere suā missam in sua ecclesia, cum uirique teneatur. 2. r. q. 1. c. 1. in fi. de elec. c. dudum. 10. q. 3. c. uino. Septimò, quando occurrerent eodem die duæ missæ una fortè de festo, & alia de ieiunio, ut contingit in 40. & uidetur secundum d. Archi. Flo. iusta causa celebrandis: si tamen alias non potest audire secundam non tenetur. Idem intellige in omni ecclesia collegiata. c. cum creatura, de celeb. miss. & secundum Pano. ibidem debet seruari, alias peccant. & sic feruant fratres predicatores, in aliquibus tamen locis non seruatur, & tunc non peccant non seruando: omnes tamen isti casus præter primum, intelliguntur quando non adest alius sacerdos qui possit supplere. potest addi octauus quando aliqua magna persona uenit, puta Episcopus & similes quos non decet transire diem, q̄ non audiant missam, c. fi. de priuil. li. 6. & idem uidetur de quolibet alio uiro magno, ar. c. 1. de celeb. miss. eodem modo posset dici quando esset dies festus de præcepto, & aliqui non habuerunt missam, licet non sint magni per eandem rationem, s. necessitatis ad quam uidentur reduci omnes isti modo s̄m S. Tho. ut dictū est

est in principio huius. §. unde ponit tantum duos. Et nota secundum do. Archi. Fl. quod in his casibus nunquam licet celebrare ultra binam vicem, nisi in natali, ubi ter. Item intelligitur in omnibus casibus, quod sit ieiunus, ita quod non sumperit purificationem. Item etsi liceat aliquando bis celebrare, ut in dictis casibus in quibus semper debet sumere, nunquam tamē licet in eadem die bis comunicare absq; celebratione supra §. 5. in fi. Item sicut dicitur unū prandium, & una cœna unitate cordis, id est commestionis, licet fiat ibi multæ portiones, ita si sacerdos sumat prius sub duabus speciebus fractionis, & postea calicē, tamē est una communicatio: similiter si propter periculum custodiæ sacramenti, uel pp aliam causam sumeret, simul decem hostias consecratas non dicitur nisi semel communicare. Itē postquam celebrauit, uel aliàs communicauit, licet non plus communicate intenderet si sit periculum, licet ei ieiunio aliam hostiam consecratam sumere. ar. de conse. dist. 2. c. tribus. de reliquiis autem secus esset dicendum, quia etiam quamuis acceperit abluionem antequam de ipsis ad uertice: tamen postea sunt sumendæ, tum quia non possunt sic seruari: immo leuiter amitterentur propter eorum paruitatem, & in isto casu, ex quo est in actu purificationis & recolectionis reliquiarum quicquid fit dicitur fieri incontinenti, id est quasi simul sumeret omnia antequam censeatur non ieiunus, per ea quæ nota. in capitu. olim, el primo, de restituto. spoliato. in glos. præterea quod non ieiunus non sumat, institutum est ab ecclesia propter reuerentiam sacramenti, sed sumendo tunc, uidetur fieri cum maiori reuerentia, quam si seruaret propter pericula, & c. Et dicitur una sumptio unitate perfectionis, cum ablutio fiat propter cōpletā sumpcionē. i. ut totū sumat perfectius corpus, sanguis, ablutio, & reliquæ utriusque, & tunc fit una sumptio cōpleta, & perfecta, & unus actus cōsumatus, nec est completa quousque omnia sint sumpta, & maximē reliquæ. Non sic esset de eo qui non celebrat, puta quū quis communicat, postquam enim recepit abluionem non posset amplius recipere reliquias: similiter quū semel celebrauit, & sumpsit abluionem, quāuis

posset recipere reliquias, non tamen posset celebrare, uel sumere aliam hostiam, ut soluat ritus ecclesiæ, uide de isto ultimo supra §. 40. Quomodo non licet bis in eodem die communicare. ter. communicate. §. 15.

44 ¶ Quadragesimotertio, † utrum quilibet sacerdos teneatur quotidie celebrare. Respon. quod non etiam in diebus festiuis, ut pater in c. quotidie. de conse. dist. 2. exceptis habentibus curam animarum, qui ad minus in diebus festiuis tenentur celebrare, nisi per alium satisfaciant populo. arti. c. 1. de cele. mis. tenentur tamen in aliquibus diebus, ut dictum est uerfi. communicate. §. 12.

45 ¶ Quadragesimoquarto, † utrum instrumento beneficii, quod quis celebrat omni die, obliget institutum ad sic celebrandum. Respon. secundum Pa. in c. consuluit. de cele. mis. & in c. significatum. de præben. quod non: quia talis institutio est illicita, & daret materiam peccandi, & ideo debet accipere interpretationem ab illo text. ca. significatum, ut scilicet intelligatur, quod debeat celebrare, & teneatur quanto frequentius potest, salua honestate sua, & debita reuerentia, & deuotione ad sacramentum, & sic intellige de quocūque beneficiato, similiter dic quū instituere tur ad dicēdū missam peculiare quotidie, quia hoc nō obstante potest, & debet dici de feria. c. quidam. de cele. mis. sic patet, quod quis aliquādo teneatur frequentius celebrare, secus esset si diceretur, quod in tali capella quotidie celebraret, quia potest per alium, & debet supplere.

46 ¶ Quadragesimoquinto, † utrum quilibet teneatur audire missam. Respon. secundum Host. quod die dominico quilibet teneatur ex præcepto, & totam, ita quod accipiat benedictionem sacerdotis, de conse. dist. 1. c. missas. & c. seq. & c. omnes fideles, nisi excusent magna necessitate, & non solum diebus dominicis, sed etiam aliis diebus festiuis, ex præcepto ecclesiæ, quia est eadem ratio, ut si. saltem illo modico tempore uacent diuinis, de quo uer. adorare. §. 4. & uerfi. dies. §. 2. & uer. domini ca. dies. §. 2. & uer. feriar. §. 46. & 47. maxime circa qu. Intellige nisi sit excommunicatus, interdicitus aut legitime impeditus.

Aliis autem temporibus nullus tenetur ex præcepto, nec ob. c. solet de consec. dist. 1. quod ut uelle, q̄ in quadagesima quis nō dicatur ieiunare, nisi audita missa, non obstat etiam c. si. de priuil. in 6. ubi dicitur, q̄ Episcopus religiosus & ecclesiastica persona quotidie audiant, quia omnia loquuntur de honestate non de præcepto Angelica, uerfi. missa. §. 42. Adducit Ricar. in primo quodl. q. 19. dicentem, q̄ quando aliquis dimittit missam in diebus præcipuis ex contemptu uero, uel interpretatio peccat mortaliter: quando uero ex aliqua passione animi, uel pigrizia, uel causa non rationabili, si tamen ad hoc nō est assuetus, est ueniale peccatum. Si uero ex legitima, erit nullum peccatum, & quamuis primū & tertium membrum uerum sit, secundū tamen est ualde dubium. de quo in §. sequentibus. uide infra §. 50.

47 ¶ Quadagesimosexto ¶ quæritur, quæ sit necessitas, uel causa quæ excuset ab auditio missæ. Respond. secundū dom. Archi. Flor. quōd primo est necessitas, ut infirmi qui non possunt sine periculo exire ad audiendum missam. Idem de eius seruatoribus: similiter habentes paruos quos non possunt congruenter dimittere sine periculo. ar. de reg. iur. cap. quod non est: similiter qui aliquod arduum & iustum negotium habent facere, & audiendo missam impedirentur, officiales qui ratione officii non possunt exire, ut castellani, & alii seruientes dominis, domini etiam & consilarii, qui tempore missæ super urgentibus causis occupati sunt, puellæ nobiles quando earum parentes non permittunt facientes quod in se est, ut uadant, non. n. esset decens, ut irent solæ, & si parentes habent causam rationabilem, puta quia est consuetudo in contrariam, quia sic solent facere, & stare quasi clause in domo propter honestatem, uidetur tollerandam. ar. de consue. cap. fina. uel propter aliam causam honestatis, uel periculi: non tamen excusarentur si permitterent ut irēt ad choras, & huiusmodi; uel quando permittunt eas morari in uis, uel fenestris, ut uideantur, uidæe diu stantes ratione uiduitatis, ut quasi pro honore mariti non uidentur bene posse excusari. dist. 8. cap. consuetudo. nisi fortē per breue tempus, ut

uuius hebdomadæ, uel mensis. Item conuigatæ, quæ non possunt sine magno scandalo uirorum, quia scilicet cum non possunt ita bene præparare necessaria familiæ uidentur posse excusari. 33. q. 5. c. noluit. scilicet si mariti facerent studiose ad impediendum eas à bono. Patroni tamen & patronæ debent sic ordinare iuxta posse de famulis & famulabus suis, ut audiant missam. unde dicit Pet. de pal. quōd ab hoc præcepto non serui plusquam domini, immo seruus & ancilla, ita debent vacare & quiescere Deo, sicut domini, tenentur etiam filios inducere ad hoc.

48 ¶ Quadagesimosextimo, ¶ utrum omnes indifferenter teneantur. Respond. fm Pet. de pal. q̄ omnes habentes usum rationis tenentur, scilicet quando sciunt, uel commode scire possunt, hoc esse præceptum. Itinerantes etiam fm do. Arch. Flo. non excusantur ab hoc præcepto, si comode audire possunt, alius secus: puta aliquis est in societate, alii nolunt expectare missam, & sine societate illa non possunt bene iter facere, uel quia ignorat uiam, uel quia difficilis, uel periculosa, uel quia non est tuta à latronibus, uel quia ab illis habet expensas, & huiusmodi. Idem uidetur dicendum de pauperibus mulieribus, quæ aliquando non habent uestes, aut uelamina, aut alia necessaria ad corporis regumentum, tum ob paupertatem, tum quia maritus ea impignorauit, uel huiusmodi, quæ si irent ad ecclesiam sine conuictis uestibus deriderentur ab aliis. Idem die in huiusmodi, quod secundū rectum iudicium, legitima excusatio debeat appellari.

49 ¶ Quadagesimosexto, ¶ de quo debet missa celebrari, uel audiri. Respond. quōd communiter debet celebrari de eō, de quo sit officium. ar. in ca. quidam laicorum. de celebr. mis. & ibi Pan. nec propter missam peculiarem, id est speciale pro aliquo sancto, uel defuncto debet quæ dimittere quia audiat missam propriam de die, quando scilicet habet propriam missam, & illa die tenetur audire. cap. missas. de consec. dist. 1. unde Angelica, uerfi. missa. §. 33. & uerfi. fenæ. §. 42. dicit, quōd non satisfacit præcepto audiens, uel dicens missam peculiarem, quia illa quæ præcipitur est missa de festo, uel quæ secundū officium debet dici.

ci, ut d. c. quidā. Dicit tñ, q̄ seculares ignorantur excusantur, sed non celebrantes, ar. c. & hoc, de consec. dist. 1. sed melius dicen dum est secundum Do. Archi. Flo. q̄ nō tenetur quis ex necessitate ad propriam missam, quia nec d. c. missas, neque d. c. quidā, loquuntur de praecepto, sed indistincte, sed audire debet propriam ex congruitate, & s̄m hanc congruentiam loquitur d. c. quidā n. & Pan. ibidem. vnde in multis ecclesiis eadem die occurrunt plures missae dicē dā, vt puta de octaua alicuius sancti, & de dominica quae occurrit: hanc uiam sequitur Rosella. ver. missa. §. 14.

50 ¶ Quadragesimononō, vt̄rum sit necessarium sensibilibiter audire, & intelligere verba missae dubium facit, quia in d. c. missas. dicitur q̄ debeat audire. Resp. s̄m D. Archi. Flo. q̄ non est necesse. Nam tunc sequeretur hoc inconueniens, q̄ qui audiunt missam ab his qui submissē dicunt eum multitudo populi adesset si à remotis essent nō implerēt praeceptū: similiter qui surdi sunt, uel habentes hebetem sensum uel auditum. Intentio igitur ecclesiae est in illo decreto, q̄ praesens sit, in missa, & uacet his quae dicuntur: si etiam est intelligens, dignum est & iustum, vt intendat & conetur intelligere quae dicuntur in missa.

51 ¶ Quinquagesimō, ¶ de eo quod dictū est. §. 45. q̄ audiat totā intellige s̄m Do. Arch. Flo. q̄ id quod est modicū pro nihilo reputatur, puta si solū dimitteret introitum: secus autē si dimitteret notabilem partē, puta mediam, uel tertiam partem uel epistolam, uel euangelium: & dicit Archi. in d. c. missas. q̄ d. c. non mouet, quin pro causa necessitatis possit recedere. ante benedictionem. seruitores autem missae seu ministri, qui discurrunt hinc & inde, pro his quae expedit, ut in missis solemnibus pro thure, vino, & huiusmodi intelligendi sunt missae adesse pro illo tempore.

52 ¶ Quinquagesimōprimō, ¶ vt̄rum audienda sit missa in propria parochiali ecclesia in diebus festiuis. Resp. secundum Pan. in c. ut dominicis. de parro. q̄ sic, nisi ex aliqua causa legitimā alibi audire uelit, puta quia parochianus est concubinarium publicus, uel ut deuotius audiat, quia melius officiat ut uel propter pdicationem, & hmōi. Si uerō alibi audit ex contemptu proprii

sacerdotis: dicit, q̄ facit contra praeceptum superioris, & qui etiam admittit dicit, quōd quodam modo cōmittit furū. Sed p̄tō dicit, q̄ de iure in maximis festiuitatibus: sicut sunt festa Dñi nostri, & beatae Mariae. & Io. Baptiste, & hmōi, quilibet tenetur audire missam aut in ecclesia parochiali, aut in publico oratorio factō à populo, s̄m gl. in c. si quis de consec. dist. 1. & à fortiori pōt audire in ecclesiis mendicantium, & aliorum religiosorum auctoritate sedis apostolicae & dīficatis, & quāuis istis diebus non debeat audire in oratoriis disciplinatorū, uel locis priuatis: tñ si audiunt satisfaciūt: quia nullo cauetur iure, q̄ hoc sit de praecepto: nec obstat. d. c. si quis: quia ibi nullum uerbum est positum laicis quod sit de praecepto, sed solum clericis ne celebrent praedictis festiuitatibus in talibus oratoriis sine iussu uel permissione Episcopi, similiter nō obstat quod ibi dicitur q̄ ad parochias est legitimus ordinarius; euēns, ergo ad alias non erit legitimus, quia non sequitur cum contineat absurdum sensum, quia ibi dicitur, q̄ in ciuitatibus aut parochiis in praedictis festis audiatur, ergo etiam alibi est legitimus euentus, non obstat etiam d. c. ut dominicis, quia si quis bene attendit, nihil praecipitur laicis, nec etiam omnibus sacerdotibus, sed solum sacerdotibus parochialibus, quōd eiciant illerum qui contem pro proprio sacerdote, &c. ergo si audiat in aliqua ecclesia quae non sit parochia, & sacerdote non parochiali non debet expelli, ergo licite potest audire. Item posito q̄ esset aliquod ius praecipuum esset abrogatum per contrariam consuetudinem, & priuilegia religiosorum quae iam sunt notoria.

53 ¶ Quinquagesimosecundo, ¶ vt̄rum missa de sancto dicta pro defuncto tñ est proficiat sicut si diceretur de mortuis. Resp. s̄m Hosti. quōd sic, & e contra, & consueuit dicere Do. Vgo. Car. quōd ipse celebrādo pro domina nostra sciebat celebrare defunctis, & e contra, & S. T. 4. dist. 45. q. 2. art. 3. quodl. 1. ad quintum, sic ait, in officio missae non solum est sacrificium, sed et sunt ibi orationes, & ideo missae suffragium, continet duorum quae Aug. ponit. orationem, & sacrificium: ex parte igitur sacrificii oblatus missa aequaliter prodest defuncto de quo cū que dicatur, & hoc est praecipuum quod sit

in missa, sed ex parte orationū magis prodest illa in qua sunt orationes ad hoc determinatē: sed tñ iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem, uel eius qui dicit missam, uel qui facit dicere uel iterū per intercessionem cuius suffragium in missa imploratur: utrum taurum ualeat una missa pro pluribus, & quomodo potest promittere multis, & similia uide uer. restitutio. §. 4. Quomodo si possit audiri missa cō cubinari. uide uer. clericus. 2. §. 11. & 12.

54 ¶ Quinquagesimo tertio ¶ utrum tantum ualeat missa mali sacerdotis sicut boni, Resp. s. Th. 4. d. 13. q. 1. ar. 1. quodl. 5. q. quo ad sacramentum est æqualis. 1. q. 1. infra quo uerō ad orationes: quæ in ipsa dicuntur in quantum proferuntur ex persona totius ecclesie sic similiter tantum ualent: in quantum uerō habent efficaciam ex deuotione orantis sacerdotis, sic plus ualeat missa boni, quàm mali, & ideo bene facit qui libentius audit missam boni, dummodo in substantialibus non credat excedere, quia periculosè erraret.

55 ¶ Quinquagesimo quarto ¶ quid de illo, qui celebrat, ut Deus perdat aliquem, uel aliquos. Res. q. peccat mortaliter. art. 26. q. 5. c. quicumque: nec nocet ei ad cuius perditionem fit cum natura sacramenti sit ut proficit. art. 1. q. 1. si autem Deus: posset tamen excusari à mortali, quando tales sunt inimici reipublice & impeditores bonorum.

56 ¶ Quinquagesimo quinto ¶ pro quibus debet dici missa. Resp. q. generaliter pro omnibus uiuis, & defunctis in statu purgatorii. c. uisum, de conse. di. 1. solū tamen prodest existentibus in charitate. unde. S. Th. 3. q. 79. ar. 6. ad secundū, sic ait: sicut passio xpi prodest quidem omnibus ad redemptionem culpæ, & ademptionem gratiæ, & gloriæ, sed effectum non habet nisi in illis qui passioni Christi coniunguntur per fidem, & charitatem. unde & Aug. dicit ad Renatum. Quis offerat corpus Christi nisi pro his qui sunt membra Christi. unde etiam in canone missæ non oratur pro his qui sunt extra ecclesiam, illis tñ prodest plus & minus secundum modum deuotionis eorum. uide supra §. 16. & uer. restitutio. §. 4. utrum missa sit celebranda pro excommunicatis. uide uer. excoicatio. §. 4. & se.

57 ¶ Quinquagesimo sexto, ¶ utrum debeat

celebrare pro paruulis. Resp. s. Th. 4. dist. 4. q. 2. ar. 1. quodli. 2. ad secundū, q. p. pueris baptizatis missarum solemnia celebrantur non quia eis inuētur quantum ad remissionem alicuius culpæ, uel quantum ad augmentum gloriæ, seu propter alias rationes: tñ propter solatium uiuorum, tum ad ostendendum paruulos, ad unitatem corporis mistici pertinere, dum idem modus executionum seruatur in ipsis, & in aliis tñ ad commendandum, redemptionis ministerium, quod in hoc sacramento commemoratur per quod paruuli siue proprio merito salutem consequuntur æternam.

DE MISERABILIBVS PERSONIS.

I Miserabiles persone quæ dicantur.

I **M**iserabiles, ¶ persone dicuntur s. Th. Io. And. ad quas natura mouetur ad miserendū, ut in l. vnica. C. q. imp. inter. iud. pu. & in c. 1. de postu. dī q. miserabilis persona est quæ per se non potest causam promouere, puta pp defectum paupertatis, uel alterius impotentie, & sunt iste persone s. Th. Inn. in c. significatibus, de eff. de. l. Pan. in c. licet de censu. cecus, pauper, pupillus, uidua, & alii morbo laborantes qui possunt auxiliū ab ecclesia implorare quoniam nimis aggrauantur in collectis. d. capit. significatibus, & quod ibi not. ubi est notandum, secundum Panormi. in d. cap. significatibus, quod persone seculares sunt in triplici differentia, quedam enim non sunt miserabiles neque actu, neque habitu, quia non habent qualitatem propter quā natura moueatur ad miserendū eis, puta quia sunt masculi & potentes uel seeminæ coniugate, & diuites. Quedam tēro sunt miserabiles actu & habitu, sicut sunt ille quæ dictæ sunt. Quedam uerō sunt habitu tantum, ut uidua, & pupilli diuites, & secundum Innocen. peregrini quo ad res quas secum deferunt, & illatas iniurias. ut in ea. quis, & in c. omnipotens. 24. quæst. 3. Et idem de libertis ecclesie officialibus, & rusticis, & similibus. ar. 12. q. 2. c. ecclesiarum. 87. dist. quasi per totum. primi ad ecclesiasticum iudicem trahere non possunt, nisi sint de foro ecclesie, aut ratione cause. secundi uerō secundum Innocen. possunt

sunt alios trahere ad iudicium, et non data negligentia iudicis secularis. ar. d. c. significanti- bus, & c. super quibusdam. de verb. signifi. Idem in poenitentibus. 2. q. 3. c. si quis Romipetas. si tamen isti trahuntur coram iudice seculari illum declinare non possunt, nec inde possunt appellare iudicem ecclesiasticum. 2. q. 6. anteriorum. tertii autem si opprimuntur possunt malefactores suos immediate trahere ad iudicem ecclesiasticum. d. c. super quibusdam. aliis secus. utrum excusentur a muneribus. Resp. secundu- dum Pan. in d. c. licet, qd sic personalibus que imponuntur personis, ut l. 2. C. quibus mo. se. excu. a realibus autem muneribus ordinariis non excusantur, nisi princeps ue- lit ea remittere. C. de uaca. mu. & de mune. patri. quasi per totum: secus si sunt extraor- dinaria, quia non tenentur ad illa. l. vnica. C. de super indic. facit c. indicatum. 89. dif. & quando dicantur realia, ordinaria, vel extraordinaria. vide ver. munus.

M O D E R A M E N inculpatæ tutelæ qd sit, & quomodo est licitum, & non incurrit excommunicationem. vide uer. excom- municatio 5. casu 1. §. 10.

DE MODESTIA.

Modestia dupliciter accipitur.

Modestia, ¶ secundum quod elicitur ex doc. S. Tho. 2. 2. q. 140. q. 160. accipitur dupliciter. Primò, cõter fm qd dicit quandam moderationem, prout significat nomen eius, & sic reperitur in omni uirtute, quia quælibet uirtus ponit aliquam mo- derationem circa suum obiectum, seu cir- ca suam materiam. Alio modo sumitur pro- priè, secundum qd est uirtus & pars poten- tialis temperantiæ quæ refrenat actus exte- riores ipsius appetitus & ponit moderatio- nem quandam circa actus corporales, & di- uiditur fm Andromicum in tria, scilicet in bonam ordinationem secundum qd di- scernit quid agendum, & quid dimittendũ, & quo ordine sit agendũ, & in hoc firmi- ter persistere. Secundò in ornatum, ut in his quæ agit seruet decetiam. Tertio, in au- steritatem, s. in colloquiis amicorum, uel quibuscunq; aliis, de qua austeritate. vi- de uer. austeritas, de modestia dicit S. Tho.

Temperantia moderationem adhibet cir- ca ea in quibus difficillimũ est moderari, scilicet circa concupiscentias delectatio- num tactus, ubi uicque autem est aliqua uirtus specialiter circa aliquod maximum, oportet esse aliam uirtutem circa ea quæ mediocriter se habent eo, qd oportet quan- tum ad omnia uitam hominis secundum uirtutes esse regulatam, sicut de magnifi- centia, quæ est circa magnos sumptus pecu- niarum, præter quã est maxima liberalitas quæ sit circa mediocres sumptus. unde ne- cessarium est quodd sit quædam uirtus mo- deratiua in aliis mediocribus in quibus nõ est ita difficile moderari, & hæc uirtus uo- catur modestia & adiungitur temperantiæ tanquam principali. Mansuetudo autem si- ue clementia refrenat motum iræ tenden- tis in uindictam: hæc S. Thom. & q. 120. ar. 2. ad 3. dicit. Ad epilepsiam pertinet ali- quid moderari, scilicet obseruantiam uer- borum legis, sed modestia que ponitur pars temperantiæ moderatur exterioris homi- nis uitam, puta in incessu, uel habitu, uel aliis huiusmodi, potest tamen esse, quod nomen epilepsie apud grecos per quandam similitudinem trãsfertur ad omnes mode- rationes. hæc S. Thom. Partes modestia se- cundum Andromicum sunt tres, ut dictũ est, sed secundum Tullium partes eius sunt quatuor, scilicet humilitas, studiositas, mã- suetudo, & simplicitas, & secundum Ari- stotelem etiam eutropelia.

DE MOLLICIE.

Mollicies opponitur perseverantiæ.

Mollicies ¶ opponitur perseverantiæ fm S. Tho. 2. 2. q. 138. ar. 1. unde se- cundum philosophum 7. Ethico. propriè mollis dicitur qui recedit à bono propter tristitias causatas ex defectu delectationũ quasi cedens debili mouenti, & idem phi- losophus ubi supra, molli opponitur perse- ueratiuus, laus enim perseverantiæ in hoc consistit, quod aliquis non recedit à bono propter diuturnam tolerantiam difficultũ & laboriosorum, cui directè uidetur, quodd aliquis de facili recedat à bono propter aliqua difficilia, quæ sustinere non potest, & hoc pertinet ad rationem mollitiæ, mol- lenim.

le. n. dē quod facile cedit tangenti, non aut̄ iudicatur aliquid molle, ex hoc q̄ cedit for-
 5 riter impellenti: nam & paries cædit ma-
 chinæ percutienti: & ideo non reputatur
 6 aliquis mollis, si cædit aliquibus grauit̄
 impellentibus. unde philosophus dicit ubi
 supra, q̄ si quis à fortibus & superexcellen-
 tibus delectationibus uincitur, uel tristitiis
 non est admirabile, uel condonabile, si con-
 tra tēdat. Molities tñ alio modo speciali su-
 9 mitur pro immunditia, seu uoluntaria pol-
 lutione. unde gl. ad Cor. 6. super illud, neq;
 adulteri, neq; molles: exponit molles, id est
 10 patiti: hoc est muliebria patientes, & ista
 opponitur castitati. hæc Sanct. Thom. de
 qua tude uersic. luxuria. §. 6. hoc etiam
 est peccatum mortale. hæc est species spe-
 11 cialissima, & non distinguitur in alias spe-
 cies: cum enim constituitur ex uolunta-
 ria pollutione absque concubitu quocun-
 que, nō apparet differentia formalis, quæ
 distinguat hanc speciem. Sine enim sit
 procurata extrinseco adminiculo proprio,
 uel alieno, per quodcunq; coniunctum,
 uel separatum instrumentum: dummo-
 do absint concubitus, siue sit procurata
 per solum interiorem actum, positiuē uel
 negatiuē, nulla sit diuersitas specifica, quo-
 12 niam hæc omnia materialiter, uel per ac-
 cidens se habent ad uoluntariam semina-
 tionem absque concubitu. Grauius tamen
 peccatum cum alieno adminiculo sit ratio-
 ne societatis in peccato alterius. Et hæc
 intellige loquendo de tali specie peccati se-
 cundum se. Quoniam loquendo de eodē
 peccato, ut subordinatur desiderio adulte-
 13 rii: recipit etiam adulterii deformitatem,
 & ut subordinatur morosæ delectationi,
 aut desiderio incestus, admittit deforma-
 14 tatem incestus: & sic de aliis. de isto ulti-
 mo, uersic. luxuria. §. 6. circa fin. Mollit-
 ies uerò primo modo non semper est pec-
 catum mortale, sed quando recedit à bono
 necessario faciendo.

DE MONACHO.

- 1 *Monachus quis dicatur.*
- 2 *Monachus utrum possit fieri canonicus regula-
ris, uel secularis, nu. 3.*
- 4 *Monachus uel alius religiosus utrum possit pro-
moueri ad aliquod beneficium, uel dignitatem*

ecclēsie secularis.

- 5 *Monacho an liceat habere locum in diuersis mo-
nasteriis.*
- 6 *Monachus uel religiosus deputatus alicui ecclē-
sue, etiam episcopatus an teneatur ad obseruan-
tiam ecclēsie sue, uel ordinationem ordinis sui.
Et si indigeat aliqua dispensatione ad quem re-
currer. 7.*
- 8 *Monachis in iure quæ specialiter prohibentur.*
- 9 *Monachi uel religiosi, qui in illis monasteriis co-
medunt carnes in quibus memoria in contrariis
non extat, an licite comedant.*
- 10 *Monachorum appellatione an ueniāt alii religiosi.*
- 11 *Monachi ex contractu an obligentur Abbas, uel
monasterium.*
- 12 *Monacho, an monasterio acquirantur obligatio-
nes factæ monacho uel Abbati. Et de rebus
oblatis quid. 13.*
- 14 *Monachus uel Abbas si commiserit maleficium
an teneatur monasterium.*
- 15 *Monacho relicto cum conditione, quod nihil ac-
quiratur monasterio an ualeat.*
- 16 *Bona ingredientis monasterium an pertineant ad
ipsum monasterii iure traditionis inter uiuos,
uel iure successionis. Et quid de relictis illis re-
ligiosis qui nihil proprii habere possunt. 17.*

¶ Monachos ad publicas procesiones uo-
 catos accedere cōpelli ab Episcopo, statuit
 & præcepit sancta synod. Trid. iis tantum
 exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo
 uiuunt. Sess. xxv. de refor. cap. xiiij. Ex c. in-
 ter cunctas. de priuile. c. studendum est. 99.
 dist. L E O. à L E G E.

1 **M**onachus, † græcè, latinè singularis
 dicitur, quia debet esse singularis,
 id est separatus à conuersatione seculari, vt
 16. quæstio. i. c. i. Monachus dicitur mona-
 chus, non doctoris, sed plangentis officium
 habet, uel se, uel mundum luceat, & do-
 mini pauidus præstoletur aduentum. hæc
 ibi, differt monachus à conuersis, secun-
 dum Panorm. in cap. non est, de regu. quia
 conuersi sunt, qui obrulerunt se & sua, mu-
 rando habitum & profitendo, tamen laici
 sunt, quia non promouentur ad ordines:
 oblatis uerò, qui se, & sua obrulerunt mo-
 nasterio, habitu tamen non mutato, & ut
 dicit gl. 27. quæstio. i. c. ut lex. Ili conuersi
 & oblatis, magis astringuntur monasterio,
 quam monachi. unde nec etiam causa al-
 17
 tiori

tioris religionis possunt transire ad alia monasteria quamquam petant à superiore licentiam quia efficiuntur quasi serui monasterii: Monachi uerò propriè hodie sunt qui habitum mutant & profitentur & promouentur ad ordines. 16. q. 1. in multis. cc. Qui dam dicunt q̄ nunc monachi propriè dicti ueniunt omnes religiosi in omni materia nisi appareat rō spiritualis differentie, quod non uidetur uerū in materia odiosa, puta in excoicatione. Nam in cle. 1. de sta. mo. excoicantur monachi. &c. de quo ver. excommunicatio. 5. casu. 46. ubi tex. postquā nominauit monachos, subiungit aut canonicos regulares, unde si per monachos intelligerentur & canonici, ut sequitur ex illo dicto, frustra addidisset, aut canonicos regulares non. n. apparet specialis differentia inter eos. infra. eo. §. 9.

2. ¶ Primò ¶ utrum monachus possit fieri canonicus regularis. Ref. fm S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8. ad secundū, q̄ utraq; religio ordinatur ad opera uitæ contemplatiuæ inter quæ præcipuè sunt ea quæ aguntur in diuinis ministeriis ad quæ ordinatur directè ordo canonicorum regularium quibus per se competit q̄ sint clerici. ut 17. q. 1. c. alia causa. & ideo quamuis ordo monachorum sit altioris obseruantie, tñ si monachi essent laici liceret eis transire ad ordinē canonicorum regularium, non autem econtra. 19. q. 3. ca. mandamus. Sed si monachi sint clerici sacris ministeriis obsequentes, habent id quod est canonicorum regularium cum maiori altitudine, & ideo licitū erit transire ad ordinem monachorum ab ordine canonicorum regularium, petita tñ licentia superioris, & non econtra. 19. q. 3. c. statuimus. quomodo generaliter possit religiosus transire ex una religione ad aliam, & de licentia requisita, uide uer. religio. §. 23. & seq.

3. ¶ Secundò ¶ utrum monachus uel religiosus possit fieri canonicus ecclesie secularis. Ref. q̄ non. ca. in noua. 16. q. 7. extra de elec. cap. cum causam, secundum Io. gl. 74. di. c. quorundam.

¶ Tertio ¶ utrum monachus uel alius religiosus possit promoueri ad aliquod beneficium uel dignitatem ecclesie secularis. Ref. fm quòd elicitur ex dictis Pa. in cap. quod Dei. de sta. mona. quòd uel loquimur

de dignitate ep̄ali, & sic fm oēs p̄t. text. est in cap. 18. q. prima, & in clemen. prima. de elec. & in cap. quorundam. & cap. religiosus. de elect. lib. 6. Aut loquimur de ecclesia inferiori, & tunc uel est collegiata, aut non: primo casu aut queritur de promotione ad canonicatum uel ad aliud beneficium simplex ipsius ecclesie collegiate, & promoueri non potest, ut in capitu. super eod. de regu. adeo quòd secundum Car. etiam episcopus dispensare non potest, ut religiosus sit canonicus in ecclesia seculari. de quo in §. præcedent. Nam cessat hoc casu priuilegium curæ, ratione cuius permittitur promotio ad ecclesiam secularem. ut in d. cap. quod Dei, intellige nisi cathedra lis esset regularis. Aut queritur nunquid possit promoueri ad ipsam dignitatem ecclesie collegiate, puta ut sit præpositus, & in hoc sunt uariæ opin. Host. tenet q̄ non possit fieri nisi dispensatiuè propter curæ necessitatem. Alii tenent contrarium scilicet quòd sicut potest promoueri, uel eligi in episcopum ita hic, & hanc sequitur. Panormitan. quia non reperitur prohibitum in iure, & ratio curæ militat hic & prædicationis. ut in dicto capitu. quod Dei. in tex. Secundo casu cum queritur de ecclesia non collegiata, aut non est curata & religiosus eam obtinere non potest, quia cessat ratio curæ. Aut est curata, & sunt opiniones utrum requiratur dispensatio, & communiter tenetur quòd de iure communi possit promoueri, hoc tenent Hostien. Ioan. Andr. & Cald. qui dicunt non esse necessarium, ut episcopus in promotione utatur uerbis dispensationis, hanc opin. tenet Feder. in consil. 131. Sed doct. de Rota latè tractant hanc decisionem. 254. ubi maior pars uidetur deuiare ab hac sententia, unde tenent quòd religiosus non potest presentari per patronum ad ecclesiam parochialem, sed communis opinio est in oppositum, & uidetur textus cum gloss. in capitu. parochia. decimasexta quæstio. prima. & tex. in d. c. quod Dei, dicit q̄ monachi p̄nt promoueri, id enim quod dispensatione potest fieri non dicuntur posse simpliciter secundum Inno. in ca. pastoralis. de cau. poss. & propriè. Sed dubium est utrum possit promoueri sine sociis, & quā-

uis sint diuersæ opinioniones. secundum Pa. sic est dicendum q̄ si promouetur in claustralem, omni modo debet dare socium si est monachus; & si redditus ecclesiæ nõ sufficiunt pro duobus, debet ecclesiæ unire, uel serua quod dicitur in d. §. ad hæc. in cle. ne in agro. de stat. mona. Si uerò ecclesiæ non sunt monasterio sub modo prædicto subiectæ, & tunc de iure antiquo poterat solus monachus promoueri. ut in d. cap. in parochia. cum si. sed de iure nouo non debent singulariter promoueri. ut in d. ca. 2. de stat. mon. de canonico uerò regulari factis potest dici, q̄ debet habere socium si cõmodè potest. Quomodo quando promouetur in episcopum, non tenetur uer. episcopus. §. 6. circa me. not. tamen q̄ in his casibus in quibus religiosus potest promoueri ad ecclesiæ secularẽ, q̄ non potest fieri sine licentia Abbatis. ut habetur in c. si religiosus. de ele. li. 6. Si autem Abbas non uult consentire, & utilitas, seu necessitas suggerit, tunc potest cõpelli ad consentiendum secundum docto. propter bonum publicam, facit c. nullus. de iure patro. Item superior potest dare hanc licentiam, simile potest dici de statuto quod dicit, quòd uel la non potest maritati sine assensu agnatorum, q̄ possunt constringi quando elegit dignum sibi maritum secundum Bar. in l. cum dotem. ff. solu. mat. regularis autem non potest institui prælatus in ecclesia aliter religionis. unde si eligatur non tenet electio. clem. cum Romani. de elect. uide aliquid uer. Abbas. §. 4. Nota secundum Pa. in ca. 1. de capel. mo. quòd monachus non potest habere curam animarum in ecclesia ubi monachi collegialiter habitant, sed debet episcopus capellanum instituire qui regat populum de consilio monachorum.

¶ Quartò, ¶ utrum liceat monacho habere locum in diuersis monasteriis. Respond. non licet de relig. dom. c. si. intellige nisi unum monasterium sit sub alio, de quo uerficu. electio. primo. §. tertio. nec potest præfici diuersis monasteriis, nec pluribus ecclesiis, curam habentibus animarum, nisi unum dependeat ex alio. capitu. cum singula. de præbend. li. 6. imo plus, si monachi unius monasterii Prioratus, uel Ecclesias, aut administrationes, seu officia unius. Mo-

nasterii consuetas per eosdem Monachos, gubernati, sine licentia Papæ committeret Monachos alterius monasterii, sunt priuati auctoritate prouidendi ea uice, & recipientes sunt ineligibiles ipso iure. d. capit. cum singula. §. fin.

¶ Quintò, ¶ utrum monachus, uel religiosus deputatus alicui ecclesiæ, etiam episcopatus teneatur ad obseruantiam ecclesiæ suæ uel ordinationum ordinis sui. Respõ. quòd sic, quantum ad tria substantialia regulæ, & ut habitum deferat etiam si sit episcopus, nec debet portare rochetum, c. clerici. de uita. & hone. cle. nec ex eo quòd habet administrationem, dicitur habere proprium, quia eam tantum habet ratio ne officii sibi impositi. de sta. mon. c. monachi. §. 1. In obedientia uerò distinguitur, quia si transit ad Episcopatum, ex toto absoluitur à iurisdictione Abbatis. 19. q. prima. capitu. unico. si uerò transfertur ad ecclesiã inferiorem secularem, quæ non est subiecta Abbati suo nec in temporalibus nec in spiritualibus, ex toto eximitur ab obedientia Abbatis. 16. quæst. 1. ca. in parochia. Si uerò sit solum subiecta Abbati in temporalibus, sic eximitur ab obedientia Abbatis in spiritualibus. 16. quæst. 2. c. nisi, & ca. sanæ. Si uerò sit subiecta quòd ad spiritualia solum, sic eximitur quòd ad temporalia; si uerò sit in omnibus subiecta, sic ex toto obedit Abbati. Quo uerò ad alia à tribus uotis, & ab habitu non eximitur absolutè. Nam ab esu carnum tenetur abstinere, sicut ante, nisi dispensetur cum aliquo monacho à Papa ut solus præficereur alicui ecclesiæ, & sine scandalo illorum cum quibus uiuit non posset abstinere, quia tunc comedere posset secundum C. off. alleg. c. quisquis. 4. dist. factus episcopus secundum Hostien. & uide tur sequi glo. in c. carnem. de conse. dist. 5. etiam potest comedere. Ieiunia uerò, & silentium, & uigilias seruare non tenetur, ut dicitur. 16. quæst. 1. c. nemo, & bre uiter si attendatur uerba d. cap. nemo dico, quòd ab illis solummodo absoluitur præceptis regulæ, quæ commodè non potest seruare cum exercitio prælationis sibi imposito, sed ad illa quæ nondum impediunt officium prælationis imo prius adiuuant uidentur teneri ad obseruantiam,

- & sic intelligitur. c. monachum. 20. q. 1. Ad quod officium teneatur uide ver. horæ canonicæ. §. 23. & 24. Et quomodo tenetur ad obseruantiam regularem, & potest testa ri. ver. episcopus. §. 6.
- 7 ¶ Sexto, ¶ sed pone quòd p̄dictus indigeat aliqua dispensatione ad quem recurret. Respon. q̄ si talis ecclesia subest Abbati in spiritualibus, ad ipsum Abbatem recurret: si uerò subest episcopo, ad ipsum episcopum recursum habebit. c. si quis monachus. 16. quæst. prima. Si uerò sit exempta in ecclesia, & immediatè sub papa, ad ipsum papam recurret, ver. exemptus. §. sexto. quidam satis probabiliter dicunt, quòd ipse ordinariè potest secum dispensare sicut ceteri prælati exemptorum, & eligere sibi confessores. utrum possit confiteri, & absolui ab episcopo uel pœnitentiario. si est exemptus. versicu. iudex. §. vigesimoquinto.
- 8 ¶ Septimò, ¶ quæ specialiter prohibentur monachis in iure. Respon. quòd decem notantur in d. cle. ne in agro. primum quod præcipitur est delatio habitus debiti secundum formam in d. cle. positam. secundum quod omni mense confiteantur, & suscipiant eucharistiæ sacramentum, de quo ver. communicare. §. 1. tertium, quòd ille qui præest exponat regulam vulgariter capitulo uel ab alio exponi faciat, sed prædicta solum astringunt monachos nigros: ut in d. cle. no. quartum ne utantur camisis. ut in c. ad monasterium. de sta. mo. quintum, q̄ seruent silentium continuum in dormitorio, refectorio, & oratorio, in claustrò uerò certis horis, ut ibidem. sextum, q̄ faciant capitula de triennio in triennium. c. in singulis. e. ti. septimum aucupationes, & uenationes interdiciuntur eis. d. cle. ne in agro. octauum ne ad curias principum uadant ut suis monasteriis inferant damnum, aliàs sunt excõicati illi qui administrationem nõ habent. ver. excõicatio. §. casu. 46. nonum quod prohibetur ne arma intra septa monasterii teneant. ver. excõicatio. §. casu. 47. decimũ ne carnes comedant nisi in necessitate. ut d. c. cum ad monasteriũ, & c. carnẽ de conse. di. §. Multa sunt alia quæ nedum eis, sed omnibus religiosis sunt prohibita de quibus versicu. religio. & maximè. §. 43.
- 9 ¶ Octauò, ¶ quid de illis monachis uel religiosis qui in illis monasteriis comedunt carnes in quibus memoria non extat, quòd non comedant. Respon. Do. Car. consulu it ut recitat Pan. in d. c. cum ad monasterium, quòd possunt comedere, ex quo. n. ipsi non fuerunt causa, nec apparet ex qua causa fuit introductum, potest præsumi ex aliqua causa legitima fuisse introductum, secus quando ex corruptela, quia non excusarentur. c. cum tanto. de consue. versu. religio. §. 21. & 22. quomodo monachus comedens carnes non peccat mortaliter nisi propter præceptum uel contemptum, uide ver. religio. §. 22.
- 10 ¶ Nonò, ¶ utrum appellatione monachorum ueniant alii religiosi. Res. fm Pa. in c. ex parte, de postu. q̄ qñ constitutio emanat respectu religionis licet loquatur de monachis, tamen extenditur ad omnes religiosos, & hoc nisi possit assignari rō diuersitatis inter eos & monachos. supra. co. prin.
- 11 ¶ Decimò, ¶ utrum ex contractu monachi obligetur Abbas uel monasterium. Resp. secundum Inn. si monacho commissa est administratio, Abbas & conuentus tantum obligantur quantum administratio se extendit: si uerò non habet administrationem, obligatur monachus, sed non tenetur soluere, quia non habet.
- 12 ¶ Undecimò ¶ sed quid de obligationibus, seu promissionibus factis monacho uel Abbati, nunquid acquiruntur monacho uel monasterio. Respond. secundum Innoc. & Hostien. ex contractis ininitis cum monacho uel Abbate obligatur quis monasterio, quia potest monachus monasterio actionem acquirere, non tamen potest obligare monasterium: unde quamuis Abbas siue monasterium possit agere, non tamen tenetur respondere nisi de eo quod ad ipsum pertinet, & licet omnis contractus sit prohibitus monachis, nisi imperante Abbate, ut l. q. 1. c. nõ dicatis. hoc intelligitur in quantum monasterium obligatur, sed obligatio alterius ad monachum acquiritur monasterio, similiter & possessio etiam per monachum fugitiuum. ff. de acquir. poss. l. 1. cum monasterio acquirat uer. religio. §. 27.
- 13 ¶ Duodecimò ¶ quid de rebus ablatis monacho. Resp. secundum Inn. & Host. si res erant monasterii uel et alterius, & monasterium ad restitutionem tenebatur, tunc

aget monasterium: si uerò erat eius, nec de eis tenebatur monasterium, tunc agit ille qui dominus est rerum; ita tñ, q̄ si tales res erant depositæ apud monachum, & Abbas uidet eas subtrahi, & facile esset Abbati eas liberare, satis credit Innoc. q̄ Abbas teneatur depositi insolidum propter dolum; sed si non uidit, uel prohibere non potuit, etiam si monachus eas abstulisset, quia nō est obligatus ex eius maleficio. Hostien. dicit, q̄ licet Abbas uideat res auferri, & non prohibeat, licet peccet, non tamen credit quòd ipse uel monasterium teneatur, ex quo fuerunt penes personam monachi. ca. 1. de depo.

14 ¶ Decimotertio, † sed quid de maleficio commissio per monachum uel Abbatem. Resp. secundum Innoc. & Hosti. non teneatur monasterium, quia delictum personæ, & c. nisi quantum ad monasterium peruenisset, & in eius utilitate uertum fuisset.

15 ¶ Decimoquarto, † utrum relictum monacho cum tali conditione, quòd nihil acquiratur monasterio, ualeat? Resp. quòd non, nisi talis conditio intelligatur, quòd nihil acquiratur monasterio respectu utilitatis, non respectu iuris, sicut not. Bar. in auth. excipitur. C. de bo. quæ libe. quia tunc ualeat, quòd est dicere, q̄ conuentus permittat illum administratione habere relictis, sicut feruus dicitur habere proprium, vt l. qui suis. ff. de manu. & facit quòd nō gl. in l. lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. quòd quidē dictum Bar. p̄t limitari, qm̄ talis administratio refertur ad casum licitum, scilicet vt dispense in pios usus quòd religiosus licet de restam. c. 2. lib. 6. uel ut conuertat ad usum uestimētorum uel librorū, & huiusmodi, non autem liceret ut posset administrare ad libitum illa bona tanquam propria etiam de licentia Papæ d. c. cum ad monasterium, & si Abbas nōlet consentire. ut prædicta licita administrationem suscipere relictum nō ualebit, & remanebit apud grauatum. l. vnica. C. de cadu. tollen. & gl. in dicto §. tres hæredes. Abbas tamen poterit talem usum fructum in quo legatum tenuit auferre à monacho per nota. in auth. ingressi. C. de sacrosan. et. eccle. & in cap. 2. de ista. mona. Sed quid si addatur, si molester monachus cadat à legato. gl. in d. §. tres hæredes, hanc quæstio. format, & ibi.

Bart. & Cyn. in l. quotiens. in fin. C. de dona. quæ. sub. mo. Et concludit, quòd sit legans disponat per uiam pœnæ, non ualeat, quia impositio pœnæ super factio impositibili de iure uel de facto non ualeat. l. c. d. d. nem. ff. de op. li. 2. l. 1. C. de quæ. pe. nō. Sed si tuult q̄ non possit molestari, dicat lego uel relinquo usum fructum tali monacho donec & quousque Abbas faciet sibi quæstionem, & ex tunc non relinquo: ita dicit Bald. in d. l. 1. in 7. q. & Pau. de Cast. in d. §. tres hæredes. sed in eo quòd habuit monachus ante controuersiam poterit Abbas controuersiam facere, & illi auferre secundum prædictos: hoc tamen ultimum mihi uideatur dubium, ex quo enim præsupponitur q̄ Abbas consensit, quia aliter non ualisset legatum, ut dictum est, quomodo ergo potest dicere, q̄ de præterito non fuit legitimus dispensator, & c.

16 ¶ Decimoquinto, † utrum bona ingredientis pertineant ad monasterium iure successione, an iure traditionis inter uiuos? Resp. magna est controuersia inter Doct. & glo. iuris civilis. de quo uide in auth. ingressi. C. de sacro. sanc. ecc. sed ueritas uideatur, quòd iure successione. uide uer. religio. §. 38.

17 ¶ Decimosexto, † quid de relictis illis religiosi qui nihil habere possunt? Resp. in d. auth. ingressi. ponuntur quatuor opinio. Prima, q̄ habeantur pro derelictis. Secunda, q̄ pertineant ad uenientes ab intestato. Tertia, quòd ad episcopum in cuius diocesi subsunt. Quarta, q̄ acquirantur ecclesiæ Romanæ. de hoc uide uer. legatum. 1. §. 3. & 4.

DE MONASTERIO.

- 1 Monasterium an possit grauari noua consuetudine, seruitio, uel onere.
- 2 Monasteria monialium utrum quis possit frequentare.
- 3 Monasteria dupla feminarum, & religiosorum an sint licita.

Monasterium † utrum possit grauari noua consuetudine, seruitio, uel onere. Resp. quòd non, nisi à principio de consensu Ep̄i à patrono sit imposita,

posita. c. vt scientes, de cens. non intelligas quòd in dote necessaria possit etià à princi pio imponi aliquod onus, sed intellige in alijs à dote prædicta.

2. ¶ Primò, ¶ utrum quis possit frequentare monasteria monialium. Resp. q. non, nisi ex causa manifesta, & rònabili, aliàs post admonitionem frequentantes si sunt cleri ci deponuntur, si laici excommunicentur. c. monasteria. de ui. & ho. cle.
3. ¶ Secundo, ¶ utrũ monasteria dupla sceminarũ, & religiosorũ sint licita. Re. q. nò. vt in c. diffiniuimus. & in c. de decima. 18. q. 2.

DE MONIALI.

1. *Monialis non debet habere singularem habitationem.*

¶ Moniales sæpe confiteri & Eucharistiam sumere debere, præcepit sancta syno. Trid. Professionem uerò in religione mulierum nò fieri ante xvi. ann. expletũ, nec minore tpe quàm per annũ post susceptũ habitũ in probatione stari, statuit, & nò prius professionem emitti ab aliqua uirgine, quàm Eps explorauerit eius uoluntatẽ diligẽter, an coacta an seducta sit, an sciat quid agat, & an habeat conditiones requisitas iuxta monasterii regulam; nec à parentibus, pro pinquis, aut curatoribus uirginis monasterio aliquid quocunq; prætextu tribui tpe, quo est in probatione, præter uictum & ue situm sub pœna anathematis dantibus & recipientibus. adeo ut professio ante facta, sit nulla, nullamq; inducat obligationem uel religionis, uel ordinis. sess. xxv. de reg. & monial. à c. x. usque ad c. xvij. inclusiue. Ex clem. ne in agro. §. sane. de sta. mon. c. qui religionis. 18. q. 2. c. statuimus. de reg. & c. cum causam. il pen. de elect. L. 0. à 1.

1. **M**onialis ¶ non debet habere singularem habitationem, sed cõiter tam in ecclesia, quàm refectorio, & dormitorio esse debet. 18. q. 2. c. perniciosam. ut sibi sint testes castitatis, & honestatis. vt in Auth. de mona. §. cogitandũ, nec debet loqui cũ aliquo monacho nisi cũ socia, uel presente Abbatisa, & breui. c. diffiniuimus. & c. in decima. 18. q. 2. nec debet cõicare in cho ro cũ monachis. d. c. perniciosam, & debet

Secunda pars

seruare clausuram oēs. c. periculoso. de sta. reg. lib. 6. Nec obstat quod aliqui dicũt, q. non pòt eis iudici uita arctior ipsi inuitis, quia hoc non pertinet ad arctiorẽ vitã, sed ad cõseruationẽ honestatis debite, & ideo non excusantur, quæ nò obseruãt clausurã cũ possint. Porest tñ Abbatisa exire pro ho magio cũ honesta societate: ita tñ, qd ad alia nò diuertat similiter si esset aliqua quæ notabili morbo laborans sine aliarũ infectione hic esse nò posset. ut in d. c. periculoso. ubi prælati ipsarũ præcipitur q. prouideãt, & q. nò permittãt parere accessũ quã rucunq; personarũ ad eas nisi ex rònabili cã, & q. singulis annis eas uisitent: & illas quæ sunt ita exẽptæ q. immediatè subsunt Papæ, debet eps autoritate Apostolica uisitare. ut nota in clem. accedetes. de sta. mo. & in d. c. periculosa. Intellige nisi aliter habeant per priuilegia, & non tenet receptio monialium non mendicantium ultra numerum earum quæ possunt sustentare sine penuria de prouentibus monasteriorum, & ipso iure est nulla d. c. periculosa. de isto ultimo. uide uer. simonia. §. 61. & seq.

¶ **M**ONETA, quot modis falsatur. uer. falsarius. §. 6. Quod pondus debet haberẽ. ibidem. §. 7. de radentibus monetam, ibidem. §. 8. de illis, qui ponderant monetã retinẽt meliores: ibidem. §. 9. quomodo teneatur quis restituere eandem monetã uel non uersic. pecunia, per totum.

DE MORA.

1. *Mora quomodo incurritur.*

2. *Mora quomodo purgetur.*

1. **M**ora ¶ incurritur, cùm quis nò facit nota. in c. ult. de loca. & quũ dies est ap posita obligationi, nò requiritur monitio, ut quis constituatur in mora, quia dies in terpellat p. homine. d. c. ult. si uerò dies nò est apposta obligationi, nec alia conditio, sic requiritur monitio, fm Bal. in l. nò ignorat. C. de fru. & li. expen. & Pa. in c. licet he li. de simo. & in c. 2. de accu. facit l. in fidei cõmissi. ff. de usu. & quãuis gl. in d. c. licet heli. dicat, q. in pecuniatis admonitio est de honestate nò de necessitate: tñ Ludo. de Roma in suis notandis tenet, q. si debitor citatur sine monitione, & confiteri debi tum, q. debet actor condẽnari in expensis si poterit probare q. nò fuit monitus, quia

Sum. Tab.

cc 3

debi-

debitori incumbit probatio, & sic negatiua, & c. rō quia ius presumit, q̄ creditor mouerit eum, quia cōiter sic solet fieri, vt d̄ in d.l. vt fidei cōmissi, & istud est verissimū de iure fori, sed de iure poli v̄ q̄ sic creditor ex timōre ēt reuerentiali nō audet petere debitū vel ignorat, q̄ tunc ēt sine monitione cōstituatur debitori in mora, aliās non, quia ex quo scit q̄ ei deberetur, & sine omni respectu pōt petere, & non petens v̄ consentire q̄ teneat, & intellige l. oīb. obligationibus. ff. de reg. iur. Et nota q̄ morosus tenetur ēt ad restitutionē dāni dati & ei cui non soluit, & lucri cessantis. No. nō v̄ esse ī mora qui pōt exceptione legitima se tueri in regula, non est in mora, de reg. iur. li. 6. sicut dominus qui seruū suū fugitiū monachū factum infra trienñiū non requisit, d̄ fuisse in mora, qui tñ re uera non est in mora, si potest exceptione legitima se tueri, puta lōginq̄uitas loci. 17. q. 2. si quis incognitus. hęc Io. An.

1. ¶ Primò, ¶ quō purgatur mora. Resp. q̄ ex celeri solutione ante requisitionem factā. vt not. in d. c. vt. facit c. cū Bertoldus. de re iud. & not. q̄ mora, & culpa æquiparantur nisi in hoc, q̄ mora est purgabilis. l. si seruū. §. sequitur. ff. de verb. obl. & sic pōt intelligi. l. si is. ff. de iur. do. Et rō si res quæ ē restituenda, vel danda, eodē mō esset peritura apud dominum, vel eū cui est danda non tenetur morosus. l. si. §. i. ff. ad legem Rot. de iac. ne creditor lucretur cū aliena iactura. hoc sequit̄ Fulg. in l. q̄ te. ff. si cer. per. similiter si obtulit post morā tpe debito: vt in d. §. sequitur, & si dabitur utrū peritura fuisset. debitor morosus non liberabitur, quia interpretatio fit contra eū l. eūm res. §. fin. ff. de leg. 1. Et nota, q̄ mora sua vnicuiq̄ est nociua: vt in regula. c. de reg. iur. lib. 6. sicut si quis est in mora soluendi decimas, illæ pereunt suo periculo, ēt in casu fortuito. §. 6. q. 1. ca. decimæ. Et si debitor primò fuit in mora soluēdi, & postea creditor in mora recipiēdi, vel ecōtra, vltima mora nocet. ff. de vsu. l. debitor. No. ēt fm Io. An. in d. regula mora, q̄ vbi dies præfigitur à lege seu à canone imponentē pœnā, tunc mora semel cōmissa, non purgatur, & sic dēnt intelligi iura, quæ dicūt, q̄ non purgatur. vt 12. q. 2. c. longinq̄uitate, & similia. Si tñ in eodē iure cauetur, q̄

eodē casu possit purgari mora, & pœna iuris euitari, tunc pōt ēt purgari, & sic intellige iura quæ dicunt, q̄ pōt purgari. vt 18. dist. c. 1. Non igitur purgatur pœna semel commissā. uerū. locatio. §. si. & uer. restitutio. §. 11. uerū. oblatio. §. 3. & 4.

DE MORTE.

1. *Mors triplex est.*
 2. *Mortuos spoliare an liceat.*
 3. *Mors an sit meritoria.*
 4. *Tristandum, dolendumve sit de morte amici.*
 5. *Mors ciuilis an in dubio morti naturali æquiparetur.*
 6. *Moriemem requirere ut post mortem venelles statum suum an sit peccatum.*

1. **M**ors † est triplex. s. corporalis, spiritualis per peccatū mortale quæ est peior, q̄ prima fm S. Tho. super Psal. 33. in fi. & gehennalis p pœnam æternam inferni de poz. dist. vlt. c. fi. Et etiā triplex vita, s. corporalis, gratiæ, & beatitudinis. corporalis mors est etiā triplex. s. essentialis, qua homo priuatur uita substantiali, & ciuilis qua homo priuatur aliquo esse accidentalī. i. aliqua operatione vitali, puta propria voluntate, aut ciuīū fructiōne, sicut fit per religiōē vel relegatiōē, de qua infra §. 4. Vtrum liceat alicui seipsum occidere. vide uerū. homicidium. §. 4.

2. ¶ Primò, ¶ vtrum liceat spoliare mortuos. Res. q̄ non: imo tales fm ll. grauissimē puniuntur. ff. de sepul. mo. l. 3. §. aduersus eos. Nam & philosophus. 4. Ethic. spoliatores mortuorū latronib. annumerat. Quæ sacramenta essent reiteranda, si mortuus resurgeret. vide uer. sacramentum. §. z. Mors, & omnis defectus corporalis, & rebellio carnis ad spiritum, sunt pœna peccati primorū parentū, consequentia ad pœnā principi palē. s. subtractionē iustitiæ originalis. hęc S. Th. 1. 2. q. 85. ar. 5. est causa immediata, remota uerò cā, est contrarietas principiorū, vt est iusta pœna est à Deo, non autē est malū naturæ nec sūt equaliter in oībus rōne complexionis.
3. ¶ Secundò, ¶ utrū mors sit meritoria. Res. fm S. T. 2. 2. q. 164. ar. 1. ad sextum. q̄ sic, in quantum sancti bene vtuntur morte, sicut bene vtuntur alijs malis per mortem

est naturalē nō purgatur aliquis à peccatis actualibus, sed mortem ab aliis illata bene pōt purgari. vnde si aliquis puta latro mortē illatam patienter sustinet, etiam si pro criminibus ipsius sit illata, ualet ad minutionem pœnæ, & ad liberationem à tota pœna secundum quantitatem culpæ, & patientiæ, & contritionis. Et mors, quam naturaliter quilibet refugit, est appetibilis propter beatitudinē, sicut dicitur ad Philip. 1. desiderium habēs dissolui, & esse cū Christo. Et aliquis appetit mortē per accidens dupliciter, scilicet vel propter aliquod agendum, vel propter aliud malum uitandum, & similiter aliquis diligit mortem non affectu, sed effectu. Et quilibet tenetur liberare proximum incidentem in latrones à morte secundū conditionem, & statū suum. Et nullus debet eripi à morte cōtra iura. Et mors inquantū priuat esse hoīs primum, est maxima pœnarum, sed inquantū priuat vita mala est remedium pœnarum, & quantū ad dispositiones præcedentes est vltimū terribiliū, formaliter verò. i. quantum ad ipsam separationem animæ non sentitur. hæc omnia sunt secundū S. Th. in diuersis locis. Quomodo aliquis tenetur se morti exponere pro amicis. vide ver. episcopus. §. 5. Quō latro, qñ eligit morti citius quam offendere Deū cōsistendo de lista sua, sit martir. vide ver. martir. §. 2. fi.

4. Tertiō, ¶ utrum trisandum sit vel dolendum seu plorandum de morte amici. Res. prohibet apostol. ne quis inordinate tristetur de morte proximi. vnde dicit sicut & ceteri qui spem nō habent. videtur autē Apostolus bene concedere, tristari pro mortuis, aliquid tamen prohibere, ne scilicet inordinate tristen tur. vnde dicit sicut, & ceteri, q̄ enim aliquis tristetur de mortuis, habet pietatē. primō propter defectum corporum deficientis, debemus enim eos diligere, & corpus propter animam Ecc. 41. O mors, quā amara est memoria homini pacē habētī, &c. secundō propter discessum, & separationē quæ dolorosa est amicis. 1. Reg. 15. sic ne separat amara mors. tertiō, q̄a per mortē sit cōmemoratio peccati. ad Ro. 6. Stipēdia peccati mors. quarto, q̄a sit cōmemoratio mortis nostræ. Eccle. 7. in il la. n. finis cūctorū hominū admonetur, & viuens cogitat quod futurum sit, sic ergo

est trisandum, sed moderatō. vnde Eccle. 22. Modicum plora super mortuum, qui requieuit: & ideo dicit sicut, & ceteri qui spem nō habent. s. quia isti credunt huiusmodi defectus esse perpetuos, sed nō nos, ad Phil. 3. Saluatorē expectamus, & c. hæc S. Tho. super epistolas Pauli. 1. ad The. 4.

¶ Quarto, ¶ utrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali in dubio. Res. q̄ aut uerbum mors profertur à iure in materia trista, & exorbitanti à iure communi, & in dubio intelligitur de morte naturali. c. susceptum. de recri. lib. 6. Autius non est strictum in quo scribitur mors, sed est extendibile ex identitate rationis, tunc si mors ciuilis habet eundem effectum quō ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, & sic æquiparatur: ita procedit ea, placuit. 16. q. 1. si autem mors ciuilis non habet per omnia eundem effectum quō ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, non extenditur nec æquiparabitur morti naturali. vt dicit glo. in d. c. quæsitum, & c. licet. de offic. deleg. & ibi Do. Ant. aliās sic. Si uerō uerbum mors profertur ab homine, tunc in dubio nō æquiparatur, quia uerbum hominis debet referri ad mortem naturalem. ut in l. ex ea parte. §. in sola. ff. de uerb. oblig. regulariter tamen fm Io. d. c. placuit. debet intelligi de morte naturali. Quā dicitur esse in periculo mortis. uer. absolutio. 1. §. 15. & uer. confessio sacramentalis. §. 4.

6. Quintō, ¶ utrum sit peccatum requirere à moriente: ut post mortem reueller statū suum. Res. secundū S. Tho. quodl. 3. q. 9. ar. 2. quōd non, submitendo tamen hoc diuino iudicio, nisi forē ex dubitatione si dei de futuro statu quasi tentando inquirat, uel nisi superbē & præsumptuosē de sua facultate confidens, uel nisi per accidens aliqua alia inordinatio adiungatur circa hoc, sicut si circa sumptionem cibi potest aliqua inordinatio adiungi, & quātuis Deus uoluerit reuellere superbo diuini, & uoluerit sibi esse occultum, quod petebat, nō inuenit tñ quōd aliquando uelit reuolare fidelibus piē & humiliter requirētibus. Quomodo tardīs legata mortuorum uel elemosinas malefaciat. uer. executio. §. decimo sexto.

¶ M V L I E R vide ver. femina.

DE MULTILOQVIO.

Multiloquium est filia gula.

Multiloquiū ¶ est filia gula, quia propter immoderatam delectationem in cibis & potibus sequitur nimia sumptio, & nimia sollicitudo ipsius, unde perturbantur viues inferiores corporales, & sic acies rōnis hebetatur, & per consequens impeditur ne regat instrumenta loquēdi, & sic sequitur inordinatio locutionis quæ est multiloquium. dī. n. multiloquiū ēm q̄ est multitudo locutionis cū superfluitate uel præter utilitatem, & sic intelligitur illud prover. 10. In multiloquio non deerit peccatū. Aliud est tñ propriè loquendo multiloquiū aliud uerbofitas sine linguofitas, quia linguofitas sonat in contēptū proueniens ex consuetudine suæ perflue & inordinatæ locutionis. Multiloquiū uerò non determinat tñ quantū ligo fitas, sed stat in gnē, & licet sit ueniale tñ ligo fitas pōt esse mortale. vnde iob. 1. Nūqd uerbosus iustificabitur, quasi dicat non.

¶ **M V N D A N A** quælibet reducuntur ad tria scilicet ad uores, ad diuitias & ad delicias.

¶ **M V N V S** quid sit & quodplex, & de suis differentiis, vide ver. excoicatio. §. ca. su. 18. & uer. simonia. §. 10. & seq.

DE MVRMVRATIONE.

Murmuratio quid sit.

Murmuratio ¶ ēm quandam apostillam super illud. Sapientie. 1. custodite uos à murmuratione, est quædam querela cum impatentia in his quæ homo deberet patienter ferre, & committitur aliquando contra Deum per displicentiam eo quòd non tribuat prosperitatem uel aduersitatem secundum merita hominum, uel quia immittit tribulationem uel quia non regit mundum modo nostro, & tamen iniuste quia Hier. 11. Iustus quidem tu es domine, licet nobis occulta sint eius iudicia. Aliquando est contra praelatos, de quibus dicitur. 90. di. Alienus sit à fratribus unitate qui murmurauerat, & ideo apostolus, nec mur-

muraueritis. &c. 1. Cor. 11. Et quando sit peccatum mortale, dic q̄ tunc quando ex ipsa fit contra aliquod præceptum Dei, puta quia dicit uel credit Deum iniustum uel iudicat temerariè & huiusmodi. Ad cuius declarationem notandum q̄ murmuratio uidetur significare quandam locutionē submissam uel clanculosam ad instar eorum qui non audent in faciem siue palam loqui, unde dicitur querela clāculo uel angulariter & non in facie factam, nō enim dicitur murmuratio si quis conqueratur etiam iniuste coram p̄siede. dicitur autem iniusta siue impatiens quia potest esse mala, ratione rei, de qua fit sicut farisei de receptione peccatorum à domino, & ratione modi, quia scilicet quamuis quis conqueratur de re iniusta, tamen non debito modo id est non, ubi quando uel quomodo debet, puta cum impatentia, unde murmuratio potest accipi tribus modis. Primo ut est submissa & clanculosa locutio, & sic potest esse sine peccato, sicut dicitur Ioan. 5. quòd murmur multus erat de Christo in populo. Secundò est submissa & clanculosa locutio querulatis de re iusta, sicut populus Israel murmurauit frequenter contra Deū. Tertiò est de re iniusta iniusto modo, puta cū impatentia, & istis duobus modis ultimis semper est peccatum, aut ueniale, aut mortale secundum conditionem personarū, circumstantiarum uel animorum quod diffinire in generali esset difficile. vnde dicitur dictum est.

¶ **M V S I C A L I B V S**, quomodo liceat uti in ecclesia. uer. organum.

¶ **M V T I L A R E**, utrum liceat aliquem uer. homicidium. & uer. irregularitas. 3. §. 27. de mutilatis à se uel ab aliis. uer. sic corpore uitiatas. Mutilatio membrorum est illicita secundum Sanctum Thom. secunda secundæ. quæstio. 67. ar. primo. Nisi fiat propter salutem totius corporis uel fiat per publicam potestatem propter bonum commune. uer. si. percussio. Quid sit propriè mutilare, & quò inducit irregularitatem. uide uer. irregularitas. 3. §. 26.

DE MVTO.

Mutus per signa petit sacramenta, & similiter contrahit.

Mutus

MVtus † per signa potest petere sacramenta & ei danda sunt. 26. q. 6. c. qui recedunt, & matrimonio um potest contrahere. uer. matrimonium. secundo. §. 8.



Asvs, † abscessio nasi impedit à susceptione ordinis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. uer. corpore initiatus. §. 1.

DE MVTVO.

Mutuum quid est.

MVtuū test quod de meo fit tuum. ff. si cer. pe. l. 2. & consistit propriè in rebus quæ consistunt in numero ut pecunia & hñdi: pondere ut massa auri, uel argenti, & huiusmodi: & mensura, ut uinum, oleum, triticū: & quæ usu cōsumūtur. ut in d. l. 2. & insti. qui. mo. contrahi. obli. in prin. Et quidā restringūt mensurā ad illam qua grana uel liquida mensurantur, non ad illam qua panni uel terra mensurantur. Et notandum q̄ mutuū consistit ut reddatur non eadem numero res, sed similis in gñe, siue tantundem, & eiusdem utilitatis, & precii eodem modo, unde si dedit pecuniam nō illam restituet, sed similem & huiusmodi, aliter transiret in cōmodatum uel depositum, uel aliū contractum. l. 2. ff. de contrahen. emp. & l. 2. si cer. pe. Et dicit Azo. q̄ si quis mutuo de dissest pondus argenti, & reciperet pecuniam ad numerum, q̄ est mutuum si pecunia sit argētea, quia tantundem redditur & eiusdem gñis. facit l. 1. §. ult. ff. de au. & arg. le. Et propterea si res mutuata perit, periculum est in mutuo accipientis etiam si casu fortuito. l. incendium. C. si cer. pe. secus si data esset pecunia in bursa consignata, quia non est mutuum. l. si ab initio. ff. si cer. per. oportet ergo quòd tradatur ut sit accipientis mutuum, non consignata aliter non erit mutuum. Quomodo quis teneatur ad dandum mutuum. uer. elemosina, §. 5. 6. & 7. & uer. usura. 1. §. 6. Et quomodo in mutuo fiat usura. uer. usura, quasi per totum.

DE NASO.

Nasi abscessio impedit à susceptione ordinum.

DE NAVFRAGIO.

- 1 **N**aufragium quid dicatur, & accipientes aliquid, de naufragio tenentur.
- 2 **D**omini si conuenierint cum nauis de certa quantitate danda ne depredentur an teneantur.

NAufragium † dicitur nauis fractio ex qua plerunq̄e submersio rerum & corporum cōtingit propter uim tempestatis, uel fluminis. l. de precatio. ff. ad l. Rodiam. de iac. & quicquid de naufragio accipitur siue de ipsa nauis siue de mari, siue de littore restituendum est. ff. de incen. rui. & nau. l. si quis ex naufragio. Nec excusat aliqua consuetudo quin furtum committant. ff. de acqui. re. l. qua ratio ne. in fi. C. de fur. l. meum, quin etiam secundum leges si petatur, infra annum condempnabitur ad restituendū quadruplum, sed post annum in simplicem. d. l. metū, & m etia canones, si is qui accipit sit ep̄s uel prælati siue clericus debet deponi. ca. dilecti. cl. 1. de accu. laicus uerò nisi restituat debet excommunicari, uel est excommunicatus, de rap. c. excommunicationi. de quo uer. excommunicatio. §. casu. 25. Intellige de nauiganibus iusta causa & honesta. ut dicitur. d. casu. 25. §. 3.

Primò quid de dominis qui conueniunt cum nauis de cetta quantitate danda ne depredentur in nauigio, uel securant quòd alius non accipiet, sed desensabunt. Respond. quòd tenentur restituere quia ad defensandum tenentur nisi spontanea uoluntate eis darent, uel acciperent pro mercede laboris si deliter impensū, secundum aliquos liceret facere statutum ut quis lucraretur tantum pro rebus recuperatis in mari naufragis, maxime quando est propter utilitatem naufragorum, quia aliter non recuperarent suas res, sed perirent in mari, & per maxime quando cum periculo exponerent se. Si uerò esset res quæ nullo modo possent saluari nisi per

per illos qui se exponunt periculo maximè
moris non videntur teneri uel debetur ei
premiu[m] iuxta laborem & periculum ad
quod se exposuit taxandum ad arbitrium
boni uiri.

DE NAVTA &C.

- 1 *Nauta, capto, & stabularius tenentur de leuif-
sima culpa, non de casu fortuito.*
- 2 *Nauta si ponat res meas in aliena navi, & pereant
an teneatur.*

1 **N**auta † capto, & stabularius tenentur
de leuissima culpa, non de casu fortui-
to. l. & ita. §. at hoc edicto. ff. de cau-
cap. & ita. Nec obstat. l. prima. §. si uesti-
menta. ff. de depositi. ubi depositarius non
tenetur nisi de leui culpa, quia est speciale
in istis ut teneantur de leuissima, quam-
uis forte in conscientia non uideantur ten-
neri nisi de leui. d. l. & ita. quæ loquitur in
odium talium qui solent fraudem facere,
ut ibi patet. §. at hoc edicto.

2 ¶ Primò † quid si nauta ponat res meas
in alia navi & perierunt. Respond. quòd te-
netur l. item queritur. §. 1. ff. loca. Et hoc
uerum si inuito domino, si uerò bona fi-
de & sine culpa non tenetur, similiter
non tenetur etiam si dolose posuisset quan-
do utraq[ue] nauis perit in eadem nego-
tiatione. ff. ad l. Rodiam de iac. l. fina. §. 1.
quia licet sit in culpa infideliter rem tuam
contractando, non tamen ex tali culpa
est amissa ex quo omnino peritura erat.

¶ **NECESSITAS** quomodo est tri-
plex, scilicet extrema sine qua uita corpo-
ralis sustentari non potest, quæ dicitur ne-
cessitas indiuidui, & necessitas secundum
statum siue personam, & necessitas ad be-
ne esse siue proficua, & quomodo quis te-
neatur subuenire huiusmodi necessitati-
bus. uide uer. eleemosina. §. 4. Quæ neces-
sitas excuset ut possit laborare in die festo.
uer. ferie. §. 44. & superioribus.

DE NEGLIGENTIA.

- 1 *Negligentia quid dicatur.*
- 2 *Negligentia an sit peccatum mortale.*

1 **N**egligentia † dicit defectum debite
solicitudinis: unde negligentia est
omissio alicuius quod fieri potest
& debet, & non est negligentia sine mo-
ra, & includit latam & leuem culpam. ut
in §. sequenti. Et sicut sollicitudo bona su-
mitur dupliciter. scilicet quod est quædam circums-
tantia requisita ad o[mn]em actum uirtutis & sic
non est specialis, sed generalis, & s[ecundum] quod di-
ci actum r[ati]onis requisitum in præcipièdo,
& dirigendo circa actum prudentiæ, & sic
est specialis pertinens ad prudentiam, de
qua. uer. sollicitudo. Sic & negligentia quæ
opponitur debite sollicitudini uigilantiæ,
& diligentia, & consequenter prudentiæ
si accipiat ut est defectus repertus in o[mn]i
peccato, non est p[ar]t[em] sp[irit]ualis, sed circums-
tantia sequens o[mn]e peccatum: si aut[em] accipiat
ut opponitur debite sollicitudini, est sp[irit]ualis
peccatum, s[ecundum] quod sollicitudo est sp[irit]ualis uir-
tus cuius priuatio est negligentia. Et quod sit
peccatum, patet quia est defectus debiti
actus sollicitudinis & pertinet ad imprud[en]-
tiam, quia secundum Isido. in lib. ethi. ne-
gligens dicitur quasi nec eligens, electio
autem recta eorum quæ sunt ad finem ad
prudentialiam pertinet. hæc San. Thom. 2. 2.
quæstio. 54. ar. 1. & 2. Et nota quod neglig[en]-
tia consistit in defectu interioris actus ad
quem pertinet etiam electio: pigritia au-
tem & torpor magis pertinent ad execu-
tionem, i[ta] tamen quod pigritia importat tar-
ditatem ad exequendum, torpor remis-
sionem quandam in ipsa executione, &
ideo conuenienter torpor ex accidia na-
scitur, quia accidia est tristitia aggrauans
id est impediens animum ab operando.
Omissio autem pertinet ad exteriorem
actum, est. n. omissio quando prætermitti-
tur aliquis actus debitus, & opponitur ius-
titiæ, & est effectus negligentia: sicut etiã
executio iusti operis est effectus rationis, &
inconstanter deficit in præcipièdo quasi ab
aliquo impeditus, negligens autem per de-
fectum promptæ uoluntatis, segnitias uerò
quæ est species timoris, est fuga operationis
causata ex timore magni laboris grauantis
naturam, cum scilicet aliquis refugit ope-
rari propter timorem excedentis laboris ex-
terioris. hæc S. Thom. 2. 1. q. 41. ar. 2. Vide
omnia ista in locis suis.

- 2 ¶ Primò, † utrum negligentia sit peccatum
mortale.

mortale. Respond. ubi supra ar. 3. q̄ negligentia prouenit ex quādam remissione uoluntatis per quam contingit quoddam non sollicitatur, ut præcipiat ea quæ debet, uel eodem modo quo debet. Potest ergo dupliciter contingere, q̄ negligentia sit peccatum mortale, uno modo ex parte eius, quod præmittitur per negligentiam, quod quidem si sit de necessitate salutis, siue sit actus, siue circumstantia, erit peccatum mortale. Alio modo ex parte cause: si enim uoluntas intantum sit remissa circa ea quæ sunt Dei, ut totaliter à Dei charitate deficiat, talis negligentia est peccatum mortale; & hoc præcipue contingit quando negligentia sequitur ex contemptu, alioquin si negligentia consistat in prætermissione alicuius actus, uel circumstantiæ, quæ non sit de necessitate salutis nec hoc fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu seruorum, qui impeditur interdum per aliquod ueniale peccatum, tunc non est mortale, sed ueniale. Et not. quando negligentia consistit in prætermissione eorum, quæ sunt de necessitate salutis, tunc trahitur ad aliud genus peccati magis manifestum: peccata enim quæ consistunt in interioribus actibus sunt magis occulta, nec est circumstantia de necessitate confessionis, eò quod intelligitur per confessionem peccati cui adiungitur, uel quia est generalis circumstantia. De negligentia iudicis. uide uers. iudex. §. 10. 20. & 21. De negligentia conferendi beneficia ecclesiastica, uide uers. beneficium 2. §. 21. De negligentia prælati in corrigendo. uer. prælatus. §. 1. & uer. præmissio. §. 1. & uer. abbas. §. 6. & uer. correctio. §. 3. & 6. ibi. Tertio modo. De negligentia eligendi, & prouidendi in ecclesia cathedrali, uel regulari. uer. electio. §. 6. 8. & 9.

DE NEGOCIO.

1 *Negotium seculare dicitur multis modis.*

1 **N**egotium seculare, † dicitur multis modis, ut in cap. primo. ne cler. uel mo. Primo modo cum quid plus iusto appetitur, quod turpe lucrum dicitur. Item & munera iniusta accipere, uel dare, & utiliter omnia per quæ homo seculariter uiuit in aliquo peccato dicitur secula-

re negotium. d. c. 1. Quomodo triplex est negotiatio. uide uer. clericus 3. in princ. Et quomodo negotiatio prohibetur clericis in sacris, & beneficiis, & omnibus religiosis, & quomodo possunt aliquas negotiationes. uide uer. clericus 3. per totum. & uer. emptio. §. 15. 16. & in 17. habes de negotiatione in die festo, uel loco sacro de emptione gladiatorum, sagittarum, & similibus. uer. ars. §. 3. usque ad finem. De pona clerici negotiatorum. uer. clericus 3. §. 1. & uer. excommu. §. casu. 19. §. 3. & 4.

DE NEOPHITO.

1 *Neophitus quis dicatur.*
2 *Neophiti quare ordinari prohibentur.*

1 **N**eophitus quis † dicatur. Respond. secundum Ray. dicitur nouellus in fide à neos, quod est nouum, & phytos, quod est fides. 48. di. c. quoniam. Item neophiti dicuntur nouelli in religione. c. sicut. eo. di.

2 ¶ Primò, † quare neophiti prohibentur ordinari. Respond. secundum Rayn. causa est duplex. vna causa est ne incident in superbiam uentatis, q̄ fides Christiana, siue religio multum eis indigeat. d. c. quoniam. Alia causa est, quia non sunt experti ipsius status ecclesiæ, uel religionis, nec scitit modos personarum. Item non ieiunauerunt, nec steterunt, non probauerunt, nec probati sunt. ut in §. 1. di. 48. unde tales, nec ad minores ordines promouendi sunt. conc. Goff. & Ho.

¶ NIGROMANTIA uide uer. ars. §. 1. & uer. sortes. §. 2.

DE NOMINATIVM EXCOMMUNICATO.

1 *Nominativm quis dicatur excommunicatus.*

1 **N**ominativm † quis dicatur excommunicatus, uel interdictus. Respond. secundum Pan. in c. in Lateranensi. de præben. & digni. quod ubi agitur de poena incurrenda ipso iure, sic non dicitur quis nominativm nisi exprimaturs eius propriū nomen: quia hoc importat ethimologia uocabuli, & in istis odiosis non est recedendum

lum à propria significatione uerborum, nisi de mente constet, ut in c. statutum. de cle. li. 6. Nisi circumstantiæ sint ita expressæ, & strictæ, q̄ ex toto important uices proprii nominis, facit l. 2. de libe. & postu. & insti. de exh. libe. §. nominatim. ut in l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de hære. in sti. ut puta dicit filius Petri, qui non habet nisi unicum filium, & huiusmodi, & sic intellige, & limita Iun. in d. c. in lateranensi. hoc etiam sequitur glo. in cle. 1. de uita & hone. cle. in uer. nominatim. Si uerò non agitur de pœna incurrenda ipso facto, tunc etiam dicitur nominatim expressus, qui per circumstantias non sic strictas exprimitur, & sic intellige, & limita glo. & Pa. in dicto uer. nominatim. & glo. in c. constitutione. de sen. exc. li. 6. puta si diceretur Magister Carpentarius talis loci iunior, & huiusmodi. & ad gl. in c. ex nobis. el primo. de sen. excom. quam uidentur sequi communiter doct. dic q̄ intelligitur, q̄ ita sunt excommunicati quasi nominatim fuisset expressi, sed non q̄ dicantur nominatim excommunicati: quia potest quis excommunicari licet non nominetur. & glo. in c. romana. de sen. exc. li. 6. in uer. sp̄e. dicit, q̄ d̄ specificè excommunicatus quando dicit, excommunico Pet. quia furtum fecit, & ibidem. uer. genere dicitur q̄ sunt excommunicati generaliter, quando dicit, excommunicatio oēs, qui sacrilegium cōmiserunt.

¶ NOTARIVS. uide uer. tabellio.

DE NOTORIO.

1 Notorium duplex est.

2 **N**otorium ¶ est duplex, scilicet iuris & facti. notorium iuris est, de quo quis canonicè est condemnatus, uel in iudicio confessus, uel legitime conuictus. c. uestra. de coha. cle. & Pan. ibi in glo. in uer. notorium. & c. quasitum. eo. titu. notorium uerò facti est, cum populus est reus, & dissimulationi non est locus. c. tua. de coha. cle. & hoc intelligitur siue crimen sit notum omnibus qui sunt in illo loco, scilicet uilla, siue parrochia, etiam si in illo loco non sint nisi decem, quia decem homines faciunt populum. 10. q̄. §. c.

unio secundum glo. Rai. qui etiam addit, q̄ etiam parrochia habet mille parochianos, & solū ex illis decem graues & honestè personæ scandalizentur de focaris sacerdotis, potest dici quod populus scan dalizetur, cum decem homines populum faciāt, ut dictum est. Et tale notorium facti iterū diuiditur: quia aliud est notorium facti per manentis, ut cum tenet adulteram publicè in domo. Aliud transeuntis, ut cū quis publicè hominem interfecit. Sed & est tertium notorium facti præsumpti, ut si quis publicè habitus est pro filio, uel affine, & huiusmodi. In notorio igitur iuris exigitur quādoque probatio contra negantem. c. sicut. de re iudi. In notorio uerò facti non requiritur ordo iuris, qui aliàs est obseruandus. c. ad nostram. de iur. iu. el secundo. Euidentiā namque patratu criminis non indiget clamore accusatorum. c. euidentiā. de accu. de his omnibus, & aliis uide Pa. ubi supra. uide etiam uer. clericus 2. §. 13. 14. & 15. & uer. excom. §. casu 42. §. 2. & 3.

DE NOVALE.

1 *Notuale quid est.*

2 **N**otuale ¶ in priuilegiis, piis locis concessis intelligitur omnis ager de nouo ad cultum reddactus, de quo non extat memoria quod aliquando fuisset cultus. de uerborum significatio. ca. quid per nouale.

DE NOUITIO.

1 *Notuitus quis dicatur.*

2 *Notuitus quis proprie esse possit.*

3 *Notuitus per quantum tempus, quis esse possit.*

4 *Professio nulla est si quis ante tempus debitum recipiatur ad professionem.*

5 *Suspensione durante si quis alium reciperet ad professionem efficeretur irregularis.*

6 *Notuitus quomodo tacite efficiatur professus.*

7 *Professio tacita facta intra annum probationis non obligat tacite professum illi religioni præcisè sicut expressa.*

8 *Professoris habitus deferrens si protestetur, quod ob hoc non intendit profiteri, an talis protestatio ualeat.*

- 9 *Abbas sine capituli consensu an possit aliquem recipere ad professionem.*
- 10 *Probationis annus an requiratur quòd sit constitutus, uel sufficiat, quòd sit interpolatus.*
- 11 *Nouitius an teneatur deferre habitum illius religionis quam uult profiteri, an sit sufficiat delatio alterius.*
- 12 *Forma certa an requiratur in actu professionis quia non seruata corrumpat actus.*
- 13 *Et quid de bonis que donauit ante uel in ipso religionis ingressu.*
- 14 *Nouitii an obligentur ad precepta regule.*
- 15 *Nouitius an possit eligi in prelatum alicuius religionis.*

¶ Nouitios uel nouitias in quacunque religione tam uirorum, quam mulierum non admittendos ad professionem ante xvj. ann. expletū, nec minore tpe, quam per annū, post susceptum habitū in probatione stari, statuit & præcepit sancta syno. Triid. adeo ut professio antea facta, sit nulla, nullamq; inducat obligationem ad alicuius regulæ, uel religionis, uel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunque effectus. Sess. xxv. de reg. & mon. cap. xv. Ex c. ad nostrā. c. cū uirum. & c. postulasti. de regul. & c. i. eo. tit. in 6. LEO. à LEGE.

1 **N**ouitius ꝑ propriè dicitur qui habitu religionis accepto nondum per aliquam professionem astrictus experitur religionis austeritatem.

2 ¶ Primò ꝑ quis possit esse nouitius propriè. Rñ. q; quilibet qui rōnis capax, & pubes. 20. q. 1. per totū, & de reg. c. cū simus, & quilibet qui pōt esse religiosus. Et qui sint isti uide ver. religio. §. 9. & se. vnde licet ante annos pubertatis possit offerri à parētibus, uel alijs possit quis suscipere habitū, tamē propriè non est nouitius quia experiri non pōt quid sit castitas, nec malitia: pōt supple re ætatē. ut in c. ad nostrā. & c. significatum. de reg. & ideo oportet compleuerit 14. ann. masculus, scēmina uero 12. Si uerò offerat à parentibus uel tutoribus ante p̄dictū tps, & ipse consentiat Em Dir. lib. 2. licet cōsensu qui sit ante annos discretionis non teneat, tñ ipse exire non pōt priusquā ueniat ad legitimā ætatē ad instar carnalis matrimonii. c. de illis. de despon. impu. & c. illud. 20. q. 1. Sed quā primū peruenierit ad per-

fectam ætatē poterit egredi. 20. q. 3. c. pñs. extrā de reg. c. cum simus. Si uero non con sensu, p̄t egredi qñ uoluerit. 20. q. 1. c. puella. Si uerò impubes in trat propria auctori tate, extrahi p̄t à patre uel uxor usque ad annum & diem. 2. 1. q. 2. c. puella. ibi habet, q; si in fortiore ætate, puta in annis pubertatis, adoleſcentūla, uel adoleſcens seruare Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi, & Em gl. ibi, iste annus & dies incipit currere à die scientiæ: sed si ex consensu eorum intrauit expressè uel tacitè, ulterius reuocare non poterunt. 20. q. 1. c. addidistis, & c. quicunq; . Sed nunquid mater p̄t offerre & reuocare filium. Inn. dicit q; sic. alleg. d. c. addidistis. sed Io. Lau. & Arch. contra cum non habeat ipsū in potestate. Inſi. de adop. §. scēminæ, & per consequens si pater obrulit filium, mater non pōt reuocare, nisi dicatur q; æque sit in potestate patris & matris quantum ad hūc casum, opinio tñ Inn. v̄ uerior, Em iura tamē alia teneat, nisi mater esset uirrix. Sed quid si plures sunt tutores nunquid unus offerre pōt, v̄ q; sic, quia eandē potestatem habet quo ad hoc sicut parentes. 20. q. 2. c. puella. Dic q; conditio prohibentis erit melior Em Inno. & quamuis secundū Pifa. tempore Rayn. idest secundū primam compilationem in c. postulasti. de regu. Malitia debebat supple ætatē, secus est nunc. ut not. Ioan. And. in cle. eos. de regu.

3 ¶ Secundò ꝑ per quantū tempus debet quis esse nouitius. Resp. q; regulariter per annū. ut in c. consaldu. 17. q. 1. & in c. ad apostolicam. de regula. tñ istud tēpus datur in fauorē nouitii, ut experiatu & similiter monasterii, ut probent si pro eis cōuenit ideo prelato cū conuentu cōscientiæ & interueniente uoluntate nouitii pōt ante annū profiteri, & tenet professio licet malefaciant prelato si sine magna discretione hoc faciant, ut in d. c. ad apostolicam. fallit hoc in monachis qui habent monasteria in insulis multum rigidis, quibus prohibetur ne ante 18. annum aliquem recipiant ad professionem. ut in c. quia in insulis. de regula. quā prohibitionem Io. And. & post eum Pan. in d. c. quia in insulis, extendunt ad predicatores & minores per idēritatem rationis, quam opinionem sequitur Angelica uer. nouitius. §. 2. de quibus etiam inſulis intel ligatur,

ligatur d. c. quia in insulis, non est multū clarum, cū sint quædam insulæ, sicut Angliæ, Ciciiliæ, & Cipri multum amenæ, unde credo dicendū, q̄ tã de insulis quàm de prædicatoribus & minoribus sit attendenda consuetudo. Nam tam prædicatores quàm minores recipiunt ad professionem post 15. annum, imo prædicatores habent in suis constitutionibus q̄ sunt approbate per summum pontificem, q̄ possunt recipere clericos post 15. annum, conuersos autē recipiunt ab habitu post 18. fallit et̄ in omnib. mendicantib. qui non possunt recipere ante annum completum probationis ad professionem. ut in c. non solum. & c. cōstitutionem. de reg. li. 6. No. tñ q̄ D. Ar. Fl. in 3. ti. 16. c. 3. §. 1. in fi. dicit q̄ id quod dicit T. in quibusdam q. q̄ non sit professio in aliquibus locis ante 18. annu. Em̄ quãdam decre. dicit Pet. de pal. illam esse reuocata per proœmium 6. hoc tñ non uideo clarum, cū ista decre. quia in insulis. sit in compilatione decretalium, quæ non est reuocata: ideo tene, ut dixi, scilicet ut laudabilis consuetudo seruetur, uel ordinationes approbate.

4 ¶ Tertio, sed quid si quis nõ obstante prohibitione recipiatur ante annū probationis ad professionem, uel ante tempus debitū. Resp. q̄ si quis recipiatur ad professionem ante annos pubertatis, professio nulla est, ipso iure, ut in d. c. ad nostram. & c. significatum. & hoc in quacunque religione, utrū aut obligetur quo ad Deum. uide uer. votū 5. §. 5. Si uerò quis recipiatur ante 18. ubi non est recipiendus. Hof. tenet, q̄ et̄ nulla sit professio pp̄ d. c. quia in insulis, & cõiter ipsum recitando transcutit doc. & facit p̄ sua opinione. l. non dubium. C. de legi. & regula, quæ contra ius. de re. iur. lib. 6. Pan. uidetur dubiè loqui an sit obligatus illi religioni quã professus est, affirmat tñ, q̄ saltem in genere obligetur. Sed v̄ q̄ obligetur illi in sp̄e cui professus est: qā talis prohibitio respicit principaliter fauorem profitentis cui ipse p̄t renunciare, & uidetur probari per d. c. ad apostolicam. ubi patet q̄ abbatibus prohibetur receptio ante annū probationis, tñ tenet si profiteatur, ut dictū est. ar. quia in cap. quia in insulis. quamuis prohibet, non tñ dicit, q̄ ille non sit astrictus, sicut dicit in d. c. non solum, nisi in re

ligione mendicantium in qua professio facta ante annum probationis cõpletum nõ obligat illi, sed solum religioni in cõi, & illi qui tales recipiunt scienter, peccat mortaliter, & non possunt amplius ad professionē recipere, & ulterius debet puniri pœna quæ grauioribus culpis solet infligi. d. c. non solum.

¶ Quarto, sed nunquid si durante suspensione prædicta reciperet alium ad professionem, efficeretur irregularis? Resp. Em̄ Ge. in d. c. non solum. q̄ non, quia oportet, quod actus qui fit post suspensionem, sit actus de attributis certo ordini, cuiusmodi non est receptio ad professionem, igitur non erit irregularis, quamuis alii dicant q̄ sic, sed primum uideatur uerius, & quãuis sint opiniones contrariæ quis possit absolvere ab ista suspensione, ut patet in d. c. non solum. gl. tamen ibidem in uer. suspētos post Hof. declinat, q̄ superior qui non peccauit p̄t eum absolvere. ar. de sen. exc. c. nuper. nunc tñ cessat dubitatio per priuilegia quæ habēt mendicantes, quod possunt absolvere ab hm̄o, & ipsi prælati possunt absolui ab illo quem elegerunt. Vtrum hæc pœna d. c. non solum habeat locum in monialibus prædicatorum, uel sanctę Claræ. Ge. dicit q̄ sic, & esset attendendum utrum secundum suam regulam possint habere proprium, & sic non erunt mendicantes: ideo non habebit locum. Si uerò nõ possunt habere, erunt mendicantes, & sic habebit locum illa pœna. Nec est aspiciendum quid sit de facto, scilicet utrum habeant proprium, uel non, sed quid sit fm̄ earum regulam, quia p̄ priuilegia possunt habere in cõi, & tñ remanent mendicantes. Not. tñ quod Cle. IIII. in bulla quæ incipit, Ex tenore, determinauit quod moniales prædicatorum possint facere professionem ante annum probationis, & incipit annus probationis à die & hora impositionis habitus, dummodo sit pubes, idest compleuerit mulier 12. & masculus 14. & in insulis decimum septimū, ut patet per prædicta iura. Idē intellige de furioso, uel de eo qui non est doli capax: quia tales durante tali impedimento nunquam possunt profiteri, eo tamen cessante tunc debet incipere annus probationis. Sic igitur annus nouitiatus, seu probationis in omni religione debet incipere in sc̄mi-

na post 12. completum, in masculino post 14. completum, in furioso, uel in eo, qui non est deli capax, non debet etiam cessare tale impedimentum. Et quando sunt nouitii possunt exire sine aliqua pœna in c. postulasti. de regula. nisi esset professus tacite. c. statumus. eo. titu. de qua tacita professione uide uerfi. uotum 1. §. 3. & infra §. seq.

6 ¶ Quintò, † quomodo nouitius efficiatur tacite professus. Respon. quòd tribus modis. Primò secundum Ioan. And. & Dom. Anto. & Pan. in cap. uida. de regula. quando se ingerit actibus, qui solum conueniunt professis de iure, uel consuetudine, & hoc facit ex certa scientia, scilicet sciens solum conuenire talem actum professis. Item quòd hoc faciat spontè, quòd non ex metu. Item quòd per triduum in eodem proposito perseveret, aut loco perseverantiæ, quòd steterit cum habitu professorum distinctè in forma, scissura, uel colore. Aliter uno istorum deficiente non inducitur professio tacita. Secundò inducitur professio tacita ex dilatione habitus professorum, dummodo faciat scièter, idest sciens, quòd solum conuenit professis, & sciens, quòd ex tali delatione de iure, uel consuetudine inducitur professio secundum Innoc. & Do. Anto. Item quòd habitus professorum sit distinctus. ut supra. Item quòd sponte. Item quòd detur ei ab eo, qui potest incorporare religioni, aut eo consentiente accipiat secundum Pan. in cap. uida. & facit cap. portectum de regula. Item quòd detur perseverantia tridui in eius delatione, & sic uidetur intelligendum. c. institutionem. in fi. de regula. in 6. Quidam excipiunt duos casus in quibus non requiritur istud ultimum. Primò si in infirmitate suscipitur. sicut cap. sicut. el secundo. de regula. Secundò quando quis prius uouerit intrare, & intrando suscipit habitum professorum. Pa. tamen in cap. ad nostram. de regula. dubitat de hoc, sed uidetur quòd etiam in istis duobus casibus requiratur perseverantia tridui per d. cap. constitutionem. ubi non distinguitur, quidam addunt, quod deferatur in monasterio, sed uidetur sufficere, quòd deferatur in loco in quo degit ex obedientia. Tertiò inducitur professio tacita per delationem habitus nouitiorum non distincti ultra annum, clem. eos, de regula. quam-

uis sit distinctus aliqua distinctione occulta, puta quia benedicitur, & huiusmodi. ubi uerò sit distinctio manifesta in forma, colore, uel scissura, nunquam inducitur professio per delationem habitus nouitiorum etiam si portaret per uiginti annos. & nota glo. in dicta clem. eos. & Panor. in cap. ex parte. de regula. de quarto modo quomodo inducatur professio quando intrat cum proposito mutandi uitam. uide uerfi. uotum 1. §. 3. ubi habes, quod ad hoc, ut quis fiat professus tacite per prædictos requiritur, quod fiant scientibus & consentientibus illis qui possunt incorporare, etiam habes de istis aliis modis. uide aliquid uer. uotum 2. in prin. & uer. professio. §. 1.

7 ¶ Sextò, † no. etiam quod professio tacita facta infra annum probationis non obligat tacite professum illi religioni præcisè sicut expressa. ut dicit tex. in d. ca. constitutione, sed bene obligat illam religionem sibi: quæ eum expellere non poterit, aliter non esset iste religiosus uerè, & sic si contraheret matrimonium teneret, cuius contrarium dicit tex. cap. unico. de uoto. li. 6. ratio quia si illa non tenetur sibi in quo professus tacite multò minus aliz, & sic si nulla uelut eum recipere, remaneret religiosus nullius religionis, quod est impossibile, & ideo non poterit eum intinuitum expellere ex quo consentit, ut tacite profiteretur. Illa autem professio quæ fit per delationem habitus ultra annum obligat illi religioni in specie. cle. eos. de regula. in foro tamen animæ non tenetur nisi religioni in communi, si modo per talem delationem non habuit animû obligandi se, immo coram Deo nullo modo tenetur, si nullo modo habuit animum obligandi se. Item nota quòd professus expressè in religione mendicantium infra annum, si non intendebat se obligare nisi illi quam professus est, non tenetur neque illi quam professus est, nec alii, sed liberè potest redire ad seculum. Si uerò intendebat se obligare saltem in genere non poterit perire ad seculum, si tamen contrahit tenet matrimonium. Item si tacite profiteatur in religione mendicantium non obligatur religioni, & si contrahit non tenet: ratio quia tacita professio non prohibetur etiam in religionibus mendicantium. ut in dicto capit. non solum. sed solum

1. **S**olum expressa, ergo quando habentes potestatem incorporandi sunt passi, ut tacite profiteretur se obligauerunt illi, licet ipse ex beneficio iuris non sit præcisè obligatus eis, sic igitur intelligenda illa, quæ dicuntur in uer. uotum. 1. §. 3. secundum ea quæ hic dicantur in istis duob. §.

2. **S**eptimò, futurum deserens habitum professoris si protestetur, & ob hoc non intendit profiteri, ualeat talis protestatio. Resp. Host. dicit quod hic inducitur presumpcio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. Idem Arch. & Io. Mo. cum talis protestatio sit contraria factò, & sic non iuuat, sed Io. And. ut refert Ge. in c. 1. de reg. li. 6. tenet, quod iuuat si fiat ex iusta causa. Idem Io. de Lig. & opinio contraria procedit ubi protestatio esset facta contraria, sed hic est declaratoria. ut in c. cum M. de constituto. & hoc credit Ge. uerum, quia ubi factum est multipliciter intelligibile, & agens protestatur quod non facit actum ad illum finem, sed alterius, iuuat. Nam istud recipere habitum potest esse dupliciter, scilicet quod facit animo profitendi. Secundò quod remanet ex protestatione animo probandi. Idem tenet Pa. in c. ex parte. de regula. ubi autem habitus est indistinctus non habet necessariam protestationem sicut Pa. in c. postulasti. eo. ti. nisi quado portaret ultra annum. Sed nunquid satisfaciet ille, qui uouit intrare religionem, & intrat, deinde exit. Respon. quod aut cogitauit actualiter in religione permanere, non tamen ponendo hoc sub uoto, uel proposuit actualiter experiri, & si placuerit, & c. aut de nullo istorum cogitauit, sed tantum uouit, quia uisum est bonum, & in omnibus istis casibus satisfacit: quia conditiones generales iuris subintelliguntur sicut S. Th. 2. 2. q. si. art. 4. & Innocentius. scripturæ. de uo. aut intrauit cum animo exeundi, uel intrauit proponens facere ex parte sua, & dare operam ut Deus mutet uoluntatem, & non animo obstinato, & sic etiam satisfacit: si uerò intraret tanimo de liberato standi in proposito exeundi, & non dare operam, & c. uidetur quod non satisfaciat, sed citius peccet de nouo, imò si uouit intrare, & exire uotum est nullum, & peccat quia est de re mala.

3. **O**ctauò, futurum solus abbas sine consensu sui capituli possit aliquem recipere ad

professionem. Respon. Pa. in c. ad apostolicam. de regu. dicit inspiciendum esse. Primò consuetudinem, ut dicit tex. in c. si. de regu. li. 6. Sed ubi consuetudo cessaret, credit, quod abbas debeat hoc facere eam consilio capituli per id quod habetur in regula monachorum ubi dicitur quod præcipua debet abbas explicare cum consilio capituli, sed negari non potest, quod creatio non sit quid præcipuum. Ex quo inferitur, quod de iure consilio non ualeat monachi creatio per Abbatem facta sine consilio capituli. Nam ubi requiritur à iure consilium nisi adhibeatur, actus est nullus. ut est tex. no. iuncta glo. in c. nouit. de his quæ fi. à prel. de iure tamen non uidetur, quod teneatur sequi consilium, sed sufficit expectare responsum. ubi tamen regula, uel constitutio ordinis approbata per papam requireret, consensum, ut in ordine prædicatorum, credo quod teneatur sequi. Episcopus autem secundum Inn. potest recipere ad professionem, adeo quod iste erit uerus religiosus, licet non intret monasterium, neque profiteatur certam religionem, sed poterit stare in domo priuata sub obedientia episcopi, & ab eo præfigetur certa regula, uel certus modus uiuendi. alleg. cap. si uir. 27. q. 2. secus dicit in aliis prælatis inferioribus, fateatur tamen quoddam faciens professionem in manu alterius, aut qui se obligat ad intrandum religionem, non tamen adhuc uotum est solemnizatum, sed simplex, & cum his dictis communiter transeunt doc. in c. potestatum, de regu. ut nota Pa. ibi. Sed do. Ant. sentit, quod cum recipitur talis professio ab episcopo, quod uotum non est solemnizatum: ita ut impediat matrimonium contractum per d. cap. unicum. de uoto. li. 6. quod placet Pa. Item Pan. dicit se non uidere, quod iste sit uerus religiosus. & puta quod omne uotum sit simplex respectu dirimendi matrimonium post contractum nisi professio fiat in aliqua de religionibus approbatis. ut d. c. unico. nec uidet quoddam illa possit fieri nisi ab Abbate, & fratribus recipiatur: nam solus episcopus non potest quem incorporare alicui religioni inuitis fratribus, quia regula approbata per ecclesiam contradicit. unde putat Panormita. quod in materia stricta appellatione religiosorum non ueniant isti, qui sunt professi in manu episcopi tantum.

hæc Pan. & in prædicto casu debemus attendere, an ille qui facit professionem esse exemptus à iurisdictione episcopi, & tunc talis professio non valeret, secus si non esset exemptus: quia tunc valeret, quia recipere ad professionem dependet de præte superioritatis. hæc Gem. in d. c. constitutione. Conclude igitur, quod si episcopus, uel alius habens auctoritatem incorporandi, recipiat aliquem ad professionem nomine alicuius monasterii sibi subiecti alicuius religionis approbatæ cum consensu maioris partis illius monasterii, teneat & est uerè religiosus ad instar provincialis, & sic intellige Ge. Si uerò aliter non est propriè religiosus, sed habet uim uoti simplicis, & sic intellige Pan. consuetudo tamen quæ esset secundum regulam, uel ordinationes per Sedem Apostolicam approbatæ essent emulandæ. Quæ requirantur ad professionem expressam, uide uersic. professio. §. 1. utrum femina possit profiteri religionem masculinam, & contra ibidem §. 2. De eo qui solum fecit uotum castitatis, & sic proficitur, uide uer. impedimentis. 2. §. 4. in fi.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum requiratur, quod annus probationis sit continuus, uel sufficiat, quod sit interpolatus. Resp. fm Pan. in c. ad apostolicam. de regula. quod requiritur quòd sit annus continuus adducit id quod legitur in l. ubi fidei uisus. ff. de solu. qua interruptio temporis minuit de austeritate regulæ, durius enim est continuare per annum continuu quam interpolatim, si tamen per totu unum annum continuum, & postea exiret nõ oportet de nouo probare si rediret.

11 ¶ Decimò, ¶ utrum sit necessarium, quod nouitius deferat habitum illius religionis quã uult profiteri an sufficiat delatio alterius habitus. Res. quod licet gl. in ca. super eo. de regula. arguat. tamen tenet cum Tancre. quod requiritur delatio habitus illius religionis quam uult profiteri, & ita habet consuetudo, & quod deferant in monasterio, quia extra monasterium delatio cuiuscunq; non induceret unquam tacitam professionem. d. clem. eos. licet possit talis compelli ad dimittendum talem habitum, uel ad intrandum monasterium. ut nota. Panor. in cap. ut clericus, de regul. intellige, ut dictum supra §. 5. f. in loco. ubi degit ex obedientia.

12 ¶ Undecimò, ¶ an autem in actu professionis: requiratur certa forma pfitendi qua nõ
Secunda pars

seruata corruat actus. Resp. fm Pa. in dicto cap. porrectum. quod licet in regula monachorum, uel aliorum religiosorum ponatur certa forma professionis actum, tamen ualet professio quibuscunq; uerbis facta, non seruata forma regulari: cum enim obligatio dirigatur in Deum defectus formæ non debet uitare actum sicut dicimus in excommunicatione, nec de necessitate requiritur aliqua scriptura, quidam tamè habent modum magis securum. fm S. Tho. quàm alia, ut patet uersic. religio §. 22. Et potest fieri per procuratorem, quia quilibet actus explicari potest per procuratorem nisi excipiatur. l. 1. §. usus. ff. de procura. & in regula. potest quis. in 6. sed non excipiatur, igitur. Et potest ratum haberi eo modo quo posset profiteri. s. cum probatione. Sed quid dicimus de regula fratrum minorum, in qua precipiendo, quod dicant uolentibus ingredi eorum religionem, ut uendant omnia bona sua, ea studeant pauperibus erogare, & per consequens renuntiare seculo, & sic omnino uitam mutare, quod uerò contra d. ca. non solum. ubi pœnis ibi contentis dicitur inhibendo ne ante annum probationis elapsum quemquam ad renunciationem seculo faciendam recipere, & c. Res. quidam dicunt, quod uerba regulæ intelligitur ante receptionem. tex. uerò. d. c. non solum. loquitur post receptionem, & ante professionem, sed hoc magis uidetur esse contra tex. qui non uult quod fiat ante professionem, sed hoc est magis ante, & c. unde possent uerba regulæ sustineri dicendo, quod intelligit post annum probationis, & ante professionem, uel intelligenda sunt uerba regulæ. f. quod nõ obliget, sed ostendat sibi quod illud deberet agere ante professionem, & in religione sic debeant uerere.

13 ¶ Duodecimò, ¶ quid de bonis quæ donauit religioni ante ingressum, uel in ipso ingressu. Resp. Pa. in cap. quod à te. de cle. cõ iug. quod si donauit omnia, tunc in dubio uerò donasse causa mortis, unde causa cessante per professionem tacitam, uel expressam reuocatur inde recedendo. arti. l. scia. in fi. primi. Res. ff. de don. causa mor. & l. non omnibus. in prin. ff. si cer. pe. facit quod nor. Bar. i. auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Et idè dicit Bar. ibi de illo cuius professio non tenet: quamuis profitemis crederet tenere quod recuperabit, & probat per l. si pater, & l. nec Sum. Tab. dd apud

apud. C. de hære. insti. ubi quis credens alium fratrem vel filium, & hac cõtemplatione reliquit bona sua, reperto contrario auferuntur ab eo, & ueniunt succedentes ab intestato, ut d. l. si pater. Si uerò non donauit omnia sed aliqua solũ, & tunc nõ vñ donasse causa ingressus, & ideo non recuperabit. ar. eorũ q̄ habentur in capit. beneficiũ, & capit. constitutionem, de regula. li. 6. & sic. uidentur. intelligendi Hofst. & Pa. in d. capi. statuimus, quia uidentur contrarij. Similiter non recuperat si donauit non cũ ingressus, sed ex intervallo, ut in cap. si. de dona. & l. perfecta donatio. C. de dona. q̄ sub modo. Idem dicit Bar. ubi supra de illo qui sciebat professionem non tenere q̄ donata non recuperabit, quia vñ donasse. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & l. campanus. ff. de ope. li. quæ debet intelligi quo ad iuris presumptionẽ, & in dubio. Sed in conscientia uel alio modo ubi potest sciri quòd donauit solũ causa ingressus, & non alio modo sic recuperabit quia semper uidetur datũ causa mortis. Sed quid de bonis nouitij morientis ante professionem tacitam uel expressam. Respon. Cyn. & multi alij doc. in d. auth. ingressi, tenuerunt q̄ debent spectare ad monasterium, quia ibi moriendo vñ moti ut frater. Idem tenet. D. Anto. in c. in præsentia, de probat. Bart. in auth. si qua mulier. in fi. C. de sac. san. ecclesijs. pro præfata opinione alle. c. si. de succe. ab intesta. in non firmat pedem, sed dicit relinquendum canonistis. Pa. in dicto capi. in præsentia, distinguit & bene q̄ aut intras expressẽ contulit bona sua monasterio, & sic est uera opinio prædictorum, q̄ sunt monasterij si non expressẽ renouat. Si uerò expressẽ non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis sic succedunt proximiores, & non monasterium. Nam cum iste non fuerit religiosus cum effectu. c. religioso. de senten. excommunicatio. li. 6. bona eius nec tacite, nec expressẽ transeunt in monasterium, præsertim cũ adhuc haberet facultatem faciendi testamentum, ideo proximiores succedent. Vide uer. religio. §. 33. & se.

34 ¶ Decimotertio, ¶ utrum nouitij obligentur ad pcepta regulæ. Resp. q̄ non. nisi eodem modo quo alij christiani, debent tñ induci ut eã seruent quatenus prober eius austeri-

tatẽ, licet aliquid sit indulgendum eis ne retrocedant ut in cap. quod scripti. 3. §. 9. 2. Sed quid si nouitius existens in nouitatu delinquit taliter q̄ si esset professus deberet puniri pœna carceris perpetui an possit à regulari prælato puniri ad perpetuũ carcerẽ. Resp. secundũ Ge. in d. c. non solũ, q̄ non, p̄ rōnem allegatã in tex. qui prohibet istos nullo mō impediri quin possint redire ad seculũ, posset tñ ad ipsã dãnari uel puniri si ipse consentiat aliter nõ, quod intelligendum est ante professionem qua teneatur ad illam religionem, ut sit eius subditus nec possunt prælati eis præcipere.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum nouitius possit eligi in platũ alicuius religionis. Resp. q̄ nõ ut patet in ca. nullus. de elec. li. 6. Sed utrũ possit ordinari. Resp. q̄ nõ etiã ad primã tonsurã, ut in c. monasterijs. 19. q. 4. Sed q̄ritur utrũ beneficium ingredientis religionẽ uacet. Resp. q̄ non, nec infra annũ probationis p̄ alteri conferri nisi de eius consensu uel nisi constet, q̄ habeat animũ absolute mutandi uitam, & habet per aliũ deferuiet, assignata sibi eiusdẽ beneficii portione congrua, ut no. cap. beneficium. de regula. li. 6. & secundũ gl. ibidẽ: reliqui siuctus beneficii constabuntur uel in utilitatem ecclesiæ expenduntur, c. quia sæpe, de electio. li. 6. nec interim ipse nouitius eos habebit: quãtis Bar. Bri. x. dicat contra & p̄dicta pronisio per episcopum executioni mã dabitur. capi. cum ex eo. de electio. li. 6. nec poterit sibi beneficiũ de nouo conferri, tñ ad episcopatũ eligi p̄ capi. nullus. de elect. lib. 6. Nec debet canonicus nouitius ad electionẽ ep̄i uocari secundũ lo. An. in dicto capi. beneficium. Secus esset de patrono uel de eo ad quẽ non iure collegij, sed iure singulari electio pertinet, quia debet uocari. Verum percussus nouitius sit excommunicatus. Resp. q̄ sic. uide uer. ex com. 5. casu. 1. §. 18. Sed dubitatur, quia dictum est uer. indulgentia. §. 27. q̄ ingredientis religionẽ consequuntur indulgentiam plenariã s. in professione. Sed quæritur utrũ sit uerum in omni professione. Resp. q̄ intelligitur solũ per uotũ solenne, quia tunc actua liter tradit se, & omnia sua, ita q̄ non est amplius dñs sui corporis, unde si contraheret matrimonium non teneret. Sed quid si tunc esset in peccato mortali. s. qñ proficetur,

tur, & post professionē de nouo peniteat, & confirmet, uotum. Nunquid tunc habeat indulgentiam. Ex una parte vī, q̄ sic, quia secundū S. Th. ut dicitur in d. §. 27. consequitur illam ex eo q̄ offert se, & omnia sua, quod tunc facit. Ex alia parte uidetur, quod non, quia si quando conteritur, consequitur, eodem modo quandoque confirmat, consequeretur, quod non appareret uerum, ideo q̄ remanet dubia. Magis tamen uidetur declinandum ad partem negatiuam cū multa concurrant in professione quæ tunc non concurrunt.

¶ N V P T I A E, quid sint. uide uer. matrimonium. Primò, quia idem sunt, quo tempore debent celebrari, & de benedictione eius uer. impedimentum. 1. 4. §. 3. de sacerdote benedicente quando non debent benedici ibidem. §. 4. utrum contrahens secūdas nuptias incurrat aliquid ibidem. §. 3. & quæ impediant dictum est uer. impedimentum per totum.

D E N O U I O P E R I S .
nuntiatio.

- 1 *Nuntiatio noui operis quid sit.*
- 2 *Nuntiatio noui operis quibus de causis fiat.*
- 3 *Nunt. no. op. pro quibus operibus fiat.*
- 4 *Nuntiatio ista utrum se extendat ad ecclesiam, uel locum religiosum.*
- 5 *Et an ad purgationem cloacarum.*
- 6 *Nuntiatio hæc qualiter sit.*
- 7 *Nuntiatio hæc cui debet fieri.*
- 8 *Nuntiatio quot modis remittatur.*
- 9 *Nuntiationis effectus quis sit.*

Nuntiatio ¶ noui operis est prohibitio facta illi qui aut ædificat, aut ædificii formam mutat in alterius præiudicium, quod est ædificium nouū facere. ut ff. de noui. oper. nun. l. pen. §. opus nouum. Sed qui antiquū refecit, opus nouum non facit d. l. 1. §. si quis ædificium, intellige nisi ex toto esset destructū, ut no. in c. cōsuluit. de iude. vnde nihil aliud est nūciatio, nisi prohibitio noui operis. d. l. 1. §. nunciamus, & c. significantibus. eo. tit.

¶ Primò, ¶ quibus de causis sit denunciatio noui operis. Respō. q̄ tribus. Primò gratia iuris proprii conseruandi. Secundò dāni

depellendi. Tertiò publici iuris tuendi. d. l. 1. §. nunc uidemus. & §. nunciatio.

3 ¶ Secundò, ¶ pro quibus operibus pōt fieri. Rñ. quòd tm̄ pro illis operibus, quæ solo continētæ sunt, uel in solo sunt quorum ædificatio, uel demolitio uidetur opus nouum. ut d. l. 1. §. hoc autem edicto, & ad futura non ad præterita fit, ut ibidem.

4 ¶ Tertiò, ¶ utrū hæc denunciatio, siue phibitio se extendat ad ecclesiam aut locū religiosum. Resp. q̄ sic, cū non sint in præiudicium alterius construenda, ut in c. 1. eo. tit. Fallit in casu qñ Episcopus propter necessitatem populi aliam ecclesiam uult ædificare, licet sit in præiudiciū aliarum ecclesiarum. c. ad audientiam. de eccl. ædifi.

5 ¶ Quartò, ¶ utrum hæc denunciatio se extendat ad purgationem cloacarum. Resp. q̄ non, quia publicè utilitates, & securitates, est riuos, & cloacas curare. ff. eo. d. de pupillo. §. si quis riuos.

6 ¶ Quintò, ¶ qualiter fit hæc nunciatio. Rñ. tripliciter. Primò per p̄toris inhibitionem. Secundò simpliciter uerbo inhibendo. Tertiò per iactū lapilli sic dicendo. Nūtio tibi opus nouū per iactum lapilli. & statim proiciat lapidē in opere ipso, & istud tertium, & primū est melius, quia secunda nunciatio cōstituit in possessione, & certificat possessore eum, qui uult ædificare: sed per inhibitionē prætoris, uel per iactum lapilli non. ut d. l. de pupillo. §. meminisse, & d. l. 1. §. in operis. Dicunt tamen aliqui, q̄ debet fieri ter iactio lapilli. arti. ff. de re iudicata. l. contumacia. 1. 2. q. 2. c. indigne, & c. ex literis. de consti. in glo. ubi dicitur, q̄ trina monitio est legitima, & canonica.

7 ¶ Sextò, ¶ cui debet fieri hæc nūciatio. Rñ. q̄ dño uel procuratori, seruo puero uel fabrico, seu illi qui fabricat d. l. de pupillo. §. nunciare, & debet fieri in re præsentī, & ipso opere, & nō tantūm dño, sed illis q̄ sunt.

8 ¶ Septimò, ¶ quot modis remittitur. Rñ. q̄ quatuor. Primò, expressè uerbis. ff. eo. tit. l. non solū. §. sciendum. Secundò, per transactionē. ff. eo. tit. l. 1. §. idem queritur. Tertiò, morte nunciatorum. d. l. non solum q̄. morte. Quartò, satisfactione. uerum est quòd de nunciatis habet tres menses ad deliberandum an uelit docere de iure suo, an uelit recipere cautionem de demoliendo, & ædificet. C. eo. tit. l. unica, & in c. si. eo. tit.

9 **Q**uod tunc, si quis effectus nunciationis. Respon. q. quicquid edificatum est post eam demoliri debet expensis ipsius edificantis. d. l. i. Respon. r. & l. prator. §. r. eo. tit. extra eo. per totum, & quando dicatur nouum opus, & de solemnitate adhibenda in denunciatione, & in quibus rebus habet locum, plenè not. per glo. in c. 2. eo. tit. Pa. in l. c. huius ti. introducit quid agendum quòd canones non concordant cum ll.

¶ **Q**UODVRATIO cordis. vide ver. excecatio.

DE OBEDIENTIA.

- 1 **O**bedientia dupliciter accipitur.
- 2 **O**bedientia an sit virtus. Et an sit maxima virtutum. 3.
- 4 **O**bediendum an sit semper, & in omnibus Deo.
- 5 **O**bedire quò quis teneatur suis superioribus.
- 6 **O**bedire quomodo teneatur religiose suis placis.
- 7 **O**bediendum an sit p. a. e. uel pralato iniuste aliquid mandanti, & nu. 8.
- 9 **O**bedire an teneatur clericus Episcopo qui imponit ei ut uadat Romam pro seruitiis ecclesie.
- 10 **O**bedire an teneatur laici pralatis ecclesiasticis, nel parochialibus.
- 11 **O**bedire an teneatur monachus Abbati precipienti, quòd stet in scholis.
- 12 **O**bedire an debeat si dubitet subditus an teneat.
- 13 **O**bedire an teneatur sacerdos Episcopo mandanti, ut quem ipse innocentem reputat excòicet.
- 15 **O**bedire an magis debeat clericus Archiepiscopo quam Episcopo.
- 16 **O**bedire an magis debeat monachus suo pralato quam Episcopo.
- 17 **O**bedire an teneatur patri filius.
- 18 **C**onditiones aliquæ an sint intelligendæ in omni obedientia.
- 19 **O**bedientia in his qua uult homo per se sit meritoria.
- 20 **I**nobedientia an sit peccatum mortale. Et an sit graue peccatum. 21.

¶ Prouisos etiam de beneficiis quibuscunq; curam animarum habentibus, statuit & præcepit sancta Synodus Trid. teneri à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, uel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu officiali, orthodoxe susceideti publicam facere professionem, & in Romanæ ecclesie obedientia se permansuros spondere

aciurare. Prouisos autè de canonicatibus & dignitatibus in ecclesiis cathedralibus non solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneri decreuit; aliqui prædicti omnes prouisi, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. Obedienciam uerò præstare excusatione absentiam, docuit. Sess. xxiiii. de refor. ca. r. Sess. xxiiii. de refor. cap. xi. Ex Bulla Pii iiii. l. bo. à LEGE.



OBEDIENTIA faccipitur dupliciter. Primo modo largè pro executione cuiuscunq; quod pòt cadere sub præcepto. Secundo inobedientia

pro omissione eiusdè ex qua cunq; intentione, & sic obedientia erit generalis virtus, & inobediencia generale peccatum. Secundo modo accipitur propriè, & specialiter fm q. respicit intentione for malem rationis præcepti, & sic est specialis virtus, & inobediencia speciale peccatum, & fm hoc requiritur ad obedientiam q. impleat aliquis actum iustitiæ, uel alterius virtutis intendens implere præceptum. Quæ sic potest diffiniri. Obediencia est virtus moralis promptam reddens voluntatem ad implendum voluntatem præcipientis, & ad inobedientiam requiritur quòd actualiter contemnat speciale præceptum. hæc S. Th. 2. 2. q. 104. ar. 2. ad primum.

2 **P**rimò, scitur utrum obedientia sit virtus. Res. fm Th. ubi supra ar. 2. q. est virtus moralis, & est pars iustitiæ, & eius spale obiectum est præceptum tacitum, uel expressum cuiuscunq; superioris, puta simplex uerbis placis, eius indicans voluntate cui obedit proprius obediens. Voluntas. n. superioris quocunq; mò innotescat est quoddam tacitum præceptum, & tanto vr obediencia præcipitur quanto expressum præceptum præuenitur obediendo. voluntate tñ superioris intellecta. Et est obedientia mediū inter superfluum eius, q. subtrahit superiori obediencie debitum, qua superabundat in implendo propria voluntate, & diminutum ex parte superioris cui nō obedit, & est maior & minor qñ propria voluntas obediens magis vel minus deuotè tendit ad impletionem præcepti. Not. tñ quòd quamuis obedientia sit pars iustitiæ, ut dictum est tñ, fm S. Tho. ubi supra ar. 3.

ad 1. si consideretur inquantū procedit ex reuerentia eius cui illam exhibet, continetur sub diuersis uirtutibus; inquantū enim procedit ex reuerentia prælatorum, continetur quodā mō sub obseruantia; inquantū uerō procedit ex reuerentia parentum, sub pietate; inquantum uerō ex reuerentia Dei, sub religione, & pertinet ad deuotionem quæ est principalis pars religionis.

¶ Secundò, ¶ utrum obediētia sit maxima uirtutum. Resp. secundū S. Th. ubi supra ar. 3. q. uirtutes theologice, s. fides, spes, & charitas, quæ Deo per se inherent, sunt potiores uirtutibus moralibus quibus aliquid terrenum contēnitur, ut Deo inherereatur, inter uirtutes autem morales tantō aliqua est potior, quantō aliquid maius contēnitur, ut Deo inherereatur: sunt autē tria genera bonorum, quæ homo potest contēnere pp Deū, quorum infimum sunt exteriora bona, mediū sunt bona corporis, supremū autē bona animæ, inter quæ quodammodo præcipua est uoluntas, inquantū. s. per uoluntatē hō omnibus aliis bonis utitur. Et iō per se loquendo laudabilior est obediētia uirtus, quæ propter Deū contēnit propriā uoluntatē, quā alie uirtutes morales, q̄ propter Deum aliqua alia contēnūt. unde Greg. ultimō mora. & habet 8. q. 1. c. sciendū. Obediētia uictimis iure præponitur, quia p uictimas aliena caro p obediētiam uerō uoluntas propria mactatur.

¶ Terriò, ¶ utrum sp̄, & in oībus sit obediētia Deo. Ref. s̄m S. Tho. ubi supra ar. 4. q. sic, quia ille q̄ obedit mouet per impetū eius cui obedit, sicut res naturales mouentur per suos motores, sicut autē Deus est primus motor oīum, quæ naturaliter mouentur, ita ē & primus motor omnīū uoluntatū, & iō sicut naturali necessitate oīa naturalia subduntur diuinæ motioni, ita ēt quadam necessitate iustitiæ, oīs uoluntates tenentur obedire diuino imperio, & quāuis homo non teneatur semper uelle quod Deus uult, semper tamen tenetur, quod Deus uult eum uelle, & hoc homini præcipuē innotescit per præceptum diuinum, & iō tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire, & quantū ad bona animæ, & corporis, & fortunæ.

¶ Quartò, ¶ quomodo quis teneat obedire suis superioribus Respond. ubi supra.

in his quæ pertinent ad interiorē motū uoluntatis, homo nō tenetur homini obedire, sed soli Deo. Sed cōtra quia ecclesia excōicat inquisitorem, si odio uel amore, &c. Et confessor fit iudex cogitationū occultarum absoluens uel ligans ut patet. Respond. quōd actus interiores dupliciter inueniuntur. s. secundū se tantum, & sic non subiiciunt iudicio humano. Alio modo ut sunt rationes actuum exteriorum, & sic computantur cum actibus exterioribus humano iudicio subditis, & hoc modo cadunt sub inhibitionibus ecclesiæ, de confessore dicitur q̄ exercet talem actum sic Deus, non enim scit ut homo, nec homo simile in quocunq; actu ecclesiastico unde talia subduntur iudicio confessoris sicut diuinæ legi, unde actus interiores primō modo non subduntur excōicationi neque reservationi papæ, sed tantū confessori, & legi diuinæ. uide diffusē uer. excommunicatio. 5. casu. 4. §. 4. tenetur autē homo homini obedire in his quæ exteriorius per corpus sunt agenda, in quibus tamen secundū ea quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solū Deo, quia omnes homines s̄m naturam sunt pares, puta in his, q̄ pertinet ad corporis sustentationē, & pro his generationem. unde non tenentur, nec serui dñis parentibus obedire de matrimonio contrahendo, uel uirginitate seruāda, aut aliquo alio hmōi: sed in his quæ pertinent ad dispositionē actūū, & rerū humanarum tenet subditus suo superiori obedire s̄m rationē superioritatis, sicut milites Duci exercitus, in his quæ pertinent ad bellū, seruus dño in his quæ pertinent ad seruilia opera exercenda, filius patri in his quæ pertinent ad disciplinā uitæ, & curā domesticā & sic de aliis. Vñ id quod dicit ap̄s ad Col. 3. Filii obedite parētibus per oīa intelligēdum est, p omnia quantum ad illa quæ pertinent ad ius patrie potestatis, uel dominatiuē, & sic s̄m ad omnia exteriora, & interiora homo subiicitur Deo quantum autem ad aliqua determinatē subiicitur maiori bus, & sic maiores sunt mediū inter Deum, & hominem. Vide infra. §. 16. de filiis, in sequentibus uerō ne prælati. &c.

¶ Quintò, ¶ quomodo tenentur obedire religiosis suis prælati. Ref. secundū, q̄ elicio

ex dictis. S. Th. 2. 2. ubi supra. Secundo sententiarum in fi. quol. 1. arti. 15. & quol. 10. ar. 10. Religiosi obedientiam profitentur quantum ad regularem conservationem secundum quam suis prelatibus subduntur, & id quantum ad illa sola obedire tenentur quae possunt ad regularem conservationem pertinere, & haec est obedientiam sufficiens ad salutem; si autem et in aliis obedire uoluerit, hoc pertinet ad cumulum perfectionis, dum tamen illa non sint contra Deum, aut contra professionem regulae, quia talis obedientia esset illicita. Sic ergo erit triplex obedientia, una sufficiens ad salutem quae scilicet obedit in his ad quae obligatur. Alia perfecta, quae obedit in omnibus licitis. Alia indiscreta quae etiam in illicitis obedit. Notum igitur pro maiori declaratione, quod quaedam sunt contra Deum, ut omnia peccata, uel contra regulam, in quibus prelatus dispensare non potest, & in hoc concordant omnes quod prelatus non potest precipere nec subditi tenent obedire immo tenent non obedire, quaedam uero sunt quae nullatenus ad regulam reducuntur, & in istis obedire est perfectio non necessitatis: quaedam autem sunt quae continentur in regula explicita, & expressa, & ad ista secundum omnes doctores subditi tenent obedire prelati, quaedam alia sunt quae pertinent ad regulam implicitam, sicut sunt obsequia communitatis, negotia ordinis promouenda, obsequia fraternae societatis, punitione culparum, & huiusmodi, & quamuis ab omnibus communiter dicatur quod in istis tenentur obedire, tamen quia non sunt ita clara quae & qualia sint id accipere declarationem. D. Ar. Flo. 3. tj. 16. c. 1. §. 6. Et primum tenent obedire si precipiet contra Dei mandata, ut crimine occultum sibi reuellet, non seruato ordine fraternae dilectionis, uel praeter mandatum ut dicendo mendacium, uel uerbum otiosum: non enim debet in huiusmodi obedire. 2. q. 3. c. si dominus. Secundo si contra ordinationes ecclesiae, ut quod non ieiunet die statuta ab ecclesia, uel celebret pro haereticis. 2. q. 3. c. si quis Episcopus Tertio si contra ordinationes suae ecclesiae, uel constitutiones ut in ordine praedicatorum, si est sanus quod comedat carnes, uel utatur lineis ad carnem et infirmus, in hominibus tamen duobus. scilicet quoniam sit bene factum uel non, debet obedire ar. d. c. quod culpatur. Quidam addunt,

quod in omnibus quae prohibentur per regulam in quibus prelatus potest dispensare, & dispensare, & ad ea quae regulae sunt opportuna, tunc potest percipere, & tenentur obedire sicut in omnibus operationibus. excedis, uel committendis quae non sunt de necessitate salutis, aut peccata, excepto exercitio excedenti regulam, & transiit ad artiore regulam, uel statum, & quia ista semper intelliguntur excepta id dicitur uerum, quod religiosus tenet in omnibus, &c. haec ille. Sed quaeritur utrum subditi teneant obedire prelato precipienti ea in quibus potest prelatus dispensare, puta quod comedat carnes, quod loquatur in loco silentii, & hominibus, & uerum quod non quia ista est regulae relaxatio, & non est secundum regulam, immo uerum contra regulam. In contrarium est, quia prelatus potest relaxare, & ex consequenti potest precipere sicut alia quae non sunt expressa in regula. Respondeo quod dispensatio potest fieri dupliciter. Primum absolute sine causa, & sic non tenent obedire, sed debet sequi potius statutum regulae, & non est quia dispensatio sine causa legitima est dispensatio. Alio modo cum causa discussionis, & sic tenent obedire. Et ratio est, quia ex quo accessit legitima dispensatio, opus illud prout non est contra aut praeter regularem uitam, & alia ex parte subest causa precipiendi, ut fiat hoc opus, pro aliquo fine in subordinatum regulari conuersioni seu uitae ad quam omnia nominis precepta ordinantur in religione, unde non uerum exculat ad obedientiam, unde Ber. in li. de dispensatione, uocum meum non minuat prelatus sine necessitate, in quantum nuans quod quando est necessitas, potest, & sic patet ad argumenta. Quantum ad id quod dicitur est quod non potest precipere ea quae pertinent ad naturam corporis, puta cibum, uel uentum, medicinas, generationem, & similia, intellige quantum ad necessaria. Ecclesia autem per ieiunium non subtrahit alimentum necessarium. hoc non precipere, minus possit, quod uirginitatem seruari. Sed de tempore, & qualiter alimentum ordinat, sic ut naturae sustentatio, necessaria non tollatur, & quoniam dicitur quod homo non tenentur huiusmodi obedire istis intelligitur absolute, & non de hoc quod iam se uoto proprio obligauit ad haec, puta ad uirginitatem, & hominibus. Et cum dicitur, quod homines natura sunt patentes, intellige in his quae ad naturam spectant, de necessitate. Quarto si precipit ea ad quae prelatum auctoritas non se extendit, ut in inferioribus, puta si precipiet continuam

attentionem ad orationem sibi iniunctam di. ar. 22. erubescant, uel etiã, q̄ manifesta ret pctm̄ suum omnino occultũ, uel iteĩũ confiteretur pctm̄ iã confessum, uel etiã si m̄dat, q̄ nõ loquatur superiori uel faciat cõtra ordinationẽ maiorum suorũ. di. 8. c. quæ mores. quinto si præcipierit, ut ieiunaret, uel faceret austeritates ultra regulã nõ imponendo ei per modũ penitentiæ: seu punitionis alicuius defectus, quia tunc teneretur, ut nota Vgo. 23. q. 3. præsens. & di. 74. gesta: laudabilius, tñ est in hmõĩ obedire. ar. 2. q. 3. c. quid ergo. Si essent ad cautelã futuræ culpæ præcauendæ: ut cũ libidinoso, m̄datur ieiuniũ: nõ tenetur, nisi quando uerisimiliter uideret aliter se non posse uitate peccatũ. Similiter, nec si sunt in augmentũ meriti, ut suscipere martirium, se affligere inedia, seruire pestilentiato, & huiusmodi quo casu loquitur d. c. gesta. ubi dicitur, nõ posse aliquibus in dici uitam strictiorẽ quod indubitatum est, si indicatur à solo prælato uel ab eo cũ minori parte collegii. imò si ipse cũ maiori parte uelit aliã religionẽ imponere, quia maior pars hoc non põt, sine cõsensu omnium, & superioris s̄m Host. in c. cũ dilecti: quod met. causa. utrum autem si maior pars facere statutum arctans ad uitã strictiorem in eadem religione teneretur. uide uer. religio. §. 2. i. sexto si aliquid præcipieret, quod habet speciem mali: ut quoddã nudaret se coram hominibus: quia obedientia intelligitur in licitis, & honestis secundum glos. 2. q. 3. c. non est. septimò si præcipieret, ut colligeret festuã de terra, uel aspiceret tota die aues uolantes quamuis laudabilis esset in huiusmodi obedire. 3. q. 2. cap. admonere, & d. c. quid ergo: ad prælaturam autem potest cogi etiã, si non habet scientiam sufficientem secundum Per. de Palu. 4. distin. 19. q. 1. Et quod dicit Gregor. quoddã indignus non debet obedire intelligendum est de indigno per irregularitatem nisi dispensetur. Sed non habens huiusmodi impedimentum debet obedire alioquin quilibet bonus, qui reputat se indignum, fugeret: indigni uerò promouerentur, qui igitur iniunctus suspicit officium prælaturæ non habens sufficientem scientiam non peccat, secus si sponte: idem de audientia confessionum, & huiusmodi. Intellige tamen, q̄

antequam consentiat nunquam acquirat aliquod ius: de ista scientia uide uer. clericus. 2. §. 2. & seq. & uer. ordo. 2. §. 16. & se. Quando prælatus præcipit, ut subditus se exponat periculo: puta, ut seruiat pestilentiaris quõ non tenetur. uer. episcopus. §. 5. uide etiã. §. præcedentem. Quomodo prælatus possit præcipere reuelationem secreti sibi commissi. uer. accusare. §. 3. Quomodo possit cogere ad ordines, & audientia confessionum. uer. ordo. 2. §. 16.

7 Sextò ¶ nunquid est obediendum prælato, uel Papæ iniuncti aliquid mandanti. Responsio. quamuis pateat ex præcedenti. §. tamen adducam quædã dicta Pa. in c. inquisitioni, de sent. excom. ubi ait. Nota dicit hic. Inn. in addi. quod si prælatus in inferiori mandat mihi aliquid iniustum etiã si non sit peccatum: puta, ut dem sibi libros meos non debet sibi obedire, & si me excommunicat debeo accedere ad superiorem ad relaxationem huius iniusti: nec consulens tali excommunicatione in hoc facto incidit, quia non participat in crimine: cum illud non sit crimen, quod singulariter nota pro limitatione. cap. nuper. eod. tit. A ut Papa, qui non habet superiorem præcipit aliquid iniustum, & tunc si sapit hæresim non est sibi obediendum: ut in cap. si Papa. 40. dist. Si uerò non sapit, & tunc in spiritualibus, & ecclesiasticis est sibi obediendum, quando præceptum non continet in se peccatum, licet in se uideatur durum. 18. in memoria. Idẽ in ecclesiasticis personis, nisi ex præcepto Papæ uehementer præsumatur statum ecclesiæ perturbari, uel aliqua mala futura, quia tunc non est sibi obediendum, & nota singulariter hoc dictũ. Nam multum allegabatur in fauorem cardinalium qui recesserant à Gregorio, & Benedicto, & reuocabantur ab eis sub pœna excommunicationis. Nam dicebatur, quoddã non tenebantur obedire, quia fuisset impeditum concilium, & vnitas ecclesiæ, & sic ex tali præcepto mala præsumebantur futura, uel status ecclesiæ periculũ, uel scandalum futurũ: ut in c. si. quãdo. de rescrip. Si uerò m̄dat alicui seculari sibi non subiecto ratione ecclesiæ, causæ, uel personæ, & mandat sibi circa temporalia non est sibi obediendum. ut puta. mandat Papæ sine aliqua causâ alicui laico, ut det sibi

bona sua, non. v. tenetur sibi obedire, quia non est sibi subiectus, nec ratione causæ, nec ratione personæ in temporalibus: secus si mandaret aliquid spirituale, vel ecclesiasticum, hæc Pan. Et si quando Papa credit mandatum iustum, & iuste facere: tamen subdito constat mandatum in se continere peccatum, non est exequendum. ca. literas. de resti. spol. similiter si Papa præciperet continentiam alicui generi personarum non tenentur obedire, quia continentia persuaderi potest non imperari. 3. 1. q. 1. integritas, de quo supra. §. 4. Nec potest indicere religiosis vitam strictiorem contra eorum velle. 74. dist. gesta. & in regula, quod oēs tangit. li. 6. Sed quid si papa mandaret, vt notorie indigno, assignetur sibi certum beneficium, nunquid mādātarius tenetur obedire. Resp. secundum Io. And. in c. cum adeo. de rescrip. & in c. significavit. de offi. ordi. quod distinguendum est, scilicet, quod non constat de intentione præcisè, & non debet obedire, sed rescribere, vel expectare secundam iussionem. c. si quando, de rescrip. quia aliquando propter importunitatem, vel surreptionē concedit non concedenda, aut constat, quod vult huic indigno providere, & tunc aut Papa potest in illa dispensare, & tunc est sibi obediendum, alias secus. Vide aliquid ver. Papa. §. si.

Septimò, ¶ pone quod episcopus præcipiat capellano, vt det libros suos nepoti ipsius episcopi, vel vt renunciet beneficio, quia vult alteri conferri, vel aliquid huiusmodi nunquid tenetur obedire. Resp. secundum Ray. q̄ hoc non pertinet ad episcopum. 7. q. 1. c. quia frater. & addit, quod nõ tenetur clericus ad obedientiam de suis rebus dandis intelligas sine causa. ar. c. cum apostolus. de censu. §. inhibemus. 16. q. 2. c. prædicator. Idem addit, quod si clericus habens libros ineptus sit, & episcopus præcipit clerico, vt cõmodet clerico bonæ indolis, vt in studio ad quod ipsum mittit proficiat tunc obediendum videtur, quia non mouet carnalitas, sed communis ecclesiæ utilitas. argu. d. c. quia frater. & c. super specula. de mag. & hoc intelligas, si de bonis ecclesiasticis libri sunt acquisiti aliter non. cap. requisisti de testa. & cap. cum dilectus. de iure patron. §. nos igitur.

9 ¶ Octauò ¶ vtum clericus teneatur obedire episcopo, qui imponit, quod vadat Romam pro negotijs ecclesiæ. Respon. secundum Ray. quod sic, nec valet allegando, q̄ sunt alij meliores, quia in talibus non est necesse talem ordinem seruare. ff. de lega. l. sciendum. §. penul. nec etiam secundum Host. valet si allegat curam rei familiaris, quia bonum commune præponderat.

10 ¶ Nonò ¶ vtum laici teneantur obedire prælatis ecclesiasticis, vel parochialibus. Res. fm. Gul. q̄ non: nisi in his ad quorū obseruantia in baptismo se obligauerunt, scilicet vt teneant veram fidem cum operibus, vt abrenuncient Satanæ, & omnibus pompis, & operibus eius, & per consequens quantum ad omne peccatum vitandum, & spirituale bonum prosequendum, in alijs autem actibus non subduntur eis nisi quantum ad ista pertinere, vel perducì possunt.

11 ¶ Decimò ¶ vtum monachus teneatur obedire Abbati præcipienti, q̄ stet in scholis. Res. Sacris literis intendere non est cõtra vocationem monasticam, sed potius adiutarium contemplationis secundum S. T. 2. 2. q. 188. & ideo obedire tenetur Abbati præcipienti, ita etiam tenetur ad studia publica, si Abbas præcipiat, dum tamē vadat de sua licentia, & consilio conuentus, aliter esset excommunicatus. ca. vt periculosa. ne cle. vel mo. lib. 6. vide ver. excommunicatio. 5. casu. 2. 2. Et sic patet, q̄ monachus tenetur obedire circa studium licet non contineatur in regula.

12 ¶ Vndecimò ¶ quid quando dubitat subditus vtum teneatur obedire. Respon. secundum Ray. quod debet obedire nisi esset tale, in quo nullo modo excusaret ignorantia, puta contra articulum fidei, contra præcepta, vel prohibitionem Dei, vel contra generale statutum ecclesiæ. aliter. n. in dubijs obediendum est. c. ad aures. de tēp. or. qui etiam bonum, sine quo potest esse salus, debet dimitti propter obedientiam. 1. 1. q. 3. c. quid ergo, & generaliter quando cunque subditus non potest per conuenientē inquisitionem certificari debet obedire, & obediendo excusatur, etiã si dubitet circa præceptum. i. vtum quod sibi præcipitur sit contra præceptū Dei. 2. 3. q. 1. c. quid culparur, similiter si dubitat vtum prælatus possit dispensare, debet obedire, quia quā potest

potest dispensare tenetur obedire.

- 13 ¶ Duodecimò, futurū Christiani. i. filii Dei teneantur obedire dominis secularibus. Resp. fm S. Th. 2. 2. q. 104. ar. ul. q. fides Christi est iustitiæ principium, & causa fm illud ad Roma. 8. Iustitia Dei per fidē Iesu Christi, & ideo per fidē Christi nō tollitur ordo iustitiæ, sed magis firmatur, ordo autē iustitiæ requirit, ut inferiores suis superioribus obediant, aliter. n. nō posset humanarū rerum status seruari. Et ideo per fidem Christi non excusantur fideles quin principibus secularibus obedire teneantur, unde illi qui sunt filii Dei liberi sunt à spiritali seruitute peccati, non autem à seruitute corporali, qua temporalibus dominis tenentur astricti, ut dicit glo. super illud. 1. thy. 6. quicumque sunt sub iugo seruitū, &c. non tamen tenentur illis qui non habent iustum dominium, sed usurpatum, quia principibus secularibus in tantum homo tenetur obedire in quantum ordo iustitiæ requirit, unde etiam si iniusta præcipiant etiam domini legitimi non tenentur eis obedire, nisi forte per accidens propter uitandū scādalum, uel periculum. Vtrū statutū, uel præceptū continens penā obliget ad mortale. uer. cōstitutio. §. fi.
- 14 ¶ Decimotertio, ¶ quid si Episcopus mandet sacerdoti, ut excommunicet illum quem ipse reputat innocentem. Resp. secundum S. Th. in quol. quoddam mandat sola de nuntiatione, & sic tenetur, aut mandat, quod excommunicet, & tunc si est notorium illum esse innocentem debet coram Episcopo eius innocentiam allegare, & probare, & si deficiat in probando debet obedire, si uerò legitime probet non debet obedire, si uerò sit dubium tunc obediat. cap. quid culpatur. 23. q. 1.
- 15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum clericus debeat magis obedire archiepiscopo quam Episcopo. Resp. fm Ray. q. non, nisi in his in quibus habet auctoritatem super Episcopum, de quibus habes uer. archiepiscopus.
- 16 ¶ Decimoquinto, futurū religiosus, uel monachus non exceptus magis teneatur obedire Episcopo, quam suo prælato. Resp. q. non c. 1. & 2. § 8. di. & 22. q. 1. c. nō dicatis. & c. nimis iniqua. de exc. pl. ibi. Pa. 2. not.
- 17 ¶ Decimosexto, utrum filius teneatur obedire patri Resp. secundum S. Th. quol.

2. ar. 9. q. cum obedientia debeat quam tū ad illa quæ se extendit debitum obedientiæ, habet autē pater carnalis ius prælationis in filios, primò quiddē quantum ad domesticā cōuersationē. sic. n. est paterfamilias in domo sicut rex in regno, vñ sicut subdit regis tenetur obedire regi in his quæ pertinent ad gubernationem regni, ita etiam filii & alii domestici tenentur obedire paterfamilias, in his quæ pertinent ad dispensationem domus. Secundò quantum ad morum disciplinam, unde apost. dicit ad Heb. 12. Patres quidem carnis nostræ habuimus ruditores, & obtemperabamus eis, debet. n. pater filio nō solum eruditionem, sed et discipulinā, ut philosophus dicit. In his ergo filius tenetur obedire patri carnali, & non in aliis. Et debet intelligi quod dicitur Deu. 21. Si genuerit homo filium cōtumentem, & proteruum qui nō audiat patris ac matris imperiū, lapidibus eū obruet populus. Eodē modo debet intelligi apostulus ad Col. 3. filii obedite patribus p. oīa. scilicet ad quæ ius prælationis se extendit. hęc S. Th. uide supra. §. 4.

- 18 ¶ Decimo septimo, ¶ utrum in oī obedientia sint intelligendæ aliquæ cōditiones. Resp. fm gl. in c. 2. de uoto, q. sic. Primò si possibilitas adest, facit c. querelā. & c. breui. de iur. iur. Item admittit oīem rationabilem causam, ut nota Pa. in c. magne. de uoto. facit c. si qñ. de rescrip. & c. ex parte. de offi. de leg. & qd no. Archi. in c. vtinā. 76. di. Et nō currit præscriptio cōtra obedientiā, quia semper est in mala fide. l. 1. c. de ser. fug. & c. si de regula. & c. sicut nobis. in glo.
- 19 ¶ Decimo octauo, ¶ utrum obedientia in his quæ uult homo per se sic meritoria. Resp. secundum Sanct. Th. 2. 2. quæ. 104. artic. 2. ad tertium, quod si illud quod præcipitur, sit per se uoluitum, & absque ratione præcepti, sicut accidit in prospera iam ex propria uoluntate tendit in illis, & non uidetur implere propter præceptum, sed quando illud quod præcipitur nullo modo est uoluitum, sicut accidit in asperis, tunc omnino est manifestum quod non impletur nisi propter præceptum, & ideo dicit Greg. in moral. quod obedientia quæ habet aliquid de suo sicut in prospera, nulla est, uel minor, quia scilicet uolūtas propria non uidetur principaliter tendere

ad implendum præceptum, sed ad assequendum proprium uoluntatum: in aduersis autem à difficilibus est maior, quia propria uoluntas in nihil aliud tendit quam in præceptum, quod intelligendum uidetur secundum quod apparet, nam uoluntas potest ferri in id quod est sibi gratum et ratione præcepti.

20 ¶ Decimonono, ¶ utrum inobedientia sit peccatum mortale, secundum S. Tho. 2. 2. q. 105. ar. 1. quod peccatum mortale est quod contrariatur charitati per quam est spiritalis uita: charitate autem diligitur Deus & proximus: exigit autem charitas Dei ut eius mandatis obediatur, & ideo inobedientem esse diuinis præceptis, est peccatum mortale quasi diuinæ dilectioni contrarium, secundum illud ad Ro. 13. qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, contrariatur in super dilectioni proximi in quantum superiori proximo subrahit obedientiam quam ei debet. Et notandum, quod si superior multiplicaret tot præcepta, quod subditus ea implere non possit excusatur, quia ad impossibile nemo tenetur, & ideo prælati cauere debent à multitudine præceptorum.

21 ¶ Vigesimo, ¶ utrum inobedientia sit graue peccatum. Respon. secundum S. T. ubi supra ar. 2. quod non omnis inobedientia est æquale peccatum: potest enim una esse grauior altera dupliciter, uno modo ex parte præcipientis, quamuis enim omnem curam homo apponere debeat ad hoc quod cuiuslibet superioris obediatur, tamen magis est debitum quod obediatur superiori quam inferiori potestati, cuius signum est quod præceptum inferiorum prætermittitur si sit præcepto superiorum contrarium, unde consequens est quod quantum superior est ille qui præcepit tanto ei inobedientem esse sit grauius, & sic inobedientem esse Deo est grauius quam homini. Secundò ex parte præceptorum, non enim præcipiens æqualiter uult impleri omnia quæ mandat. Magis. n. unusquisque præcipiens uult suam quam ea quæ sunt ad suam, & ideo tanto inobediencia est grauior quantum præceptum quod quis præterit, magis est de intentione illius qui præcipit. Et in præceptis quidem Dei manifestum est, quod quantum præceptum datur de meliori bono, tanto est eius inobediencia grauior: quia cum uoluntas Dei per se feratur ad bonum, quantum aliquod est melius tanto Deus uult illud magis implere.

ri, unde qui inobediens est præcepto de dilectione Dei, grauius peccat quam qui inobediens est præcepto de dilectione proximi: uoluntas autem hominis non semper fertur in melius, & ideo ubi obligamur ex solo hominis præcepto, non est grauius peccatum ex eo quod maius bonum præteritur, sed ex eo quod præteritur illud quod est magis de intentione præcipientis. Simile ergo oportet esse diuersos inobediencia gradus diuersis peccatorum gradibus comparare. Nam inobediencia qua contemnit Dei præceptum ex ratione inobediencia, grauius est peccatum quam peccatum quo peccatur in hominem si sperneretur inobediencia Dei, hoc autem dico, quia qui contra proximum peccat est contra Dei præceptum autem si tamen in aliquo poriori præceptum Dei contemneret, adhuc peccatum grauius esset. inobediencia autem qua contemnitur præceptum hominis, leuior est peccato, quo contemnitur ipse præcipiens, quia ex reuerentia præcipientis procedere debet reuerentia præcepti, & similiter peccatum directe prinet ad contemptrum Dei, sicut blasfemia uel aliquid homini, grauius est et semota per intellectum inobediencia à peccato quam esset illud præceptum in quo contemnitur solum Dei præceptum.

DE OBLATIONE.

1 Oblatio quid sit.

2 Oblatio quibus debeat.

3 Parochiani an compellis possint ad oblationes faciendas.

4 Oblatio an de omnibus fieri debeat.

5 Laici an præscribere possint quod in festo Purificationis presbiter debeat eis candellas benedicere uel similia.

Oblatio ¶ quid sit secundum theologos, & quomodo differat à sacrificio, de cimis, & primitiis, uide uersu. decima. in prin. de holocausto. uide uersu. religio. §. tertio circa med. secundum autem Canon. in e. ea. de uerb. signifi. tria requiruntur, ut proprie dicatur oblatio. Primò ex parte offerentis requiritur quod sit Christianus quia ab infidelibus ecclesia proprie non recipit oblationem, sed estimationem oblationum pro interesse, ut in c. quanto. de usu. Sedò requiritur à parte eius cui offert, ut sit ecclesia. Fit enim oblatio Deo uel alteri pro Deo, unde si fiat donatio priuate

privatæ personæ, siue inter uiuos, siue causa mortis non propriè dicitur oblatio, sed donatio. Tertio requiritur ex parte rei donabilis, quòd si iuste acquisita. ca. quia in omnibus, de usu. & in ca. ex transmissa, de deci. Et secundùm Hosti. dicitur propriè oblatio quòd offertur sacerdoti in missa, & quando sacerdos dispensat ea pauperibus: dicitur oblatio, quia datur pro Deo: non tamen oblatio propriè, quia non in necessitate offertur siue directè Deo.

2 ¶ Primò, † quibus debentur. Respond. secundùm S. Thom. 2. 2. q. 86. ar. 2. quòd debentur sacerdoti. ait enim sic. Sacerdos quòdà modo constituitur sequenter, & medijs inter Deum & populum, sicut de Moïse legitur. Deut. 5. & iò ad eum pertinet diuina dogmata, & sacramenta Deo offerre, & exhibere populo, & iterum ea quæ sunt populi, puta preces & sacrificia & oblationes per eum domino debent exhiberi secundum illud Apostoli ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, & offertur dona & sacrificia pro peccatis: & ideo oblationes quæ à populo Deo exhibentur ad sacerdotes pertinent, non solum ut eas in suos usus conuertant, uerum etiam ut fideliter eas dispensent partim quidem expendendo eas in his quæ pertinent ad cultum diuinum. Partim uerò in his quæ pertinent ad proprium usum, quia qui altari deseruiunt, cum altari participiant. 1. Cor. 9. partim in usus pauperum, qui sunt quantum fieri potest de rebus ecclesiæ sustentandis, quia & dominus in usum pauperum loculos habebat, ut Hieron. dicit super Mat. Monachi autem siue alii religiosi possunt oblationes recipere tripliciter. Vno modo sicut pauperes per dispensationem sacerdotum, uel ordinationem ecclesiæ. Alio modo si sint ministri altaris, & tunc possunt recipere oblationes sponte oblatas. Tertio modo si parochiæ sunt eorum & tunc ex debito possunt accipere oblationes, tanquam ecclesiæ rectores, hoc est quòd dicitur 10. q. 1. Oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur tantummodo sacerdotibus, qui quotidie domino seruire uidentur licet comedere & bibere: quia in ueteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere si-

lis Israel, nisi tantummodo Aaron & filijs eius. hæc S. Thom. secundum Pan. in cap. pastoralis, de his quæ fi. à ma. par. cap. Oes oblationes factæ in parochia, seu altari cadunt ecclesiæ parochiali, siue sint factæ imagini, siue capellæ: secundum tamen eundem Pa. in c. nimis iniqua, de excel. prela. de collatis, seu oblatiis religiosis in ecclesijs eorum non possunt prælati aliarum ecclesiarum aliquid sibi vindicare, quia uidentur res illa eis collata intuitu ecclesiæ, & non nomine oblationis, & in cap. 1. de stat. mo. ait idem Pa. Oblationes quæ fiunt in locis religiosis non debent cedere Episcopo, nec ecclesiæ curatæ, sed ipsi locis religiosis & c. & de hoc est text. expressus in d. c. 1. Cle. Et 1111. in priuilegio, quòd incipit, Nimis iniqua, prohibet omnibus ne molestant fratres prædicatores, uel petant aliquid ab eis, de his quæ offeruntur in ecclesijs, uel missis, seu locis eorum etiam nomine oblationis. Et nota, quòd de facto temporibus nostris, scilicet circa annos 1490. fuerunt molestati fratres Tabienles à parochialibus allegantibus, & dicentibus quòd fratres non possent recipere in suis ecclesijs offertorium cum manipulo eò quòd hoc uideatur de iure curatorum, sed in contrarium fratres allegabant consuetudinem in alijs locis insuper dicebant. Primò hoc sibi de iure communi conuenire. d. c. 1. & d. ca. nimis iniqua. Item quia ex dicto priuilegio hoc idem habent, nec potest dici, quòd dictum priuilegium intelligat de offertorio communiter dicto: quia cum hoc habeant de iure communi, de nihilo fuisset hoc priuilegium, quòd non est dicendum. c. si Papa, de priuileg. lib. 6. & sic fuit pro fratribus conclusum. uide uer. ecclesia. §. 7.

3 ¶ Secundò, † utrum parochiani possint compelli ad oblationes faciendas. Respond. secundum Pan. in rub. de paro. post San. Tho. 2. 2. q. 86. ar. 1. quòd regulariter istæ oblationes quæ sunt ad usum sacerdotis, seu pro diuino cultu non sunt in præcepto, nisi in quatuor casibus. Primus si ratione census debet fieri, para quia aliquis tenet ab ecclesiâ ratione cuius soluitur oblatio nomine census. Secundò, si quis est obligatus ex testamento, uel inter uiuos. c. quando. de censibus. Tertio, si sacerdos indiget: nam ex quo impendit spiritalia,

tualia, debet consequi temporalia ad hoc. cap. si Episcopus. de offi. or. lib. 6. non tamē sacerdos ob hoc debet subtrahere spiritua-
 1 tualia, sed superior debet eos compellere
 3 ad has oblationes, iuris remediis, intellige
 secundum Host. nisi subditū æqualiter in-
 4 digenter. Quartò quando hoc habet con-
 5 fuerudo. cap. ad apostolicam. de simo. & Em
 6 S. Thom. ubi supra in istis duobus vltimis
 oblatio remanet quodam modo uolunta-
 7 ria, scilicet quantum ad quantitatem, uel
 speciem rei oblatae, & eodem modo dicit
 de primitiis offerendis. ibidem ar. 4. vide
 uer. consuetudo. §. 15.

¶ Tertiò, ¶ utrum de omnibus possit fieri oblatio. Respond. secundum San. Tho. supra ar. 3. quòd de se. de quolibet licitè possessio potest fieri oblatio: per accidens autem contingit, quòd de aliquo licitè possessio oblatio fieri non potest, puta si uergat in detrimentum alterius, ut filius offerat Deo id, unde debet patrem nutrire, quòd dominus improbat Matt. 15. uel propter scandalum, uel propter contemptum, uel aliquid huiusmodi: puta. Primo personarum desiderium. Secundo opprimentium pauperum. Tertiò, sacrilegorum. Quartò, qui extrahit seruum uolenter de ecclesia confugientem ad ipsam. Quintò, raptoris. Sextò, uulturiorum. Septimò, meretricum, aliorum autem non sunt respicienda, hæc gloss. in e. oblationes. 90. dif. & intelligendum est de istis, quando sua crimina sunt manifesta, & nolunt corrigi: & similiter dicendum est de quolibet hæretico, uel excommunicato, & de iudeis, d. ca. quanto.

¶ Quartò, ¶ utrum laici possint præscribere, quòd in festo purificationis presbyter debeat eis candelas benedictas, uel similia. Respon. quamuis quidam dicant quòd non: tamen secundum Fed. confi. 155. uideretur dicendum quòd sic supra §. 2. & uer. consuetudo. §. 15. Sed quid si consuetudo habeat, quòd archipresbyter habeat oblationes dominicales, & sacrifica eas quæ
 3 fiunt in festo sancti Laurentii, & festum uenit in dominica. Respond. secundum Bar. in l. procon. ff. de offi. procon. per illam l. concludit quòd sunt archipresbiteriam maior est dominica, & magis naturale.

1 *Obligatio quid est, & quotuplex. nu. 2.*
 3 *Obligatione in generali an ueniant quæ specialiter quis non fuisset promissurus.*
 4 *Obligatio an dissoluatur adueniente termino.*
 5 *Obligatus an statim teneatur.*
 6 *Obligat utrum pactum seu promisso quando scriptum tantum uersatur ex parte recipientis obligationem.*
 7 *Obligetur ne uiliter quis ei pro quo agit negotia.*

1 **O**bligatio ¶ est iuris uinculum quo necessitate astringimur ad aliquid dandum, uel faciendum, ut inffit. de ob. in prin. quæ sine consensu nulla est. l. i. ff. de pact. & nemo obligatur, nisi qui animū obligandi se habeat. ff. de act. & obl. l. obligatoriu. la prima. facit gl. c. j. de voto.
 2 ¶ Primò, ¶ quotuplex est obligatio. Resp. quòd est triplex. Prima dicitur naturalis tantum, quæ in se continet naturalem æquitatem, hæc contrahitur per uinculum naturale, scilicet consensum, & potest fieri inter omnes homines rationis capaces, sed in foro contentioso, hæc inefficax est ad agendum, licet in foro conscientie liget. Secunda dicitur ciuili tantum, quæ est cum quis ciuili iure tantum est strictus, sed naturalis æquitas dissuadet eum reneri, sicut cum quis spe futuræ remunerationis fecit instrumentum in quo confiteretur se recepisse centum, quæ tamen nõ recepit. & hæc non obligat in foro conscientie, nisi in quantum à prælato coegerit secundum Inno. in cap. quia plerique. de immu. eccle. Tertia dicitur naturalis & ciuili simul, quæ est cum quis cum solennitate iuris potest se obligare, obligat se ad aliquid quod naturalis æquitas uult eum obseruare: & de istis habetur. inffit. de obli. per totum. & hæc obligat in utroque foro. Quibus modis contrahitur tertia obligatio. vide uer. contractus, in prin.

¶ Secundò, ¶ utrum in generali obligatione ueniant quæ specialiter quis nõ fuisset promissurus. Respon. secundum Bar. in l. i. quæ res pi. ob. po. quòd non. unde dicit, quòd si obligauit omnia bona, non intendit obligare ea quæ nullo modo specialiter esset obligaturus, puta pannos, lectos, & alia

& alia suppellectilia sine quibus viuere nõ possumus, & postquam vna obligatio est extincta non potest restaurari. in l. cum ex causa. C. de remi. pigno. sed oportet alia fiat si debet inesse. Vide versicu. vicarius. §. 6.

4 ¶ Tertiõ ¶ vtrum obligatio dissoluatur adueniente termino. Respon. secundum Pa. post Gos. in cap. sicut ex literis. de spon. quod aut terminus apponitur ad sollicitandum implementum obligationis, puta ponitur terminus contractui iam perfecto, sicut quando quis contraxit sponsalia, & postea promittit, quod infra certum tempus ducet eam, tunc non dissoluitur elapso termino, aut ponitur terminus ad finiendam seu limitandam obligationem, & tunc lapsus termini liberat ab obligatione, si per promissorem non stetit quin impletur in termino, & isto modo dicitur appositus, quando apponitur ad sollicitandum principium contractus, puta promissimus tali tempore conuenire ad contrahendum sponsalia, elapso die liber est, per quem non stetit.

5 ¶ Quarto ¶ vtrum obligatus statim teneatur. Pan. in c. licet hely. de simon. dicit, qd aut dies est apposta oblacioni, & si sunt eiusdem fori reus & actor, tenetur reus sine interpellatione offerre, & ire ad domũ eius, quia dies interpellat pro homine. c. potuit. de loca. Si autem non sunt eiusdem fori, non tenetur reus sponte ire ad forum alterius, vel ad domum, sed dicat in domo sua, paratus sum soluere si sit qui recipiat, & sufficit. iuxta not. in litem illa. ff. de con. sti. pec. & ibi Bar. quod not. pro limitatione. c. potuit. de loca. que intelligenda sunt, nisi aliter sit specialiter in pacto. Aut dies non est appositus, & sic requiritur monitio. ut in l. si ex legati causa. ff. de verb. ob. vide. ver. mora.

6 ¶ Quinto ¶ vtrum pactum seu promissio obliget, quando turpitudine tantum versatur ex parte recipientis obligationem. Respon. fm Pan. in c. debitores. de iureiuran. qd non patet, quia promissio de soluendis vsuris non obligat, quia si obligaret esset naturaliter solum, & cogereretur soluere ratione pacti, ut in c. 1. de pac. sicut cogitur quando interuenit iuramentum, ratio: quia cum lex resistit, etiam alteri contra-

henti non nascitur obligatio naturalis, ut in l. cum lex. ff. de fideiuf. & ibi Bart. Et si quis querat quare iuramentum plus obligat quam simplex promissio cum Deus nõ faciat differentiam inter iuramentum, & simplicem loquellam: ut in ca. iuramenti. 2. 2. q. 5. Respon. Pano. in d. c. debitores, quod ideo est, quia simplex promissio est nulla, & ideo habetur pro non facta propter turpitudinem recipientis: secus in iuramento, quia cui fit scilicet Deo non turpiter accipit, nec iurans peccauit, promissio enim dirigitur in hominem, iuramentum autem in Deum. Alias tamen promissio simplex obligat secundum Deum. vnde. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 3. ad tertium sic, ait: secundum honestatem ex quolibet promissione homo homini obligatur, & hæc est obligatio iuris naturalis, sed ad hoc, qd aliquis ex aliqua promissione obligetur obligatione ciuili quedam alia requiruntur, Deus autem etsi bonis nostris non egeat, ei tamen maxime obligamur, & ita ei uotum factum est maxime obligatorium. uer. pactum. §. 6. uer. iurare. §. 3. 1.

7 ¶ Sexto ¶ vtrum ille pro quo quis agit eius negotia utiliter obligetur eidem. Respon. quod sic. art. l. cum pecuniã. ff. de ne. ge. & quod not. gloss. & not. tex. cum gloss. in l. que utiliter. ff. eo. & l. sed si ideo. ff. sol. ma. Similiter secundum Pan. in c. 2. de pre. ca. administratores, & ambasiatores etiam non habentes expressum mandatum ad pœnam apponendam possunt obligare dominos suos ad pœnam quam apponunt pro obseruatione promissi. Quomodo pater obligetur pro filio, & præponens pro præposito. uer. parentes. §. 1.

DE OBSIDE.

1 *Obses quis, & quando dari possit.*

3 **O**bses ¶ potest dari liber homo, pro pœna seruanda non pro pecunia. de iureiuran. capitu. ex rescripto. ar. ad idem. ff. de testam. l. obsides. ff. de iu. fil. l. diuus, & illud quod dicitur, quod liber homo non potest obligari. de pig. c. 1. & C. qua res pig. ob. po. l. fin. intelligitur, quod non potest obligari, ut in eo sit ius pignoris, sed tantum ius retentionis. ita tenet gl. in c.

in c. ut pridem. §. item eisdem. 23. q. vlt. & in c. exposita. de arbi. Item homo redemptus ex captiuitate tenetur seruire per quin quennium, nisi soluat precium. C. de postliminio reuer. l. vlt. Item sic pater potest vendere filium propter famem, sic obligare. C. de patri. qui si. dista. l. 2. ver. carcer. §. 3.

DE OBSTETRICE.

I *Obstetrix non fuit in natiuitate Christi.*

I **O**bstetrix non fuit in natiuitate Christi, sed mater eius omnia per se fecit, sicut S. Tho. 3. q. 3. ar. 6. ad 3. & obstetrices hæbreorum fuerunt remuneratæ à Deo, propter pium affectum, non propter mendacium, licet fuerit mendacium officiosum, secundum S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 10. ad 2. vide versicu. mendacium. §. 3.

DE OBSTINATIONE.

I *Obstinatio quid importet.*

I **O**bstinatio est secundum S. Tho. q. de veri. q. 24. ar. 11. importat quandam firmitatem in peccato, per quam aliquis à peccato reueri non potest. Quod autem aliquis à peccato reuertitur non possit, potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quod vires lux non sufficiant ad hoc quod à peccato totaliter liberetur, & sic quilibet in peccato mortali cadens dicitur ad iustitiã non posse redire: sed ex ista firmitate in peccato non dicitur proprie aliquis obstinatus. Alio modo habet aliquis firmitatem in peccato, ita quod nec cooperari potest, ut à peccato resurgat, & hoc dupl. Vno modo simpliciter, ita quod nullo modo possit cooperari, & hæc est completa obstinatio, qua demones, & damnati sunt obstinati: adeo enim eorum mens est firmata in malo, quod omnes motus liberi arbitrii ipsorum sunt inordinati & peccatum. unde nullo modo se possunt ad gratiam habendam præparare per quam peccatum dimittitur. Alio modo, ita quod non de facili possit cooperari ad hoc quod exeat de peccato. & hæc est obstinatio incompleta, qua aliquis potest esse obstinatus in uia, dum scilicet aliquis habet ita

firmatam uoluntatem in peccato, quod non surgunt motus ad bonum, nisi debiles: quia tamen aliqui surgunt ex eis datur via, ut præparetur ad gloriam. & hæc est species peccati in Spiritu sancto, de quo versicu. blasfemia. Quod autem aliquis homo in statu uie non possit esse ita obstinatus in malo, quin ad suam liberationem cooperari possit. ratio patet, quia & passio quæ inclinatur ad peccatum, soluitur & reprimitur, & habitus non totaliter animam corrumpit, & ratio non ita pertinaciter falso adhæret quin per contrariam rationem possit abduci, sed post statum uie anima separata non intelliget accipiendo à sensibus, nec in actu potentiarum sensibilium appetituarum, & sic anima separata angelo conformabitur, & quantum ad modum intelligendi, & ad indiuisibilitatem appetitus, quæ sunt causæ completæ obstinationis in angelo peccante. unde per eandem rationem in anima separata obstinatio erit in resurrectione autem corpus sequetur animæ conditionem: & ideo non redibit ad statum in quo modo est, in quo à corpore necesse habet accipere quamuis corporis instrumentis utatur, & ita etiam tunc eadem obstinationis erit ratio & completam rationem obstinationis habebunt à diuina providentia, quod nunquam mutabuntur ad bonum. vide aliquod versicu. pertinax.

DE OCIOSO VERBO.

I *Ociosum uerbum est magis peccatum ueniale quam factum.*

I **O**ciosum uerbum est magis peccatum ueniale, quam factum ociosum, quia uerbum est immediatius effectus rationis: & ideo minus potest esse præter deliberationem quam factum. Sciendum tamen, quod sicut Greg. ociosum est, quod caret piæ utilitatis intentione, aut iustæ necessitatis. unde non omne uerbum iocosum est ociosum, si ad recreationem referatur: quia etiam in iocis contingit esse uirtutem Eutrapeliæ, de qua Philosophus in 4. Ethi. determinat. Et quamuis uerbum iocosum cõter sit peccatum ueniale, potest tamen esse mortale, puta si dicatur in contemptum

contemptum Dei uel proximi, uel ut trahat ad luxuriam. ver. peccatum. 1. §. 4. circa medium.

§ OCCULTVM est duplex scilicet omnino in mente &c. uide ver. excommunicatio §. casu 4. §. 4. ver. obedientia. §. 4. Quomodo peccatum occultum debeat corrigi. ver. correctio.

DE O D I O.

- 1 Odium quid sit.
- 2 Odium Dei an sit grauisimum peccatum.
- 3 Odium proximi an sit peccatum.
Et an sit grauisimum. 4.

Odium ¶ fm S. Th. 1. 2. q. 29. est distantia quædã appetitus ad id quod apprehenditur, ut repugnans, & nociuũ quod ut sic habet rationẽ mali. Vel aliter odium est quidã motus appetitiuæ partis quo fugit malum apprehensum, ut nocium, & secundum eod. 2. 2. q. 34. ar. 5. & 6. non est uitium capitale, sed oritur ex inuidia formaliter. i. ratione obiecti, in quantum ipsum bonum proximi redditur contristabile, & per consequens odibile. Ex ira autem causatur dispositiuẽ secundũ quoddam argumentũ. Nam primò per iram appetimus malum proximi secundum quandam mensuram prout. si habet rationem uindictæ, postea autem per continuationẽ iræ peruenitur ad hoc, q̄ homo malũ proximi desideret quod pertinet ad rationem odii, ex inuidia autem oritur directẽ p̄ quã ipsum bonum proximi redditur contristabile, & per consequens odibile ut dictũ est. Odium tamen Dei aliquando oritur ex luxuria, nec est inconueniens, quòd idem peccatum oriatur ex diuersis S. Tho.

2 ¶ Primò ¶ utrum odium Dei sit grauisimũ peccatum. Resp. secundum S. Tho. 2. 2. q. 34. arti. 1. & 2. quòd quamuis Deus nõ possit odio haberi in seipso neque in quibusdam effectibus generalibus. puta uiuere, & esse, & intelligere, quia non possunt habere rationem mali, in quibusdam tamen effectibus, qui repugnant uoluntati inordinatæ, sicut inflictiõ pœnæ, & cohibitio peccatorum, potest odio haberi, quòd odium est pessimum peccatorũ sicut amor Dei est optimum uirtutis. Nam defectus peccati

consistit in auersione à Deo: huiusmodi autem auersio rationem culpæ non haberet, nisi uoluntaria esset. Vnde ratio culpæ consistit in uoluntaria auersione à Deo, quæ per se importatur in odio Dei, in aliis autem peccatis quasi participatiuẽ, & secundum aliud: sicut enim uoluntas per se inhæret ei quod amat, ita secundum se refugit id quod odit: unde quando aliquis odit Deũ, uoluntas eius secundum se ab eo auertitur, sed in aliis peccatis, puta cum aliquis fornicatur, non auertitur secundum se à Deo, sed secundum aliud in quantum. sc̄ ap̄ petit inordinatam delectationem, quæ habet annexam auersionem à Deo: semper autẽ id quod est per se est potius illo quod est per aliud: unde odium Dei inter alia peccata est grauius, & est peccatum in Spiritum sanctum: non tamen computatur inter species peccati in Spiritum sanctum, quia generaliter inuenitur in omni specie peccati in Spiritum sanctum. Nota, quòd uidentur Deum quamuis non possit illum odio habere tamen uiatores possunt iniqua uoluntate uelle, quòd Deus non sit, quod patet, quia si possent facerent, ut patet in damnatis, & sic odium terminatur ad ipsum Deum secundum quòd est in seipso, & non solum secundum quòd induit rationẽ causæ alicuius displicentis: præterea odiũ Dei est pessimũ, quia opponitur optimo quòd est charitas, sed opposita sunt circa idem, & charitas diligit Deum secundum quòd in seipso est: ergo odiũ oppositum est uelle malum Deo secundum quòd est in seipso quæ uidentur esse contra dicta. Resp. quòd secundum S. Tho. beati non possunt odire Deum, neque iniciatiuẽ, neque terminatiuẽ: uiatores autem, uel damnati possunt odire Deum etiam in seipso terminatiuẽ tantum, & sic intellige S. Tho. apprehensio igitur inchoat ab effectu, & à Deo sicut à causa: terminari tamen potest ad ipsum Deum secundum se, puta quãdo ex hoc, q̄ est causa procedit ad hoc, q̄ nollet ipsum esse, & est eadem responsio cum ea qua dicitur quòd non haberetur odio per se, sed per aliud: sicut dicitur de damnatis, quòd non possunt uelle non esse per se, sed per aliud. Et eodem modo de desperatis, & huiusmodi, qui ratione adiuncti, puta miseriam, uel lent non esse,

3. Secundò, vtrum omne odium proximi sit peccatum. Resp. s. Th. 2. 2. q. 34. art. 7. q. cum odium amoti opponatur rãtum habet de ratione mali quantum amor habet de ratione boni, amor autem debetur proximo, s. id quod à Deo habet. i. s. naturam & gratiam, non autem debetur ei amor s. id quod habet à se ipso, uel à diabolo. s. s. peccatum, & iustitiæ defectum. Et licet habere odium in fratrem, peccatum & omne illud quod pertinet ad defectum diuine iustitiæ, sed ipsam naturam & gratiam fratris non potest quis habere odio sine peccato. Hoc autem ipsum quod in fratre est, qd odimus, est culpa, & defectus boni, & hoc pertinet ad amorem fratris: eiusdem. n. rationis est qd velimus bonum alicuius, & qd odimus malum ipsius, unde simpliciter accipiendo, odium fratris semper est cum peccato. unde d. 1. Io. 2. qui odit fratrem in te nebris peccati est. hæc S. Th. Quomodo diligendi sunt inimici. ver. charitas. §. 10. & se. & quantum simpliciter sit peccatum mortale, tñ propter imperfectiõem actus, puta qd est solum in primo moto, siue deliberatione, uel est de aliquo malo paruo, est ueniale: si quis uerò odiat peccatum siue malum proximi, ut sic non est peccatum. Si quis et odiat bonum proximi ad bonum finem, puta ut corrigatur ut sic non est peccatum.

4. Tertio, vtrum odium proximi sit grauisimum peccatum. Resp. ubi supra ar. 4. q. peccatum quod committitur in proximum habet rationem mali ex duobus: vno quidem modo ex deordinatione eius qui peccat. Alio modo ex nocimento quod infertur ei in quem peccatur. primo ergo modo odium est maius peccatum quam exteriores actus qui sunt in proximi nocimento, quia, s. per odium deordinatur uoluntas hominis quæ est potissimum in homine, & ex qua est radix peccati, unde etiam si exteriores actus inordinati essent absque inordinatione uoluntatis non essent peccata, puta cum aliquis ignoranter uel zelo iustitiæ hominem occidit, & si quid culpæ est in exterioribus peccatis quæ contra proximum committuntur, est ex interiori odio, sed quantum ad nocimentum quod proximo infertur, peiora sunt exteriora peccata quam interioris odium. Quomodo debeat fieri interpretatio in odiosis, fauorabilibus, & pmissis.

vide in regula odia. de reg. iur. lib. 6. & nota quod in constitutionibus ubi occurrit odium & fauor, magis attenditur fauor. s. Pan. in c. non dubium. de sent. excommu. quod limita s. Dyn. in d. regula odia. Nisi ex parte odii, sit ius & fauor publicus, ex parte uero fauoris priuatus.

DE OFFICIO.

1. *Officium exequens ad quod quis tenetur, non mereatur.*

1. **O**fficium quod ad quod tenetur exequens non mereatur præmium necessario promissum generaliter facienti, unde cum promittit aliquid generaliter capienti bannitum, non debetur famulo potestatis capienti, quia ad hoc tenebatur ex officio suo. facit l. congruit. ff. de offi. præsi. & c. 1. de off. or. & nota. Pan. in c. ecclesiis. de cens. de offi. diui. vide ver. horæ canonice, per totum, vtrum liceat dominis aliquid accipere pro officiis dandis, uel possit mutuo accipere pro eodem, uel vtrum liceat officialibus aliquid accipere. vide uer. dominus. §. 10. 11. & 12.

DE OLEO SANCTO.

1. *Oleum sanctum quando, à quo et de quo fiat.*
2. *Oleum sanctum an alio tempore quam in die cæne domini censeri possit.*

1. **O**leum quod sanctum siue crisma in die cæne domini per episcopum. Triplex oleum consecratur, primum & principale est sanctum crisma, quod de oleo, & balsamo fit. de quo uer. confirmatio sacramentum. §. 3. cum isto benedicuntur fontes baptismales, calix, patena, ecclesia & altare, puer baptizatur in uertice, & fronte, & episcopi quando consecrantur in manibus & capite, & omnes fideles cum chrismantur, & istud est annuatim consecrandum, & innouandum, cap. si quis de alio. de consec. distinct. 4. & grauer puniuntur sacerdotes qui in baptismis utitur de alio quam de nouo. ut d. capit. si quis. Secundum oleum sanctum est cathecuminorum, & dicitur oleum benedictum siue sanctum, & isto inunguntur baptizati inter scapulas

las & in pectore, & manus sacerdotis cum ordinantur. Item principes & reges in brachio & humero. Itē ecclesie & altaria ante crismationem. Tertium oleū sanctum est quo inunguntur infirmi in articulo mortis. de quo infra unctio. & in cap. unico. de sac. unc. & in pontificali.

- 2 ¶ Primò ¶ utrum alio tempore possit confici præfatum oleum quàm in die cene. Ref. q. primum non. de consecra. di. 4. ca. omni tempore, & c. quoniam. de sen. excommu. lib. 6. de aliis duobus non inuenitur prohibitum. Vtrum oleum nō sacrum additum sacro fiat sacrum. uer. aqua. §. 3.

DE OPINIONE.

- 1 *Opinio quid sit.*
 2 *Auditores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opiniones, an excusentur a peccato erroris si suorum magistrorum opiniones, sequantur.*
 3 *Opinari contrariè circa illa que pertinent ad fidem an liceat sine uitio hæresis.*
 4 *Opinio que secundum canonistas, sequenda sit.*

1 **O**pinio ¶ quid sit & quomodo differat à fide, siue credere, scire, uel intelligere, & ab omnibus aliis actibus intellectus. uide uer. credere. in prin. & uer. dubitatio. in prin.

- 2 ¶ Primò ¶ utrum auditores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opi. excusentur à peccato erroris si opiniones magistrorum suorum sequantur. Ref. secundum. S. Thom. q. 3. ar. decimo, quòd diuersæ opin. doctorum sacræ scripturæ, si quidem non pertineant ad fidem & bonos mores absq; periculo, auditores utranque opinionem sequi possunt, tunc enim habet locum qd apostolus dicit ad Ro. 14. unusquisque in suo sensu abundat. In his uerò que pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri, in talibus enim ignorantia non excusat, alioquin immunes à peccato fuissent qui secuti sunt opiniones Arrii, Nestorii, & aliorum hæresiarum. Nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorum, si in talibus erroneam opinionem sequatur, in rebus enim dubiis non est de facili præstandum assensus quin

Secunda pars

imo. ut Aug. dicit in li. 3. de doc. cri. consuleret debet quis ecclesiam fidei quàm de scripturam planioribus locis, & ecclesie auctoritate perceperit, qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripturæ testimonium, siue contra id quod publicè tenetur secundum ecclesie auctoritatem non potest ab erroris uitio excusari.

3 ¶ Secundò ¶ utrum liceat contrariè opinari circa illa que pertinent ad fidem sine uitio hæresis Resp. secundum. S. Tho. prima parte. q. 3. 1. ar. si. q. ad fidē pertinet aliquid dupliciter, uno modo directè sicut ea que sunt nobis diuinitus tradita, ut Deum esse trinum & unum, filium Dei esse incarnatum, & huiusmodi, & circa hæc opinari falsum hoc ipso inducit hæresim maximè si pertinacia adiungantur. Indirectè uerò ad fidem pertinēt, ex quibus sequitur aliquid contrarium fidei, sicut si quis diceret Samuellem non fuisse filium Hercanæ, ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse falsam, circa huiusmodi absque periculo hæresis, aliquid falsum potest opinari antequam consideretur uel determinatum sit quòd ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei & maximè si non pertinaciter adhæret sed postquam est manifestum & præcipue si sit per ecclesiam determinatum quòd ex hoc sequitur aliquid contrarium, & in hoc errare non est absque hæresi, & propter hoc nunc multa reputantur hæretica que prius non reputabantur propter hoc quòd nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur, hæc ille. uide ad ista & præcedentis. §. uer. credere. §. 2. & uer. excommunicatio. §. casu. 4. §. 3.

4 ¶ Tertio ¶ queritur, que opinio sequenda sit secundum Can. Respon. Primò q. in dubiis non generatur aliquod præiudiciū ueritati quando inter diuersas opin. à doctoribus approbatas illam quis amplectitur que sibi magis uidetur consona rationi, & quòd quando sunt diuersa iura & opiniones que non sunt contra Deum, uel bonos mores, humanior sententia est præferenda cæteris paribus. de transac. cap. fin. ff. de legi. 1. benignius, aliàs uerò standum est illi que meliori innititur rationi. cap. Capellanus. de feu. Vbi nota dicit Panormitan. quòd inter plures opin. illa sequenda est que innititur meliori &

Sum, Tab.

cc subtiliori

subtiliori rationi. Non ergo debet haberi respectus ad qualitatem personæ, illam facientis, sed ad illam rationem, quod facit contra illos qui dicunt in receptionem opinionum illam sequendam sp esse opinionem gl. quod non placet, pro hoc est text. no. in l. 1. C. de ue. iu. enu. dñ dicit q. s. p. vnius & deterioris sententia potest & multos & maiores in aliqua parte superare, sic nō sp est sequenda multitudo sequentium unam opinionem. ut dicit ibi text. ad hoc dicit nota. Io. An. in c. 1. de consti. ubi dicit cōem esse sequendā, nisi notoriē malē dicat, uel rōnabiliter uinci pōt, quod bonus iudex accuratissimi ingenii existimabit, & facit d. l. 1. ubi uidetur hoc probari, & hoc nota q. a iudex potest interpretari legem seu canonem quō ad causam coram eo uertentē ut nota dicit Inn. in c. cum spirituali. de ap. pel. Tertiō nota fm Imo. in l. si finita §. illud. ff. de dam. infec. q. in difficultatibus & opinionibus doc. plurimum conferunt distinctiones, ideo in dubiis statur doc. distinguenti. l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. & c. literas. de rest. spo. & c. querenti. de offi. dele. Quartō nota dictam Ho. & Io. in c. 1. de priu. li. 6. ubi dicunt q. si quis referat opiniones contrarias prout cōsuevit, vñ ultimam sequi, si aliter non firmat aliā opi. Idē Bal. addens q. ultima opinio corrigat primam correctione probabili non necessaria, & hoc cōiter seruant boni Thomisti in doc. S. T. Quintō nota q. si quis iudex spreta opinione cōsecutus fuisset opinionem aliquorū non rectē intelligentium puniretur in syndacatu, sed mitius ut nota Bar. in l. si. C. de pœ. iudi. qui male iudi. Si uerō neutra eorum opinio sit cōiter approbata, sed pro utraq; parte sunt opiniones famosorum doc. tunc iudex sequendo ipsam opinionem non tenebitur in syndacatu fm q. uoluit Inno. in ca. ne innitaris. de consti. quē sequitur Bar. in d. l. si. quod est aerum in foro contemptioso, secus in foro conscientie in quo quæuis sint uariæ opin. tñ debet eligere quam uis fm eius cōsentiam, aliās quo ad Deum puniretur. Sextō not. fm Ia. de Bu. q. qñ cū gl. est aliquis doc. solennis, tñc illa opinio dñ cōis, & p̄t cū bona conscientia iudex sequi illam, & sic faciunt iudices ecclesiastici maximē in causis matrimonialibus, Septimō nota q.

quando una opinionum habet pro se lege aut antiquā consuetudinem approbatā, & alia non, dēt p̄ferri; si at pro nulla sit, uel p̄ utraq;, & tunc si potest concordari q. una teneat in uno casu, & alia in alio, dēt fieri. c. literas. de rest. spo. & c. cum expediat. de elec. li. 6. Octauō nota q. qñ una opinio sequitur rigore iuris scripti, & alia æquitate scriptam, ista debet præponi. ca. unico. de re. permu. li. 6. fallit in odium iudicorū contra quos rigor præfertur æquitati. c. 2. de iud. similitur magis est sequenda quæ soluit quàm quæ ligat, regula odia. li. 6. Nonō not. q. si sunt doct. theologi, canonistæ, & legistæ, in theologia sequimur theologos in iure canonico canonistas in iure ciuili legistas. uer. expositio. §. 3. & 4.

DE ORATIONE.

- 1 Oratio est duplex.
- 2 Orare quare oporteat.
- 3 Oratio an sit actus religionis.
- 4 Orari an debeat solus Deus.
- 5 In oratione an aliquid petendum sit determinate.
- 6 In oratione utrum sint petenda temporalia.
- 7 Orare pro aliis an debeamus.
- 8 Orare an debeamus pro peccatoribus.
- 9 Orandum an sit pro iustis.
- 10 Orare an debeamus pro inimicis.
- 11 Petitiones septem an conuenienter assignentur in oratione dominica.
- 12 Orare ad quos pertineat.
- 13 Oratio utrum debeat esse uocalis.
- 14 Oratio utrum debeat esse continua seu diuina.
- 15 Oratio an semper suum habeat effectum.
- 16 Peccatores an exaudiat Deus.

Oratio † est duplex. scilicet uocalis & mentalis, prima fm Casio. dñ quasi oris ratio, unde ex suo nomine oratio significat expressionem alicuius actus rationis per effectum oris idest per uocem, in de est q. sermones rethorici orationes dictūtur, & rethores, oratores. In ista autem oratione sunt tria scilicet dispositio orantis qua cogitat & determinat quid petere debeat, uel qua accedit ad illum qui est orandus. Secundō ipsa petitio. Tertiō consecutio petiti, siue coniunctio ad rem postula-

Aularam. Primum dē dispositionis orōnis.
 Secundum est orō, formaliter. Tertium est
 effectus orōnis. Trāslatum est autē ulterius
 hoc nomen orōnis ad significandum peti-
 tionē mentalem quā Deo aliquis facit, ue-
 lut iudici qui habet curā nostrorū actūū,
 quam Dam. sic diffinit dicens. Orō est peti-
 tio decentiū à Deo, & sic intendimus hic
 loqui de orōne, ubi notandum est q̄ sicut
 in oratione uocali sunt tria ut dictum est,
 ita in oratione mentali. Primū est dispo-
 sitio ipsius voluntatis ad petendum, & sic
 diffinit eam Dam. dicens orō est assensus
 mentis in Deum, & isto mō accipitur orō
 antecedenter, siue dispositiue. Secunda est
 ipsa petitio quæ est actus rōnis, & est orō
 formaliter, & propriè quam diffinit Aug.
 in li. de uerbis dñi dicens. q̄ oratio petitio
 quædam est, sicut ē accipit Dam. in diffini-
 tione posita supra. s. q̄ est petitio decentiū
 à Deo, quæ s̄m S. Th. 4. dist. 15. q. 4. ar. 1.
 quodl. 1. uerissimè essentiam orōnis decla-
 rat. Et de ista dispositione & petitione dicit
 Apost. ad Cor. 1. orātes & postulantes. ubi.
 S. Th. dicit, orō est ascensus mētis in Deū,
 postulatio uerò est rerum petitio, orō deb-
 et præcedere ut deorè petens exauditur
 sicut petentes præmittunt persuasiones ut
 inclinent, sed nos debemus præmittere de
 uotionem & meditationem &c. post ista
 duo sequitur impetratio seu gratiarū actio.

2. ¶ Primò s̄quare oporteat orare. Resp. s̄m S.
 Th. 2. 2. q. 83. ar. 2. q̄ oportet homines ora-
 re non ut per actus suos diuinam dispōnē
 immutent, sed ut id impetremus qd̄ Deus
 disposuit per orationes sanctorum esse im-
 plendum ut. s. homines postulando mereā-
 tur accipere quod eis Deus omnipotens an-
 te secula disposuit donare. ut Gre. dicit in
 li. Dya. & ut nos ipsi consideremus in his
 ad diuinū auxilium esse recurrendum, &
 ut fiduciam accipiamus recurredi ad Deū,
 & ut recognoscamus eum esse bonorum
 nostrorum autorem. vnde Criso. considera
 quanta tibi est concessa felicitas, quāta glo-
 ria attributa, orationibus fabulari cū Deo,
 cum Christo miscere colloquia, optare qd̄
 uelis, quod desideras postulare, & quando
 dicit Mat. 6. Nolite solliciti esse, intellectu-
 aliter de superflua sollicitudine.

3. ¶ Secundò s̄ vtrum oratio sit actus religio-
 nis. Respon. ubi supra ar. 3. q̄ sic ad religio-

nem. n. propriè pertinet reuerentiam & ho-
 norem Deo exhibere, & ideo omnia illa
 per quæ Deo reuerentia exhibetur, perti-
 nent ad religionem: per orationem autem
 hō Deo reuerentiam exhibet inquantum.
 Sei se subiicit & profiteretur orando, se eo in-
 digere sicut autore suorum bonorum. vnde
 manifestum est q̄ oratio est propriè reli-
 gionis actus. Et sicut desiderare aliquid à
 Deo quod pertinet ad charitatem est de præ-
 cepto, ut dictum est. uerū. charitas. 8. 20. &
 uer. deuotio. prin. in si. ita petere id est ora-
 re alium est de præcepto quod pertinet ad
 religionem. Mat. 6. petite & accipietis. hæc
 S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 3. ad 1.

4. ¶ Tertiò s̄ vtrum solus Deus debeat orari.
 Resp. ubi supra ar. 4. oratio porrigitur ali-
 cui dupliciter, uno mō quasi per ipsum im-
 plenda, alio modo sicut per ipsum impetrā-
 da. Primò quidem mō, soli Deo orationem
 portigimus, quia oēs orōnes n̄ræ ordinari
 debent ad grām & gloriā consequendā,
 quas solus Deus dat s̄m illud ps. Grām &
 gloriā dabit dñs, sed secundo modo, or-
 ationem porrigimus sanctis Angelis & ho-
 mnib. non ut per eos Deus n̄rās orationes
 cognoscat, sed ut eorū precibus & meritis
 orationes nostræ suū fortiantur effectū, &
 ideo d̄ Apoc. 8. q̄ ascendit fumus incenso-
 rum de orationibus sanctorum de manu
 Angeli coram Deo. Et hoc ē patet ex ipso
 modo quo ecclesia uocatur in orando: nam
 à sancta Trinitate petimus ut nostri mise-
 reatur, ab aliis autem sanctis quibuscuq;
 petimus, ut orent pro nobis: qui sancti s̄m
 Gre. 12. moralium, cognoscunt orationes
 ad eos factas in uerbo, etiam mētales, quia
 decet ut cognoscant quæ circa nos agun-
 tur de eis: à uiuis autem petimus colloquē-
 do, quia ipsi non cognoscunt uerbum in
 quo secreta cognoscant & non solum oportet
 superiores sanctos implorare, sed etiam
 inferiores alioquin etiam solius Dei mise-
 ricordia imploranda, contingit tamen q̄
 quandoque imploratio inferioris sancti
 efficacior est uel quia deuotius implorat,
 uel quia Deus uult eius sanctitatem de-
 clarare: ad illos autem qui sunt in purga-
 torio non fit oratio quia quamuis sint ma-
 iores quantum ad impeccabilitatem, sunt
 tamen minores quantum ad pœnam quam
 patiuntur, & secundum hoc non

sunt in statu orandi, sed magis ut oret p̄ eis.

5 ¶ Quarto ¶ vtrum sit aliquid petendum in oratione determinatè. Res. ubi supra ar. 5. q̄ sicut Max. Val. recitat. Socrates nihil aliud petendum à Diis immortalibus arbitrabatur quam ut bona tribuerent quia hi demum scirent quid unicuique esset utile, non autem plerumque id uoris expetimus quod non impetrasse melius foret. Quæ quidem sententia aliquo modo uera est quantum ad illa quæ possunt malum euentum hñe, quibus et homo p̄ bene, & male uti, sicut diuinitz quæ ut ibidem d̄ multis excidium fuerit: sunt tñ quædam bona quibus homo male uti non potest quia. s. malum euentum hñe non p̄nt, hæc aut̄ sunt quibus beatificamur & quibus beatitudinem meremur, quæ quidem sancti orando absolute petunt s̄m illud, ostende faciem tuam & saluati erimus. & iterum. Deduc me dñe in semitam mandatorum tuorum. nec obstat q̄ ap̄s ad Ro. 8. dicat. Quid oremus sicut oportet nescimus, quia ut S. Tho. dicit ibidem ad primum, licet hō ex se scire non possit quid erare debeat, sp̄s tñ in hoc adiuvat infirmitatem nr̄am q̄ inspiranda nobis facta desideria rectè postulare nos facit, unde dominus dicit Io. 4. q̄ ueri adoratores adorare oportet in spiritu & ueritate. Ad tria ualet ista determinatio. Primò ad hoc q̄ attentio orantis determinetur q̄ est plurimum in orōne necessaria. Secundò ut nobis innotescat desiderium nostrū, & quanto in ipso profecerimus. Tertio ut feruentius petamus, quia bona quanto particularius inspicuntur tanto feruentius concupiscuntur, in dubiis igitur debet hō eueram suam iactare in Deum, ne aliter expediat q̄ petatur diuino arbitrio relinquatur.

6 ¶ Quinto ¶ vtrum petenda sint temporalia in oratione. Respon. s̄m S. Tho. ubi supra ar. 6. quòd sicut Aug. dicit. ad proban. de orando Deum, hoc licet orare quod licet desiderare, non quidem principaliter ut in eis finem constituamus, sed sicut quædam adminicula quibus adiuuamur ad tendendum ad beatitudinem in quantum. s. per ea uita corporalis sustentatur & quantum nobis organicè deseruiat ad actus uirtutum, ut etiam philosophus dicit in 1. Ethic. Et iō pro temporalibus licet orare, & hoc est q̄

9 Aug. dicit quòd sufficientiam uitæ non in

decenter uult quisquis ea uult, & non amplius: quæ quidē nō appetitur p̄ seipsam, sed p̄ salutem corporis, & congruentem habitum personæ hoīs, ut non sit incontentiens eis cum quibus uiuendum est: ista ergo cum hñr ut teneantur, cum non hñr ut habeantur orandum est, & hoc est quod d̄ Mat. 6. Primum querite regnum Dei &c. & non queratis ista principaliter, unde superflua sollicitudo prohibetur non necessaria, unde debent perī secundū q̄ expediūt.

7 ¶ Sexto ¶ vtrum debeamus pro aliis orare. Res. ubi supra ar. 7. q̄ illud debemus orando petere quod debemus desiderare: desiderare aut̄ debemus bona non solum nobis, sed et̄ aliis, hoc. n. pertinet ad rōnem dilectionis quam proximis debemus impendere, & iō charitas hoc requirit ut pro aliis oremus. unde Chris. dicit super Mat. pro se orate necessitas cogit, pro altero aut̄ charitas fraternitatis hortatur: dulcior aut̄ est oratio ante Deum non quantum necessitas transmittit, sed quantum charitas fraternitatis commendat. unde Cipri. in lib. de oratione dominica, ideo non dicimus pater meus, sed noster, nec da mihi, sed da nobis, quia unitatis mater noluit priuari precem heri. ut, scilicet quis pro se tantum precetur. unū enim orare pro omnibus uoluit quoniā in uno omnes ipse portauit.

8 ¶ Septimo ¶ utrum debeamus orare pro peccatoribus. Res. ubi supra q̄ sic dicit S. Tho. pro peccatoribus et̄ orandum est ut conuertantur & pro iustis ut perseuerent & proficiant, orantes tñ non pro omnibus peccatoribus exaudiuntur, sed pro quibusdā, exaudiunt. n. pro p̄destinatis, non aut̄ pro p̄scitis ad mortem, sicut etiam correctio qua fratres corrigimus effectum habet in p̄destinatis non in reprobatis secundum illud Ecclesie. 7. Nemo potest corrigere quē Deus desepxit, & ideo dicitur, id est Io. 5. qui scit fratrem suum peccare peccato non ad mortem, petat & dabitur ei uita peccanti peccato non ad mortem, sed sicut nulli quamdiu uiuit hic subtrahendum est correctionis beneficium, quia non possumus p̄destinatos distinguere à reprobatis, ita etiam nulli est denegandum orationis suffragium. facit. uer. charitas. §. 1. 1.

9 ¶ Octauo ¶ vtrum sit orandum pro iustis. Respond. ubi supra q̄ sic triplici ratione.

Primò quidem quia multorū preces facilius exaudiunt. unde glo. ad Ro. 15. sup illud adiuetis me in orationibus uestris ait, unde rogat apostolus apud minores pro se orare, multi. n. minimi dū cōgregant unanimes sunt magni, & multorū preces imposibile est quod nō impetrēt, illud. s. quod est impetrabile. Secundò ut ex multis gratia agatur Deo de beneficiis quę cōferunt iustis, quę etiam in utilitatem multorum uergunt, ut patet p̄ Apostolum. 2. Cor. 1. Tertiò ut maioris non superbiant dum considerant se minorum suffragiis indigere.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum debeamus pro inimicis orare. Resp. ubi supra ar. 8. quod orare propriè charitatis est, unde eodem modo quo tenemur diligere inimicos tenemur pro inimicis orare, qualiter autem tenemur inimicos diligere dictum est uer. charitas. §. 12. & se. ut scilicet in eis diligamus naturam, non culpam, & quod diligere inimicos in generali est in præcepto, in speciali autem non, nisi secundum præparationē animi, ut scilicet homo sit paratus, etiam specialiter inimicum diligere, & eum iuuare in necessitatibus, uel si ueniam pateret &c. Sed dubium occurrit circa ista ultima uerba quę dicit. S. Th. in d. ar. 8. s. uel si ueniam peteret. Ita quod s̄m S. Thom. quando ueniam petit, tenetur ostendere si gna, sicut tenetur amico in articulo necessitatis. Queritur igitur quę sint ista signa, cum non sit in necessitate. & si dicatur quod tenetur ad aliqua, ad quę tunc non teneretur si esset amicus: ergo inimicus tunc erit melioris conditionis quàm amicus. Respon. quod tunc est articulus necessitatis ad inimicum qui non esset ad amicum. Si enim tunc non loqueretur ei uel non ostenderet aliquid aliud signum quod ostendat se non amplius esse inimicum, posset ille inimicus suspicari quod perseueraret in inimicitia propter suspicionem præteritę inimicitię & sic erit locus recidi uę inimicitię ex illa occasione, ex quo non inuenit locum uenire: quę occasio non habet locum in amico, & sic est solutum argumentum. hæc faciunt ad declarationem eorum quę dicuntur uer. caritas. §. 14. quod autem in scriptura iudicantur multe imprecationes contra inimicos sicut illud in Psal. Erubescant & conturbentur

Secunda Pars

tur omnes inimici mei conuertantur & erubescant ualde uelociter, & sancti petunt uindictam de inimicis secundum illud, Apo. ca. 6. usque quo non uindicas sanguinem nostrum: & aliquando licitè impugnant inimicos & similibus. Ad hæc rēdet. S. Th. ubi supra. Hęc imprecationes possunt primò intelligi secundum quod prophete solent in figura imprecantis futura prædicere. Secundò prout quædam temporalia mala peccatoribus quandoque à deo in correctionem mittuntur. Tertiò, quia intelliguntur petere non contra ipsos homines, sed contra regnum peccati, ut scilicet correctione hominum peccata destruantur. Quarto, conformando uoluntatem suam diuinę iustitię circa damnationem perseuerantium in peccato: & sancti dicuntur petere uindictam non uoce, sed ratione, sicut sanguis Abel clamauit de terra: Sanctos enim petere ratione uindictam, est passionem suam, quę sunt ratio ultionis, patentes habere, hoc enim modo sanguis Abel clamabat: rōne. Effusus enim patenter fraternus sanguis, ratio erat ultionis, & letantur de uindicta propter diuinam iustitiam, & licitè impugnantur inimici, ut compescantur à peccatis quod cedit in bonum eorum & aliorum, & sic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum ut corrigantur, & sic oratio & impugnatione non erunt contraria. Hic habes latum modum interpretandi sacram scripturam, quo ad imprecationes quibus appetitu recto aliorum mala nobis complacere possunt. Nam dempta prima expositio, quę optatum pro enuntiatum interpretatur, fiat pro fiet, reliquę ad effectum consentientis malo proximi spectant. Secunda quidam mala p̄ correctione hominum, ac per hoc, pro utilitate correctorum uel eorū uult. Tertia uerò mala pro destructioe regni peccati uult. Quarta autem mala, pro iustitia diuina uult. Et est sermo, semper de malo prenę. Et est hæc distinctio sumenda pœnes id, quod dicitur & respicitur à perēte, seu optate. uide uer. charitas. §. 12.

11 ¶ Decimò ¶ utrum conuenienter assignentur septē petitiones in orōne dñica. Resp. secundum. S. Th. ubi supra. ar. 9. quod sic, & declarat hoc modo, oratio dñica perfectissima est, quia sicut Aug. dicit ad probam.

Sum, Tab.

cc 3 Si

Si rectè & congruè oramus nihil aliud dicere possumus, quàm in ista oratione dominica positum est. q. n. oratio est quodammodo desiderii nostri interpres apud Deum: ita rectè solùm oratio petimus quæ rectè desiderare ualeamus. In oratione autem dominica non solùm petuntur omnia quæ rectè desiderata possimus, sed et eo ordine quæ desiderata sunt. ut sic hæc oratio, non solùm instruat postulare, sed et sit informativa totius nostri affectus. Manifestum est autem, quod primò cadit in desiderio nostro finis, deinde ea quæ sunt ad finem, finis autem noster Deus est in quem noster affectus tendit dupliciter. uno quidem modo prout uolumus gloriam Dei. Alio modo secundum, quod uolumus frui gloria eius, quorum primum pertinet ad dilectionem Dei qua Deum in seipso diligimus, secundum uero pertinet ad dilectionem qua diligimus nos in Deo, & ideo prima petitio ponitur. Sanctificetur nomen tuum, per quam petimus gloriam Deo non tamen hoc petitur quasi non sit sanctum nomen Dei, sed ut sanctum ab hominibus habeatur quod pertinet ad gloriam Dei in hominibus propagandam, secundum uero ponitur. Adueniat regnum tuum, per quam petimus ad gloriam regni eius peruenire. Ad finem autem prædictum nos ordinari aliquid dupliciter. uno modo per se, alio modo per accidens: per se quidem bonum quod est utile in finem. Est autem aliquid utile in finem dupliciter. uno modo directè, & principaliter secundum modum quo beatitudinem mereremur Deo obediendo, & quantum ad hoc ponitur. Fiat uoluntas tua: sicut in celo, & in terra. ita obediatur tibi ab hominibus in terra sicut ab angelis in celo, & istæ tres perfectæ implebuntur in uita futura. Alio modo instrumentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum, & ad hoc pertinet quod dicitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, siue hoc intelligatur de pane sacramento eius quotidianus usus proficit homini in quo et intelliguntur omnia alia sacramenta, siue et de pane corporali ut per panem intelligatur omnis sufficientia uictus: per accidens autem ordinamur in beatitudine per remotionem prohibentis: tria autem sunt quæ nos à beatitudine prohibent. Primum, quidè peccatum quod directè excludit

à regno, & ad hoc pertinet quod dicitur. Et dimitte nobis debita nostra. Secundo tentatio quæ nos impedit ab obseruatione diuinæ uoluntatis & ad hoc pertinet quod dicitur. Et ne nos inducas in tentationem per quam non perimus ut homo tætemur, sed ut à tentatione liberemur, uel non uincamur quod est in tentatione induci. Tertio poenalitas præsens quæ impedit sufficientiam uitæ, & quantum ad hoc dicitur. Sed libera nos à malo. his septem petitionibus, respondēt septem dona, & beatitudines secundum Augustinum in libro de sermone domini in monte dictis. Si timor Dei est quo beati fiunt pauperes spiritu, petamus ut sanctificetur nomen Dei in hominibus timore casto. Si pietas est qua Beati fiunt mites, petamus ut ueniat regnum eius, ut misericamur nec resistamus. Si scientia est qua Beati, quod lugebimus, ut fiat uoluntas eius, & sic non lugebimus. Si fortitudo est qua Beati sunt, qui esuriunt, oremus ut panis noster quotidianus deur nobis. Si consilium est quo Beati fiunt misericordes, debita dimittantur ut nobis nostra dimittantur. Si intellectus est quo Beati sunt mundo corde, oremus ne habeamus duplex cor. temporalia sectando de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est qua Beati sunt pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur, oremus ut liberemur à malo, ipsa enim liberatio libera nos facit filios Dei, & adduntur etiam eis fructus de quo uerbi fructus. §. fi.

12. ¶ Undecimò, † queritur ad quos pertineat orare. Responde. secundum S. Thomam ubi supra articulo. 10. & 11. quod oratio est actus rationis per quem aliquis superiorem deprecatur sicut imperium est aliquid superioris. unde illi propriè competit orare cui competit rationem habere, & superiorem quem deprecari possit diuinis autem personis nihil est superius, bruta autem animalia non habent rationem. unde nec diuinis personis neque brutis cõpetit orare. filius autem Dei dicitur orare secundum naturam assumptam, & modo etiam orat pro nobis uel petendo uel ostendendo patri humanitatem cum miseris eius. Sancti qui sunt in purgatorio secundum Sanctum Thomam. 2. ubi supra articulo. 11. & si sint superiores nobis quantum ad impeccabilitatem, sunt inferiores quantum ad penas & ideo non sunt in statu orandi pro nobis.

bis, sed magis, ut pro eis oretur ut dicit S. Th. Rom. 8. Sancti patres qui erant in limbo orabant pro uisitoribus ut dicit S. Th. ubi supra de Ieremia qui orabat pro Ierusalem, erant. n. superioris, & sine pena, non tamen uidebant orationes nostras in uerbo sicut nunc faciunt sancti, & quauis sit credibile, q. sancti uideant in uerbo à principio suæ beatitudinis orationes quæ sunt ad eos, nō tamen sciunt, quid sint interpretaturi, sed petunt quod estimat eorum orationibus implendum fm̄ Dei uoluntatem. Non dicimus tamen Christus ora pro nobis, sed miserere: quia supponit suppositū æternum, ut dicitur in tertio spiritus sancti dicitur postulare, quia postulantes nos facit, uel uero eorum uocantur inuocare Deum quantum ad naturalem desiderium quo omnia sub modo desiderant consequi bonitatem diuinam. Sanctis etiam conuenit orare, & Angelis beatis, quia cum oratio pro aliis facta ex charitate proueniat quantum sancti, qui sunt in patria, sunt perfectioris charitatis, tanto magis orant pro uisitoribus, qui orationibus iuari possunt, & quantum sunt Deo coniunctiores, tanto eorum oratio nes sunt magis efficaces. Habet enim hoc diuinis ordo, ut ex superiorum excellentia in inferiora infundatur sicut ex claritate solis in aerem. unde & de Christo dicitur ad Hebr. septimo accedens per semetipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis. Et propter hoc hic. contra uigilantium dicit, si apostoli, & martires adhuc in corpore constituti quando pro se adhuc debent esse solliciti, pro aliis orare, quantum magis post coronas, uictorias, ac triumphos, & hoc petunt quod existimant eorum orationibus implendum fm̄ Dei uoluntatem: non tamen orant pro se, quia omnia succedunt sibi ad uota. Dicit secundò, quod orant pro gloria corporis, quæ illis deest, sed est oratio improprie, id est naturale desiderium.

13. ¶ Duodecimò ¶ utrum oratio debeat esse uocalis. Respond. ubi supra art. 12. quod duplex est oratio scilicet communis, & singularis. Communis quidem est quæ per ministros ecclesie in personas totius fidelis populi Deo offertur, & ideo oportet q. talis oratio innoscat toti populo pro quo profertur, quod non posset fieri nisi esset uocalis, unde patet q. dicentes missas

pruatas ita submisit de industria, ut intelligi ab auditoribus nequeat, à rōne de uis, & inexcusabiles, nisi forte p accidens, corā aliis nō celebrer, tūc. n. sufficiens uideat si à seruitoribus proximis audiri possit, & hinc apparet qualiter ut dicitur, uel cātu, uel uoce siue nota in cōmuni oratione. s. iuxta deuotionem cōmune hoc tū semp seruato q. quocūque modo dicatur sic intelligibiliter dicatur, ut percipi possit à se, & ab aliis sensus uerborū distinctè, unde deuotio ecclesie excitari possit: oratio uero singularis est quæ offertur à singulari psona cuiuscūque, siue p se siue aliis, orāris, & de hōi orationis necessitate non est q. sit uocalis: adiungit tū uox tali orationi triplici ratione. Primò quidē ad excitandū interiorē deuotionē qua mēs orationis eleuat Deū, quia per exteriora signa, siue uocū, siue ēē aliquorū factorum mouetur mēs hōis fm̄ apprehensionē, & per cōsequēs fm̄ affectiōnē, & iō in singulari tantū est uocibus, & hōi signis uideū quātū proficit ad excitā dū interiorē mentē, si uero mēs p hoc distra hat uel qualitercūque impediā est à talib. cessandū qd̄ precipue cōtingit in his quorū mēs sine hōi signis est sufficienter ad deuotionē parata. Secūdo adiungit uocalis oratio quā ad redditiōnē debiti, ut. s. hō Deo seruiat fm̄ illud totum quod ex Deo habet. i. non solum mente, sed etiam corpore quod præcipue competit orationi secundū quod est satisfactoria. Tertiò adiungitur ex quadam redundantia ab anima in corpus ex uehementi affectiōe fm̄ illud p. Letatū ē cor meū, & exultauit lingua mea. adorare. §. 2. & 3. uerū. cātus. §. 11. & 22.

14. ¶ Decimotertiò, ¶ utrum oratio debeat esse continua seu diuturna. Resp. ubi supra art. 14. q. de oratione dupliciter loqui possumus uno modo fm̄ seipsā. Alio mō fm̄ cām suā, cā autē orationis est desiderium charitatis ex quo procedere debet, quod quidē in nobis debet esse cōtinuum uel actū uel uirtute: manet. n. uirtus huius desiderii in oibus q. ex charitate facimus, oīa autē dēmū gloriā Dei facere ut dicit. 11. Cor. 10. & fm̄ hoc oīo dēt ēē cōtinua: uñ Aug. dicit ad proban. in ipsa fide, & charitate cōtinuato, desiderio, semper oramus. unde dicitur aliquis cōtinuē orare, uel propter cōtinuitatem desiderii, ut dictum est, uel

quia non intermitit quin temporibus statim orat uel pp effectū, siue in ipso orante, qui ē post orationē remanet magis deuotus, siue etiā in alio, puta cum aliquis suis beneficiis prouocat alium, ut pro se orat, etiam quādo ipse habet orando cessat, & quiescit, sed ipsa oratio fm se considerata non potest esse assidua, quia oportet aliis operibus occupari, sed sicut dicit Aug. ibidem: ideo per certa interualla horarum, & temporum etiā uerbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus quantumcumq; in hoc desiderio profecerimus innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acrius excitemus, unaqueque aut rei quātitas debet esse proportionata fini, sicut quātitas potionis sanitati. unde & conueniens est, ut oratio tantū duret quantum est utilis ad exercitandū interioris desiderii seruerē, cum uerō hanc mensurā excedit: ita q; sine tedio durate non possit, nō est ulterius procedenda, & sicut hoc est attendēdū in oratione singulari per comparationē ad intentionē orantis: ita ē in cōmuni oratione per cōparationē de populi deuotionem.

15 ¶ Quartodecimō, † utrum oratio semper habeat effectum. Resp. ubi supra art. 15. q. effectus orationis est triplex, primus est quedam mentis spiritualis refectio, seu consolatio, & ad hanc requiritur actualis deuotio sicut ad gratiam sacramentalem. Secundus effectus est: quia est meritoria uitæ æternæ, seu fruitionis beatæ, & ad hanc requiritur habitus charitatis: oratio. n. sine gratiā gratū faciente meritoria nō est, sicut nec aliquis alius actus uirtuosus, & tñ ē oratio quæ importat gratiā gratū facientē procedit ex aliqua gratiā, quasi ex gratuito dono, quia ipsum orare est quoddā donū Dei, ut Aug. dicit in lib. de perseverantia, procedit. n. orō à caritate, mediāte religione cōcomitantib. quibusdā aliis uirtutibus quæ ad bonitatem orationis requiritur, s. attentione saltē virtuali. de qua uer. horę canonice. §. 29. & 31. humilitate, & fide. Ad religionē. n. pertinet ipsam orationē Deo offerre ad caritatē aut p̄tinet desideriu rei cuius cōplementū orō petit, fides est necessaria ex parte Dei quē oramus, qui ēt nos ad orandum inducit, ut. f. credamus ab eo nos posse obtinere, quod petimus: humilitas autē est necessaria ex parte ipsius peten-

tis qui suam indigentia recognoscit. Tertius effectus est efficacia impetrandi, quā habet ex gratia Dei, quem oramus. unde Aug. in lib. de uerbis dñi, non nos hortaretur, ut peteremus nisi dare uellet. Et Christo. nūquā orāri beneficia denegat, q; ut orātes ne deficiat sua pietate instigat. unde aliquā aliud est id qd petit, quā meritū orationis, ad hoc igit, ut ipsetur de necessitate, qd petit. Primō requirit, q; pro se petat, q; alteri nō pot mereri uitā æternā ex cōdigno, ideo ex cōsequenti, nec ea que ad meritū pertinent: pot aliquā aliquis ex condigno mereri alteri, & pp hoc nō semp ille auditur, qui pro alio orat. Secūddō q; sit utile ad salutē. i. piē orat, unde aliquā petēdo nō meretur illud, sed quq; hoc petēdo, & desiderādo meritū amittit, puta si petat à Deo cōplementū alicuius peccati, qd est nō piē orare: qñ uerō nō est necessariū ad salutē, nec manifestē saluti cōtrariū, & tñ licet orans possit orādo mereri uitā æternā, non tñ meretur obtinere, quod petit, unde Aug. in lib. sententiarum prosperi, ait. Fideliter supplicans pro necessitatib. huius uitæ, & misericorditer audit, & misericorditer nō audit, qd in firmo sit uile magis uouit medicus, quā egrotus, & pp hoc ēt Paulus nō est exauditus petēs amoueri simulū carnis: quia nō expediebāt. Si uerō id qd petitur sit utile ad beatitudinē hominis, quasi pertinet ad eius salutē meretur illud nō solū orando, sed ēt alia bona faciendo, & indubiātē accipit qd petit. s. qñ debet accipere, quēdā. n. nō negātur, sed ut congruo dētur tpe differuntur. Tertio, q; perseueranter. unde Basi. Ideo qñq; petis, & non accipis: quia perpetā postulasti, uel infideliter uel leuiter, uel nō cōferētia tibi, uel destitisti. hęc S. T. 2. 2. In 4. uerō di. 15. q. 4. ar. 7. quodl. 3. sic ait, oratio ex caritate semp habet efficaciam mōrēdi, sed nō semp habet efficaciam impetrādi: q; aliqd quod repugnat impetrationi in prouidētia Dei, ad quē oratur. & ad hęc impedimēta tollēda ponūtur quatuor conditiones p̄missæ quibus positus semp habet oratio efficaciam impetrādi. potest ergo impedimentum orationis esse, ex parte orantis si orationem inordinatē emittat, & quantum ad hoc remouendum dñ piē in quo importatur modus latitæ, quæ alio nomine pietas dñ fm quam

oratio modificari debet. s. ut sit deuota, fide-
lis, humilis, &c. quæ dicta sunt, uel ex eo
quod petitur: quia quæq; et petenti non expedi-
dit, ut dictum est de Paulo, & sic dicitur quod sit
ad salutem, uel ex parte eius pro quo petitur,
& hoc impedimentum uel est tunc quando oratio
fit, quod non potest esse quando oratio fit ab aliquo
pro seipso si pie petat, sed quando fit pro alio, &
ideo alia conditio, quæ fiat pro se, uel potest esse
post intermedium inter orationem, & consecra-
tionem petitionis, & hoc excluditur per hoc
quod dicitur perseveranter. & non. quod istæ condi-
tiones non hoc modo requiruntur ad efficaciam im-
petrandi quasi nihil impetraretur si aliquid desit,
quia et quæq; aliquis pro alio oras audi-
tur: sed quia his positis semper oratio effi-
cacia habet impetrandi: quia impetrationis uir-
tus magis est ex proposito eius, qui oratur,
quam ex orantis merito, & ideo peccatores quan-
que audiuntur quando eorum oratio diuino propo-
sito concordat. tamen sciendum, quod aliquando aliquis pie
petit, quod pietatis uirtutem non habet, sicut aliquis
aliquando iusta facit, qui iustitiam habitum non ha-
bet, & sic et peccatores aliquando pie orare,
quando igitur aliquis existens in gratia aliquid pro
se petit pertinens ad beatitudinem, & perseverat
in illa gratia, non est dubium quod accipiet.
16 ¶ Quintodecim, quod utrum Deus exaudiat
peccatores. Res. ubi supra ar. 16. quod in pecca-
tore duo sunt consideranda. scilicet natura quam dili-
git Deus, & culpa quam odit. Si ergo pecca-
tor orando aliquid petit in quantum peccator. i.
scilicet desiderium peccati in hoc a Deo non auditur
ex misericordia, sed quandoque auditur ad uindi-
ctam, dum Deus permittit peccatorem adhuc am-
plius ruere in peccata: Deus. n. quædam ne-
gata propitius, quæ concedit iratus. vt Aug.
dicit. oratione uero peccatorum ex bono na-
ture desiderio procedente Deus audit, non
quasi ex iustitia quia peccator hoc non mere-
tur, sed ex pura misericordia: obseruatis tamen
quatuor premisis in procedenti §. ut. si. pro-
se petat, necessaria ad salutem pie, & perseue-
rater. Et quauis peccator non possit pie ora-
re, quasi eius oratio ex habitu uirtutis in for-
metur, potest tamen eius oratio esse pia, quantum ad
hoc quod petit aliquid ad pietatem pertinens, sicut
ille qui non habet habitum iustitiae potest aliquid
iustum uelle, & quauis eius oratio non sit meri-
toria, potest tamen esse impetratio quia meritum
iunxitur iustitiae, sed impetratio ininitur
gratia, & non. quod oratio dominica profertur ex perso-

na coram ecclesia, & ideo si aliquis nollens dimitte-
re debita proximo dicat orationem dominicam non
meretur, quauis hoc quod dicit non sit uerum
quantum ad suam personam, est tamen uerum quantum
ad personam ecclesie extra quam est, merito &
fructu orationis caret: quandoque tamen aliqui pecca-
tores parati sunt suis debitoribus dimittere,
& ideo ipsi orantes exaudiuunt secundum illud Ecc.
28. Relinque proximo tuo nocenti te, &
tunc deprecanti tibi peccata soluentur, pro ali-
iis autem orare potest, & exauditur, ut persona
publica, uel secundum quod mouetur ali-
quo bono zelo. Quo est necessaria. uer. ho-
rae canice. princip. & uersicul. adorare §. 4.

DE ORATORIO.

1 Oratorium in forma ecclesie absque episcopi
auctoritate non licet habere, de aliis secus.

¶ Oratoria ad diuinum tantum cultum de-
dicata statuit & precepit sancta syn. Trid.
ab episcopis designanda esse & uisitanda, sess.
xxii. c. de obser. & cuit. in celeb. missæ. Fel. c.
sicut. cum seq. c. hic ergo. c. nullus presb. de
consec. dist. 1. L E O. à L E G E.

1 O ratorium in forma ecclesie, absque
auctoritate episcopi, non licet habere, si ue-
ro non sit in forma ecclesie, cuius
libet fidelis licet, non tamen debet ibidem missa ce-
lebrari nisi de licentia episcopi, & pro necessi-
tatem, non fiat inde preiudicium graue
ecclesie parochiali. Clericus autem quod sine aucto-
ritate episcopi in tali oratorio celebrauerit de-
deponi. de conse. di. 1. ca. uniuersiq; & duob.
sequentibus. Et non. secundum gl. Rai. quod concessa licen-
tia edificandi monasterium intelligitur &
concessa edificandi oratoria oportuna in-
fra septa eius. Not. et quod quilibet potest
propria auctoritate facere hospitale ad reci-
piendum pauperes sine oratorio tamen, &
talis locus non gaudet libertate ecclesiasti-
ca. uide uer. ecclesia. §. 1. & 3.

DE ORDINE SACRO PRIMÒ.

Ordo sacer utrum debeat esse in ecclesia.

Ordo sacer quid est.

Ordo sacer an sit sacramentum.

Et eius forma in quo consistat.

Ordines omnes utrum sint unum sacramentum.

In ordine an imprimatur caracter quantum ad
omnes ordines.

Ordines conferens indigno an peccet mortaliter.
Ordines

8 Ordines inferiores an de necessitate requirantur ad susceptionem superiorum.

9 Q. lines quot sunt.

10 Ordo an sit prima tonsura.

11 Psalmistatus an sit ordo.

12 Ordo an liberet à conditione seruitutis.

¶ Ordo facit est: unum ex septē sacris, gratiam, & absoluedi potestatem confert, in eo imprimitur character in anima. Ordinatio uerò à Christo instituta fuit, & est à proprio Epō facienda prudētibus uiris, petitis diuine legis, sibi ascitis, qui secū ordi mandorū genus, personā, etatē, institutionem, mores, doctrinā, & fidem diligenter inuestigent, & examinēt, & gratis exequantur. & qui aliter aduersus prædicta dixerit, anathema est, ex decretis sanctæ syn. Trid. quæ et statuit homicidā non esse ordinandū, nec eū qui bñficiū non habeat, aliud uel unde uiuere possit, aut confirmationē non suscipit, quiq; fidei erudimenta & linguā latinā non sūt edoctus, nec cum qui bonū testimoniū nō habeat, & in suo ordine nō fuerit uersatus. sess. xiiii. de refor. à c. i. usq; ad c. xiii. inclusiue. Ex c. qđ sicut. de elec. c. qm. 100. di. c. nullus. 9. q. 2. c. si. de tēp. or. c. indecorum. de eta. & qua. & c. ult. 75. dist. LEO. à LEGE.

1 **O**rdo † facit utrum debeat esse in ecclesia. Resp. secundū S. Th. 4. di. 2. q. 1. ar. 1. quodl. 1. q. sic ubi sit. Deus sua opera in similitudine producere uoluit quantum possibile fuit ut perfecta essent, & per ea cognosci posset, & ideo ut in suis operibus representaretur non solum sē, q. in se est, sed et sē q. aliis influit, hanc legem naturalem posuit, omnibus ut ultima p. media perficeretur, & media per prima. ut Dio. dicit, & ideo ut ista pulcritudo ecclesiæ non deesset posuit ordinē in ea ut quidam, aliis sacramenta traderent, suo mō, Deo in hoc assimilati quasi Deo cooperantes sicut etiam in corpore naturali quædam membra aliis insuunt.

2 ¶ Primò, † quid est ordo facit. Respon. ubi supra quodl. 2. q. ordo est signaculū quoddam ecclesiæ per quod spiritalis potestas traditur ordinato. que conuenit ordini secundū q. est sacramentum ecclesiæ, & ponitur ibi signaculum. i. signum quoddam, & significatur effectus interior ibi per qđ

&c. & non ponitur ibi signaculū sē p. characterē interiori, sed p. eo qđ exterior geritur cōfetur ordo qđ est signū interioris potestatis. i. characteris, & cā. & nō accipit hic ordo pro relatione, sed p. termino relationis.

3 ¶ Secundò, † utrum ordo sit sacm. Res. ubi supra quodl. 3. q. sic, q. sacm nihil aliud est quā quædā sanctificatio homini exhibita cū aliquo signo uisibili: unde cū in susceptione ordinis quædā cōsecratio homini exhibetur per uisibilia signa, cōstat ordinē esse sacm, & nō confetur sine aliquo signo materiali seu elemento. benedictiones monachorū, & Abbatū seu uinctiōnes Regū non sūt sacra, quia per huiusmodi non ordinantur ad dispensationē diuinorum sacramentorū sicut per ordines.

4 ¶ Tertiò, † queritur de forma sacramenti. Res. ubi supra quodl. 4. q. hoc sacm principaliter consistit in potestate tradita, potestas autē à potestate traducit sicut simile ex simili, & iterum potestas per usum innotescit quia potentia per actus notificantur, & ideo in forma ordinis exprimitur usus ordinis per actum, qui imperatur & exprimitur traductio potestatis per imperatiuū modū, forma igitur stat in illo uerbo imperatiuo in quo exprimitur traductio potestatis. Materia autē huius sacri uel esse id quod traditur in collatione huius potestatis, sicut sūt clauis, candelabra, & hmoi, & quauis sē aliquos cōtractus illorū nō sit de essentia, sed solū porrectio, tñ uerba uidentur ianuerē, q. sit de essentia.

5 ¶ Quartò, † utrum oēs ordines sint unum sacm. Res. ubi supra. q. 3. art. 1. quodl. 1. ad 2. q. sic aliquo modo: ubi sic ait, distinctio ordinum non est alicuius totius integralis in partes neq; totius uis, sed totius potestatis cuius hæc est natura, q. totum sē completam rationē est in uno, in aliis autē est quædam participatio ipsius, & ita est hic tota enim plenitudo huius sacri est in uno ordine. s. sacerdotio, sed in aliis est quædam participatio ordinis, & hoc significatum est in hoc, q. dominus dicit Numeri. 11. Moyse, Ausculta de spiritu tuo, & tradā eis ut sustentēt onus populi, & ideo oēs ordines sūt unum sacramentum unitate finis, & perfectionis secundū Pe. de pal. quia omnes ordinatur ad unam consecrationem scilicet corporis Christi.

¶ Quintò,

6 ¶ Quintò, ¶ utrum in ordine imprimatur character quatum ad omnes ordines. Ref. ubi supra, q̄ circa hoc fuit triplex opinio quidam enim dixerunt, q̄ in solo ordine sacerdotali character imprimatur, sed hoc non uidetur uerum, quia actum diaconi nullus potest exercere licite nisi diaconus, & ita patet, quòd habet aliquam spiritua-
 8 lem potestatem in dispensatione sacramen-
 7 torum, quam alii non habent, & propter hoc alii dixerunt, q̄ in sacris ordinibus im-
 9 primatur character, nō autē in minoribus, sed nec hoc est uerum, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur super plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sa-
 8 cramentorum dispensationem, sicut ostia-
 9 rii habēt potestatem admittendi homines ad diuinorum sacramentorum inspectionem, & sic de aliis. vnde cū character sit signum distinctum ab aliis, oportet quòd in omnibus character imprimatur, cuius signum etiam est quòd perpetuò ma-
 9 nēt, & nunquam reiterantur, & hæc est tertia opinio que cōmuniō est. Quò requi-
 9 ritur, vel præsupponit ad ordinē, bonitas, scientia, character baptismalis. vide uersic. clericus. 2. quasi per totū. Quomodo datur gratia in collatione ordinis. uersic. matrimo-
 9 nium. 2. in princip. Quò non est necessaria confessio actualis. uersic. confessio sa-
 9 cramentalis. §. 4. 1. Quò character confirma-
 9 tionis nō est de necessitate. ver. cōfirmatio
 9 sacramentum. §. 2. Quid sit character. uersic. eu. character per totum, quomodo exercēs
 9 actum ordinis in peccato mortali. peccat
 9 mortaliter. ver. suspensio. §. 1. uersic. corre-
 9 ctio. §. 4. hic uide quia melius, &c.

7 ¶ Sextò, ¶ utrum confers ordines indig-
 9 no peccet mortaliter. Resp. s̄m S. Thom. ubi supra quòd sic, quia nō fideliter dispē-
 9 sat dona Dei, & uergit in detrimentum ec-
 9 clesie, & honoris diuini, & sufficit q̄ nes-
 9 ciat ordinās aliquid contrariū sanctitatis
 9 esse in ordinando: requiritur tamen, ut ap-
 9 ponat curam, ut habeatur certitudo de
 9 qualitate saltem per testimonium alterius
 9 & eadem ratione dicit D. Arc. Flor. præ-
 9 latus religiosorum qui faciunt scienter ad
 9 ordines promoueri indignum, peccare
 9 mortaliter, & etiam consulentes & præ-
 9 sentantes, quia cooperantur ad malum. 2.
 9 quæstio. 1. c. notum. concor. Alber. addens,

quòd non solū ordinans indignum, sed etiam qui promouet ad curam pastorem. Nec sufficit secundum Alber. non scire eos esse malos, sed requiritur, ut scias esse bonos per talem rationem qualem possibile est haberi per hominem.

8 ¶ Septimò, ¶ utrum ordines inferiores de necessitate requirantur ad receptionē su-
 9 periorum. Resp. ubi supra quòd non, ubi
 9 ait, potestates istæ sunt distinctæ, & una
 9 quantum est de sui ratione non requirit
 9 aliam in eodem subiecto: & ideo etiam in
 9 primitiua ecclesia aliqui ordinabantur in
 9 presbiteros qui prius inferiores non sa-
 9 sceperant, & tñ poterant omnia quæ in-
 9 feriores ordines possunt, quia inferior pote-
 9 stas comprehenditur in superiori uirtute
 9 sicut sensus in intellectu, & ducatus in re-
 9 gno, sed postea per constitutionem eccle-
 9 siæ determinatum est, quòd ad maiores se
 9 non ingerant qui prius in minoribus offi-
 9 ciis se non humiliauerunt, & inde est quòd
 9 q̄ ordinantur per saltum s̄m canones non
 9 reordinantur, sed id quod ommissum fuerat
 9 de præcedētibus ordinibus, eis confertur.

9 ¶ Octauò, ¶ quot sunt ordines. Resp. ubi
 9 supra, q̄ ordo si propriè sumatur s̄m q̄ or-
 9 dinatur ad sacm̄ eucharistiæ sunt septem,
 9 quatuor. s̄. minores, ut hofliarius, lector,
 9 acolitus, & exorcista, & tres sacri. s̄. sub-
 9 diaconus, diaconus, & presbiter quod de-
 9 clarat Sanct. Thom. dicens, ordinis sacra-
 9 mentum ordinatur ad sacramentum eu-
 9 charistiæ quod est sacramentum sacramen-
 9 torum, ut dicit Dio. sicut enim templum
 9 & altare & uasa & uestes, ita & ministeria
 9 quæ ad eucharistiæ ordinantur consecra-
 9 tione indigent, & hæc consecratio est or-
 9 dinis sacramentum: & ideo distinctio or-
 9 dinis est accipienda secundum relationem
 9 ad eucharistiæ, quia potestas ordinis,
 9 aut est ad consecrationem eucharistiæ, aut
 9 ad aliquod ministerium ordinatum ad
 9 hoc: si primo modo est ordo sacerdotum:
 9 & ideo cum ordinantur accipiunt cali-
 9 cem cum uino, & patenam cum pane,
 9 potestatem accipientes consecrandi cor-
 9 pus & sanguinem Christi. Cooperatio
 9 autem ministrorum est, uel in ordine
 9 ad ipsum sacramentum uel in ordine
 9 ad accipientes. Si primo modo tripli-
 9 citer. Primò enim est ministerium quo
 9 minister

minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento quantum ad dispensationem, licet non quantum ad consecrationem, quam solus sacerdos facit, & hoc pertinet ad diaconum. unde Magister sententiarum dicit, quod ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi. unde ipsi sanguinem dispensant. Secundum est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasibus ipsius sacramenti, quod hoc pertinet ad subdiaconum. unde Magister dicit, quod vasa corporis, & sanguinis domini portantur & oblationis in altari ponunt, & ideo accipiunt calicem de manu episcopi, sed vacuum, cum ordinantur. Tertium est ministerium ordinatum ad presentandum materiam sacramenti, & hoc competit accolito, ipse enim uti Magister dicit. urceolum cum vino, & aqua praeparat. unde accipiunt urceolum vacuum, sed ministerium ad preparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super immundos, quia qui mundi sunt iam sunt ad sacramenta recipienda idonei: triplex est autem genus immundorum: ut Dion. dicit, quidam enim sunt omnino infideles, credere non volentes, & hi totaliter etiam a visione diuinorum, & a cetero fidelium arcendi sunt, & hoc pertinet ad hostiarios. Quidam vero sunt volentes credere, sed nondum sunt instructi scilicet catechumini, & ad horum instructionem ordinatur ordo lectorum, & ideo prima rudimenta ad doctrinam fidei ueteris testamenti legenda committitur. Quidam vero sunt fideles, & instructi sed impedimentum habentes ex demonis potestate, scilicet energumini, & ad hoc habet ministerium ordo exorcistarum, & sic patet ratio, & numerus, & gradus ordinum.

10 ¶ Nonum, ¶ utrum prima tonsura siue corona sit ordo. Respon. si loquamur de ordine proprie in quantum est sacramentum, & in primiti characterem, sic prima tonsura non est ordo secundum Theologos, & propter hoc iura inter ordines non poluerunt primam tonsuram. 32. di. c. seria im. 77. di. c. illud. 93. di. c. subdiacono. Si uero loquamur de ordine cōiter non ut est sacramentum, sed prout est deputatio seu dispositio ad diuinum cultum, sic secundum praedictos Doct. est ordo, & ita nominatur de aeta. & qual. c. cum cōtin

gat. sed quia dicit ibi Ber. quod est idem quia Psalmi status non est uerum. ut patet in sequentibus. §. Et nota secundum Pe. de pal. quod est dispositio ad ordines congruitatis, sed ad beneficia vel iurisdictionem ecclesiasticam est necessitatis, quia talia non cadunt in laicum.

- 11 ¶ Decimum, ¶ utrum Psalmistatus sit ordo. Res. secundum S. Th. ubi supra, quod non, sed officium ordini annexum, quia Psalmi cum ceteris pronuntiantur. ideo dicitur Psalmista, & cantor. cantor autem non est nomen ordinis specialis, tamen quia cantare pertinet ad totum chorum, tamen quia non habet aliquam specialem relationem ad eucharistiae sacramentum, tum quia officium quoddam est quod inter ordines largo modo acceptos computatur aliquando. Quo episcopus non est etiam proprie ordo. ver. episcopus. §. 8.
- 12 ¶ Undecimum, ¶ utrum ordo liberet a conditione seruili. Res. secundum Ray. non solum episcopalis dignitas, sed et sacerdotalis liberat a conditione uel a fortuna seruili uel ascriptitia. di. 54. si seruus, & secundum canones etiam a curiali fortuna siue vinculo, quia ut dicitur est liberat a seruili quae fortior est. di. 54. c. frequens & c. ex antiquis. unde quantum ad hoc non tenet d. ca. si seruus, quia istud est quaedam lex quae reuocatur per ius canonicum secundum glo. ibi rationem tacitam. ver. episcopus. §. 21.

DE ORDINE SECUNDO
quod ad ritum, & tempus.

- 1 Instrumenta exhibita in ordinatione utrum sit necesse corporaliter tangere.
- 2 Quando quis ordinatur, & sit manus impositio an sufficiat eleuatio manuum uel requiratur tactus corporalis.
- 3 Ordines plures an possint eodem dei conferri.
- 4 Ordines quibus temporibus conferantur.
- 5 In ordinatione aliquid omittatur, an totum reuerari debeat.
- 6 Ordinis substantialia quae sint.
- 7 Character in quo actu imprimatur.
- 8 Potestati collatio sacerdoti quando fiat.
- 9 Potestatis collatio in diacono quando fiat.
- 10 Et quando in subdiacono.
- 11 Accoliti actus qui sint.
- 12 Lectori, hostiario, & exorcistae quando character imprimatur.
- 13 Instrumenta an recipere debeant ordinandi de manu episcopi.
- 14 Ordo episcopatus quando suscipiatur.
- 15 Episcopus si faciat actus, & alius dicas
- uerba

uerba nihil sit.

- 16 *Euangeliorum libri traditio an sufficiat etiam pro profesis.*
 17 *Cogi an possit quis ad ordinis, & ita coactus an recipiat characterem.*
 18 *Coactus ad ordinem an teneatur continere.*

1 **O** Rdo secundò, † quo ad ritum, & tēpus. Et queritur primò vtrum sit necesse instrumenta in ordinatione exhibita tangere corporaliter. Resp. Em S. Th. 4. dist. 24. q. 1. ar. 1. quodl. 5. ad vltimū q̄ in hoc sunt duæ opiniones. Prima est Albe, qui dicit, q̄ non, sed sufficit porrectio. Alia dicit, q̄ est necessarius tactus: vt patet in aliis sacramentis, & hanc dicit S. Th. esse probabiliorem, eo q̄ dicitur, quando ordinantur, Accipite hoc vel illud vel accipe, & quamuis illa sit securior, tamen S. Th. nō reprobat primam, sed dicit respōdendo, q̄ porrectio est magis de essentia quā tactus, tamen ipsa verba formæ vidētur ostendere, q̄ tactus materiæ sit de essentia sacramenti, quia dicitur accipe hoc vel illud, quare autem tactus sit de necessitate in aliis sacramentis puta baptismo, & non in ordine, assignat S. Tho. in corpore articuli rationem dicens, q̄ tactus in aliis sacramentis adhibetur vt causa. scilicet instrumentalis, in hoc autem non, sed solum ad determinandum potestatem que traditur Pet. de palu. tenet simpliciter, q̄ est necessarius tactus. Alber. uerò tenet simpliciter, q̄ sufficit porrectio. Archie. Flo. tertia ti. 16. c. 14. recitat vtranque, & videtur declinare, q̄ sit necessarius, sequens in hoc Pet. Ex quibus patet questionem esse dubiam, maxime quia S. Tho. laudando secundam, soluit tamen rationem eius dicendo, q̄ non est eadem ratio in ordine, & aliis sacramentis, vnde ante factum consulerem ut fiat cum tactu quia magis securum, post factum tamen tenerem simpliciter primam, & nullo modo esse reiterandum, propter reuerentiā sacramenti, & potest stare securus, ex quo habet vnam opinionem maximi doctoris, & S. Tho. soluit rationem alterius, in quo innuit, q̄ alia opinio non est condemnanda. Quidam dicunt indubitanter esse tenendam secundam in hoc plus sapientes, quā sapiat S. Tho. & contra Albe. determinantes, sed dic vt prius. Nota, etiam, q̄ etiam

secundum illam opinionem que tenet tactum esse necessarium, secundum etiam eandem sufficit quocunque modo tangat siue per vnam manum siue per vnum digitum solum, & huiusmodi, siue tangat partem calicis siue patenæ, & similia.

- 2 **¶** Primò, † vtrum quā quis ordinatur, & sit manus impositio sufficiat eleuatio manū vel requiratur tactus corporalis. Resp. quidam dicunt q̄ non, sed sufficit sola manus extensio. ar. ff. de acquir. poss. l. quod meo. Alii dicunt, q̄ necessarius est tactus. ar. c. si. de sac. non rei. ibi in tex. tactus corporalis, huius opinionis est Goff. & Host. Pan. recitat vtranque, & magis approbat secundam propter tex. d. c. fin. Archie. Flor. dicit quod quamuis debeat fieri, tamen nō est de substantia, ego aut consulerem, quod studiosè fiat ut in pastoralibus nouiter correcto de commissione, vt dicit Inno. ultimi, est notatum, & post factum iter securus, siue fuerit facta sola eleuatio siue tactus, &c.
- 3 **¶** Secundò, † vtrum plures ordines possint eodem die conferri. Respon. ordines minores cōferri possunt omnes vni personæ eodem die, nisi contrarium obtineret consuetudo ecclesiæ que non seruata scandalum generet. Prima uerò tonsura, & quatuor minores eidem, eadem die, conferri non debent secundum Innoc. & Host. in c. de eo. de tempo. or. glo. tamen in eo. c. tenet, quod omnes minores simul, eadem eodem die dari possunt, facit pro ea. text. d. c. de eo. tu uerò dic consuetudinem esse seruandā que communiter habet, quod eadem die uni personæ possit conferri prima tonsura cum omnibus minoribus usque ad subdiaconatum exclusiue, & sic communiter practicatur, vnus autem ordo sacer cum quocunque minorum, vel duo sacri, nullo modo debent conferri eadem die uni personæ, nec in hoc dispensari potest cum aliquo nisi de licentia Papæ. secundum Hostien. & Inno. cap. dilectus, de temp. ordi. & qual. ord. & reputatur eadem dies etiam, si continuaret ieiunium usque ad diem dominicam. falsit hoc secundum Ber. in episcopo qui in sabbato potest in sacerdotem ordinari, & in dominica sequenti in episcopum consecrari. Nota tamen secundum Do. Archie. Flo. quod hoc non est de substantia, scilicet, quod diuinus recipiat. alle. q̄ translationem,

tionem, de tempo. ordi. confirmatur quia si esset de essentia non posset etiam fieri de licentia Papæ. Et debent conferri ordinatè à prima tonsura usque ad episcopatû, qui ordines sunt prima tonsura, exorcistatus, lectoratus, hostiariatus, acolitatus, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, & episcopatus, de pœna istorum contrafactentium. vide uer. irregularitas 4. §. 2. in fi.

4 ¶ Tertiò, ¶ quibus temporibus debeant ordines conferri. Respond. quòd prima tonsura potest dari omni tempore secundùm Hostiensem, & sequitur Do. Anto. in cap. consultationi, de tempo. ordi. Minores ordines potest Episcopus quilibet, in diebus dominicis, dare vni uel duobus, & non pluribus secundùm Hostien. d. cap. de eo, ubi est text. sed Innocen. & Goff. ibidem tenent, quòd etiam pluribus dummodo non videatur ordinationem generalem facere, & aliis festiuis secundùm quosdam de quibus in cap. sin. de feris. uel secundùm alios in illis festis in quibus virgines consecrari possunt, & Hostien. dicit hoc esse tutius. tex. tamen in d. c. de eo, dicit in dominicis diebus, & aliis diebus festiuis, & eos potest dare Abbas eisdem temporibus secundùm Do. Anto. in d. c. de eo: imò secundùm Hostien. melius est ut conferat his diebus ne uideatur generalem ordinationem facere. Papa cõfert in omnibus dominicis subdiaconatum, & aliis festis præcipuis. dist. 95. c. sin. & Hostien. dicit in d. c. de eo, quòd omnes ordines, & omni tempore potest Papa conferre. at. c. ad honorem. de auct. & usu pal. Alii ordines debent dari ab episcopis tantum in sex temporibus anni, scilicet in sabbatis, quatuor temporum anni, & in sabbato medix quadragesimæ, scilicet ante dominicam de passione, & in sabbato sancto. 75. distinct. per totum, & extra de tempo. ordi. per totum concor. S. Thom. 4. distinct. 25. in expositione literę hoc tamen tempus non est de substantia ordinis. cap. sanè de tempo. or. de pœna dantis, uel recipientis ordines sacros extra ista tempora. vide uer. irregularitas 4. §. 16. conclusione 18. De ordinante ante legitimam ætatem, infra versicu. ordo tertio. §. secundum. Non debet conferri post prandium collata tamen tenent secundùm Hugo. 75. distinct. ordinationes, & si in sabbato continue

tur ieiunium possunt dari in dominica sequenti, etiam si sint sacri, & dicitur ieiunium continuari sic, quòd si quis eorum scilicet ordinans uel ordinatus sabbato celebret nõ sumat nisi corpus, & sanguinem, & ablutionem. cap. quod à patribus. 75. distinct. loquitur de ieiunio ecclesie quod per huiusmodi ablutionem non soluitur. vide aliquid. uer. consecratio. 1. fin. Episcopus consecratur die dominica hora tertia, de quo. uer. consecratio. 1. & versicu. confirmatio. §. duodecimo.

5 ¶ Quattò, ¶ quid si aliquid in ordinatione omittatur. Respond. secundùm Ray. si aliquid dimittatur quod sit de substantia aut etiam si dubitetur utrum sit de substantia, totum debet iterari quasi nihil sit factum: nõ enim intelligitur iteratum quod dubitatur esse factum. de conse. dist. 1. c. solemnitates. Si autem commissum est id de quo expressum est, quòd non est de substantia non debet ordinatio reiterari sed quod omissum est, debet statuto tempore cautè suppleri de sa. ite. cap. presbyter, & c. 1. con. cor. Innocen.

6 ¶ Quintò, ¶ quæ sunt illa quæ sunt de substantia. Respon. secundùm Ray. expressum est, quòd non est de substantia tempus ordinationum de tempo. ordi. cap. sanè. Item nec ætas. 77. dist. subdiaconus. Item nec uentio. de sa. vn. c. 1. & de sa. ite. cap. 1. Item quod ordinandus in presbyterum uel diaconum recipiat impositionem manus episcopi, scilicet tactu corporali. de sac. non ite. c. fina. Item, quod ordo recipiatur à proprio episcopo uel quòd non recipiatur simul, sed seruatis in tertitiis de tempo. ord. quòd translatio, & cap. literas, & 9. q. 2. cap. Lugdunensis. & communiter tenetur quòd non est de substantia, quòd uel ordinans uel ordinandus sint ieiuni. Sũt alia de quibus nescitur utrũ sint de substantia. ut missa, tamen uidetur communius, quòd non sit de substantia, ut not. per Doct. in c. quòd dicitur. de elec. de minoribus est certum, quòd non. ut consuetudo declarat. Item not. quòd ubi diuisi sunt actus, & diuersi non est iterandum, sed supplendum sicut in ordinatione sacerdotis, alius actus est tenere manus super caput alius ei dare calicem, & patenam quoruũ si aliquid fuerit legitime factum non est reiterandum, quidam tamen dicunt, quod hæc duo,

diō, scilicet de calice, & patena non sunt supplenda, quia non sunt de substantia, sed securius est, ut suppleantur immo cum sm S. T. & Pe. de Pa. sit de essentia, & saltē sm omnes sit dubium, de necessitate totum est reiterandum. Item si pars orationis omiſsa est à capite inchoāda est: multæ tamē sunt orationes, quæ non sunt de substantia ordinis, unde tales nō sunt iterandæ. Item si tm̄ una manus iuncta est postea solius alterius manus inunctio supplenda est, & ubi in oratione dicitur manus in plurali, dicitur in singulari, & si est facta inunctio in aliquo, & non est dicta oratio, uel e contra repetendum est utrunque: quia actus nō sunt diuisi cum in oratione fiat mentio de unctioe. Itē quod omiſsum est debet suppleri per eū, qui ordinauit, quod si fieri non pōt per alium suppleri pōt. Item si episcopus ordinando ex infirmitate deficiat per eum postea, uel per alium inchoabitur ubi ipse dimiserat, nisi sint aliqua coherentia, ut unctio, & oratio, ut dictum est, uel nisi unus sit actus, ut in forma consecrationis eucharistiæ cuius parte iam dicta si deficiat minister per alium reincipitur forma ab illo loco, qui pridie, &c. ut dictum est. uer. missa. §. 29. & cap. 5. Item quod dictum est obmiſsum cautē suppleri Host. dicit, quod fiat tempore ordinationis, & ueniat patiens defectum quasi administrans episcopo, & non erit inunctio episcopi reiterare, & fiat bono modo sine scādalo quantum possibile est, & quousque sit suppletum non exequatur dictum ordinem. § 2. dif. sollicitudo. de sac. ite. c. 1. & ibi glo. Nota tamen quod omnia quæ sunt in pastoralis debent intelligi esse de essentia nisi pateat in iure quod non sunt, nisi forte quædam minima, & si est de essentia, uel dubitatur, quod sit de essentia, totum est reiterandum quod dubitatur esse factum, ut dictum est. Si autē omiſsum est id de quo expressum est, quod non est de substantia non debet ordinatio reiterari, sed quod dimiſsum est suppleri, de sa. ite. c. 1. & 2. nisi sit aliquod minimum ut dictum est. Et not. quod secundum Theo. illa dicuntur esse de essentia in quibus imprimitur character.

¶ Sexto, in quo actu imprimatur character, ubi nota secundum S. Tho. 4. distin. 24. q. 2. ar. si. Primò in communi, quod eiusdem

est formam aliquam, siue potestatem inducere, & materiā de proximo præparare ad formā. vnde eps in collatione ordinū duo facit. præparat. n. ordinandos ad ordinis susceptionem, & ordinis p̄tatem tradit: præparat quidem, & instruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando, ut idonei sint, potestatem accipiendi, quæ quidē præparatio in tribus consistit. s. benedictione, manus impositione, & unctioe. per benedictionem diuinis obsequiis mancipando, & ideo benedictio omnibus ordinandis datur: sed per manus impositionem datur plenitudo gratiæ per quam ad magna officia sint idonei, & ita solis diaconibus & sacerdotibus fit manus impositio: quia eis cōpetit dispensatio sacramentorum quamuis vni, ut principali, alteri, ut ministro: sed unctioe ad aliquod sacramentum tractandū consecrantur: & ideo unctio solis sacerdotibus fit, qui propriis manibus corpus Christi tangunt, sicut & calix inungitur, qui cōtinet sanguinem, & patena quæ corpus. hec S. Th. & Pet. de pal. sic ait. aliquorum ordinum est tantum unus actus, seu officium, aliorum uerò ordinum sunt plures actus, quorum tamen unus est principalior altero. in ordinibus ergo illis in quibus est unus actus, character imprimitur in traditione instrumenti pertinentis ad actum illum, sicut hostiario in traditione clauium, lectori in traditione libri exorcismorum cum forma verborum. In ordinibus uerò quorum sunt plures actus imprimitur character in collatione instrumenti pertinentis ad principalem actum. ille autem actus est principalior, qui immediatus ordinatur ad sacramentum eucharistiæ.

¶ Septimò, ¶ secundò in particulari, & primò de sacerdote, de quo dicit S. Th. ubi tu præ potestatis collatio fit per hoc, quod datur ei aliquod, quod ad proprium actum illius ordinis pertinet: quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus, & sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma determinata uerborum character sacerdotalis imprimitur. hæc lile. & in responsione ad quartum ait: dominus discipulis dedit sacerdotalem potestatem quantum ad principalem actum ante passionem in cœna, quando dicit, Accipite, & manducate: vnde subiunxit. Hec facite

facite in meam commemorationem, sed post resurrectionem dedit eis sacerdotalem potestatem quantum ad actum secundarium, qui est ligare, & solvere. hæc ille. & sic patet quod sacerdos habet duplicem potestatem. scilicet consecrare, & absolueri, ratione primi recipit proprium characterem in receptione calicis præparati. recepto uero caractere sacerdotali cum aliis dispositionibus, & in unctione accipit, postea in ultimo impositione manuum ab episcopo dicente. Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata, &c. & in hoc accipit potestatem absoluendi. Notum quod Pet. Canonista, & San. Bona. tenent quod imprimitur character sacerdotalis in impositione manuum, sed Petr. de palu. tenent cum Thom. & melius. Angelica uero uersio. ordo 1. §. 7. dicit quod non credit de impositione manuum: quia non est de substantia per cap. fin. de sa. iter. Ad quod possit responderi. Primum quod quamuis non sit de substantia primæ potestatis. scilicet consecrationis, est tamen de substantia absolutionis. Secundum quod sacerdoti bis fit impositione manuum, & ille tex. uidetur loqui de prima. Secunda autem est quando recipit potestatem absoluendi, & quamuis totus ordo non sit reiterandus, si uult tamen habere potestatem absoluendi, quæ datur in ista ultima impositione, ut patet ex forma eius necesse est si fuit dimissa ista secunda impositio, quod suppleatur nec sunt duo characteres, uel duo ordines, sed unus cum maiori potestate sicut etiam ordo sacerdotalis, & episcopalis.

9 ¶ Octauo, ¶ de diacono dicit S. Tho. ubi supra. Potestas diaconi est media inter potestatem subdiaconi, & sacerdotis. Sacerdos enim directè est super corpus Christi, subdiaconus super uasa tantum, sed diaconus super corpore in uase contento, unde eius non est tangere corpus Christi, sed portare in patena, & dispensare sanguinem cum calice, & ideo eius potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem uasis tantum, nec per dationem materie, sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium in hoc, quod datur sibi liber euangeliorum, & in hac potestate intelligitur alia, & ideo in ipsa libri datione imprimitur character. Sed S. Bona. & Pe. Cano. dicunt, quod imprimitur cara-

cter in manus impositione. ar. cap. diaconus. & c. clericos. sed Ricar. tenet cum Sancto Tho. & melius.

10 ¶ Nono, ¶ de subdiacono dicit Pet. de pal. & habet etiam duos actus sicut diaconus, scilicet legere epistolam, & materiam eucharistiæ ordinare, & præparare in uasis sacris, & quia secundus actus est principaliter, ut de se patet: ideo imprimitur character in traditione calicis, & patenæ uacuz. hæc ille. concor. S. Tho. ubi supra.

11 ¶ Decimo, ¶ de acolyto dicit S. Tho. principalis actus acolyti est quo ministrat in urceolo, quam quo ministrat in candelabro quamuis denominetur ab actu secundario pro hoc, quod est magis notus, & magis proprius ei, & ideo in datione urceoli uacui imprimitur character uirtute uerborum ab episcopo pronunciatorum. hæc ille. habet enim duos actus, scilicet portare ceream, & porrigere aquam, & uinum in urceolis ad sacramentum eucharistiæ: quia iste secundo est principalior, ideo &c. quidam tamen dicunt, scilicet Pet. & Abb. quod imprimitur in porrectione candelabri, sed prima est uerior secundum Do. Archie. Floren.

12 ¶ Undecimo, ¶ de lectore, hostiario, & exorcista. dic secundum D. Archie. Flor. post S. Tho. & Pet. de pal. lectori imprimitur character in traditione profetatum: quia eius officium est profetas legere, & cathecuminos, prima rudimenta docere, hostiario uero in traditione clauium: quia eius officium est dignos ad sacramenta recipere, & indignos excludere. Exorcista cum recipit librum exorcismorum, eius enim officium est exorcismos memoriæ commendare, & manus super cathecuminos, & energuminos ponere.

¶ Nonò, † utrum pactum quod est contra substantiam contractus, nec continet turpitudinem ualeat. Resp. Angelica. uer. pactum. §. 8. recitando quendam Fran. in re petitione. l. fi. C. de condi. ob. causam, dicit quod si ponatur per uiam modi uiciatur & non uiciatur. unde pactum quod precarium dicitur inuito domino non ualet, ut in c. precariū. de precari. & l. cum precario. ff. de preca. similiter si constituo procuratorem, & promitto non reuocare non ualet, ita dicit Bar. in l. cum precario, & si sub pœna promissum non tenetur ad pœnā, reuocando, facit glo. c. 2. de consue. lib. 6. Sed si ponatur per uiam conditionis non uiciatur, sed uitiat. c. fi. de condi. apo. Pan. uerò in d. c. si potuit, uniuersaliter, quod quando conditio est contra substantiam actus uitiat ipsum actum, siue sit per uiam modi, siue per uiam conditionis, siue resolutiue, siue suspensiue, siue etiam in matrimonio, quod est ualde fauorabile: ratio est, quia remota substantia alicuius actus remouetur & ipse, nam sine substantia nihil potest subsistere. ad hoc. c. tua. de spon. unde ad cognoscendum substantiale alicuius contractus debemus semper uidere utrum actus ille sine illo possit consistere, pro hoc nota. Bar. in l. prolaram. C. de sen. & inter. om. iu. uide uer. matrimo-

nium. 2. §. 3. & 11. & uersicu. conditio. per totum.

¶ Decimò, † utrum pactum de hæreditate uiuentis ualeat. Respon. quod non, regulariter, quia inducit uorum captandæ mortis, ut l. fin. C. de pac. & per Bal. in li. de uisib. feu. & per Canonistas in c. uenerabilem. de elec. Pa. uerò in c. nulla. de concess. pzeben. sic distinguit, quod aut sit pactum de successione legitima seruanda, & ualet, ut in l. de leg. agna. suc. in fi. & hoc quia pactum est legi consentaneum. Aut sit pactum ad futuram successionem legitimam diminuendam, & tunc sine iuramento non ualet, ut in l. pactum. C. de colla. sed iuramento firmatur, ut in c. 2. de pac. lib. 6. Quandoque fit pactum ad successionem perdendam, seu ad tollendum arbitriū ultimæ dispositionis, & nō ualet, quia est contra bonos mores, ut l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. ob. adeo quod Bar. uult quod non firmetur iuramento, & regulariter, non est obligatorium, in 6. aut sit pactum de certo modo diuidendo, acquirendo per successionem futuram, & tunc si fit in genere ualet. ar. in l. 3. ff. pro soc. si uerò fit respectu certæ personæ, ut puta suæ per hæreditate Titii, & non ualet, nisi consentiat is de cuius hæreditate agitur, ut in d. l. fi. & hæc procedunt regulariter.

¶ Undecimò, † pacta obscura in dubio interpretantur contra eum, qui ea apposuit & potuit apertius declarare. ff. de pac. l. ueteribus, pactum legis commissorie in contractu uenditionis est pactio qua redditur inemptum quod uenditum est, si non seruatur quod est promissum, ut l. 1. & 2. de leg. commif. & fit ita, uendo tibi fundum, & si infra talem diem non solueris precium inemptum sit. In pignore autem fit sic. Nisi lueris pignus infra certum tempus sit perditum, uel sit mihi pro soluto, & nō est generaliter reprobatum in contractu uenditionis. ff. de leg. commif. per totum, sed in pignore generaliter est reprobatum d. l. fi. de pac. pigno. & in c. significante. de pig. & ideo ipso non obstante pignus est restituendum nisi iurasset in tali pacto, ut in d. c. significante, & secundum glo. in l. vlt. C. de pac. pig. dicendo pignori tibi hanc rem, & si non lueri infra mensem nūquam possim luere, est pactum legis commissorie.

missoria. l. fideiussore potest fieri, uidelicet si non extraxero te de obligatione, pignus quod pro indemnitate tibi dedi sit tuum: quia est speciale in his, qui pro aliis sunt obligati: quia hoc modo possunt indemnens seruari. ut ff. de contrahen. empt. in fi. Et vñ q̄ ualeat pactum in dote, si tibi pecuniam non restitueris talem fundum loco permutacionis assigno: quia ista est quædã permutacio. ut ff. de iure dor. l. ita constante. & l. si. Item speciale videtur in dote. ff. de sol. l. Calpodius. & ualeat tale pactum obligo tibi talem fundum pro 10. & si non sol uero tibi infra mensem habeas eum emptum iusto precio. ff. de pig. l. si fundus. §. si. verum cum mutuasti mihi 10. nullo pignore constituto hoc acto, quod si non sol uero infra mensem talis domus mea sit tua pro illis 10. tale pactum ualeat. R. spon. q̄ sic, secundum Bal. quia non est pactum pignoris. ut d. l. si. ff. de contrahen. emp. & si etiam pactum legis commissoria sit appositum non ipsi contractui pignoris, sed diu postea ualeat. ff. de pig. act. l. titius. uel ubi interuenit pactum rogati debitorum, & eius gratia non uoragine creditoris.

DE PALLA.

1 Palla quid sit.

1 Palla ¶ dicitur lineus pannus consecratus, qui extenditur super altare, & super quo extenditur corporale. De benedictione earum. uide ver. consecratio uestitiu. per totum. Quidam dicunt, q̄ non est de necessitate, q̄ sint benedicta, sed in necessitate potest uti tobalia secularium, & postea potest redire ad usus secularium quia secundum Ho. intelligitur, q̄ nō redeant ad usus profanos, quando sunt benedicta, & c. ista tamen non uidentur sane dicta: quia s̄m tex. in c. uestimenta. de conse. di. 1. d̄r uni uersaliter, q̄ uestimenta ecclesie debent esse sacra, & honesta, & c. nec ualeat consecracionia s̄m Ho. quando non sunt benedicta possunt ab aliis tãgi, ergo nō debent benedici. vñ tene quod securum est. Quomodo debent esse tres, uel ad minus due, uer. missa. §. 9. Et sufficeret q̄ esset duplicata, uel triplicata cū corporali.

DE PALLIO.

2 Pallium quid est.

Pallium, ¶ ut hic sumitur est speciale ornamentum Archiepiscoporum in quo ple-

nitudo officii confertur extra eo, nisi specialis, & dicit Pa. in c. antiqua. de priui. q̄ est quoddam ornamentum habens multas gemmas, quod ponitur super humeros prælati quãdo celebrat. d. c. nisi. debet autem peti à papa nisi infra tres menses à tẽpore consecracionis sine confirmacione si ante fuerat cōsecratus aliter si accusatur potest remoueri. c. quoniã. 100. di. Nec ante debet s̄ Archiepiscopum nominare. d. c. nisi. nec antequam habeat pallium debet conciliu cōuocare, consecrare crisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, nec episcopos cōsecrare. c. quod sicut. de elec. §. pen. & debet peti cū instantia. c. prisca. eo. di. & debet perẽs præstare sacrum fidelitatis, & obedientie Romanæ ecclesie. c. optatũ. eo. di. & extra de elec. significasti. nec p̄t palliu alteri cōmodare, immo d̄t cū eo sepeliri: quia p̄sonam eius non transit. c. ex tuarũ. eo. ti. Itẽ in petitione pallii d̄t dari nouũ priuilegiũ, uel antiquũ inuouari. c. rationis. & c. scriptorũ. di. 100. Itẽ solus Romanus p̄t iuxta sp̄, & ubiq̄; utitur pallio, ceteri aut infra missarũ solemniam in qualibet ecclesia sue p̄uincie non aut egrediantur ecclesiam, puta in processione. extra c. c. 1. uer. patriarcha.

DE PAPA.

- 1 Papa à quo eligi debeat.
- 2 Papa utrum tollere possit leges ciuiles.
- 3 Princeps an ex suo contractũ obligetur.
- 4 Papa solos episcopos uocat fratres.
- 5 Papa potest abolere infamiam.
- 6 Papa an possit absolueri laicum ab obligatione questra alteri.

¶ Papam prouidere resignantiũ necessitati bus, ecclesiis exiguorũ reddituũ, curare q̄ ad studiorũ reformationẽ spectant, uti consilio Cardinaliũ in administrationibus uni uersalis Ecclesie, grauiorũ criminũ cognitionẽ sibi referuare potuisse; Imperatores, reges, uel alios bona ecclesiastica occupantes absolueret, ac causas extra curiã quibus, & quõ cõmittendas p̄figere, docuit & declarauit sancta synodus Trid. Sess. xiiij. c. vij. Sess. xxiij. de refor. c. xj. Sess. xxiiij. de refor. ca. v. xiiij. xvij. Sess. xxv. de refor. cap. ij. Ex c. si quis suadente. 17. q. 4. c. ita quorundã. de iud. c. cū in cunctis. & ca. cū à nobis. de elec.

elec. c. unio. 10. q. 3. c. & temporis. cum seq.
16. q. 1. LEO. à LEGE.

Papa debet eligi à duab. partib. cardinalium, aliter qui gereret se pro papa est excòicatus, & sicut qui pro papa talia faciunt. c. licet. de ele. uer. exc. 5. casu 26. ubi habes plura noua circa electionem papæ, & reclusionem cardinalium, & quòd in illa constitutione, ubi periculum lib. 6. de ele. collegium cardinalium, sede carente capite, nullam potest facere dispensationem. de quo uer. concilium. §. 12. à quo debeat còsecrari. uide uer. consecratio episcoporum. Electio autem eius fit à cardinalibus secundum morem suum, & ipse electus à duabus partibus potest consentire electioni de se factæ et si electio non sit perfecta, sed perficiatur uoce electi. c. cum in iure. de ele. & electus acceptatur sine omni exceptione: ut ait tex. d. c. licet. Et licet papa possit accusari. de hæresi. di. 40. si papa, tamen secundum Inno. & Io. And. non potest de excepti, quia tex. remouet omnem exceptionem, & ex electione consequitur plenum ius. Pa. tñ in. d. c. licet dicit, quod antequam adipiscatur possessionem, obstat exceptio. Nam postea non possit excipi, sed accusari. Et sicut excipitur, si est mulier, & ex sola electione consequitur partem, nec indiget confirmatione, consecratione, uel inronizatione. uer. excòicatio. 5. casu. 26. & casu. 4. §. pe. & si. & positus est ibi propter convenientiam cum hæreticis, & impugnantibus istas electi in papam, et antequam coronetur sunt excòicati ipso facto, pro extra uagantem benedicti. 11. supra excòicatio. 7. prin. casu. tertio. In concilio lateranensi in fra. 5. sessione. Nouissimè Iulius secundus statutum fecit nouum de electione papæ. In quo statuit de consensu unanimitatis omnium cardinalium, quod papa electus pro simonia ipso facto talis electio est nulla, & multas alias penas ponit tamen, electoribus qui electo, de quibus uide ibi in d. 5. sessione. Ex quibus patet, quod papa potest statuere circa electionem sequentis, nec ipsi cardinales possunt mutare sedem vacante. Sed quomodo fieret electio, si casu omnes cardinales simul commorerentur, uel si papa cum toto concilio, uel ipse solus annularet omnia ad hoc secuta. Res. quamuis. ut credo nunquam eueniet casus: tamen si accideret credo, quod eius fieret electio, sic forte aliquando fa-

cta est antequam de hoc esset statutum aliquid: per ecclesiam Romanam, uel uisum in qua includeretur Romana sicut quidam de Lino dicunt, nisi forte præcedens statutum set aliquid. uide aliquid. uer. dispensatio. §. 13. casu. 4. 5. Pa. est summus inter omnes. hæreticis. plenitudinem potestatis, alii partem solitudinis. 2. q. 6. c. de cetero. & c. qui se fecit, & secundum S. T. in opusculo contra errores graecorum. c. 65. error dicentium contrarium est similis errori dicentium spiritum sanctum à filio non procedere, & quod habeat uisum prelationem, & sit primus, & maximus probat idem S. Th. ibidem. c. 66. & 67. tam ex sacra scriptura quam ex auctoritate graecorum, & 2. 2. q. 99. ar. 9. ad tertium, dicit, quod habet curam uisus ecclesie, & in omnibus generaliter quæ ad dispensationem rerum ecclesiasticarum pertinent, habent plenitudinem potestatis, & quod subesse papæ est de necessitate salutis, dicit et in d. opusculo, quod omnis rex Christianus tenetur subici papæ sicut & Christo. Item dicit in lib. de regi. prin. c. 14. & 2. 2. q. 67. ar. 1. ad secundum, quod Leo papa iudicio imperatoris se subdidit propria sponte non quod esset subditus, sicut et Christus propria sponte se subdidit humano iudicio, si cut et alii qui se subiciunt arbitris in quo necessaria est poena. hæc ille. uide uer. donatio. §. 36. & uer. concilium. §. 1. 12. 13. & seq. Et quomodo est maior homine, & minor Deo. c. inter corporalia. de transla. qui sint casus ad solum papam pertinentes. uide uer. dispensatio. §. 13. Et in quibus possit dispensare, uel non. uide uer. dispensatio, per totum, & quomodo dispense in matrimonio. uer. dispensatio. §. 3. & 4. utrum papa possit dispensare, quod fidelis contrahat cum infideli. uide uer. impedimentum. 9. prin. in fi.

2 Primò utrum papa possit tollere leges ciuiles. Res. secundum Io. And. quod ubi papa non habet iurisdictionem temporalem non potest tollere legem quo ad forum ciuilem, nisi in his in quibus uertitur periculum anime cum potestates distincte sint. 96. dist. c. cum ad uerum. & dist. 10. c. quoniam. extra qui fi. sint leg. c. causam. el. 2. In his autem in quibus uertitur periculum anime quo ad uirumque forum tollit legem, probatur de iud. c. nouit. & de rescrip. c. si. & de secun. nup. c. pe. & ult. & de so. comp. c. si. li. 6. & de sen. excommu. c. decernimus.

lib. 6. Nam in his leges sacros canones imitari non dedignantur. de iudic. c. clerici. & in Authen. ut clerici. ap. poss. episco. ad fin. uide uersu. lex. §. 33. & uersu. dispensatio. §. 13. casu. 41.

3 ¶ Secundò, † an princeps obligetur ex suo contractu. Respon. Bal. in úsb. seu. in rub. de natura feu. tenet quòd sic. unde dicit, qd si princeps inuestiuit aliquem baronia uel castro qd non potest eum priuare sine culpa nec successores in imperio, uel regno. c. no uit. de iudi. nec ob. quòd habet plenitudinem potestatis, uel quia Deus subiecit eis leges, sed non contractus ex quibus obligatur de iure naturæ.

4 ¶ Tertio, † Papa solos Episcopos uocat fratres in suis literis, quia assumuntur in parte patris, quã plenè ipse habet, reliquos aut omnes uocat filios, scribès aut mulieribus dicit, dilectis in Christo. uiris autem scribit simpliciter dilectis filijs. hæc S. Tho.

5 ¶ Quarto, † Papa secundum S. Thom. 2. 2. q. 69. ar. si. ad ult. ar. potest abolere infamiam, & quod dicit Papa Gelasius, infamiam abolere non possumus, intelligendum est de infamia facti, uel quia eam abolere aliquando non expedit. I. etiam loquitur de infamia irrogata per iudicem ciuilem, sicut dicit Gratianus.

6 ¶ Quintò, † utrum Papa possit absoluerè laicum ab obligatione quæ sita alteri, & uideretur quòd sic: quia in ca. 2. de uoto. soluit illum qui dederat fidem alteri. igitur, sed contra quia obligatio est de iure gentium, quæ per principem non potest tolli, ut in cle. pastoralis. de re iudi. Ad hoc respon. Pa. in d. c. 2. per dictum Inn. in c. inquisitioni. de sen. & re. iudic. ubi dicit, qd si Papa uult laico auferre libros suos, uel simile, non tenetur laicus sibi obedire, cum sibi non sit subiecit in temporalibus, & quia quæstio est difficilis: ideo quidam dicunt, qd fecit ex plenitudine potestatis, sed non ualet, quia nõ habet absolutam potestatem in temporalibus. Alii dicunt quod vñ placere Inn. in d. c. 2. qd hoc est speciale quoniam obligatio uenit accessorie ad actum spirituale, nec laicus potest pretendere commodum burfale: Pandat aliam solutionem: qd ideo Papa potuit hoc, quia solum obligatio erat contracta ex fidei præstatione: & sic vñ concludendum, qd in beneficiis ubi Papa potest ab uno au-

ferre, & dare alteri, & in fidei præstatione sicut in iuramento potest, aliàs non potest. quidam dicunt qd Papa ex magna causa potest exigere subsidium à secularibus, ut puta si ecclesia, uel Christianitas inuaderetur ab infidelibus, uel hæreticis, & hmõ, & aliter non haberet Papa unde posset habere subsidium: tunc. n. esset causa rationabilis collectandi secularis, & ipsi tenerentur obedire. ar. 10. q. 3. per principalem. unde S. Th. super epistolam Pauli. 2. ad Cor. 11. dicit, Dominus Papa pro necessitate unius patriæ potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. ratio est quia ecclesia est sicut unum corpus: videmus autem in corpore naturali, qd natura quando deficit uirtus in uno membro subministrat humores & uirtutè accipiens ab aliis membris. hæc ille. Et iterum idem 4. dist. 25. ar. si. dicit, qd quamuis res ecclesiæ sint aliquo modo ipsius Pape, non sunt tamen eius omnibus modis habendi sicut illud quod ad manum habet, unde committeret simoniã si acciperet res temporales ab aliis ecclesiis pro re spirituali. hæc ille. & sic patet quòd causa rationabili interueniente potest, aliàs secus, facit quod dicitur supra. §. 2. & uer. obedientia. §. 6. & uer. constitutio. §. 3.

DE PARADISO.

I Paradisus est triplex.

I ¶ Paradisus † secundum S. Tho. i. q. 102. est triplex, scilicet terrestris, cœlestis, idest cœlum empireum, & spiritualis, idest uisio beata: terrestris est locus corporatus in Oriente, ut pote in nobilissimo loco, & interpretatur ortus, & est locus conueniens habitationi humanæ, quia habet aerem temperatum, & tenuissimum, & planitas semper florida comatus, & uicinus terræ secundum situm, sed dicitur pertinere ad globum lunæ, secundum similitudinem, quia in eo est perpetua temperies aeris, & quamuis aliqui dicant, quòd sit sub æquinoctiali, tamen secundum Aristot. ibi non est bona habitatio: ideo magis probabilis est alia opinio. & est facta Eua in eo, sicut etiam fuissent filii, nisi parentes peccassent. Adam uerò non est factus in eo, sed translatus & positus in illo, ut operaretur,

raretur, & custodiret illum: a nimalia bruta non habitabāt ibi, sed dispositione Dei ad ducta sunt ad Adam: serpens uerō operatione diaboli. Et conuenienter Adā eiectus est de eo pp peccatū, & pp peccatū eiusdē est clausa ianua paradisi in signum clausio nis ianue paradisi celestis, nec nunc est frustra ille paradisi, quia ostendit bonitā tē Dei, & damnū peccati primi hominis, q̄ uis ut d̄r nūc ibi sūt Enoc, & Elias. Nec p̄ adiri pp impedimenta montiū, uel mariū, uel altitantis regionis, ideo non p̄t à nobis cognosci, nisi per reuelationē scripturæ. Et lignū uitæ, qd̄ d̄r ibi fuisse est qdam arbor materialis sic dicta, quia eius fructus habe bat uirtutem conseruandi uitā: corrūpitur n. corpus humanū ab interiori p̄ consumptionē humiditatis, & p̄ senectutem, cui subue niebatur p̄ istū fructū, quia qm̄ homo pueni sset ad istā consumptionē & senectutem, comedisset de illo fructu q̄ reduxisset illū humorē ad uirtutē primā. Similiter lignū sciz̄ boni & mali, materialis arbor fuit sic nominata propter euentū futurū, quia post eius esum, homo per experimentū pœnæ didicit quid interesset inter obedientiæ bonū, & inobediētiæ malū. Et q̄uis s̄m Aug. locus paradisi sit à nobis remotus & incognitus: tū qdam flumina d̄r egredi ex paradiso q̄ sunt nobis nota, quia transeunt sub terra, & post status prolixarū regionū, locis aliis erumpunt, nam solere hoc facere non nullas aquas quic ignorat.

DE PARAFERNA.

1 *Paraserna quid est.*

2 *Parasernalium fractus an maritus habere debeat.*

1 **P**araserna † est quicquid mulier habet p̄ter dotem, & d̄r à para, quod est iuxta, & ferna, quod est dos quasi iuxta dotem. gl. in rubrica. C. de pact. conuen. & gl. in cap. plerunq̄. de do. inter uirum & uxo. licet in quibusdam locis talia non habeant locum, ubi s̄m consuetudinem uir omnia immobilia mulieris recipit, & dos & omnia mobilia sunt communia, & habet paraserna priuilegium ad instar dotis. Addit Hosti. q̄ si parasernalia inferantur in domum uiri eo sciente conuenitur titu

lo iuris depositi, uel mandati, nisi domini & translatum fuerit in maritum, quod non p̄ sumitur, nisi expresse appareat secundūm e. Host. quia tunc agitur conditione certis, uel sine causa, uel ob causam. Et ista nomina important, quōd quis habet ius petendi actione personali. i. iure quod respicit obligationem personæ & non rei. De parasernalibus non debet se maritus intramittere muliere inuita, quamuis bonum uideretur ut sicut mulier seipsam uiro committit, sic etiam committeret res suas. Et statutum loquens de dote extenditur ad parasernalia bona secundūm Alberi. in l. de quibus ff. de legi. Vide uer. dos. §. 19. & de priuilegiis eius, ibidem. §. 20.

2 **¶** Primū, † maritus non debet habere fructus parasernalium naturalis quando dominium eorum non est translatum in uirū quod non p̄sumitur, nisi probetur, ut dicitur in l. si. C. de pac. conuen. sed solum potest habere commodum bonorum aliorū propter labores in exigendo, nec transeunt in dominium mariti assignando ea ipsi marito, ut not. in l. si ego. §. dotis. ff. de iur. do. & tenetur uir si male administrat dicta bona de dolo, lata culpa, & leui, ut not. in d. l. si.

DE PARCITATE.

1 *Parcitas quid est.*

1 **P**arcitas † est uirtus quæ est pars potentialis temperantiæ, quæ dicitur uirtus secundaria, & tales sunt illæ quæ modum obseruant circa aliquam aliā materiam in qua non est ita difficile, quæ principalis obseruat circa propriam materiam, ad temperantiā autem pertinet moderari delectationes tactus quas difficultimum est moderari. unde quæcunque uirtus moderationem quandam operatur in aliqua materia, & refrenationem appetitus in aliquod tendentis, poni potest pars temperantiæ sicut uirtus ei adiūcta: parcitas autem ponit moderantiā, ut superflua circa exteriora non requirantur secundūm Andromicum. hæc S. Tho. 2. 2. q. 143. est etiam parcitas species, quædam auaritiæ secundūm Sanctum Thomā post philosophū. 4. Ethic. secundūm q̄parum

parū dat qm̄ multa deberet dare. hæc s. T. 2. 2. q. 118. ar. 8. ad quartū, & sic dū qs uiv̄ cibo moderatē siue parē est uirtus dū autem parū dat aliis, est uitium.

DE PARENTE.

- 1 *Parentis nomine qui veniant.*
- 2 *Pater an ex contractu filii obligetur.*

¶ Parentū consensum in matrimoniis non eē necessariū, & aliter dicentes sancta Synodus Trid. declarauit, & anathematis pœna damnauit. Sess. xxiiij. de refor. c. 1. Ex c. nō oīs. c. hortantē. & c. fi. 3. 2. q. 2. LEO. à L. E.

- 1 **P**arentis nōc nō tm̄ pater, sed & auus & p̄auus, & deinde oēs superiores cōtinētur, sed & mater, & auia, p̄auia. ff. de verb. sig. l. appellatione. Quō parentes tenētur alere filios, & ecōtra habes. uer. si. alimenta per totum, & uer. filius. §. 12. & 16.
- 2 ¶ Primō, t̄urū pater obligetur ex cōtractu filii. Ref. q̄ si est uersum in utilitatē patris, puta quia mutuo accepit pecuniā ut se uertiret fm̄ conuenientiā suā, & hm̄ōi, sic tenetur l. 3. §. labeo idē. ff. de in rē uerso. Si uerō nō est uersum ī utilitatē patris, sed potius mutuo accepit ut faceret pōpas, uel ludere, & hm̄ōi, sic nō tenet nec pro filio, nec dñs pro seruo. l. qd̄ si seruus. §. sed si sic accepit. ff. de in rē uerso, nisi eius iussu fecit set. l. 1. ff. quod iu. tu si haberet pōpas te tenetur restituere creditori. l. 3. §. sed si rē ff. de in rē uerso. similiter tenetur pater in dicto peculio dēt hēre. l. sed si damui. §. peculii. ff. de peculio. Idē dic de mercatoribus, q̄ p̄ponunt inuitores, q̄ tenētur de contractibus factis noīe ipsorū. ff. de instito. p totū, q̄a uir contrahere per p̄ponentē cū his qui cōtrahūt cū p̄posito. l. si institutorē. ff. si cert. pe. Idē ī exercitore nauis. l. 1. prin. ff. de exe. uide uer. dominus. §. 7. Quomodo possit corrigere familiam. uer. congregatio, & uer. excōi. §. casu. l. §. 7. & 8.

DE PAROCHIA.

- 1 *Parochia quid dicatur.*
- 2 *Parochiale ius in quo consistit.*
- 3 *De parochia aliqua quomodo quis efficiatur.*
- 4 *Parochialis sacerdos quis sit.*

Secunda pars

¶ Parochias nouas ob locorū distantia, siue difficultatē aut magnū parochianorū in cōmodū ad percipiēda sacra, ēt. inuitis Reſtoribus, cōstitui posse, statuit & decreuit sancta Synodus Trid. idē ueteres distinguēdas, uel transferendas; at collapsas oīno reficiēdas p̄cepit. Parochi at officiū esse declarauit & sub pœnis grauioribus iniū xit p̄dicare, exponere ea quæ in missa legūtur, denūciare matrimonia, pueros fidei erudimēta & obedientiam docere, ieiunia Dies festos & obedientiā cōmendare, oues suas agnoscere p̄ his sacrificiū offerre, sacra administrare, & bono exēplo pascere; librū tenere, in quo m̄rimonū cōtrahētū testū, baptizatorū & a sacro fonte eos leuantiū noīa describit. Sess. xxij. ca. viij. Sess. xxiiij. de refor. ca. 1. Ex c. 1. cū multis seq. 30. q. 5. c. nulli. 3. §. q. 2. c. cū terra. de elect. & ex tit. de simo. de usu pall. L E O N. à L E G E.

- 1 **P**arochia d̄r locus ī quo degit populus Alicui ecclesie baptismali deputatus, certis finibus limitatus. vñ plures ecclesie baptismales nō dēt esse ī eisdē limitibus. 16. q. 1. c. plures baptismales. facit cap. 1. 13. q. 1. de his que s̄. a p̄zla. ca. pastoralis, aliqui parochia d̄r totus episcopatus. c. i. de raptō. & de paro. ca. super eo. de offi. Archie. ca. 2. §. pen. Hosti. & Goff. in summa. eo. titu.
- 2 ¶ Primō, t̄ in quo consistit ius parochiale. Ref. q̄ in 7. Primō, ut in dieb. dñicis, & festiuis populus audiat missam in sua parochiali ecclesia de quo uer. missa. §. 51. p̄cipitur t̄n in uirtute obedientie, & sub iminatione maledictionis æternæ, religiosis oībus ne dicant aliqua uerba, intellige infamatoria, uel falsa ut retrahant laicos ab ecclesiā suarū frequentia uel accessu. in cle. religiosi, de priuile. Secundō consistit ius parochiale in decimis. 16. q. 2. c. in multis. de deci. c. ad apostolicz. uide uer. decima. Tertiō in oblationibus. 10. q. 1. c. quia sacerdotes, & c. sanctorū, & c. seq. Quō aut obligētur. uide uer. oblatio, & uer. consuetudo. §. 15. Quarto in pœnitentiis accipiēdis in c. oīs, de p̄. & re. de quo uer. cōfessio. Quintō in exhibitione sacrorum. Sextō in sepulturis. Septimō in benedictione nubētium. 13. q. 2. c. placuit, de simo. ca. suam.
- 3 ¶ Secundō, t̄ quō efficitur qs de parochia Sum. Tab g g aliqua

aliqua. Resp. q̄ acquisitione domicilii de quo ver. domicilii. Itē quōd ad sacrum confessionis, & eucharisticę, efficiē ēt cūq; p̄ maiorē partē anni, puta p̄ plus, q̄ p̄ sex menses in ea moram facit, licēt ibidem nō transtulerit domicilium s̄m Pa. in ca. omnia vtriusque, de quo ver. absolut. 1. §. 2. 1.

4. ¶ Tertiō, ¶ Parochialis sacerdos proprius non solum est sacerdos ecclesię parochialis, sed ēt ep̄s, & Papa, ad quos ēt magis pertinēt cura eius quā ad sacerdotem parochialem. hęc s. T. in opusculo contra impugnantes religionē. Quando dicitur in privilegiis prædicatorum, & minorum, saluē iure parochiali, intelligitur solum quōd ad oblationes, decimas, & primitias, ut declarat Greg. 9. ver. altare. §. 2.

DE PATIENTIA.

3. *Patientia quid est.*
2. *Patientia verum sit semper habenda.*

1. **P**Atientia ¶ quid est. Res. s̄m s. T. 2. 2. q. 116. ar. 1. q̄ s̄m Aug. in li. de patientia, patientia hoīs est qua mala æquo aīo tolleramus. i. sine perturbatione tristitię ne animo iniquo bona deseramus p̄ q̄ ad meliora perueniamus. vñ manifestum est patientiā esse uirtutē, quia conseruat bonum rōnis contra impetū passionū. Et s̄m Aug. in 14. de ciui. Dei, non erit in patria, quia non est necessaria nisi ubi tolleranda sunt mala, sed æternū erit id, quo per patientiam puenitur, & dñr propriē patiētes s̄m August. q̄ malunt mala non cōmittendo ferre, q̄ non ferendo cōmittere, & quāuis patientia quantū ad habitum sit uirtus, tñ quantū ad delectationē quā habet in actu ponitur fructus, & p̄cipuē quātum ad hoc q̄ per patientiā animi p̄seruatur ne obruat tristitia, diffinitur. 2. 3. q. 1. §. 1. Patientia est, suas, & suorū iniurias ac cætera mala equanimiter ferre, & quīs patientia non sit p̄fectior aliis uirtutibus, d̄r tñ habere opus p̄fectū s̄m id Iac. 1. & c. in aduersis tollerandis ex quibus. Primō procedit tristitia quā moderatur patientia. Secundō ira quā moderatur mansuetudo. Tertiō odiū quod tollit charitas. Quarto iniustū noxmentū quod prohibet iustitia: tollere. n. principū iniusticię; est p̄fectius, nec tñ sequitur si i hoc

patientia est p̄fectior, q̄ sit p̄fectior simpliciter. Et d̄r homo suā animā possidere in patientia inquantum radicatus euellit passionē aduersitatis, quibus anima ingetur, & d̄r radix & custos oīum uirtutum s̄m Greg. non quasi directē eas causando vel conseruando prohibens. s. remouendo vel tēperādo tristitiā quę destruit uirtutes, & est pars fortitudinis quasi potentialis, & adiungitur ei sicut secundaria uirtus principali, & quamuis fortitudo sit irascibili, patientia tñ in concupiscibili, quia conueniunt in materia, & non in subiecto.

2. ¶ Primō, ¶ utrū patientia sit sp̄ habenda. Res. q̄ sic intus, siue in p̄paratione animi, qñ esset bonū, sed extra non, qñ non expedit salutē proximi. 2. 3. q. 1. c. paratus, q̄ ubi hostis non personā sed fidem quærūt, si sibi non restititur, non patientia sed negligētia est. 2. 3. q. 3. c. Maximianus. vñ Chri. super Mat. ibi. Vade satanas. Iniuriis propriis patientē esse laudabile est: in iniuriis autē Dei patienter sustinere nimis impiū est, & patientia prælatorū qua uitiā nutriuntur est pestifera. 2. 3. q. 3. c. iustum, licēt aliqñ tolleretur laudabiliter p̄ maius malum euitandū. 2. 3. q. 4. c. ecce. & ca. seq. Quomodo intelligitur illud Luc. 6. Si quis p̄usserit te: & c. uide uersic. contumelia. §. 2 & uersic. cōcilium. §. 2. circa medium. ver. vindicatio prin. & uer. p̄mittere. §. 1.

DE PATRIA.

potestate.

1. *Patria potestas, quid est & quo iure introducitur. & quomodo soluitur.*

1. **P**atria ¶ potestas quę s̄m Azo. est ius quoddā quod habent hi qui sunt de imperio Romano in liberos naturales, & legitimos quod alii non habent. Institutū de patrio. per totum. est de iure ciuili introducta, & soluitur. Primō cū pater trāsit in potestatē alterius puta efficitur religiosus, & ideo cū sit in potestate Abbatis non poterit habere filiū in potestate ut in l. si arrogator. ff. de adopt. facit. capi. cum si mus, de regul. Secundō soluitur, qñ filius post pubertatē proficetur in religione approbata, ut no. gl. in c. 1. 20. q. 2. & gl. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. sed ante pubertatem non potest proficere patri inuito,

uito, quia non desinit patria potestas per ingressum ante pubertatem, & ideo tenetur patri obedire, imo nec potest offerre filium impuberem religioni matre contradicente secundum Inno. & no. Pa. in ca. 2. de reg. quia obedientia qua filius tenetur matri est de iure naturali, & diuino, sed patria potestas de iure ciuili, & ideo in istis spiritualibus magis consideratur ratio naturalis, quam ciuilis, nec Auis similiter patre contradicente eadem ratione. Soluitur tertio per emancipationem. uer. emancipatio prin. Quarto per ordinem sacrum. uer. ordo. 1. §. si. Quinto per dignitatem episcopalem. uer. episcopus. §. 2. 1. uide. uer. sic. pecu. lio. §. primo.

DE PARRICIDA.

- 1 Parricida quis dicatur.
- 2 Parricide pena qua sit.

1 Parricida ¶ proprie dicitur qui parentem occidit quasi patricida, sed tñ lex quæ punit parricidas locum habet in ascendentibus omnibus & descendētibus in infinitum. Item locum habet in uxore, uiro, nuru, genero, uirico, focero, patruo, auunculo, amita, consobrino, patruelle, patrono, nouerca, sponsa, patre & matre sponsi & sponsæ. & similiter intelligas si fœmina prædictas personas coniunctas occidit uel ab eis occidatur. Item qui emit uenenum ut hoc fieret etiam si non fiat. ff. de parrici. l. 1. 3. & 4. similiter omnes conscii tenentur. ff. e. l. utrum.

2 ¶ Primò ¶ quæ est pœna parricidæ. Res. secundum leges est. Primò ut uirgis cedatur, deinde sacco corrii confusus cum cane & gallo gallinatio, uipera, & simia in maria ceterum uel flumine proximo ut omnium elementorum carcat suffragio, & celo suffragio & terra mortuo auferatur; & si mare uel flumen non sit proximum bestiis subicitur deuorandus. C. eo. l. 1. ff. eo. l. pe.

DE PATRIARCHA.

- 1 Patriarcha, & primas sunt diuersa nomina, & qui proprie dicatur patriarcha.
- 2 Patriarcharum priuilegia.
- 3 Patriarchæ siue primatis quæ sit auctoritas, in

subditos suorum suffraganeorum.
Insignia dignitatis denotantia superioritate, quæ sint & in quo loco possint utri.

1 Patriarcha ¶ qui græca lingua summus patrū interpretat. 2. 1. di. c. cler. & Primas, sūt diuersa noīa, sed cōiter idem sunt in re. 99. dist. 1. c. prouincie, proprie tñ dē patriarcha. Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ierosolimitanus, & secundum ordinem hic positum est etiam eorum maioritas. de priu. l. c. antiqua. Alii uerò dicuntur primates ut Aquilegensis, Gradenfis, Canturiensis, Bicurienfis. d. cap. cler. in glo.

2 ¶ Primò ¶ quæ sunt priuilegia quatuor principalium. Res. quòd sunt quatuor. Primū, quia postquam receperunt palium à sede Apostolica conferunt palium Metropolitanis qui sunt sub eis. Secundum quòd recipiunt fidelietis, & obedientiæ iuramentū pro se & Romana ecclesia. Tertium q̄ faciunt ante se deferri ubique crucem nisi Pa pa ibi fuerit uel eius legatus utens insigniis papalibus. i. apostolicæ legationis, ut in d. cap. antiqua in tex. sed gl. ibi tenet q̄ ad patriarchas de quibus ibi non possit appellari in prouinciis sibi subiectis omisso medio, & ideo de episcopo non potest appellari ad patriarcham, sed ad archiepiscopum secundum Innocen. & Host. & multi alii tenent contrarium, & idem Spe. & dicit Pa. q̄ hæc opinio Innocen. est magis cōmunis licet D. Anto. dicat quòd alia est magis communis, & multum facit. d. capit. antiqua. nam hoc datur ei in priuilegium, sed si non possit appellari omnis mediis, nullum esset priuilegium, quia de iure cōmuni appellatur ab archiepiscopo ad patriarcham. 6. q. 4. c. si inter.

3 ¶ Secundò, ¶ quæritur quæ sit auctoritas patriarchæ siue primatis in subditis suorum suffraganeorum. Respon. secundum Ray. quòd habent 8. casibus. Primò cum appellatur ad eos. d. capit. prouincie, & hoc intelligitur de archiepiscopis existentibus in prouinciis deputatis ipsi patriarchæ. Nam quilibet patriarcha habet plures prouincias, de aliis autem archiepiscopis non habent se intromittere, & suorum archiepiscoporum patriarchæ sunt ordinarij, sicut archiepiscopi episcoporum. Secun

dō cum uacat ecclesia Metropolitana, & postulari Primas ut disponat de rebus ad Metropolitanam pertinentibus. c. custien- dis. de of. ord. presenti. li. 6. Tertiō ex consuetudine seu privilegio. 9. q. 3. c. conquestus. Quartō si super arduo negotio dubitatur nec p̄t in provinciali concilio terminari, tunc Metropolitanus debet primatem consulere. 18. dist. de conciliis. Quintō cū Metropolitanus est negligens uel remissus p̄t supplere defectum eius. d. c. cum simus. Sextō q̄n aliquis conueritur de archiepiscopo, Primas est iudex. 1. r. q. prima. c. si clericus. Septimō si subditus Metropolitaniani conueratur Primati, q̄ iniuste eum excōdicauit, & Primas remittit eum ad Metropolitanum ut absoluat, & ille non possit abolitionem obtinere, poterit absolueri patriarcha, ita q̄ p̄cipiat ei ut Metropolitanus no satis faciat aliter reducat eum ipse in eādem s̄ciam nisi confiterit eum illegitimē fuisse excommunicatum. ut in c. ad reprimendam, de of. or. Octauō si episcopus uel archiepiscopus fecit mandatum iniustum uel illicitum & subditus appellauit ad papam p̄t patriarcha declarare q̄ subditus legitime appellauit. ar. c. solitudine. de app.

4 Tertiō nota ēm Pan. in d. c. antiqua, q̄ quaedam sunt insignia dignitatis denotantia superioritatem seu potestatem in loco & istis insigniis non p̄t quis uti extra territorium suū ita p̄t intelligi. d. c. antiqua, ut patet ēt in c. 1. ut lite pen. ubi non p̄t archiepiscopus, uti illis insigniis extra prouinciam suam, quia hoc v̄tendere in p̄t iudicium aliorum ne in eodem loco uideatur plures esse p̄lati, ex quo infertur q̄ patriarcha archiepiscopus & eps non p̄t solemniter benedicere populum extra suā diocēsim uel prouinciam, quia per talem benedictionem dimittuntur peccata uenialia quae dimitti non p̄t nisi per superiorē, de pot. & re. quod autē intellige de indulgentia, quae nō p̄t dari nisi à proprio sacerdote, secus de absolutione à ueniali. de quo re. absolutio. 1. §. 3. quaedam sunt insignia denotantia dignitatem in persona signata uel perfectionem, & istis insigniis p̄t quis uti extra prouinciam suam ut portare anulum, uel celebrare in pontificalibus, & similia, & idem forte possēt dici de cauda quā portari faciunt episcopi, cū non denoter su-

perioritatem in loco, sed quādā grauitatē. PATRONVS vide versicu. ius patronatus.

DE PATRVO.

1 *Patruus quis dicatur.*

1 **P**atruus est frater patris, & dicitur quasi alius pater. unde secundūm Isidorum moriente patre patruus suscipit pupillum & quasi filium lege tuetur, patruelis dicitur filius uel filia patru. Auunculus dicitur frater matris. unde ver.

Patruus à patre, sicut auunculus à genitrice.

Ordo autem ascendentiū primō pater patris dicitur atus, & mater patris atia, pater auī dicitur proauus, pater proauī dicitur abauus, pater abauī dicitur atauus, pater atauī dicitur tritauus, & est ultimū. Alii enim ascendentes uocantur maiores, descendendo autem primus est filius, filius filii dicitur nepos, id est natus post filium, filius nepotis dicitur pronepos, filius pronepotis dicitur abnepos quasi longē à nepote, filius abnepotis dicitur atnepos, filius atnepotis dicitur trinepos, quasi quartus post nepotem. Alii descendentes dicuntur minores.

DE PAULO APOSTOLO.

1 *Paulus Apostolus fuit par Petro in executione auctoritatis sed non regimini.*

1 **P**aulus Apostolus, † fuit par Petro in executione auctoritatis, non autem in auctoritate regimini. haec S. Th. super epistolam ad Ga. 2. c. & uerē ac iuste reprehendit Petrum in obseruatione legalium, quia cogebat gentes non quidem imperio, sed suae conuersationis exemplo iudaizare, quia secundūm quod Leo papa dicit ualdiora sunt exempla quā uerba, haec San. Tho. secunda secunda quaestio. 37. ar. 4. ad secundūm. Paulus in Bulla papae ponitur à dextris, Petrus autem à sinistris quia Paulus uocatus fuit à Christo impassibili, Petrus uero à Christo adhuc passibili. haec San. Tho. super Paulum ad Galatas, Paulus & aliqui sancti leguntur aliquid fecisse per dæmones, non quidem ex pacto cum dæmonibus inito, sed virtute

Dei in eos exercentes. hæc Sanct. Thom.
1. Corin. 5.

DE PECCATO PRIMÒ
in communi.

- 1 Peccatum quid sit.
- 2 Peccatum quotupliciter diuidatur.
- 3 Peccatum quomodo distinguatur, & differat.
- 4 Peccata carnalia à spiritualibus quomodo distinguantur.
- 5 Peccati mortalis, & venialis differentia an sit specifica.
- 6 Peccati diuisio per peccatum omissionis, & commissionis materialis est, & specifica.
- 7 Peccati diuisio per superabundantiam, & defectum, fit per diuersas species sibi contrarias.
- 8 Peccati subiectum est duplex.
- 9 Peccata duo an sint voluntas, & actus exterior.
- 10 Peccati post actum an remaneat reatus.
- 11 Impeccabilis an sit aliqua creatura secundum naturam suam.
- 12 Homo aliquis an fuerit qui nullum habuerit peccatum.
- 13 Homo utrum possit diu stare, & non peccet.
- 14 Peccati ne aliqui aliquando ex ignorantia, infirmitate, fragilitate, malitia, vel aliquo alio.
- 15 Diabolus vel aliqua creatura an possit esse causa sufficiens ad inducendum hominem ad peccandum.
- 16 Peccatum unum an peccati alterius possit esse causa.
- 17 Peccatum si non fuisset an uniuersum esset perfectius.
- 18 Peccata omnia an sint paria.
- 19 Peccatorum grauitas an attendatur secundum causas peccati.
- 20 Peccatum utrum aggrauetur per circumstantiam.
- 21 Peccati grauitas utrum augeatur secundum maius nocumentum.
- 22 Peccatum an aggrauet magnitudo personæ peccantis.

Peccatum † primò in communi quid sit: ubi primò notandum secundum S. Thom. 1. 2. q. 21. artic. 1. & 2. quòd malum, peccatum, & culpa fe habent sicut magis commune, & minus còmune,

Secunda Pars

omne enim peccatum est malum, & omnis culpa est peccatum, sed non e contra: quælibet enim priuatio boni est mala in omni re, sed peccatum propriè consistit in actu qui fit propter finem aliquem quòd non habet debitum ordinem ad illum tam in naturalibus, quàm in moralibus, culpa verò dicitur, actus non reclus id est culpabilis, scilicet quando imputatur agèti quòd fit quando est in potestate agentis: ita quòd habeat dominium sui actus. vnde culpabile vel laudabile in solis voluntariis consistit in quibus est idem malum peccatum, & culpa, & de tali peccato scilicet quòd idem est quòd culpa debet intelligi præsens capitulum quòd diffinitur à diuersis diuersimodè, diffinitur autem per S. Thom. 11. quæst. 66. artic. 6. post Augu. in libr. de duabus animabus, quòd est voluntas retinendi vel consequendi quòd iustitia verat. Quæ diffinitio datur secundum quòd est solum in voluntate à qua omne peccatū derivatur. Secundò diffinitur Augu. in primo. de libe. arbitrio dicēs. Peccare nihil aliud est quam neglectis rebus æternis tēporalia sectari. Tertio diffinitur in lib. 83. qò. dicens. omnis humana perversitas est ut fruendis, & frui vtendis in quibus duabus attenditur auersio à fine, & oēs aliæ inordinationes. Quarto diffinitur per eundem August. quòd est dictum vel factum vel concubitum contra legem æternam, & per dictum vel factum vel concubitum intelligitur etiam non dictum, vel non factum, vel non concubitum, quia affirmatio & negatio reducuntur ad idem genus secundum Augu. in 5. de trini. puta sicut est peccatum dictū blasphemie contra Deū est peccatū non dictū laudis Dei quando tenetur laudare Deum, avarus etiam ad congregandum pecunias rapit alienum, & non dat suum quando tenetur, & gulosus ad satisfaciendū gula superflua commedit, & ieiunia debita prætermittit: vide infra. §. quinto. Et secundum Ambrosium, diffinitur quia est priuaricatio legis diuinæ, & cœlestium in obedientia præceptorum.

2 Primò, † peccatum diuiditur in mortale, ueniale, & originale, & nō in innocē, sed in prius, & posterius. Et dē prius de mortali actuali à quo peccatum ueniale def-

Sum. Tab.

gg 3

ci:

eit ex hoc q̄ non omnino à fine deordi-
 nat, sed aliquo modo à fine retardat, salua
 tate ordine ad finem. vnde deficit ex parte
 illa ex qua peccatum formaliter rationem
 mali habet. de quo ver. peccatum. tertio.
 Originale autem deficit ab eo ex parte sub-
 stantiæ ipsius actus. mortale enim actuale
 est voluntarium voluntate propria illius
 in quo est, sed originale, est voluntarium
 voluntate alterius. vnde deficit ex parte il-
 la ex qua peccatum habet rationem culpe
 Et ideo non oportet, quòd diffinitio pecca-
 ti in genere conueniat perfectè nisi illi pec-
 cato in quo completè ratio generis inueni-
 tur: potest autem, & diffinitio peccati in ge-
 nere eis secundum quid conuenire sicut, &
 ratio generi in eis per posterius inuenitur.
 hæc san. Th. Secundo sententiarum. dist.
 35. articul. 2. ad secundum Diuiditur etiã
 secundum q̄ quis peccat in Deum, in pro-
 ximum, & in seipsum. Et dicitur peccare
 in Deum, quando peccat in his quæ ratio-
 nē naturalem excedunt, sicut illa quæ sunt
 fidei, & quæ debentur soli Deo sicut hæreti-
 cus & sacrilegus, & blasphemus, dicitur au-
 tem peccare in seipsum, quando peccat in
 his quibus dirigimur secundum rationem
 ad nos tantū, sicut patet in gulosos, luxurio-
 sos, & prodigos. Quòd uerò peccat homo
 in his quibus ad proximum ordinatur di-
 citur peccare in proximum, sicut patet de
 fure, & homicida. hæc secundū S. Th. Diui-
 sio autē Anselmi, quæ peccatū diuiditur in pec-
 catum cordis, oris, & operis est s̄m diuer-
 sa instrumenta, & s̄m progressum peccati
 cuiuslibet qd̄ primò corde cõcipitur, secū-
 dō ore profertur, tertio, opere perficitur.
 Et quādo simile peccatū cordis, & oris con-
 iunguntur cū pctō operis sunt idē pctm̄,
 & non distinguuntur, sed prout quodlibet
 horū inuenitur per se, sicut ēt pars motus
 nō distinguuntur à toto motu qm̄ motus est
 continuus, sed solū qm̄ motus sistit in me-
 dio. hæc S. Th. 1. 2. q. 62. ar. 7. ad 3. Vide in
 fra §. 8. vtrum autē qm̄ est solū in corde sit
 æquè graue sicut qm̄ est in ore, & in opere
 vide versic. meritum §. 6. & d. §. 3. Diuisio
 autem quæ fit, per peccatum. Aliud est in
 corde, aliud in ore, aliud in consuetudine
 est secundum processum.

¶ Secundò, † quæritur quomodo vel s̄m,
 quid distinguatur, vel differant peccata.

Resp. s̄m S. T. 1. 2. q. 62. ar. 1. q̄ peccata p̄
 sp̄s distinguuntur per actus voluntarios ma-
 gis, quàm per inordinationē ipsius actus:
 quia ipsa inordinatio non intenditur ab
 ipso peccante, & ideo est per accidens, di-
 stinctio autē, sumitur ab his, quæ sunt per
 se, actus autē voluntarii distinguuntur sp̄e
 s̄m obiecta, finis autē principaliter hēs ra-
 tionē boni: & idē cõparatur ad actū uolun-
 tatis qui est primordialis in omni pecca-
 to sicut obiectū. vnde in idē redit, q̄ pec-
 cata differant s̄m obiecta uel s̄m fines, &
 si quis dicat, q̄ distinguuntur s̄m opposi-
 tas uirtutes. Resp. S. Th. vbi supra ad 2. q̄
 in idem redit, quia uirtutes etiã distin-
 guuntur per obiecta.

¶ Tertio, † quæritur quò distinguantur pec-
 cata carnalia à sp̄ualibus. Resp. q̄ peccata
 illa quæ perficiuntur in delectatione sp̄ua
 li. s̄m cuius finis est delectatio sp̄ualis sicut,
 qm̄ aliq̄ delectatur in laude humana dir-
 peccata sp̄ualia. Illa uerò quæ perficiuntur in
 delectatione carnali cuius finis est delecta-
 tio carnalis vocant̄ peccata carnalia sicut
 gula, & luxuria. vnde Apost. dicit 1. Cor. 7.
 Em̄ demus nos ab oi inquamto carnis,
 & sp̄s, & Gre. dicit, 3. 1. mora. q̄ septē capi-
 taliū uitiōrū quinque sunt sp̄ualia, &
 duo sunt carnalia, s̄m gula, & luxuria. Not.
 tū q̄ qm̄ Apo. ad Gal. 5. dicit, q̄ manifesta
 sūt opera carnis non accipit̄ ibi s̄m glo. vi-
 tia carnalia s̄m, q̄ perficiunt̄ in uoluntate
 carnis sicut hic accipimus, sed caro sumit̄
 ibi pro homine qui dū s̄m se uiuit s̄m car-
 nem uiuere d̄. vi. Et Aug. dicit. 14. de ciui.
 Dei, & h̄mōi ratio est ex hoc, q̄ ois huma-
 n̄ rationis defectus, ex sensu carnali ali-
 quo mō initium habet. Itē not. q̄ fornicatio
 speciali modo d̄ vitium carnis, quia
 specialiter seruit carni, huc corpori, in tm̄ q̄
 nihil aliud in ipso momento cogitare ho-
 mini liceat, delectatio autem gulæ, & si sit
 carnalis, non ita tm̄ absorbet rationē, quan-
 do autē auaritia inter carnalia peccata nu-
 meratur ponitur pro adulterio, quod est in-
 iusta usurpatio uxoris alienæ.

¶ Quarto, † utrum d̄ria mortalis, & uenialis
 sit differentia specifica constituens spe-
 ciem. Resp. secundum S. Tho. 12. q. 72. ar.
 5. q̄ non, quia sumitur p̄nes reatum pe-
 n̄z, q̄ non est per se intentus sicut debet
 esse

esse differentia cōstituens speciem. ubi notandum, q̄ duplex est inordinatio. vna per subtractionem principii ordinis. Alia qua etiā saluato principio ordinis, fit in ordinatio circa ea quæ sunt post principium, sicut in corpore animalis, quandoq; quidē inordinatio complexionis procedit vsq̄ ad destructionem principii vitalis, & hæc est infirmitas mortalis, quando cunq; verò saluo principio vitæ fit deordinatio quædam in humoribus, & tūc est ægritudo nō mortalis, sed curabilis, principium autem actus totius corporis in moralibus est finis vltimus qui ita se habet in operatiuis sicut principium in speculatiuis. vnde quando anima deordinatur per peccatum usq; ad auersionem ab ultimo fine scilicet Deo cui vnimur per charitatem, tunc est peccatum mortale. quando verò fit deordinatio circa auersionem à Deo, tunc est peccatum veniale, sicut enim in corporalibus deordinatio mortis quæ est per remotionem principii vitæ est irreparabilis secundum naturam, inordinatio autem ægritudinis reparari potest propter id quod saluatur principium vitæ, similiter est in his quæ pertinent ad animam: in operatiuis enim, qui peccando auertitur ab ultimo fine quantum est ex natura peccati habet lapsum irreparabilem, & ideo dicitur peccare mortaliter, æternaliter puniendus: q̄m verò peccat citra auersionem à Deo, ex ipsa ratione peccati reparabiliter deordinatur, quia saluatur principium, & ideo dicitur peccare venialiter, quia scilicet non ita peccat ut mereatur interminabilem penam. vnde nihil prohibet in eadem specie inueniri aliquod peccatum mortale, & veniale sicut primus motus in genere alicuius peccati, puta adulterii est peccatum veniale & uerbum ociosum quod plerumque est veniale potest etiā esse mortale, puta quando fit ut trahat ad adulterium, & ex hoc quod inuenitur aliquod peccatū mortale ex genere sicut homicidium, & adulterium, & aliquod peccatum veniale ex genere sicut uerbum ociosum sequitur quod talis differentia consequatur diuersitatem peccatorum s̄m speciem, non autē, quod causet eam, talis autem differentia potest inueniri etiā in his quæ sunt eiusdem speciei. hæc S. Tho. rbi supra. Ex quibus.

Primò patet, q̄ veniale, & mortale non cōstituunt diuersitatem specierū peccatorū, sed p̄t consequi diuersam speciem. Secundò, quod peccatū mortale est illud quod deordinat ab ultimo fine, veniale uerò nō, sed retardat. & præcepta diuinæ legis naturalis, & humanæ indicūt quid sit mortale, & veniale, nam quicquid est contra ipsa de se habet rationem mortalis peccati nisi uel ratione surreptionis, vel modicitatis, vel rationabilis causæ quæ quod præcepta humana uel dispensationis superioris excusetur: peccatum uerò veniale non est contra legem, sed præter legem quia non seruat modum rationis quem lex sancta intendit. differūt ergo mortale, & veniale sicut reparabile, & irreparabile per principium interius, non autem per comparisonem ad uitæ ueritatem diuinam quæ omnem morbum sine corporalem siue spirituales potest reparare.

¶ Quintò, † diuisio peccati per peccatum cōmissionis, & omissionis materialis est, & specifica: largè tamē s̄m, q̄ negatio uel priuatio sp̄m h̄re p̄t. Si autē loquamur de specie peccati cōmissionis, & omissionis formaliter sic nō differunt specie, quia ad idē ordinatur, & ex eodem motu produūt, auarus. n. ad congregandā pecuniā, & rapit, & nō dat ea quæ dare debet, semper. n. in rebus negatio fundatur super aliqua affirmatione quæ est quodāmodo causa eius sicut ignis calefacit, & in frigidet ex eodem principio: cum enim calefacit carnem, aperit poros ex quo sequitur in frigidatio.

¶ Sextò, † diuisio peccati per superabundantiam, & defectum sicut intemperantia, & insensibilitas uel prodigalitas, & auaritia, & similia non solum sit per diuersas species, sed etiā sunt cōtraria sibi inuicem. Non. n. est idē motiū ad peccandū in p̄tis quæ sunt per superabundantiā, & in p̄tis quæ sunt s̄m defectum, quinimò sunt cōtraria motiua sicut motiuum in p̄tō intemperantiæ est Amor delectationū corporalium, motiuum autē in p̄tō insensibilitatis est odiū earum, & sic de similibus, ab hmōi. n. motiuis peccata suscipiunt speciem, & non ab inordinatione quæ est præter intentionem siue per accidens. Diuiditur etiā secundum Canon. in crimen merè ecclesiasticum, & ciuile, ac mixtum. & dicitur ecclesiasticum quod pertinet ad ecclesiæ iurisdictionem.

ditionem, ut hæresis, sacrilegium, simonia, periurium, usura, adulterium, de fo. cõpe. c. cum sit gñale, & ibi Pa. uer. iudicare. §. 7. dicitur autem merè ecclesiasticum quod principaliter ortum est à canonibus, & solum coram ecclesiastico habet cognosci. ut hæresis. Crimen uerò merè ciuile, est crimen ciuili lege prohibitum quod aliàs in se non est peccatum, ut ciuitatem motu post signum peragrate. Crimen mixtum est quod pertinet ad utranque forum ut sacrilegium de cuius pœna etiam secularis iudex in d. e. cum sit generale. in glo. & c. scelicis. de pe. in glo. uer. adimimus. lib. 6. Quomodo et diuiditur in crimē enorme, mediocre, & minora. uide uer. dispensatio. §. 14. & uer. enormis. §. 1. Diuiditur et in crimen publicum, priuatum, & exceptum. Publicum est cuius denuntiatio, uel accusatio datur cuilibet de populo, ad publicam, enim utilitatem pertinet ne crimina maneat impunita, ut sunt homicidia, adulteria, & crimen lese maiestatis. Priuatum dicitur cuius denuntiatio pertinet tantum ijs quibus inferitur iactura ut furtum, illata damna, & iniuriæ. Exceptum est ad cuius accusationem, et laici contra clericos admittuntur si zelo &c. ut crimen simoniæ, hæresis. Crimen lese maiestatis, & sacrilegii de quibus in glo. sum. 2. q. 7. ubi additur crimen dilapidationis, secundum ius canonicum omne crimē dicitur publicum, quia ad publicum iudicium spectat puniendum.

8 ¶ Septimò subiectū peccati est duplex. scilicet subiectū primū & proximum, subiectū primū omniū peccatorū est uoluntas, immediatū autē potest esse omnis potentia, quæ aliquo modo potest moueri à uoluntate. Aliquid enim esse in uoluntate potest intelligi dupliciter. uel ita quod sit in ea sicut in causa, & sic omne peccatum in uoluntate, eod quod culpabile intantum est culpabile in quantum est uoluntariū: uel ita quod sit in ea sicut in subiecto, & tunc distinguendum est quia subiectum peccati est duplex. scilicet proximum uel primum, proximum est ille potentia quæ actum peccati elicit sicut uisus producit uisionem, & sic in diuersis potentiis conuenit esse peccatum & non solum in uoluntate sicut uisio mala est in oculo & locutio mala in organo uocis. primum autem subiectum peccati est ex quo inest homini peccati susceptibilitas, & quia homo non

est susceptibilis culpæ nisi secundum quod est dominus suorum actuum, & hoc sibi competit secundum quod habet uoluntatem, ideo primum subiectum peccati uoluntas est, non enim habet actus aliarum potentiarum rationem culpæ nisi secundum quod subiacer imperio uoluntatis, non enim uox blasfemæ posset esse peccatum nisi imperaretur uel posset prohiberi per uoluntatem, & sic blasfemia est in uoluntate tanquam in imperante uel consentiente uel non prohibente, in ore uerò est sicut in subiecto materiali. Nec est homo est susceptiuus pœnæ nisi in quantum habet uoluntatem quia ex hoc aliquid pœnale est quod uoluntati aduersatur, & id uoluntas est primum subiectum peccati & pœnæ hic sicut S. Tho. in 2. ¶ Octauò utrum uoluntas & actus exterior, sint duo peccata Responsum sicut S. Th. 2. sententiarum. dist. 42. q. 1. ar. 1. quod sicut uoluntatis unitatem est summum iudicium de unitate eius quod in genere moris dicitur, unum contingit aliquid quod est unum in genere naturæ consideratum ut unus motus, esse plures sicut quod ad genus moris retorquetur si uoluntas in actum uarietur ut quod bona intentione quis incipit & mala finit uel e contra. Et contingit esse actus plures sicut quod ad genus naturæ referuntur qui tamen sunt unum sicut quod in genere moris consideratur ut patet in eo qui furatur quia omnes actus quos ordinat ad furtum peccatum sunt, cum mala intentione fiat qui potest esse multi, & tamen omnes computantur ut unum peccatum quia non habent rationem peccati nisi sicut quod per unam uoluntatem in unum peruenit sicut finem ordinant sic ergo distinguere oportet in proposito quia cum queritur utrum uoluntas interior & actus exterior sint diuersa peccata, aut intelligit de uoluntate coniuncta actui exteriori. uel quæ simul uult, quæ actus, puta, furti est, atque de uoluntate præcedenti, si primo modo sic oportet quod peccatum sit unum. scilicet uoluntas interior & actus exterior, quia non multiplicatur actus uoluntatis, si uerò. Secundò modo sic est aliud, quia actus uoluntatis multiplicatur, quantum uoluntatis explet exterioriter iterat etiam actum uoluntatis & sic oportet quod sint duo peccata, non propter diuersitatem actus exterioris & interioris, sed propter multiplicationem actus ipsius uoluntatis: Quidem querunt: an eis qui ad occidendum hominem pergit quoties

interrupta cogitatione inter eundem re-
 necat voluntatem torrens nouum com-
 mittat, an totum sit tantum numero pecca-
 tum. Resp. q. ibi est tantum vnum pecca-
 tum numero tanto grauius quāto pluries
 firmatum: quia est ibi una numero deordi-
 natio. Interrumpendo autem interiores
 actus circa idem nō fit noua deformitas,
 sed multiplicatur actus voluntarij. hæc il-
 li. Sed pro certo, uel isti Respon. de specifi-
 ca distinctione, & sic non erit ad proposi-
 tum, uel de unitate numerali, & sic uide-
 tur esse falsum, quācumq; n. est vnus actus
 numero deliberatus voluntatis est vnum
 peccatum numero, ut dictū est s̄m doctri-
 nam S. T. & ille actus non remanet quan-
 do voluntas multiplicat. vnde quæro cum
 ille primus non sit, sed voluntas hēat aliū
 actum deliberatum, vtrum iste secundus
 sit peccatum, & certum est, q̄ non est pri-
 mum. vnde quāuis illa multiplicatio sub
 eadem deformitate non multiplicet pecca-
 tū in specie, multiplicat tñ in numero de
 quo est. q. Et not. q̄ in illo præcepto nō
 concupiscēs rem proximi tui, vel vxorem,
 &c. non prohibetur illa voluntas, quæ est cō-
 iuncta actui exteriori, sed quæ est separata,
 quæ etiam sine actu habet quandam tur-
 pem iocunditatem, quæ aut coniuncta est
 actui prohibetur illo præcepto quo factū,
 quia nihil cadit sub præcepto, vel prohibi-
 tione nisi s̄m q̄ est voluntarium, & quam-
 uis reddatur maior pœna, ut plurimum
 quando actus exterior adiungitur, ut pa-
 tet Mat. 5. vbi grauior pœna redditur op-
 probria dicenti, quam solum corra rōnem
 irato, hoc tñ non est, quia peccatū p̄tō ad-
 datur, sed quia sit maior deformitas. i. mā-
 gis intensa voluntas, q̄n additur actus ex-
 terior nisi sit voluntas cōpleta, quæ p̄ actu
 reputatur, de quo vide ver. meritū. §. 6. Si-
 militer est vnum p̄tōm solū hñs diuersas
 deformitates, quādo vnū peccatum impe-
 rat actū alterius peccati, ut cū quis fura-
 tur propter gulam quāuis, sint ibi plures
 actus, & breuiter vbi nō multiplicat actus
 voluntatis, non multiplicatur p̄tō, vtrum
 vnus, & idē actus possit esse meritorius, &
 de. meritorius. vide ver. meritū. §. 9. vtrum
 peccatum habens duas circumstantias sint
 duo peccata. ver. circumstantia. §. 12.

10 ¶ Nonō, † vtrum post actum peccati rema-

neat reatus Res. s̄m S. Th. 2. d. 42. q. 1. ar.
 2. q̄ sic. Reatus enim d̄r s̄m q̄ aliquis est
 reus pœnæ, & iō propriē reatus nihil aliud
 est, quā obligatio ad pœnam, & q̄ hæc
 obligatio quodam modo est media inter
 pœnam, & culpam ex eo q̄ propter culpā
 aliquis ad pœnam obligatur, ideo nomen
 medij tranſumitur ad extrema, ut in interdū
 ipsa culpa, vel etiam pœna reatus dicitur.
 ut magister in litera dicit cum autem pœ-
 na sit medicina quæ dā, ut phil. in 2. Ethic.
 dicit, medicina uero non est nisi contra de-
 fectum aliquem, oportet q̄ ad pœnam pro
 aliquo defectu obligetur, non q̄ ille defe-
 ctus semper sanetur per pœnam in eo in
 quo est, ut patet in dānatis, & in fure qui
 suspenditur, sed pœna recōpensat defectū
 in statu vniuersi, vel etiam reipublicæ pro
 ordine iustitiæ, qui in pœna apparet, non
 autem defectus quilibet ad pœnam obliga-
 gat; sunt enim defectus quidam, qui inuo-
 luntarij magis ad misericordiā, q̄ iram pro-
 uocantes, sed illi solum defectus, qui ex
 actibus voluntariis relinquuntur, pœnam
 merentur in eo, q̄ voluntariē defectum in-
 ducit. vnde cum tranſeunte actu defectus
 remaneat, oportet q̄ etiam reatus rema-
 neat, post peccatum, & quamuis causa re-
 mota ipsius actus sit actus peccati, causa ta-
 men immediata eius est defectus per actū
 inductus, quod remanet in ipso adhuc p̄-
 pter actum, quem prius fecit. vnde non
 oportet, quōd tranſeunte actu reatus tran-
 ſeat. Nec est idem reatus omnium pecca-
 torum, uel eadem macula, sed diuersæ,
 quamuis enim quolibet actus peccati mor-
 talis quælibet virtus prittertur, non tamen
 eodem modo, sed actu luxuriæ, castitas
 per se priuatur, & aliæ uirtutes ex conse-
 quenti secundum quōd sunt castitati an-
 nexæ, per futurum autem actus iustitiæ per
 se, & aliarum virtutum ex consequenti, &
 sic de alijs. Et nota quōd in peccante sunt
 duo, vnus defectus, qui est in ipso actu pec-
 cati secundum quōd aliquis limites legis
 diuinæ, & rationis rectē tranſgreditur.
 Alius est in ipso peccante, scilicet priua-
 tio virtutis ex priori defectu inducta, quā
 uis autem quando aliquis gratiam recu-
 perat secundus defectus tollatur. Non ta-
 men ex toto primus sublatu est, quia
 oportet, ut quantum uoluntati suæ obe-
 diuit

dicit præter legē Dei nostri, etiā in contrariū reciperet ut sic iustitia seruetur æqualitas, & ideo post gratiā recuperatam iniungitur satisfactio & est adhuc homo reus temporalis pœnæ: reatus tamen culpæ & macula per aduentum gratiæ remouetur, quid sit culpa, reatus, & pœna uide. ver. peccatum. 2. prin. & aliquid. uer. macula.

11 ¶ Decimo ¶ utrum sit aliqua creatura quæ secundum naturam suam sit impeccabilis. Respon. secundum S. Tho. 3. contra Gen. c. 109. quod non. Ait enim sic, post multa. In Deo peccatum uoluntatis esse non potest. Nam peccatum est quæ secundarium agens, exit ab ordine principalis agentis, sicut cum tibia deficit propter suam curuitatem ab exculpatione motus quem uirtus appetitiua imperabat sequitur claudicatio, sic etiam in causalibus cum finis secundarius non continetur sub ordine principalis finis, est peccatum uoluntatis, cuius obiectum est bonum & finis. Quælibet autem uoluntas naturaliter uult illud quod est proprium uoluntatis bonum. si ipsum esse perfectum & non potest contrarium huius uelle. In illo igitur uolente nullum potest uoluntatis peccatum accidere cuius proprium bonum est ultimus finis quod non continetur sub alterius finis ordine, sed sub eius ordine omnes alii fines continentur, huius autem uolens est Deus cuius esse est summa bonitas quæ est ultimus finis. In Deo igitur esse peccatum uoluntatis non potest, in quocumque autem alio uolente cuius proprium bonum necesse est sub ordine alterius boni contineri, potest peccatum accidere uoluntatis, si in sua natura consideretur. Licet enim naturalis inclinatio uoluntatis insit unicuique uolenti ad uolendum & amandum sui ipsius perfectionem, ita quod contrarium huius uelle non possit, non tamen sic est ei inditum naturaliter, ut ita ordinet suam perfectionem in alium finem quæ ab eo deficere non possit, cum finis superior non sit sue nature proprium sed superioris nature, relinquatur igitur suo arbitrio quæ propriam perfectionem in superiorem ordinet finem, in hoc enim differunt uoluntatem habentia ab his quæ uoluntate carent, quod habentia uoluntatem ordinant se & sua in finem, unde & liberi arbitrii esse dicuntur, & sic cum omnis crea-

tura dependeat à superiori & ipsa creatura liberè possit ordinare & non ordinare, ideo potest peccare nisi per gratiam à superiori quæ omnia potest adiuuatur.

12 ¶ Decimo primo futurum fuerit aliquis homo qui nullum habuerit peccatum. Respon. s. m. S. Tho. post Magistrum sententiarum. 3. distin. 3. ar. primo, quod Christus fuit sine omni peccato, tam originali quam mortali & ueniali, nec etiam potuit peccare s. m. Damasc. immo proprie non habuit etiam potentiam peccandi propter unionem ad uerbum, beata uero uirgo Maria secundum Magistrum sententiarum & S. Thom. ubi supra habuit peccatum originale à quo tamen citissime fuit purgata: nullum tamen mortale se ueniale habuit propter gratiam exuberantem quæ non minus eam custodiuit ad omni peccato actuali quam fecisset iustitia originalis. Ait enim magister ubi supra in principio. Queritur etiam de carne uerbi an priusquam conciperetur obligata fuerit peccato, & an talis fuerit assumpta à uerbo. Sanè dici potest & credi oportet iuxta sanctorum attestaciones conuenienter, ipsam prius peccati fuisse obnoxiam sicut reliqua uirginis caro, sed Spiritus Sanctus operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis uiniretur uerbo, & hoc probat per uerba Euangelii. Spiritus Sanctus superueniet in te, &c. quod autem fuerit immunis ab omni peccato actuali probat magister ubi supra. ca. secundo per uerbum Aug. in lib. de natura & gratia. Excepta uirgine, &c. omnes autem alii secundum sententiam Ioan. Apostoli si interrogentur si sint sine peccato, respondere debent quod non, quod secundum S. Thom. ubi supra in littera, sic intelligitur. Primo ut per peccatum non tamen intelligatur macula & reatus peccati, in puero, n. baptizato & adulto poenitente manet fomes incitans ad peccatum & ulterius aliq. dispōnes ad incitandum ex peccato actuali relicto, in Christo autem & matre eius neutrum istorum fuit. Alio modo potest uerificari ut intelligatur etiā de peccato actuali quo ad reatum & maculam: si enim homo ad breue tempus sine actuali peccato esse possit, non tamen diu sic perseuerare potest, ut saltē in ueniale peccatum non cadat ut sic, hoc uerbum,

si dixerimus: quia peccati non habemus, non determinatum praesens, sed confusum oportet, ut sit sensus, habens usum liberi arbitrii non est diu sine peccato, in Christo uero & matre eius nullo modo peccati actuale locum habuit, nec mortale, nec veniale. Vide de beata uirgine uer. ser. §. 12.

13 ¶ Duodecimo, ¶ utrum possit homo diu stare, & non peccet. Respon. quod possumus loqui de homine dupliciter, uno modo secundum statum naturae integre, & sic etiam sine gratia habituali poterat sine peccato uiuere, quauis indigeret auxilio Dei quo substracto etiam ipsa natura in nihilum dederet. Alio modo secundum praesentem statum naturae corruptae, & hoc iterum dupliciter, uno modo loquendo de peccato ueniali, & sic etiam non potest diu stare quin peccet. Alio modo de peccato mortali, & hoc iterum dupliciter, uno modo de eo qui est in gratia, & sic potest uiuere sine peccato mortali. Alio modo deo qui est sine gratia, & tunc secundum San. Th. 1. 2. q. 109 ar. 8. non potest diu uiuere sine nouo peccato mortali nisi per auxilium Dei relurgat ad gratiam, unde Gre. super Eze. peccatum quod mox per poenitentiam non deletur suo pondere ad aliud trahit. haec San. Tom. uide rationem horum per S. Tho. ubi supra.

14 ¶ Decimotertio, ¶ utrum aliqui aliquando peccent ex ignorantia, infirmitate, fragilitate, malitia, uel aliquo alio. Resp. fm San. Tho. 1. q. de ma. q. 3. ar. 12. ad quintum ubi primo notandum, quod cum dicitur aliquis peccare ex aliquo, datur intelligi, quod illud sit primum principium peccati, & reduci tur ad principium actuum, in eo autem qui peccat ex infirmitate uoluntas mali non est primum principium peccati, sed causatur ex passione, sed in eo qui peccat ex malitia, uoluntas mali est primum principium peccati: quia ex seipso, & per habitum proprium inclinatur in uoluntatem mali non ex aliquo exteriori. Quomodo peccatur ex ignorantia. uide uer. ignorantia. per totum. De peccato ex infirmitate, fragilitate, uel passione. uide uer. infirmitas. per totum. De peccato ex malitia. uer. malitia. & uer. blasfemia. §. 7. & seq. No. quod peccans est ignorans fm Philo. in quantum decipitur in eligendo, & fm S.

Tho. tertio di. 3. 1. q. 1. ar. 1. omne peccatum est ex errore & ex contemptu negligentiae, intellige in particulari.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum diabolus uel aliqua alia creatura possit esse causa sufficiens ad inducendum hominem ad peccandum. Respon. fm S. Tho. 1. 2. q. 80. ar. 3. quod non, ubi ait, diabolus propria uirtute nisi refrenetur a Deo, potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum quod de suo genere peccatum est, non autem potest inducere necessitate peccandi, quod patet ex hoc quod homo motus ad peccandum non resistit nisi per rationem cuius usum totaliter impedire potest mouendo siue turbando imaginationem & appetitum sensitium sicut in arreptiis patet, sed tunc ratione sic ligata quicquid homo agat non imputatur ei ad peccatum, sed si ratio non sit totaliter ligata ex ea parte qua est libera potest resistere peccato, unde manifestum est quod diabolus nullo modo potest necessitatem inducere homini ad peccandum, nec potest totaliter mouere uoluntatem hominis, sed solus Deus a fortiori nec alia creatura, & 1. 2. q. 75. ar. 2. ait idem S. Tho. causa interior peccati est uoluntas ut perficiens actum peccati, & ratio quantum ad carentiam debite regulae & appetitus inclinans: sic ergo aliquid extrinsecum tripliciter potest esse causa peccati, uel quia moueret ipsam uoluntatem immediate, uel quia moueret rationem, uel quia moueret appetitum sensitium: uoluntatem autem interiori mouere non potest nisi Deus qui non potest esse causa peccati: unde relinquitur quod nihil exterius potest esse causa peccati nisi uel in quantum mouet rationem sicut homo uel demon persuadens peccatum, uel sicut mouens appetitum sensitium sicut aliqua sensibilia exteriora mouent ipsum, sed neque persuasio exterior in rebus agendis ex necessitate mouet rationem nec etiam res exteriori proposita ex necessitate mouent appetitum sensitium nisi forte aliquo modo dispositam, & tamen etiam appetitus sensitius non ex necessitate mouet rationem & uoluntatem, unde aliquid exterius potest esse aliqua causa mouens ad peccandum non tamen sufficienter ad peccandum inducens, sed causa sufficiens complens peccatum est uoluntas. haec ille. Et

not. secundum dicta quod causa peccati est triplex, scilicet motiuum, id est bonum appetens, defectus regulæ, & perficiens. primum pertinet ad sensum, & ad appetitum sensitiuum. secundum ad rationem. tertium ad uoluntatem: efficacissima autem causa ad peccandum secundum Sane. Thom. 1. 2. q. 77. ar. 4. est duplex, scilicet amor bonorum temporalium, & timor poenæ.

16 ¶ Decimoquinto, ¶ utrum unum peccatum possit esse causa alterius peccati. Respon. secundum Sane. Thom. 1. 2. q. 75. ar. fin. quod contingit peccatum esse causam alterius, secundum quatuor genera causarum. Primo quidem secundum modum causæ efficientis, uel mouentis, & per se, & per accidens, per accidens quidem sicut remouens, prohibens dicitur mouens per accidens, cum enim per unum actum peccati homo amittit gratiam & caritatem, uel uerecundiam, uel quodcumque aliud retrahens à peccato, incidit ex hoc in aliud peccatum, & sic primum peccatum est causa secandi per accidens: per se autem, sicut cum ex uno actu peccati homo disponitur ad hoc, quod alium actum consumilem facilius committit, ex actibus enim causantur dispositiones & habitus inclinantes ad similes actus. Secundum uero genus causæ materialis unum peccatum est causa alterius in quantum præparat ei materiam, sicut auaritia præparat materiam litigio, quod plerumque est de diuitiis congregatis. Secundum genus causæ finalis unum peccatum est causa alterius in quantum propter finem unius peccati aliquis committit aliud peccatum, sicut cum quis committit simoniam propter finem ambitionis, uel fornicationis propter furtum: & quia finis dat formam in moralibus, ex hoc etiam sequitur, quod unum peccatum sit formalis causa alterius: in actu enim fornicationis, quæ propter furtum committitur est quidem fornicatio sicut materiale furtum uero sicut formale: istas autem causas habet peccatum ratione actus non ratione inordinationis.

17 ¶ Decimosexto, ¶ utrum si peccatum non fuisset, ueruerum esset perfectius. Respon. secundum S. Thom. 1. sententiarum. dist. 46. ar. 3. ad 6. quod sic, ubi circa finem sic ait: si nullus homo peccasset, uniuersum genus humanum melius fore, quia etiam

etsi directe salus unius occasionetur ex culpa alterius, tamen sine illa salute consequi posset, nec tamen hæc mala, nec illa per se faciunt ad perfectionem uniuersi, quia perfectionum non sunt causæ, sed occasiones, nec sequitur quod Deus non sit bonus promissor, quauis non seruauerit à peccato, quod utique potuisset facere: quia bonus promissor secundum Augustinum non destruit naturam, sed conseruat, & sic uoluit seruare naturam intellectualem in sua libertate ex qua securum est peccatum.

18 ¶ Decimoseptimo, ¶ utrum omnia peccata sint paria. Respon. S. Thom. 1. 2. q. 73. ar. 2. concludit quod non sunt paria sicut stoici dicebant, quia non est pura priuatio, ar. uero 3. quod peccatum est tanto grauius, quanto deordinatio contingit circa aliquod principium, quod est prius in ordine rationis, ratio autem ordinat omnia in agibilibus ex fine, & ideo quanto peccatum contingit in actibus humanis ex altiori fine, tanto peccatum est grauius, obiecta autem actuum sunt fines eorum, & ideo eum diuersitatem obiectorum attenditur diuersitas grauitatis in peccatis sicut patet, quod res exteriores ordinantur ad hominem sicut ad finem, homo uero alterius ordinatur in Deum sicut in finem. unde peccatum quod est circa substantiam hominis sicut homicidium est grauius peccato, quod est circa res exteriores sicut furtum, & adhuc est grauius quod immediate contra Deum committitur sicut inhi delitas, blasfemia, & huiusmodi. Et in ordine quorundam horum peccatorum, unum est grauius, uel altero secundum quod circa aliquod principium, uel minus principale, & quia peccata huiusmodi sunt ab obiectis: ideo ista est prima, & principalis comparatio. In ar. 4. concludit, quod grauitas peccati est maior, quam peccatum directe & principaliter opponitur maiori uirtuti sicut odium Dei est pessimum, quia charitas Dei tibi opposita est maxima uirtus, & ista ratio est eadem cum superiori, obiectum enim & finis in moralibus idem sunt, secus esset de oppositione extensiva: quanto enim uirtus est maior tanto magis se extendit ad cohibenda minora peccata. unde proverbia 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est sicut dicit dominus in Mattheo 5. quod abundans iustitia cohibet iram, quæ est minus peccatum, quam homicidium, quod cohibet mi-

nor iustitia. Quanto. n. fuerit uirtus maior tanto magis elongat hominem à peccato sibi contrario, ita q̄ non solum ipsum peccatum, sed et inducentia ad peccatum cohibet, & sic manifestum est q̄ quanto aliqua uirtus fuerit maior, tanto et minora peccata prohibet, sicut etiam sanitas quanto fuerit maior tanto etiam minores diserepantias excludit, & per hunc modum maiori uirtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus, & in articulo quinto dicit, q̄ peccata spiritualia sunt maioris culpæ quàm peccata carnalia, quod non est, sic intelligendum, quasi quodlibet peccatum spirituale sit maioris culpæ quolibet peccato carnali, sed quia considerata hac sola differentia spiritualitatis & carnalitatis sunt grauiora cæteris paribus, cuius ratio triplex est. Prima ex parte subiecti, nam spiritualia pertinent ad spiritum cuius est conuerti ad Deum, & ab eo auerti, carnalia uerò ad bonum corporale cui magis adhæret, & sic spirituale habet magis de auersione ex qua procedit ratio culpæ, & ideo inquantum huiusmodi est maioris culpæ. Secunda ratio sumitur ex parte eius in quem peccator, per carnale enim peccatur in proprium corpus, per spirituale uero in proximum qui est magis diligendus, tertia quia carnalia habent maius impulsuum, quod minuit de grauitate peccati. Vide aliquid. uer. auaritia. §. 5. & uer. fornicatio. §. 1. & uer. incestus. §. 1. & uer. luxuria. §. 8.

19 ¶ Decimo octauo dicitur utrum grauitas peccatorum attendatur secundum causas peccati. Resp. q̄ in genere peccati, sicut in quolibet genere potest accipi duplex causa, una quæ est per se & propria causa peccati, quæ est uoluntas peccandi, comparatur enim ad actum peccati sicut arbor ad fructum, sicut dicit glossa super illud Mat. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere, & huiusmodi causa quanto fuerit maior, tanto peccatum erit grauius. Quanto enim uoluntas fuerit maior ad peccandum, tanto homo grauius peccat. Aliæ uerò causæ peccati accipiuntur quasi extrinsecæ & remotæ ex quibus scilicet uoluntas inclinatur ad peccandum, & in his causis est distinguendum, quædam enim harum inducunt uoluntatem ad peccandum, secundum ipsam naturam uoluntatis sicut finis qui est proprium obiectum

uoluntatis, & ex tali causa augetur peccatum. grauius. n. peccat cuius uoluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccandum. Aliæ uerò causæ sunt quæ inclinant uoluntatem ad peccandum præter naturam ipsius uoluntatis quæ nata est moueri liberè ex seipsa, secundum iudicium rationis, uel causæ quæ diminuant iudicium rationis sicut ignorantia uel quæ diminuant liberum motum uoluntatis, sicut infirmitas uel uolentia, aut metus, uel aliquid huiusmodi, diminuant peccatum, sicut & diminuant uoluntarium intentum quod si actus sit omnino inuoluntarius, non habet rationem peccati. Et quæuis concupiscentia secundum quod est motus uoluntatis sicut secundum quod sequitur peccatum inquantum magis adhæret & infrenatè tendit in suum obiectum auget peccatum non tamen secundum quod est motus concupiscentibus præcedens actum peccati siue uoluntatis, quia quod maiori concupiscentia stimulatus peccat, cadit ex maiori tentatione. unde minus ei imputatur.

20 ¶ Decimo nono dicitur utrum peccatum aggrauetur per circumstantiam. Resp. q̄ unumquodque ex eodem natum est aueri ex quo causatur sicut philosophus dicit de habitu uirtutis. 2. Ethic. Manifestum est autem quod peccatum causatur ex defectu alicuius circumstantiæ, ex hoc. n. receditur ab ordine rationis quod aliquis in operando non obseruat debitas circumstantias, uel manifestum est quod peccatum natum est aggruari per circumstantiam, sed hoc quidem contingit tripliciter. uno quidem modo inquantum circumstantia transfert in aliud genus peccati sicut peccatum fornicationis consistit in hoc quod homo accedit ad non suam, si autem addatur hoc quod sit alterius uxor, transfertur iam in aliud genus peccati. scilicet in iustitiam, & secundum hoc est grauius quàm fornicatio. Aliquando non trahit ad aliud genus, sed solum multiplicat rationem peccati sicut si prodigus det quoniam non debet & cui non debet, & ex hoc ipso peccatum sit grauius, unde Tullius in paradoxis dicit quod in patris uita uiolanda, multa peccant: uiolatur. n. is qui procreauit, qui aluit, qui erudiuit, qui in sede ac domo atque in reipublicam collocauit. Tertio modo circumstantia aggrauat peccatum ex eo quod auget deformitatem prouenientem ex alia circumstantia sicut accipere alienum constituit peccatum furti, si autem addatur hæc circumstantia ut multum accipiat erit grauius, quamuis accipere

accipere multum, uel parū de se non dicat
rōnem boni, uel mali. hęc ille, uide circum
stātia. §. 2. & se. & de facto in die festo. §. 12.

21 ¶ Vigesimo, s̄vtrū grauitas peccati augeatur
s̄m maius nocumentum. Resp. q̄ nocu
mentum tripliciter se h̄re p̄t ad peccatū,
q̄nq; n. est pr̄uisum, & intentum sicut cū
aliquis aliquid operatur animo nocendi, ut
homicida uel fur, & tunc directē quantitas
nocimenti adaugeat grauitatem peccati,
quia tunc nocumentum est per se obiectū
peccati, q̄nq; est nocumentum pr̄uisum,
sed non intentum sicut cum aliquis tran
siens per agrum, ut compendiosius uadat
ad fornicandum infert nocumentum his
quę sunt seminata in agro scienter, licet
non animo nocendi, & sic ēt quantitas no
cimenti aggrauat peccatum, sed indirectē
inquantum. s̄. ex uoluntate multum incli
nata ad peccandum procedit, q̄ aliquis nō
pr̄termittat facere damnum sibi, uel alii,
quod simpliciter non uellet. Q̄nq; aut̄ no
cumentum nec est pr̄uisum, nec intentū,
& tunc si per accidens se habeat ad pecca
tum non aggrauat peccatum, sed pp negli
gentiam considerandi nocumenta, quę cō
sequi possent, imputatur homini ad p̄nā,
mala quę eueniunt pr̄ter eius intentionē
si dabat operam rei illicitę. Si uerō no
cumentum sequatur per se ex actu peccati li
cēt non sit intentum, neq; pr̄uisum dire
ctē, peccatū aggrauat, quia quęcunq; per
se sequuntur ad peccatū pertinent quodā
mō ad ipsam sp̄m peccati, puta si aliquis
publicē fornicetur pp scandalum plurimo
rū, quod quāuis ipse non intendat, nec for
tē pr̄uideat directē tñ aggrauatur pecca
tum. Aliter tñ v̄ se h̄re circa nocumētū
p̄onale, qđ incurrit ipse, qui peccat. Hmōi
aut̄ nocumentum si per accidens se habeat
ad actum peccati, & non sit pr̄uisum, nec
intentum non aggrauat peccatum, nec se
quitur maiorem grauitatem peccati, sicut
si aliquis currens ad occidendū impingat,
& lædat sibi pedem. Si uerō tale nocumen
tum per se sequatur ad peccatum, licet for
tē nec sit pr̄uisum, nec intentū, tunc ma
ius nocumentū non sit grauius peccatum,
sed econtra, grauius peccatum inducit gra
uius nocumentū sicut aliquis infidelis, qui
nihil audit de p̄nīs inferni grauiorem
p̄nā in inferno patietur pro peccato ho

miciidii, quā pro peccato furti, quia. n. hoc
nec intendit, nec pr̄uidit non aggrauatur
ex hoc peccatum sicut contingit circa fide
lem, qui ex hoc ipso v̄ peccare grauius, q̄
maiores p̄nas contemnit, ut implet uo
luntatem peccati, sed grauitas hmōi nocu
menti solum causatur ex grauitate peccati.
No. tñ q̄ quamuis peccatū aggrauetur ex
nocumento, non tñ solum, ideo non sequi
tur, q̄ peccatū contra Deū cui non possu
mus nocere, & contra nos cui non intendi
mus nocere, non possit esse grauius, p̄t. n.
esse grauius pp inordinationem, & pp reli
qua de quib. dictum est, similiter nō sequi
tur, q̄ qui priuat aliquem uita gratia, pu
ta inducendo ad peccatum grauius peccet,
quā homicida quamuis mors gratiæ sit gra
uius nocumentum, cum quia homicida in
tendit nocumentum proximi, quod non
facit fornicator: tum secundō, quia homi
cida est per se causa mortis sufficiens, sed nō
inducens ad peccatum, q̄n d̄ q̄ peccans ex
ignorātia grauissimē peccat, ut dicit Amb.
intelligitur periculosissimē, quia specialis
p̄nā non agitur de eo quod ignoratur. Et
quando dicitur q̄ peccans peccato carnis
grauissimē peccat: intellige quia cum dif
ficultate surgit. hęc S. Tho. 1. 2. q. 73. ar. 8.

22 ¶ Vigesimo primō, s̄vtrū magnitudo perso
næ peccantis aggrauet peccatum. Resp. s̄m
S. T. ubi supra ar. si. q̄ duplex est peccatū,
quoddam. n. est de surreptione proueniens
pp infirmitatē humanę naturę, uel p̄ igno
ratiā, & tale peccatū minus imputatur ei,
qui est maior in uirtute, eo q̄ minus negli
git hmōi peccata reprimere, quę tñ omni
no subterfugata infirmitas humana non si
nit. Alia uerō peccata sunt ex delibera
tione procedentia, & ista tanto magis imputā
tur alicui, quanto maior est. Et hoc p̄t esse
pp quatuor. Primō quia facilius possunt
maiores resistere, puta quia excedunt in
scientia, & uirtute. vñ Luc. 12. Sciens uolū
tatē domini sui, plagis uapulabit multis.
Secundō rōne ingratiitudinis. Sap. 6. Poten
tes poterent tormenta patientur. Tertiō pp
pter repugnantiam specialis peccati ad
magnitudinem personę, sicut si princeps
iustitiam uiolet, qui ponitur iustitię cu
stos, & si sacerdos fornicetur, qui castita
tem uouit. Quartō propter exemplum si
ue scandalum, quia ut Greg. dicit in pasto
rali

rall in exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur ad plurium & notitiã proueniunt peccata maiorum, & magis homines ea indignè ferunt, familia dicit idem S. Th. 2. 2. q. 186. ar. fin. de religioso, q̄ peccatum eius est grauius rōne uoti. Secūdo ratione uoti contēptus, quia maiora beneficia recipit. Tertio rōne scandali, si præter istos tres modos peccet leuius peccat, quia si est leue absorberetur ex multis bonis operibus, & si sit mortale facilius ab eo resurgit propter rectã intentionē quam habet ad Deū quasi ad horam interceptiatur de facili ad pristina reparatur, & iuuatur ab aliis ad resurgendum s̄m illud Eccl. 4. Si unus ceciderit ab alio succietur, & uel soliquia cūm ceciderit non habet subleuantē. Iusti ēt non faciliē labuntur ex cōtemptu, sed ūque in aliquid peccatū ex ignorantia, uel à quo de facili releuantur. Si autē ad contēptū perueniāt efficiuntur pessimi, & incorrigibiles. vnde Aug. dicit in epistola ad plebem Hiponensem. Ex quo Deo seruire cepei quō difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt: ita non sum expertus peiores, quàm q̄ in monasteriis reciderūt. hæc ille. Grauiatur ēt peccatum ratione personæ in quem peccatur. ut dicit S. Th. ubi supra ar. pe. & eo. li. 2. 2. q. 184. ar. 8. dicit, q̄ grauius peccat cæteris paribus clericus in sacris ordinibus cōstitutus si aliquid cōtrariū sanctitati agat, quàm aliquis religiosus, qui non est in sacris, quia per factū ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo deseruitur.

DE PECCATO SECUNDO,
scilicet de originali.

- 1 Peccatum originale quid sit.
- 2 Peccatum originale à quo causetur, & quos habet effectus.

¶ Peccati originalis reatū per Christi D. N. gratiam, quæ in bapuzmate confertur, remitti, docuit, & eum qui aliter dixerit anathematis pœna damnauit sancta synodus. Trid. Sess. iiii. ad fin. principii. Ex cap. non omnis. 22. q. 2. & c. proprie. de consecra. distin. 4. LEO. à LÈGE.

Peccatum secūdo, † scilicet originale, quid sit, pro cuius declaratione oportet prius declarare, quid sit iustitia originalis, quæ ponitur in diffinitione peccati originalis, ubi notandum, ut firma sanctorū tradit doctrina, hominem in primo statu sic à Deo institutum fuisse, ut corpus omnino esset subiectum animæ, viresque inferiores uoluntati, & rationi: ita ut nulla pœnitentia fuisset repugnantia, ac demū mēs ipsa hominis Deo creatori suo pœnitentia obtemperasset. Ex eo autem, q̄ corpus humanum animæ totaliter subdebatur nulla homini alteratio poterat accidere quo fiebat, ut neque mors, neque infirmitas ulla hominem uexarent cum huiusmodi defectus exinde proueniant, quia non perfectè omnia corpori dominantur. Ex eo uerò q̄ inferiores vires animæ, rationis imperio subiectæ parebāt, possidebat homo omnimodam mentis tranquillitatem qua ratio humana nullis inordinatis passionibus turbabatur, scilicet iræ, timoris, concupiscentiæ, & hmōi. At quia humana ratio conditori suo totaliter subdita erat, dirigebat homo omnes actus suos in Deum ut in finem ultimū in quo eius iustitia & innocentia maxime consistebat, & sic in anima quidā nitor spiritualis resultabat quo in amicitia & dilectione Dei iungebatur, uirtus igitur siue donum gratuitum homini in primo statu gratis collatum, quod talem rectitudinem in homine causabat, iustitia originalis uocatur, quæ ideo dicitur iustitia, quia æqualitatem debitā ponebat inter vires inferiores, & rationē inter corpus & animā, inter mentē, & Deū. Originalis autē nominatur, quia ab origine collata fuerat, hoc igitur donū nō erat una simplex qualitas, sed erat unū per aggregationē, & dī unum in quantum continebat oēs partes animæ in unū, continebat autē aggregationē gratiæ, & aliarū uirtutū insularum, quia sine his, ut innuit S. Th. 1. q. 95. ar. 1. & 3. & q. 100. ar. 1. non potest esse perfecta rectitudo inter animam, & Deum, & sic patet esse falsum quod dicit Rosella. uer. peccatum. in prin. s̄. quod iustitiæ originalis poterat stare cū peccato mortali, in super continebat quandā uirtutem positiuam supernaturaliter datam in carne, ut ponit Io. Caple. in ultima responsione. 3. 1. dif. 2. sententiarum,

rum, respondendo ad quoddam argu. Sco. Istos igitur habitus cum quadā excedentia ponebat iustitia originalis in homine, ex quibus perfectē homo regebatur, & sic principaliter erat in anima. Secundō in mente. Tertiō in carne. Iustitia igitur originalis est aggregatio gratiæ gratū facientis, uirtutū infusarum cū quadam qualitate existente in potentiis corporalibus quæ reddebat ipsas habiles, ut non resisteret rationi rectæ. Sciē dū est autē, quod prædictum donum. Si iustitia originalis, collatum fuerat ipsi Adæ, non ut personæ particulari, sed pro tota natura humana: ita ut oēs descendentes ab Adam illā recepissent nisi peccasset, sed ipso peccante sicut receperat illud donum in persona totius naturæ humanæ, ita ablatū est ab eo, & ab oībus ab eo descendētibus per originalem propagationem, ut Aug. dicit, & sic sunt solutæ oēs prædictæ rectitudines, & priuatio illarum dicitur peccatum originale. vnde tria sunt de essentia completa peccati originalis. Primum est concupiscentia. Secundū est priuatio iustitiæ originalis debiti inesse. Tertium est, quod ista duo sint causata ex demerito primi parentis, & ab Adam per motionē generationis simul cū natura transfusa. Ad quorū declarationem primō notandū, quod concupiscentia dicitur pertinere ad peccatum originale materialiter, quod quidem se habet sicut se habet auersio in cæteris peccatis, & talis concupiscentia non dicit actum concupiscendi, qui est passio, nec dicit naturalem potentiam, quæ est principium illius vel passionis, nec dicit qualitatem habituale inclinante ad passionē, sed dicit quandā habilitatem ad inordinatos actus, uel passionem uirium in ferio, potest et importare rebellionem ipsarum uirium ad rationem, & uoluntatem: ita quod talis habilitas, uel rebellio cōi nomine dicitur concupiscentia, quæ essentialiter est ipsa naturalis inclinatio potentiarum sensitiuarum, quæ cōiter est contra naturalem inclinationem rectæ rationis, procedēs ex eo, quod non sunt ligatæ per iustitiam originale sub ordine rationis, & ista habet rationem pœnæ in descendētibus ab Adam, magis quam culpæ. vnde per baptismum non curatur. Culpā autē quæ magis est in anima, & in mente curatur in redempto, & baptizato, & dicitur talis concupiscentia peccatum: quia omnis defectus in natura prolis

inuentus deriuatus à peccato primi parentis habet rationem peccati originalis, dummodo sit in subiecto, quod sit culpæ susceptiuum, nā sicut dicit Aug. Primō retractationū, cōcupiscentia dicitur peccatum, quia à peccato est. Secundō notandū pro declaratione illius, quod dicitur, quod est carētia iustitiæ &c. quod talis carētia. Primō habet rationem defectus, quia homo caret tali dono. Secundō habet rationem mali quia deberet haberi. Tertiō habet rationem peccati quia deordinat à debito fine. Quattō habet rationem culpæ, quia talis defectus est uolūtarius uoluntate primi parentis inquantū elegit aliquid repugnans dono originalis iustitiæ, & annexū defectui eius. In nobis autē dicitur uoluntate primi parentis qui mouet motione generationis, omnes qui ex eius origine deriuantur sicut uoluntas mouet omnia membra ad actum. vnde peccatum quod sit à primo parente in posteros deriuatur, dicitur originale, sicut peccatum quod ab anima deriuatur ad membra corporis dicitur actualis, & sic peccatum actuale quod per membrum aliquod committitur non est peccatum illius membri nisi inquantum illud membrum est aliquid ipsius propter quod uocatur peccatum humanum: ita peccatum originale non est peccatum huius personæ inquantum hæc persona recipit naturam à primo parente, vnde uocatur peccatum naturæ secundum illud ad Ephē. 2. Eramus natura filii iræ. vnde patet, quod istud peccatum minus habet de culpa in nobis, quod quodecumque peccatum ueniale, quia minus habet de uoluntario, non est enim uoluntarium uoluntate propria, neque aliena directē, sed solum indirectē, & interpretatiuē nec ualet quod priuatur gratiam quia priuatio gratiæ non habet rationem culpæ, sed pœnæ, nisi inquantum ex uoluntate est. vnde minor pœna debetur originali, quam ueniali: ut elicitur à S. Tho. in questionibus de mal. questio. 4. articu. 1. & 2. sententiarum, dist. 33. questio. 2. articu. 1. ad 2. vnde patet, quod ualde æquiuocē dicitur peccatum cum peccato actuali, & differt ab illis. Primō, quia actualia cōsistunt in deordinatione actus, uel omissione hoc est in deordinatione naturæ. Secundō illa sunt uolūtaria uoluntate propria. hæc uerō uoluntate aliena. Tertiō quia istud est quoddam modo necessarium, illa ue-

rd nō, & multæ aliæ differentie assignari p̄nt. vñ patet, qd sit iustitia originalis, patet et qd sit p̄ctm originale, & sic patet, qd beatã uirginẽ concipi in peccato originali nihil aliud est nisi ipsam descendisse p̄ ppagationẽ ab Adã, & ex cõsequenti carere iustitia: quod in ea tñ supplebat donũ gratiæ sanctificationis. de quo uide uer. feriz. §. 12. & supra. uer. peccatum primo. §. 11.

2. ¶ Primo ¶ quæritur à quo causetur, & quos habet effectus. ubi nota, qd causat ab Adã sicut à cã primaria, & principali, à semine at̄ tâquã à cã instrumentali, à carne uerò sicut à cã effectiua, & cõtrahitur in ipsa infusione animæ ad corpus, nec ualet, qd semẽ siue caro nō possunt agere in animã, quia est cã inf̄nalis per modũ priuationis: quãtũ. s. non habuit illam perfectionẽ quã habuisset si Adã non peccasset. Ex quibus patet, qui sint effectus eius: quia primò ois in firmitas, & passio siue mors, & oēs aliæ alterationes secutæ sunt ex eo qd anima non habet dñum perfectũ supra corpus, sicut habuisset per iustitiã originã: similiter oēs passionẽ inordinatã sunt eius effectus: est n. cã osium istorũ peccatũ originale: sicut remouens prohibẽs ex eo qd remouit illud donum quod omnia ista prohibebat. uide uer. p̄na. §. quarto.

DE PECCATO. III.
scilicet ueniali.

- 1 Peccatum ueniale dupliciter sumitur.
- 2 Peccatum ueniale an ad mortale disponat.
- 3 Peccatum ueniale an possit fieri mortale, & è conuerso. 4.
- 5 Peccatum ueniale an causet maculam in anima.
- 6 Peccata uenialia an intelligatur per id quòd dicit apostolus de eo qui super ædificat lignum, se num. &c.
- 7 Peccare an potuisset homo in statu innocentiæ uenialiter, anequam peccaret mortaliter.
- 8 Peccatum ueniale an inesse possit angelis bonis uel malis.
- 9 Peccata mortalia an sint primi motus sensualitatis in infidelibus.
- 10 Peccatum ueniale an possit esse in aliquo cum solo peccato originali.

¶ Peccatũ ueniale et iustos cõmittere, docuit & declarauit sãcta Synodus Trid. pec
Secunda pars

cata uerò uenialia, quibus à gratia Dei nō excludimur, & in q̄ frequentius labimur, quãquã recte & utiliter citatq; oẽm p̄sumptionẽ in Confessione dicatũ, qd̄ piorum usus demonstrat, taceri tñ citra culpã, multisq; aliis remedijs expiari posse docuit. Sess. vj. ca. xj. Sess. x. ca. v. Ex c. de quotidianis. de p̄en. dist. 3. Mat. 6. Lucæ. ii. & c. unũ 25. dist. LEON. à LEGE.

Peccatũ tertio. s. ueniale qd̄ à ueniã d̄ dupliciter, uno mō quia est ueniã consecutũ, & sic dicit Amb. qd̄ oẽ peccatũ p̄ penitentiã sit ueniale, & hoc d̄ ueniale ex euentu. Alio mō d̄ ueniale, quia nō habet in se vñ ueniã non consequatur, uel totaliter, uel in parte. in parte quidẽ sicut cũ habet in se aliquid diminutũ culpã, ut cũ sit ex infirmitate, uel ignorantia, & hoc d̄ ueniale ex cã. In toto uerò d̄ ueniale ex eò, qd̄ non tollit ordinẽ ad ultimũ finẽ: vñ non meretur p̄nam æternam, sed temporalem, & de hoc ueniali ad præsens intendimus: de primis. n. duobus constat, qd̄ nō habet̄ genus determinatũ: sed ueniale tertio mō dictũ p̄t habere genus determinatũ ita qd̄ aliqđ peccatũ dicatur ueniale ex genere, & aliquod mortale ex genere s̄m qd̄ genus uel species actus determinatur ex obiecto. Cũ. n. uoluntas fertur in aliquid quod s̄m se repugnat charitati per quã homo ordinatur in ultimũ finẽ, illud peccatũ ex suo obiecto habet, qd̄ sit mortale: vñ est mortale ex genere siue sit contra dilectionẽ Dei, sicut blasfemia, periuriũ, & hmõ, siue contra dilectionẽ proximi sicut homicidiũ, adulteriũ, & similia. Quandoq; uerò uoluntas peccantis fertur in id quod in se continet quandã inordinationẽ: non tñ contrariatur dilectioni Dei, uel proximi: sicut uerbũ ociosum, risus superfluus: quotiens aliquis in cibo, uel potu plus accipit quàm necesse est: quotiens plus loquitur q̄ oportet: plus tacet q̄ expedit, quotiens pauperem importunẽ petentem exasperat, & similia: de quibus multa narrat Aug. dist. 15. §. alias, & talia sunt peccata uenialia ex suo genere: quia uerò actus morales recipiunt rationem boni, & mali non solum ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis, contingit quandoque, qd̄ id quod est peccatum ueniale ex genere Sum. Tab. h h re. i.

re. i. rōne sui obiecti; sit mortale ex parte agētis, uel quia in eo cōsistit finē ultimū, uel ordinat ipsum ad aliquid qđ est peccatū mortale ex genere, pūta cū aliquis ordinat uerbū ociosū ad adulteriū committēdū, similiter ex parte agētis contingit, qđ aliqd p̄tū qđ ex suo gñe est mortale sit ueniale pp hoc. s. qđ actus est īperfectus. i. nō delibetratus p rōnē, qđ est principiū propriū mali actus sicut subitus motus infidelitatis. hęc s. T. 1. 2. q. 88. ar. 2. de hoc aliqd habes, ver. peccatū 1. §. 1. Quid sit & quō remittitur, uer. aqua. §. 2. & 5. utrū sit de necessitate cōfessionis. uer. cōfessio. sacralis. §. 28. Quō uanagloria ex suo genere non est peccatum mortale. uer. gloria uana. §. 4. & se.

2. ¶ Primō d̄ utrū peccatū ueniale disponat ad mortale. Res. qđ sic duplx. uno mō secundū qđ p frequentiā peccatorū uenialīū catur qđ dā inclinatio ad peccandū mortaliter. Alio mō actus humanus disponit ad aliquod remouendo prohibens, qui. n. peccat uenialiter ex gñe p̄termittit aliquē ordinē, & ex hoc qđ cōsuecit uoluntatē suā in minoribus debito ordini non subicere, disponit ad hoc qđ uoluntatē suā non subiciat ordini ulimī finis eligēdo id qđ ē p̄tū mortale ex genere: hęc. s. Tho. ubi supra. ar. 3.

3. ¶ Secundō d̄ utrū peccatū ueniale possit fieri mortale. Res. s. Th. ubi supra ar. 4. qđ hoc p̄t intelligi tripliciter. uno mō sic, qđ idē actus numero primo sit peccatū ueniale, & postea mortale, & hoc esse non p̄t, qđ peccatū principaliter cōsistit in acta uolūtatis, sicut & qlibet actus moralis. vñ nō d̄ unus actus; moraliter si uoluntas mutetur, quis ē actio secundū se naturalis sit cōtinua; si aut uoluntas non mutetur, non p̄t eē qđ de ueniali fiat mortale. Alio mō p̄t intelligi, qđ id quod est ueniale ex genere fiat mortale, & hoc quidē possibile est inquantū constituit in eo ultimū finē, uel inquantū refertur ad aliquod mortale, sicut ad finē. tertio mō p̄t intelligi ita, qđ multa uenialia constituāt unū mortale: qđ si sic intelligatur, qđ ex multis peccatis uenialibus integraliter constituatur unū peccatū mortale, falsum est. Non. n. omnia peccata uenialia de mundo p̄t habere tm̄ de reatu quātū unū peccatū mortale, quod patet ex parte durationis, quia peccatū mortale habet reatū p̄næ æternæ, ueniale uerō tempora

lis, patet ēt ex parte p̄næ damni, qđ peccatū mortale mereretur carentiā uisionis diuinæ cui nulla alia p̄næ cōparari potest, ut Christo. dicit. patet ēt ex parte p̄næ sensus quantum ad uentē cōscientiæ, sed forte quantum ad p̄nā ignis non sunt improprietabiles p̄næ. Si uerō intelligat, qđ multa p̄tā uenialia faciūt unū mortale dispositiue, sic uerū est, sicut supra in §. p̄cedenti ostensum est s̄m duos modos dispositionis quo ueniale disponit ad mortale. Et isto mō loquitur Aug. dicens p̄tā minima. i. uenialia si negligantur occidūt. s. disponūt ad mortale, & dicitur disponere ad mortale sicut accidens disponit ad substantiam. Quō circumstantia possit facere de ueniali mortale. uer. circumstantia. §. 2.

4. ¶ Tertio d̄ utrū peccatū mortale possit fieri ueniale. Res. secundū. S. T. ubi supra ar. 5. qđ non: ueniale. n. & mortale differunt sicut perfectū, & imperfectū in genere peccati: perfectū autē per aliquē additionē p̄t ad perfectū uenire. vñ & ueniale per hoc qđ addit ei deformitas pertinens ad genus peccati mortalis efficitur mortale sicut cū aliquis dicit uerbū ociosum, ut fornicet, sed id quod est perfectū non potest fieri imperfectū per additionē, & ideo peccatum mortale non sit ueniale per hoc qđ additur ei aliqua deformitas pertinens ad genus peccati uenialis, non. n. diminuitur peccatū eius, qui fornicatur, ut dicat uerbū ociosū, sed magis aggrauatur pp deformitatē adiūtā: potest tñ id qđ est ex genere suo mortale esse ueniale pp imperfectionē actus, qđ non perfectē pertingit ad rōnem actus moralis cū non sit delibetratus: sed subitus & hoc fit p subtractionē quandā. s. delibetratē rationis, & quia à delibetrata ratione habet speciem moralis actus, inde est qđ per talē subtractionem soluitur species.

5. ¶ Quarto d̄ utrū peccatum ueniale causet maculam in anima. Res. secundū. S. Th. 1. 2. q. 89 ar. 1. qđ non proprie, sed bene secundū quid inquantum impedit nitorem, qui est ex actibus uirtutū. Macula. n. proprie est quæ remouet habitum charitatis quod facit mortale, sed ueniale retardat actum. uide uer. macula.

6. ¶ Quinto d̄ utrū per id qđ ap̄s. 1. Cor. 3. de eo qui superædificat lignum, fenum, & stipulam, intelligantur peccata uenialia.

Resp.

Resp. ubi supra ar. 2. q. sic, vñ dicendum est q. ipsa peccata venialia quæ admiscunt se procurantibus terrena significant p. ista, sicut. n. hñi congregantur in domo, & nō pertinent ad substantiam ædificii, & pñt comburi ædificio remanente, ita èt peccata venialia in homine, manente spiritali ædificio, & pro istis patitur ignem, uel temporalis tribulationis in hac uita, uel purgatorii post hanc uitam, & tamen salutem consequetur eternam. Et intelligitur de eo qui est in fide formata, quia iste saluus fiet p. ignem, &c. & non intelligitur de eo qui est abstractus à cura temporalium quæ frequentissimè per seruos charitatis purgant.

7 ¶ Sextò, ¶ utrū in statu innocentiæ potuisset hō peccare uenialiter, anteq̃ peccaret mortalit. Resp. ubi supra ar. 3. q. non, rō est quia pñt ueniale in nobis cōtingit. Primò pp imperfeciōnē actus sicut subiti motus ī genere pñtōrū mortaliū. Secundo pp inordinatiōnē existentē circa ea q̃ sunt ad finem, seruatō debito ordine ad finē: utraq; aut horū contingit pp quendā defectū ordinis ex eo, q. inferius nō continet firmiter, sub superiori, q. n. in nobis insurgat subitus modus sensualitatis, cōtingit ex hoc q. sensualitas non est oīno subiecta rōni, q. uerò insurgat subitus motus in rōne ipsa prouenit in nobis ex hoc, q. ipsa executio accentus rōnis non subdit deliberatiōni quæ est ex altiori bono, q. uerò humanus animus inordinate circa ea q̃ sunt ad finem, seruatō debito ordine ad finē, prouenit ex hoc q. ea q̃ sunt ad finē non ordinant infallibiliter sub fine qui tenet summū locū quasi principii in appetitibus. In statu aut innocentiæ erat infallibilis ordinis firmitas, ut sp inferius contineret sub superiori quamdiu summū hominis contineret sub Deo. ut Aug. 13. de ciuit. Dei. Et ipse oportebat, q. inordinatio in hōe non esset ex eo nisi in ciperet ab hoc, q. summū hominis non subderetur Deo quod fit per peccatum mortale ex quo sequitur conclusio principis.

8 ¶ Septimò, ¶ utrū angelis bonis uel malis, possit esse pñtū ueniale. Resp. ubi supra ar. 4. q. nō, quia in eis non p̃esse inordinatio in his quæ sunt ad finē nisi sit èt circa finē, eo q. nō discurrunt, & sic simul deordinant à fine quod est pñtū mortale, sed angeli non mouentur in ea quæ sunt ad finē nisi

in ordine ad finē debitum qui est Deus, & pp hoc oēs eorū actus sunt charitatis, & sic in eis non potest esse peccatum ueniale. Angeli uerò mali in nihil mouentur, nisi in ordine ad finem peccati superbix ipsorum, & iō in omnibus peccant mortaliter, quæcūq; propria uoluntate agunt, secus àt est de appetitu naturalis boni qui est ī eis.

¶ Octauò, ¶ utrū primi motus sensualitatis in infidelibus sint pñtū mortalia. Resp. ubi supra ar. 5. q. non, sed sunt uenialia ut in nobis, qd̃ patet primò, quia ipsa sensualitas non p̃t esse subiectū peccati mortalis, est. n. eadē natura sensualitatis in fidelibus & in infidelibus, vñde non p̃t esse q. solus motus sensualitatis in infidelibus, sit peccatum mortale. Alio mō ex statu ipsius peccatis, nunquam. n. dignitas psonæ diminiuit peccatū, sed magis auget ut ex supradictis patet. vñ nec peccatum est minus infideli, sed multo magis. Nam infidelium peccata magis merent ueniā, pp ignorantiam em̃ illud 1. Thim. 1. Misericordiā Dei consecutus sum, q. ignorans feci in incredulitate mea. & peccata fidelium aggrauantur pp gratiæ sacramentum em̃ illum ad Heb. 10. quanto magis putatis deteriora mereri supplitia qui sanguinem testamenti in quo sanctificatus est, pollurum duxerit.

10 ¶ Nonò, ¶ utrū pñtū ueniale possit esse in aliquo cū solo pñtō originali. Resp. ubi supra ar. 6. q. nō, cuius rō est q. anteq̃ ad annos discretionis pueniat defectus ætatis, phibēs vsum rōnis excusat eū à pñtō mortali, & magis à ueniali si aliqd̃ cōmittit qd̃ ex gñe suo sit tale, cū uerò vsum rōnis hñe inceperit non oīno excusat à culpa mortalis, & uenialis peccati, sed primū qd̃ tunc cogitandū homini occurrit est deliberare de seipso, & si quidem seipsum ordinauerit ad debitū finē p. grām cōsequet remissionē originalis pñtū. Si uerò non ordinet seipsū ad debitū finē, em̃ q. in illa etate est capax discretionis peccabit mortaliter, nō faciēs quod in se est, & ex tunc non erit in eo peccatū ueniale sine mortali, nisi postquam totum fuerit sibi remissum, p. grām. Et quamuis ab aliis peccatis mortalibus possit puer incipiens hñe vsum rōnis per aliquod tps abstinere, ab illo tñ omissionis p̃dictæ nō liberatur nisi quanto cito p̃t se conuertat ad Deū. Primū. n. quod occurrit homini

discretionē habenti, est q̄ de seipso cogitet ad quē alia ordinet, sicut ad finē. Finis. n. est prior in intentione, & ideo hoc est tēpus in quo obligatur ex Dei precepto affirmatio quo dominus dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Zacha. 1. Vide aliquid ad hoc ver. charitas. §. 17. Quomodo deleatur. verſi. aqua. §. 2.

DE PECCATO QUARTO,
scilicet de mortali.

- 1 Peccatum quare mortale dicitur.
- 2 Peccata mortalia quae sint.

¶ Peccātes publice esse palā corripiedos, Peccata oīa mortalia in cōfessione recenſenda, ac eorū circūſtātia, Peccata uero nō remittit, neque unquā fuisse remiſſa, niſi gratis diuina miſericordia pp̄ Chriſtū, necēſariū eſſe credere, docuit ſancta ſyno. Trid. ut ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deq; ſacramentorū virtute & efficacia dubitare debet: ſic q̄libet, dū ſe ipſum, ſuamq; propriā infirmitatē, & indiſpoſitionē reſpicit, de ſua gratia formidare, & time re pōt; cū nullus ſeire ualeat certitudine fidei, cui pōt ſubſeſſe ſalutem, ſe gratiā Dei eſſe conſecutū. Peccatorū tñ remiſſionē. i. clauū miniſteriū p̄ Ep̄os, & ſacerdotes tantūm, Chriſti miniſtros dari & exerceri; & qui aliter in p̄dictis dixerit, anathematē eſſe ſtatuit & decreuit. Sess. vj. c. ix. Sess. xiiij. c. j. & v. Sess. xiiij. c. vj. Ex c. miror. & c. cōtumaces. ſo. diſt. c. erga. i. q. 1. c. agunt. & c. proprie. de conſ. diſt. 4. L E O. à L E G E.

¶ Peccatū ſquarto, ſmortale dī, quia auferit principiū uitæ ſpiritalis, & ſic auferit mortē ſpirituale, vt dictū eſt ſupra ver. peccatū 1. §. 4. de quo vide ibi. Et ſm S. Th. 2. ſent. diſ. 42. ar. 5. Mortale peccatū ad aeternā poenam obligat tribus de cauſis. Primō ex parte eius in quē peccatur, qui eſt in finitæ bonitatis. ſ. Deus, vnde & offeſſa ipſius, infinita poena digna eſt, quia quantō eſt maior in quē peccatur tantō peccatū magis punitur. Secundō ex voluntate peccantis: conſtat. n. q̄ peccans mortaliter ſinē dilectionis ſuæ in eo quo mortaliter peccat ponit ut Deū pro illo contēnat. vnde S. T. 1. ſenten. diſ. 1. q. 4. ar. 1. ad quartū ait, exiſtens in peccato mortali diligit aliquid ſal-

tē habitualiter ſupra Deū, & ideo fruitur ipſo. Cōſtat autē, q̄ quicumque ſummē diligit aliquid ſicut ſinē ſuæ uoluntatis eligit idē ſp̄ adherere niſi retrahatur p̄ accidens, vel timore poenæ, vel aliquid hmōi, ſed ſi inultē adherere poſſet ſp̄ adhereret, & iō in ſuo aeterno peccat, & pp̄ hoc aeterna poena eſt dignus. Tertio ex ipſo ſtatu peccans mortaliter, qui p̄ peccatū gratiā priuatur, vnde cū ſine gratia non poſſit fieri remiſſio culpæ ſi in peccato mortali moritur ſp̄ culpa in eo manebit cū ulterius non ſit gratiæ ſuſceptiuus, manente autē culpa ſp̄ eſt obnoxius poenæ alias remaneret aliquid inordinatū in uniuerso, & ideo talis in aeternum p̄tinetur, veniale uero nullū iſtorū habet, ideo ſm ſe non meretur poenā aeternā, vñ non habent proportionē ad inuicem. Non pōt autē eſſe infinita in acerbitate, quia creatura eſt finita, ſed recōpenſatur per durationem infinitā. & dicitur peccaſſe in ſuo aeterno, tum quia in vno actu peccati adheret peccato tali modo, ut ei in aeternum adhereret ſi poſſet, uel quia priuatur ſe gratia ſine qua homo non pōt à peccato liberari; deſcendens tamen cū mortali, & ueniali ſimul in aeternum punitur pro ueniali, longe tñ minus acerbē quā pro mortali, hoc autē accidit ueniali in quantum eſt mortali coniuſtum quod gratiam priuat ſine qua nulla poena poſſet eſſe purgatiua, uel expiatiua.

¶ Primō, ſquae ſunt peccata mortalia. Rñ. ſm Ray. in primis notare potes eſſe peccata mortalia, omnes tranſgreſſiones decalogi. Item quædam enumeratur ab Apoſt. ad Ro. 1. de quibus in ſine ſubdit, q̄ qui talia agunt digni ſunt morte, & plura imo omnia reducuntur ad decalogum, ut idololatritia, vitium contra naturam, iniquitas, malitia, fornicatio, auaritia, nequitia, inuidia, homicidia, contentio, dolus, malignitas, ſuſurratio, detractio, contumelia, iuperbia, elatio inuentū malorū, inobedientia, inſipientia, incompoſitio, & ſubdit de hiſ, & qui talia agunt digni ſunt morte, & ad Gala. 5. narrat alia. de quibus in locis ſuis agitur, & not. quōd niſi adueniat conſentus nunquam ſunt mortalia.

DE PECCVLIO.

- 1 Peculium multipliciter accipitur.
- 2 Peculium clerici an differat a laico.
- 3 Peculium caſtreſe quid eſt.

Peculium

4. Peculium castrense an sit illud quod advocati in aduocatione acquirunt.
5. Peculium castrense vel quasi an sit donatum filiisfam. militi, vel aduocato, &c.
6. Et quid si donatum est filiofam. qui non est miles nec in aliquo officio publico cum ista expressione, quod sit ei castrense peculium.
7. Libri empti à patre filio an computentur in castrensi peculio.
8. Bona acquisita per remiges nautas, patronos & alios in mari, vel alibi an computabuntur in castrensi peculio.
9. Filiusfam. an testari possit vel ad libitum disponere de castrensi peculio.
10. Peculium quasi castrense qui acquirant.
11. Pecunia data à patre filiofam. pro studio an sit ei computanda post mortem patris in parte sua ab aliis fratribus tempore diuisionis. Et quid si pater dedit filio pecuniã pro emendis libris ipse autem expendit in meretricibus vel aliis. i. 2.
13. Filius qui incepit studere viuente patre, an eo mortuo possit perficere studium.
14. Peculium aduentitium unde proueniat.
15. Aduentitium an sit, donatum vel relictum ab extraneo filiofam.
16. Acquisitum per filiumfam. an sit præsumentum in dubio ex bonis patris & sic aduentitium.
17. Aduentitium an sit donatum filio à patre.
18. Profectitium Peculium quod dicatur.
19. Filiusfam. qui lucratur rigore statuti ex morte uxoris suæ dotem vel partem an debeat habere eam in profectiuo.
20. Vestimenta pretiosa, perle & similia que fecit pater nurrui an imputentur in partem filii.
21. Lucrum quod facit vnus fratrum cum pecunia hereditaria mercando, an sit communicandum cum aliis fratribus.
22. Pecunia data à patre filio an dicatur profectitia, vel aduentitia.
23. Profectiuum an dicatur quod lucratur est filius ex fratre fundi quæ constituit illi pater vñ se aleret.
24. Expense factæ à patre in peculio filii aduentitio sint cõicanda inter fratris post mortem patris.
25. Patre se obligante pro delicto filii an totum sit cõputandum in partem filii post mortem patris.
26. Patre dante damnum in bonis aduentitiis filii an teneantur fratres emendare de communi.
27. Debitum cõtractum post mortem, patris ab uno fratrum an sit solvendum de communi.
28. Societatis tres sunt species.
29. Societatem esse contractam tacite inter fratres quomodo in dubio cognoscetur, vel etiam inter

Secunda pars

- alios qui simul stant ita quod vñ lucra sint circa.
30. Fratres duos rustici si vnus habeat filios colentes, & alter non quomodo diuidentur fructus prouenientes ex cultura.
31. Lucrum uxoris an sit communicandum. Et quid si vnus fratrum donauit filias alterius fratris scienter, & patienter.
32. Fratres duo vnus legitimus & alter spurius si contrahent societatem omnium bonorum in vita ipsorum an moriente patre hereditas transeat etiam ad spurium.

Peculium ¶ Em Pa. in Rubri. de pecu. cle. accipitur multipliciter, & mulotiens capitur pro patrimonio alicuius, & dicitur peculium à pecunia, & est nomen diminutiui quasi parua pecunia, & pecunia dicitur à pecudibus, vel pecoribus, unde quicquid antiqui habebant cõsistebat in pecudibus. i. q. 3. c. totum, & fortè, quod hoc vocabulum diminutiuum fuit, attributum clericis in d. ti. quia, ut in plurimum non hnt ampla patrimonium. quique sumitur strictius, & proprie dicitur pecunia quã habet existens in potestate alterius, ut filiusfamilias, vel seruus. Et est in quadruplici specie. Nã est peculium castrense, quasi castrẽse, profectiuum, & aduentitium. Castrẽse est quod filiusfamilias acquirit in castris. i. in bello, & de illo potest disponere tanquam paterfamilias ut infra §. 2. & seq. Quasi castrẽse est quod acquirit filius in aduocatione. Nam aduocati quasi militant. l. aduocati. C. de aduo. di. iudi. & idẽ est in omni officio publico, & istud iudicatur, ut castrẽse peculium, ut infra §. 8. & seq. Profectiuum est quod filio obuenerit ex bonis patris, sic dictum, quia proficiscitur ex bonis paternis, & istud non acquiritur filio, accipitur largè, ut cõprehendat oẽ id quod occasione patris obuenerit. gl. in l. c. oportet. C. de bo. quæ libe. & l. additio. ff. de acqu. hæc. & istud acquiritur patri ad proprietatem & vsum fructum ut infra §. 16. & se. Aduentitium est quod aduenit filio aliunde quàm intuitu patris, puta ex donatione, vel ex successione, vel ex industria sua, vel ex prospera fortuna, & proprietatis huius peculii acquiritur filio, vsum fructus verò acquiritur patri in vita ut infra §. 12. & seq.

2. Primò, ¶ utrum in clerico differat à laico. Re. Em Pa. ubi §. q. solui uident differre clerici à laicis in peculio aduentitio, & intellige de clericis filiusfamilias. Nã per clericatum

Sum. Tab. h h 3 non

non eximitur à patria potestate in tēpo
ralib. licet gl. aliter senserit, & minus bene
in c. indecorū, de rta. & qual. sed Inno. re-
ner ibi primū, & Doct. cōiter, & proba. in
c. per venerabilē, qui fil. sint leg. vbi est spe-
ciale in Epō, & probatur in Auth. constitu-
tio quæ de dignitatibus liberat à patria po-
testate, ubi solū sit mētio de epātu, facit in
ar. c. si annū. de iudi. li. 6. vbi dī, q̄ in spūa-
libus filius nō est sub potestate patris, secus
ergo in tpalibus, vnde dicendū est de spe-
ciebus istius peculii in clerico, sicut & in
laico, sed in aduentitiis secus est, nā id qd
est castrensē, vel quasi in laico, est aduentitiū
in clerico, quia acquiritur sibi peculū ad-
uentitiū ēt quod ab vsufructū, ut est text.
nota. in auth. presbyteros C. de epi. & cler.
Itē peculium castrensē, vel quasi, pōt dici in
clerico qd̄ prouenit à beneficio spūali, &
hoc esset verū tenendo opinionem, q̄ cleri-
cus facit fructus suos iuxta not. in c. presen-
ti. de offi. or. li. 6. sed tenēdo contrariā opi-
nionē quę mihi plus placet potest appellari
peculū profectitiū. hæc ille. In clerico bo-
na acquisita ex bonis ecclesiæ, vel eius in-
uitu sunt ecclesiæ quantum ad proprietatē,
& vsufructū ad modū peculii profectiti,
& ideo nō pōt disponere, nisi ut à iure con-
cedit, ut supra uer. clericus. 4. per totū. Oēs
aut̄ aliæ res uenientes ad eorū dñium quo-
libet modo habebūt suas ad similitudinem
castrensi peculii, ita q̄ de ipsis ad libitū di-
sponere pōt & testari: legitima legata filiis
vel parentibus, ut in Auth. de sanc. epif. §.
presbyteros, & ponitur. C. de epi. & cle. aut
presbyteros. uer. clericus. 4. §. 1. & 2. Accipe
igitur breuiter ea quæ hic dicuntur, & in-
fra uer. restitutio. §. 19. & supra. uer. cleri-
cus. 4. §. 1. & 2. & sic intellige ut hic. Nā bo-
na clericorū sunt in triplex differentia, quæ
dā. n. sunt quæ eueniunt ipsi exilitenti in pa-
tria potestate ex bonis paternis, & in talib.
non differt in peculo à seculari quia est pe-
culium profectitiū, & c. Quædam uerò sunt
bona quæ eueniūt sibi ex beneficio curato
vel habente administrationē in talib. hęc
peculū profectitiū per cōparationē ad ec-
clesiā, & quamuis de istis possit tam in vita
quam in morte moderatē donare & facere
elemosinā non tñ testari. Quædā aut̄ sunt
bona clericorū quæ eueniūt sibi quocunq;
alio modo ab istis dictis, & in talib. habet

peculū quasi castrensē, & sic de eis pōt te-
stari, & c. in hoc differt peculū clericorum
à peculo seculariū. ¶ Secundū, ¶ primū di-
cendū est de peculo castrensi quod parenti-
bus, cognatis, aut aliis. degenti in militia
donatur, uel qd̄ ipse filius familias in mili-
tia acquisiuit, qd̄ nisi militaret acquiritur
nō fuisset. Nā qd̄ erat & sine militia acqui-
siturus, id peculū eius castrensē nō est. ff. de
castren. pec. l. castrensē. vide supra princ.

¶ Tertiū, ¶ sed quid de aduocatis qui ex ad-
uocatione aliquid acquirunt non ex publi-
co, sed à clientulis. Res. fm Bar. in l. si. C. de
inf. te. q̄ habebūt pro castrensi, q̄a cedit lo-
co publici salarii & eis hodie non soluitur
ex publico. l. fori tui. C. de aduo. diuer. iudi.
Et ibi dicit Bar. q̄ similiter erit quasi ca-
strensē id quod acquirūt assessores fm glōf.
ibidē. Idē dicit fm Bar. in l. si mulier. ff. de ca-
stren. pec. de relictis aduocato pro emendis li-
bris, vel æquo causa eundē ad officia, &
hmōi & sic poterūt testari, & facere oīa, &
per hanc rōnem Bar. vñ idē dicendū de me-
dicis, magistris artium, & notariis, & simili-
bus, ut illud salariū quod habet à priuatis
imputetur in quasi castrensē, & pro hoc facit
q̄ Ang. de Are. Inlt. per quas perso. no. ac.
§. igitur, q̄ oēs qui habent aliquā admini-
strationē, & dignitatē ex publico, & ex ea
uel occasione illius aliquid lucratur ex sa-
lariis publicis, uel priuatis personis, q̄ il-
lud lucrū dicatur quasi castrensē, quod est
notandū pro his qui deputātur super abun-
dantia, uel sunt de ancianis, & ex officio
aliquid percipiunt, quod illud dicitur qua-
si castrensē, secus esset de officio procura-
tionis, quia nō est officiū publicū, similiter
de carpentariis, seu muratoribus, licet sit sa-
lariū publicū non dicitur castrensē, quia
nō hñt ex publica cā, secus in ingenieriis-
cōis fm Sal. in l. si. C. de inof. test. Similiter
dicendū est de notariis cōmunis infra. §. 8.
¶ Quartū, ¶ utrum donatum filio familias,
militi, uel aduocato, aut aliu officium pu-
blicum habenti, sine alia expressione sit
castrensē uel quasi. Resp. fm Bar. in trac.
de duob. fra. q̄ aut donantur res notoriē
militiæ, uel huiusmodi aptē, ut arma mili-
ti, uel libri aduocato, & tunc siue dubio di-
centur esse castrensēs uel quasi, & quocun-
que donatur eis. l. miles præcipua. & l. ca-
strensē, ff. de castren. pe. Si autem donan-

ut ea quæ non sunt apta ad militiam, ut immobilia non erit castrense, etiam si expressè diceret, ut l. si fortè. ff. de castren. pec. Excipiuntur duo casus. Primò quando ille qui donatur solum ex militia, uel aduocatione, & huiusmodi norus est. Secundo, quando illa quæ donatur licet non sint apta ad militiam, uel aduocationem, tamen dantur expressè, ut uendatur pro emendis armis, & huiusmodi necessariis ad publica officia. Alia autem quæ possunt esse apta ad malitiam: & ad alia ut seruus tunc si specialiter, & nominatim ad ipsa sint donata erunt quasi castrense, secus si simpliciter sine expressione.

6 Quintò, ¶ quid donatio filio familias, qui non est miles in alieno publico officio cum ista expressione, quòd sit ei castrense, uel quasi Resp. secundum Bart. in d. trac. q. licet appositio talium uerborum non ualere nisi, ut sit aduentitiu, ut d. l. si fortè, operabitur tamen ut patri non acquiratur ususfructus, quod potest facere donans. C. de bo. quæ lib. aut. excipitur, & sic licet uirietur expressum, non uitiatur tñ tacitū. l. i. ff. qui. mo. pig. vel hip. sol.

7 Sextò, ¶ quæro, pater emit filio libros utrū computentur in quasi castrense, an ueniāt conferendi fratribus Resp. Bart. in l. i. §. nec castrense. ff. de col. bo. post multa d. stringit, quòd quandoque pater emit libros solum nomine filii, non tamen tradidit, nec expressit se donare uelle, tunc ille res sunt propriè patris. ut C. de castren. pecul. l. prima, nam traditio requiritur, ut uideatur donare, ut C. de do. inter ui. & vxor. l. filii, quandoque pater emit nomine filii, & sibi tradidit, uel dixit se illos libros donare, & tunc si iste filius erat iam aduocatus, uel doctus, tunc tanquam sit quasi castrense peculium non uenit in collationem. ut d. l. i. & ff. de castren. pecul. castrense, & hoc casu pater non potest istam donationem reuocare tanquam in contumaciam ualidam, nec uenit in collationem d. §. nec castrense. Si uerò filius ille non erat doctor, nec aduocatus, sed scholaris, si quidem compleuit studium suum ante patris mortem, sic incepit quasi militare, & sic efficiuntur quasi castrenses, & confirmatur. donatio. argum. C. de dona. l. emancipatis, similiter non uenirent in collatio-

nem. vt. d. §. nec castrense. Si autem pater est mortuus ante quam studium cõpleatur, tunc non potest dici quasi castrense, quia qualitas personæ hoc non permittit quia non habet aliquam ex illis dignitatibus, quæ ponuntur in d. l. i. C. de inoff. te. Licet enim experiatur, q. doctores possint habere peculium quasi castrense, & aduocati: tamen hoc non reperitur in scholaribus, nec debent gaudere eodem priuilegio quo magistri. ut l. i. C. de excu. arti. lib. 10. & ideo isto casu debemus dicere sicut de alia simplici donatione, quæ si morte patris confirmatur non uenit in collationem, & specialiter hæc fauore studentium.

8 Septimò, ¶ sed quid dicemus de bonis acquisitis per remiges, nautas, & patronos & alios officiales in nauibus, siue in mari, siue in pado, uel aliis fluminibus. Respon. quòd in l. i. ff. de bo. pos. ex testa. mi. dicitur: in classibus omnes remiges, & nauæ, milites sunt, à simili de aliis officialibus in dictis locis: dicendum est ergo, q. isti tales cum sint milites, si lucentur de publico, & causa publica, q. computabuntur pro castrensi, ex quo sequitur q. secus sit si pro causa particulari nauigent, puta pro mercantia propria, uel essent piratæ, uel haberent iniustum bellum.

9 Octauò, ¶ utrū filius familias possit testari, uel ad libitum disponere de peculio castrensi, uel quasi. Res. q. sic s'm oēs doc. quia illud acquirit sibi quòd ad dñiū, & ususfructum; nec illud cõicabit cū fratribus post mortē p̄ris. l. cum antiquis. ff. de in off. te.

10 Nonò, ¶ secundò dicendum est de peculio quasi castrense, quod acquiritur à uiris discretissimis, patronis caularum, iuris deuotissimis, memorabilibus. s. notariis & agentibus in rebus, nec non magistris studiorum liberalium artium, & medicis, & omnibus qui omnino salaria uel stipendia recipiunt publica. C. de inoff. te. l. cum antiquis. Ex prædictis patet, q. notarii cões non acquirit in quasi castrensi, sed solū notarii cõitatis, uel dominorum, aut officialium qui deberent habere salarium de publico, de quo supra §. 3. de nauis. §. 7. & in prin.

11 Decimò, ¶ utrū pecunia data à p̄re filiofamil. pro studio si ei computanda post mortem patris in parte sua ab aliis fratribus

tribus pro tempore diuisionis. Resp. secundum Bar. in d. trac. q. si apud patrem nihil erat quod esset filii non imputabitur ei in partem. l. quæ pater. ff. fami. her. si uero apud patrem erat pecunia filii ex castrensi uel quasi, tunc in dubio præsumitur quod pater administratorio nomine egerit id de pecunia ipsius filii, & sic imputabitur ei in partem, facit quod nota in l. fi. C. de dotis promiss. Vel potest dici quod si pater dedit pro causa necessaria quod imputabitur uel uoluntaria & sic secus. uide uer. legatū. primo. §. 28. & infra. e. c. §. 21.

12 ¶ Undecimò, ¶ Quid si pater dedit pecuniam filio pro emendis libris & ipse luxit uel in meretricibus expendit. Resp. secundum Bar. in auth. quod locum. C. de col. q. post mortem patris computabitur ei in sua parte. ar. d. auth. sicut mulieri qua passa est consumi dorem computabitur ei in parte suam, ut d. auth. quod locum. Idem dicendum est de donato pro emancipatione à patre filio, q. erit computandum ei tempore diuisionis s. m. Bart. in l. 1. ut liberis. C. de colla.

13 ¶ Duodecimò, ¶ utrum filius qui incepit studere uiuente patre de eius mādato, possit post mortem patris perficere studium. Respond. secundum Bar. in d. tractat. quod non. Nam factum patris circa filium initia tum eatenus obligat hæredem, quatenus pater erat obligatus. l. & si filium. ff. de mu. & ho. iuncta. l. honores. §. is qui. propter quod concludit in additione ad d. trac. quod si uult perficere studium faciat de suo uel si uult doctorari faciat de suo, quia est, nouus actus. l. si seruus legatus. §. sed si cū mihi ex testamento. C. de lega. 1. nec fratres ei tenentur, si nollunt.

14 ¶ Decimotertio, ¶ idem dicendum est de aduentitio. s. quod acquiritur ex industria uel ex donatione facta aliunde quam intuitu patris uel aliter aliunde prouenit ex euentu uel fortuna seu industria: excipiuntur res quæ ab Imperatore seu Augusta donantur, quia quasi castrense iudicantur. C. de bo. quæ lib. l. cum multa, idem de donato à rege quia statutum loquens de Imperatore generaliter intelligitur fore statutum de rege particulariter s. m. In. in c. super quibusdam. de uer. si. Et in isto aduentitio filius familias acquirit dñum siue proprietatē, & post mortem patris non tenetur illud

cōicare cum aliis fratribus, sed erit specialiter suum. l. fi. C. de colla. sed pater habet usumfructū, donec uiixerit, nisi remiserit, uel nisi ab aliquo sibi deur, uel relinquatur hoc pacto, ut ad patrem non pertineat ususfructus, infra §. 25. uel nisi succedat filius una cū patre in hæreditate fratris, uel sororis, uel qñ pater uoluit assentire filio aduenti aliquā hæreditatē, uel nisi pater commiserit incestas nuptias, uel nisi patres minus legitime diuertēte, idest diuortiu indebitē faciente, bona filiis applicentur. Insti. per quas perso. no. acqui. §. sancitū, in glo. Itē si filius recipit dotē patre nō cōsentiente, nec se obligat s. m. Bal. in l. contra. ff. re. amo. quia in istis patri non acquiritur ususfructus, nec quidquam aliud: sed si emancipauerit media pars ususfructus illorum aduentitiorum remanebit apud patrem solutū, ut in d. §. sancitum, sed si præmoriatur, filii erit specialiter, & totaliter, nec cōicabit cum aliis fratribus: si autem filius præmoriatur antequā pater, totum erit patris, nisi filios reliquerit, nā tunc filii erunt loco patris. unde dicit rex. in d. §. sancitum. Si id quod suis laboribus uel prospera fortuna ei accessit. hoc in alium perueniet luctuosum ei fiet, supra in prin.

15 ¶ Decimoquarto, ¶ utrum donatum uel relictum ab extraneo filiofamilias sit aduentitium. Resp. s. m. Bar. in prædicto tract. q. aut est contemplatione patris, & sic erit profectitium, aut contemplatione filii, & sic erit aduentitium. l. sed si plures. §. arrogato. ff. de uulga. & pu. substi. & l. additio. ff. de acqui. hære. Si uero non apparet cuius contemplatione sit datum deprehenditur ex futuro euentū, puta quando relinquatur filio, ut post mortem patris habeat, sic præsumitur quod contemplatione filii: si uero, ut tantum uiuent patre sic præsumitur contemplatione patris datum. Similiter ex opere comprehenditur, puta filius faciendo mercantiam acquisiuit amicitia cū aliquo ex qua aliquid sibi donauit, quia tunc erit sibi aduentitium. l. socium qui. §. fin. ff. pro soc. unde nota, quod oēs leges quæ dicuntur inspiciendum cuius contemplatione debet intelligi de causa proxima. d. l. socium, quoniam in damnum acquirētis non cōsideratur remota. l. si. ff. de coniuge cū emac. lib. sed bene quātū ad commodū.

- I. si forte. ff. de castren. pec.
- 16 ¶ Decimoquinto ¶ utrum omne acquisitū per filium familias sit præsumendū ex bonis patris in dubio, & sic profectitiū. Ref. Bar. ubi supra, q̄ aut resultat suspicio delicti nisi sic præsumatur: puta quia filia præsumere turpiter acquisiuisse, quia aliter nō potuit h̄re, & sic credetur ex bonis patris acquisitū, vt suspicio delicti euitetur. l. si defunctus. C. arbi. tutel. & l. quintus. ff. de dona. inter v̄rum, & vxo. Aut suspicio delicti euitatur, & sic præsumit ex bonis filii. d. l. Aut non euitatur, nec oritur præsumptio delicti, & sic recurrendum est ad cōiecturas. C. de epif. & cle. auth. licentia, & hæc omnia sunt seruanda, etiam in prælato, tutore, uxore, & huiusmodi, quia circa bona aliorum uersantur in conscientia. licet gl. in. d. l. etiam aliter dicat.
- 17 ¶ Decimosexto ¶ utrum donatum filio à patre sit aduentitium. Re. fm Bar. ubi supra, q̄ aut præcesserent merita filii, quæ si extraneus fecisset ei donasset, & sic donatio tenet à principio, & erit aduentitiū, ut tenet gl. de inoff. te. auth. unde si parēs, aut non donat propter merita, sed ut filio, & sic est simplex donatio, quæ non ualet nisi morte confirmetur.
- 18 ¶ Decimoseptimo, ¶ quarto dicendum est de profectio, quod fm Bar. ubi supra est id quod acquirit filius familias ex bonis patris siue sit pecunia, siue possessiones sibi ab eodē datæ sine labore, & industria suæ: puta dādo possessionē alteri colono, vel pecuniā mercatori ex qua habuit de lucro, tale lucrum erit profectitiū. Sed id quod acquirit ex prædictis bonis ex labore suo, vel industria, puta laborando agrum prædictum, vel negotiando de pecunia prædicta, sicut lucrum quod fit ex pecunia pro parte attribuitur personæ lucranti, pro parte pecuniæ. l. i. C. pro socio & l. si non fuerint. §. i. ff. eo. sic tale lucrum erit pro parte, quæ debetur possessioni, vel pecuniæ profectitiū, & pro parte, quæ debetur operi: personæ lucranti erit aduentitium, nec obstat dictum Specu. qui tenet contrarium, quia. ll. quas allegat loquuntur de seruo, qui acquirit domino ex opere personæ suæ secus si ex pecunia patris fecisset usuram, quia tale lucrum debet restitui. Et istud tale peculium nihil ualet filio nisi ad hoc

ne publicetur in casu quod omnia alia bona patris publicantur. vt. l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de dam. infec. & quod ibi nota Bar. post mortem tamen patris erit commune cū alijs fratribus. Vide aliqd supra in prin. & infra. §. 22. & 29.

- 19 ¶ Decimo octauo ¶ utrum filius familias vigore statuti ex morte uxoris suæ lucratur dotem uel partem eius, debeat eā habere pro profectio. Ref. fm Bar. ubi supra, q̄ aut filius sustinet onera matrimonii de lucro suæ personæ, & tunc filio erit aduentitiū: si uero nō ipse, sed pater, sic erit profectitiū, & sic intellige opi. Dy. in. l. si cū dotē. §. nūc transgrediamur. ff. so. ma. qui tenet, q̄ non est aduentitiū, sed communicabit post mortē patris cū alijs fratribus. per. l. 2. C. fa. erci. Si uero partim pater, & partim filius sustinet, tunc pro rata oneris partim erit profectitiū, & partim aduentitiū. l. sed & si quis. §. i. ff. de stip. ser.
- 20 ¶ Decimonono ¶ An vestimenta preciosa, perle, & similia quæ fecit pater nutui, imputentur in partem filii. Re. secundum Bal. in. l. si patruus. C. communia uer. iud. quod sic. si quantum ualent nunc, non autem quantum fuerint empta, quia iste tales res non præsumuntur donate, sed commodate. ff. commo. l. si vt certo. §. interdum: nisi magnæ diuitiæ facerent præsumptionem. vt. l. filius. ff. de dona. vestes luges datæ mulieri efficiuntur suæ similiter consumptæ, & paræ æstimationis.
- 21 ¶ Vigesimo ¶ utrum lucrum quod facit vnus fratrum cum pecunia hæreditaria mercando, sit communicandum cum alijs fratribus. Ref. fm Bar. in. d. l. si patruus, q̄ aut fecit nomine communi, & sic communicabit aut fecit nomine proprio, & sic nō cōcabit. l. titium, & meuium. §. alterum. ff. ad mi. tuto. quod uerum est nisi sit tutor, vel curator aliorum fratrum, quia sic lucrum quod fecit ex prima mercantia empta de pecunia communi debet esse cōmune licet nomine suo fecerit. Aliud autem lucrum quod fecit de pecunia emptioꝝum iterata, & nomine suo erit suum, & non communicabit. Idem dic de illo, qui negotiatur de pecunia minoris aut ecclesie, vt in. l. si vt proponis. C. de re. vendi. si uero nescitur cuius nomine fecerit tunc si continuauit negotium solitum cū alio fratre mortuo successit.

perstitibus filiis frattis indiuisam substan-
tiam possidentibus, sic videtur cōmuni no-
mine fecisse. ar. l. nā & si seruus. ff. de neg.
ge. §. si viuo. Si verò fecit affectionem
insolitam sic præsumerur, q̄ nomine pro-
prio nisi ex libro rationū aliud appareat.
concor. Bar. in d. l. si patruus.

2.1 ¶ Vigesimo primò ¶ vtrum pecunia data à
patre filiof. dicat profectitia vel aduēctia:
dic Em Bar. q̄ aut præcesserunt merita fi-
lii quæ si quilibet extraneus fecisset idem
habuisset, & tunc erit aduēctia & per cōse-
quens nō cōdicanda, & tenet donatio ēt à
principio, nec potest renocari. Aut non do-
nar pp merita, sed vt filio, & sic est simplex
donatio, facit quod dī. supra. §. 10.

2.2 ¶ Vigesimo secundò ¶ sed quæritur q̄n pater
dedit filio fundū, vt inde se aleret, & ipse
ex fructibus fundi lucratus est, an il-
lud dicatur profectitiū. gl. in l. cū oportet.
C. de bo. que lib. vt refert ibi Bar. dicit, q̄
sic, quia dicuntur ex re patris proficisci. ff.
ad trebel. l. balista. sed Bar. dicit se intelli-
gere illā gl. in fundo qui dat colono. Nam
si filius ipse suis manibus coleret pars quā
ipse lucraretur ex fructibus, vt ex opera
sua, esset aduentitium. d. l. cū oportet: præ-
terea prædicta intelliguntur de eo quod fi-
lius quærit ex fructibus simpliciter: si. n. ex
fructibus illis quandā negotiationē faciat
& ex hoc lucratus est, esset lucratus ex sua
industria, nec diceretur profectitiū. facit
quod dicitur supra. §. 17. & infra. §. 29.

2.3 ¶ Vigesimo tertio, ¶ vtrum expensæ factæ
à patre in peculio filii aduēctio sint cōdi-
candæ inter fratres post mortem patris. Ref.
Em Bart. in d. trac. q̄ aut fuerit necessarie,
vel ad perpetuā vtilitatē, & tūc filio impu-
tabuntur. l. fin. C. de bo. que libe. & l. iube-
mus. C. ad Trebellia. nisi pater fecisset ani-
mo nō repetēdi. ar. l. si in area. ff. de cōdi-
tio. in deb. q̄ si de animo nescitur, tunc si
sunt parui sumptus præsumerur donati. l. si
seruus. ff. de do. inter uirū & uxor. si sunt
magni sumptus, ita q̄ excedant fructuum
quantitatem, tunc uiderur habuisse animū
repetēdi, sicut in causa alimentorum, uel
similiter expēdissent. l. Nescenius. §. præter
ea. ff. de ne. ge. scus si non excederent, fru-
ctū quāritatē, quia tunc ut donasse, ar. d.
l. si. §. si aut res. C. de bo. que libe. Impen-
sis tamen, quas facit uir in rebus uxoris,

gratia fructuum quærendorum, conseruā-
dorum, & colligendorum sine ulla distin-
ctione sibi facit. l. si. ff. de impenfis, & non
repetet ab uxore, uel eius hæredibus. In
aliis autem si sunt modicæ non repetun-
tur. l. omnino. ff. de impēfis: si sunt magnæ
repetet. d. l. omnino: ubi aliqua etiam po-
nuntur conceptiones quæ parum ad nos.
Si uerò dicti sumptus non fuerint necessa-
rii, nec ad perpetuam utilitatē, sed solū
ad fructum vtilitatē, tunc non sunt cō-
municandi, quia onera pertinent ad eun-
dem patrem, & expensæ. Et etiam idem di-
cendum de eo quod expendit in dantiis, &
collectis cum habeat fructum. l. si penden-
tes. §. sed & si quid. ff. de vlsufru. & l. neque
stipendium. ff. de impēfis, nec obstat. l. vni-
ca. §. sed neque ob impēfas. C. de re. uxo.
atti. quia vt habet dotem propter onera
matrimonii, ideo non debet grauari onera
impensarum, nec hoc erit in alio vsu-
fructuario, quia simpliciter habet ex alia
causa, vt ex contractu vel quasi his con-
cor. Bal. vbi supra.

2.4 ¶ Vigesimo quarto ¶ vtrum patre obligāte
se pro delicto filii sit totū cōpurādū in par-
tē dicti filii post mortē patris an de tota hæ-
reditate cū aliis filiis, vel fratribus. Re. Bal.
vbi supra, q̄ si pater hoc fecit ductus natu-
rali pietate, sic oēs fratres debēt pro parte
sua sustinere. l. liber captus ff. de captiuis.
sed si fecit ex necessitate, puta dictante hoc
statuto, vt not. glo. sup Rubrica. C. de de-
cre. decur. tunc nascitur naturalis obligatio
inter patrē, & filiū ex tali gestione negotio-
rū eius, quæ transit ad hæredes, & ideo sol-
uet de parte sua, & non de communi. l. igi-
tur. ff. de libe. causa, & quod nota hoc. de
eo qui cogitur soluere condemnationem.

2.5 ¶ Vigesimo quinto ¶ vtrum patre dante dā-
nū in bonis aduentitiis filii teneantur fra-
tres emendare de cōi. Resp. secundū Bal.
vbi supra, q̄ aut dilapidatio est solū in fru-
ctibus, & sic non tenentur. d. l. cū oportet
quod debet intelligi, quando pater habet
vsufructum in d. bonis, secus quando il-
le, qui legauit prohibuit vsufructum da-
ri patri quod potest fieri, vt tenet glof. in
Auth. vt liceat matri. & auix, & in authē.
excipiunt. C. de bo. que li. quia tūc tenean-
tur. Si uerò deterioratio rei perpetua sit,
vel intollerabilis læsio, sic etiam tenentur,
d. l.

- d. l. enimque. §. sed cum tacitas.
- 27 ¶ Vigefimosexto ¶ utrum debitum contra-
ctum post mortem patris ab vno fratrum
fit soluendū de cōi. Resp. Spe. ti. de iudi. q̄
non: nisi contractū sit ratione cōis vilita-
tis, uel societatis similiter nec eos debet
solui de cōi nisi sit uersa in eōem utilitatē.
Idē de cōdemnatione soluta p̄ vnū, q̄ nō
soluet de cōi nisi maleficiū fecisset p̄ cōi-
uitate sciētibus sociis, & acceptatibus in cō-
muni eius utilitatē, quia sic esset cōmunis,
quia ex quo sp̄tē sulceperunt lucrum, ha-
bebant & dānum cōdemnationis. Si verō
ignoranter acceperunt lucrū factum iniu-
stē, tunc socius auferet illud, & satisfaciet.
l. si igitur. ff. pro socio, & sic etiam ipse so-
lus soluet cōdemnationem. et si essent so-
cii omnium bonorum fm Spe. ubi supra,
& licet de iure ex quo cōicauit lucrum illi-
citum non posset illud auferre nisi post cō-
demnationem. l. quod. n. ff. pro socio: nihil
ominus, quando sacerdos iniurix ei ut
satisfaciat illis quos læsit, intelligitur non
solum his contestata, sed etiam sententia la-
ta, & sic præceptum sacerdotis est sententia
secundum Hosti. in. cap. si. de sepul. simili-
ter militans militat de suo, uel maritans
filiam, uel tenens filium in studio faciant
de suo nisi aliter sit conuentum inter eos.
l. si socius. pro filia. ff. pro socio, & recitat
Bal. in. d. l. si patruus. C. cōmunia utri. iu.
- 28 ¶ Vigefimoseptimō, ¶ quintō dicendū est
de societate fratrum ubi primō notandum
prout colligitur ex dictis Bar. & Bal. in. d.
l. si patruus, & per eūdem Bal. in. addi. Bar.
in. trac. de duobus fratribus, q̄ tres sunt
species societatis, prima dicitur omnium
bonorum, secunda omnis quæstus, & fm
glo. in. l. quæstus, dicitur lucrum, tertia d̄ so-
cietas certæ rei, uel certæ negotiationis:
prima societas omnium bonorum tūc est q̄n
expressē agit, q̄ sint socii omnium bonorum,
ut est tex. in. l. 3. §. 1. ff. pro so. & isti tales
cōicant omnia, q̄ acquirunt ex quacunque
causa laborādo, uel negociando siue ex do-
natis siue ex legatis, siue ex hereditate, &
h̄mōi. Itē stipendia quæ dātur militibus. l.
qui stipendia. C. de procu. & salaria quæ-
cunque habentur ex Castrensi uel quasi:
l. cū duobus. §. idem Papi. ff. pro so. Item te-
nentur communicare id quod acquisi-
uit ex iniuria sibi facta, uel ex. l. acqui-

lia, uel quicquid acquisiuit ex damno suo
corpori illato, uel filiis suis, ut d. l. duo-
bus. §. socium, & in isto casu pater tenetur
maritare filias alterius fratris, nisi aliud
expressē actum sit. l. si socius pro filia. ff.
pro so. non tenetur communicare quæ ac-
quisiuit illicitē, nec tenetur ad condemna-
tionem, quæ pro sua culpa alteri imputa-
tur, & quamuis aliqui dicant contra de ma-
ritanda filia, tu tamen distingue, quōd in
prima specie societatis tenetur, & sic in-
tellige primam, uel in secunda & tertia &
sic non tenetur, ut dicit secunda opinio.
Secunda societas dicitur generaliter om-
nis quæstus & lucri, & isti communicant
omnia quæ proveniunt ex opera, id est so-
cietatis alterius, sed non donationem sim-
plicem, siue causa mortis, uel legata, uel
hæreditatem, nec debita alterius, nisi quæ
sunt causa, quæstus, uel societatis. Tertia
dicitur societas certæ rei, scilicet conueni-
di quæ ueniunt ad unum panem & uinum,
uel certæ negotiationis, uel lucrorum, quæ
consequuntur licet in diuersis negotiatio-
nibus uel operis ex quibus lucratur, quam-
uis aliquādo alter ponat operam alter pe-
cuniam, aliquādo utriusque, de quibus mul-
ta. ver. v. supra. tertio per totum.

- 29 ¶ Vigefimooctauo, ¶ quomodo in dubio
cognoscat contractū societatis tacite inter
fratres, uel quoscūque alios q̄ simul stāt, ita
q̄ omnia lucra sint cōmunia. Res. fm Bal.
vbisupra. q̄ quāuis nullus ipsorum negotiet,
potest tamen ex actibus apparere socia-
lis effectus, sicut est inter nobiles qui non
faciunt quæstuiarias mercantias: tamē quæ-
cunque salaria quascunque dotes acquirūt
in communi conferunt, unde nemo potest
negare eos esse sociales actus ex quibus
præsumitur intentio & uoluntas. Ad quali-
tatem ergo actuum est recurrendum. Nam
in talibus præsumitur mens qualis ex actibus
colligi potest, ar. l. duo fratres. ff. de acqui-
ren. hære. & l. reprehendendam, tu magis
es. C. de instit. & substit. similiter fm e.
Bal. præsumitur contracta si unus negocia-
tur, & alter quæcunque sibi eueniunt, pu-
ta ex redditu præbendæ, uel ex donibus &
huiusmodi, ponit in communi: & ita fa-
ciunt hinc inde. Item præsumitur societas
ex actibus in una mercantia, uel arte, &
aliter in alia, ut in aduocatis & rebellioni-
bus.

bus. Nam lucrorum communicatio societatis est contractio, seu incoatio. Similiter dicit Bal. ubi supra, quod si unus habet curam domus, & alius esset aduocatus, vel alter lucraretur, & poneret in domo, videtur contracta societas. Eodem modo dic de eo, qui emit aliquid ex bonis communis, quia vel proprio nomine, &c. Item minor tenetur approbare gesta per maiorem, quādo egit nomine communi quantum ad utilitatem suam: secus quantum ad malē gesta, uel damnosa. si autem maior communem pecuniam proprio nomine administravit non tenetur communicare lucrum minori, quamuis ipse minor possit agere contra maiorem quanti sua interest hanc pecuniam communi nomine non fuisse administratam. Idem dicit, si unus est minor & pupillus, & alter maior & minor habet tutorem qui communicat, & ei comunicat. Idem dicit, si actus sunt vni formes societas restringitur tantum ad questus qui ueniunt ex ipsis, sed in actibus difformibus, & in se varietatem habentibus presumitur societas generaliter contracta: nec considero an vnus plus lucraretur, & alter minus in hac generali societate, sed æqualiter omnia sunt partienda. l. si socius, pro filia. ff. pro so. uide §. præcedentem.

30 ¶ Vigesimo nono, ¶ pone q̄ duo fratres rustici colentes terras vnus habet filios scindētes terras, alter non, q̄m diuidētur fructus proueniētes ex cultura. Res. s̄m Bald. in d. l. si patrū. q̄ diuidētur in capita, quia societas respicit capita, eorum qui operas ponunt in societate: intellige quo ad lucrum, quod debetur personæ, sed quo ad lucrum quod debetur bobus, uel terræ quæ sunt communia diuidetur in stirpes, secundum e. Bal. in quodam consilio, & Bar. vbi supra. Sed quid dicendum si sint duo fratres quorum vnus posuit operam, alter pecuniam in societatem, & casu omnia conbusta sunt. Respon. Bal. vbi supra, quod ille qui posuit operam tenetur alteri ad medietatem capitales, per l. si cum duobus. §. incoeunda. ff. pro so. & quamuis aliqui teneant contra tamen hoc videtur uerius.

31 ¶ Trigesimo, ¶ utrum lucrum uxoris alterius fratris, sit communicandum. Respon. Bald. in l. si uxorem. C. de condi. infer. & do. quod aut mulier eadem opera facit, si-

cut homines in laborando, & sic ipsa debet habere partem lucri, & diuidetur in capita, ut dictum est in §. præcedenti, de filiis. Aut, vxor exerceat aliquam artem, vel mercantiā, vel est obstetrix, vel chirurgica, & tunc si ponat omnia lucra in communi, & similiter vir, contracta est societas, quia mulier cum uiro potest contrahere societatem secundum e. Bal. in d. l. si uxore, & sic lueta erit communia. Aut vxor tenebat separatam lucrum, vel ex aliis coniecturis patet quod nollet contrahere societatem, & tunc de operibus communibus & obsequialibus, quæ sūt à mulieribus in domo secundum qualitatem personæ, ut facere lectum, coquinam, & huiusmodi non potest lucrum consequi, quia tenetur operari in domo, in qua recipit alimenta, ut in gloss. l. sicut. ff. de ope. liber. Bal. in l. Gaio Scio, in fi. ff. de ali. lega. immo si desisteret à talibus operibus, & paratæ æstimationis propter faciendam artem pars lucri talis artis deberet comunicare cum uiro, & aliis fratribus secundum iudiciū boni viri, quod limita nisi haberet alimenta iure legati, quia tunc non tenetur operari in domo dantium talia alimenta, secundum Bal. vbi supra. Si autem ultra talia obsequia aliās exerceat aliquam artem, & in ipsis lucratur potest sibi retinere tanquam proprium, & non cogitur communicare, & quod dicitur de uxore, dic de filiabus alterius fratris, excepto quod acquirunt patri, & solum illud lucrum erit sibi aduentitium.

32 ¶ Trigesimo primo, ¶ quid si vnus fratrū dotauit filias alterius fratris scilicet, & patienter. Respon. quod poterit repetere dotes, quia utiliter gesit negotium: intellige quando non tenetur eas dotare, sicut in prima specie societatis, de quo supra §. 27. nec obstat, quod extraneus dotando filiam alterius uidetur donare dando dotem. l. ex morte. C. de pac. conuen. quia hoc uerum quando solus hoc facit, secus si cum patre simul faceret, & ita consuluit Bal. in quodam consilio.

33 ¶ Trigesimo secundo, ¶ si duo fratres vnus legitimus, & alter spurius qui societatem contrahunt omnium bonorum in uita ipsorum inquitur an moriente patre ipsorum hereditas transeat etiam ad spurium. Respon. Bal. in l. i. C. pro so. quod sic, non

ut successione, uel relicti, sed iure societatis quod est notandum pro cautella quando quis uult quod spiritus succedat in hereditate cum legitimo.

D E P E C V N I A.

1. Pecunia quid dicatur.
2. Fratri minori si quis det aliquam rem qua frater non indiget, an poterit eam recipere, ut ueniat de precio alia necessaria emat.
3. Debiti solutio in quantitate, uel numero existentis an sit facienda secundum ualorem pecunie currentem tempore solutionis, uel secundum quod ualebat tempore contractus.
4. Muniui tibi centum aureos nunquid teneo recipere in argento, uel alio ualore.

Pecunia scilicet dicta est quicquid homines habent in terra omnia quorum domini sunt. seruus, uas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia dicitur: ideo autem pecunia uocata est, quia antiqui habebant in pecoribus quicquid habebant. l. q. 3. totum. Et S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 2. dicit post philosophum 4. Ethic. quod omne illud pro pecunia habetur cuius precium potest pecunia mensurari. Et in l. nominis. ff. de uer. sig. dicitur, nominis pecunie appellatione rem significare proculcavit, ubi glo. rem, scilicet omnem, que sic uel esse possit in patrimonio, proprie uero dicitur pecunia numerata. l. 4. q. 3. c. 1. 2. & 3. unde Car. in cl. exiui. §. porro. de uer. sig. dicit quod hodie denarius & pecunia pro eodem accipiuntur. u. n. de d. regula, ubi dicitur quod nullo modo denarios, uel pecuniam recipiant per se, uel per interpositam personam accipit ibi, uel per idem, sic exponendo, nullo modo accipiant denarios, id est pecuniam, prohibendo cuiuscumque generis monetam.

2. Primo, sed pone quod aliquis uult dare fratri minori aliquam rem qua frater non indiget, nunquid poterit eam recipere, ut ueniat de precio alia necessaria emat. Res. Angelica & Rosella. uer. pecunia. §. 1. dicitur quod non: quia sic esset recipere pecuniam, & in hoc bene dicunt, subiungunt, sed bene sit eam recipere animo nunquam distrahendi eam ipse, sed procuratori ordinis assignandi, ut ipse eam uendat, uel in necessaria commutat, quia sic nunquam est

pecunia que prohibetur in regula recipi quandiu est in manu eius, sed postquam est assignata procuratori, & hoc dicunt secundum expositionem quatuor magistrorum qui exponunt regulam beati Francisci dicentes, quod pecunia accipitur pro omni re, qua quis uenit ad aliquid pro precio dando. unde dicunt, quod non licet fratribus minoribus aliqua recipere, quibus uentur pro precio ad aliqua emenda. hęc illi. Sed ista expositio est expresse contra tex. d. Cle. exiui. in d. §. porro, ubi dicitur, quod nullo modo recipiant denarios, uel pecuniam per se, uel interpositam personam, & iterum ibidem dicitur, nec debent per se, uel per alium pecunie receptores contra regulam. Et iterum, quod non recurras ad dantes pecuniam per deputatos nuncios: quando igitur accipiunt, ut debet procuratori, ut uendat, ut isti dicunt, certum est, quod recurrat ad precium per interpositam personam, sive per alium, uel per deputatos nuncios, & sic uidentur facere contra regulam: praterea non uidetur esse secundum puritatem regulę quod illud quod sibi prohibetur per se, possint facere per interpositam personam, prout dicitur in d. §. porro, quod ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur intelligitur denegatum, & forte quod super hoc habent dispensationem quod esset securius, ne multos damnemus. Vtrum hic paupertas sit de perfectione, religionis. uide uer. religio. §. 6. & §. 21.

3. Secundo, si uirum solutio debiti in quantitate uel numero existentis sit facienda secundum pecunie ualorem currentem tempore solutionis, uel secundum quod ualebat tempore contractus. Respon. Panor. in c. quanto, de iure iur. post multas distinctiones & allegationes conclusiue ponit istas sententias. Primo, quod in quacumque dispositione contractuum sit debitum solutio semper debet fieri secundum monetam, que currebat tempore contractus debiti, & si non reperitur, quia est reprobata, uel diminuta in pondere, puta tansa uel per longum usum effecta grossa, quia argentum in superficie corrumpitur ex longo usu, uel alio modo est alterata: tunc debet sumi ipsius aestimatio, pro ut erat tempore contractus, & sic communiter tenetur per legistas & canonistas, & licet Bar. in l. paulus, ff. de

ff. de so. limitet quando talis diminutio contingit in moneta grossa & non in minuta: tamen D. Anto. quem sequitur Pan. in d. c. quantò, tenent tã in minuta quã in grossa quando deterioratio contingit ipsam di rectè, puta quia duo antiqua non valent vnum nouum, voluit et Cyn. & Pet. in d. l. in minorũ. C. in qui. causis in inte. ref. non est necessaria, & Host. in d. c. quanto, q̄ quũ solum pecunia est reprobata nõ deteriorata q̄ de ea potest fieri solutio ex quo currebat tempore contractus, sed Pan. post Spe. & Io. And. in d. c. quanto tenent q̄ non, & est communis opinio quia moneta magis consideratur ratione cursus quã ratione materiæ secundum tex. in c. olim, de cens. facit c. eiiciens, 88. dis. si uerò alteratio non esset perpetua sed ad tempus ut contingit q̄ florenus hodie magis ualeat quã cras ita q̄ crescit uel decrescit secundum tempora, communiter tenetur talem uariationem non debere attendi: ar. l. precia. ff. ad l. falcis. sicut enim creditor uellet sibi solueretur si plus ualeret ita debet recipere si minus ualeat cum speretur augmentum, sic uoluit Bar. in d. l. paulus, & alii in d. l. in minorum, quod uidetur æquum ipsi Pa. nisi quando non esset spes q̄ de proximo deberet habere augmentum, quia tunc uidetur q̄ debeat solui secundum æstimationem tẽpore contractus, quia posset esse q̄ nunquã cresceret, ar. in l. iuris peritos, in prin. ff. de excu. tur. & quod not. glo. in clem. 2. de referip. Hosti. in d. c. quanto, & Barto. in d. l. paulus: tenent q̄ si est alterata respectu cursus non respectu materiæ & perpetuò, puta quia princeps non uult expendari nisi pro tanto ut forte colligat & cudi faciat q̄ nihilominus de ea potest fieri solutio si debitor non fuit in mora, sed Do. Anto. in d. c. quanto, post Oldra. & Fede. per d. l. in minorum. tenent quòd debet solui ad æstimationem antiquã, uel currentis tempore contractus quia eadem est ratio de tota & de parte ar. l. quæ de tota. ff. de rei uendica. & cap. pastoralis. s. item cum toto, de offi. delegat. & uidetur probari in d. c. olim, & uidetur magis æquum. Et sic concludit quòd siue sit reprobata in totum siue alterata in parte in perpetuum respectu cursus licet non respectu materiæ, siue sit deteriorata respectu materiæ, q̄ non potest fieri solutio

2. ¶ Primò ¶ utrū penitentia sit uirtus. Ref. sm. S. Th. ubi supra quodlib. 2. q. sic, nō tñ sm idē est uirtus, & sacrm, sm. n. q. hō se habet in penitētia, ut recipiēs ueniā à Deo, & reconciliatiōe per ecclesiæ ministros, & per eandē pñiam recipit grām curatē pēti uulnus penitētis est sacrm, sedm aut q p hābitū infusum ordinat per electionē ad actū rectū est propriè uirtus, nec est idē per cōsuetudīnē qd grā ut Magr v̄ dicere in litera in ea. 1. 4. di. sed dī grā qd cōuenit cū grā ī pprio effectu, effectus. n. grē proprius, est iustificare & Deo gratum reddere, & hoc ē est effectus pñiæ, & est uirtus spālis sm q accipit spālem rationem obiecti ex hoc q respicit pētm à se commissum ut expiabile p penitētis actū, & qm ad culpā, & qm ad reatū, hoc. n. nulla alia uirtus facit, & est numerā ad inter uirtutes morales, quā uirtus theologia habet idē p obiecto & pro fine hoc autē nō est in penitētia, quā obiectū eius est peccatū commissum, qd intēdit expiare, finis autē est Deus cui intēdit reconciliari, & reduci ad iustitiā in qm reddidit debitū Deo in quē peccauit, qñ reus uolūtatis pœnā sustinet pro culpa commissa, & est subiectiue in uolūtate. uide uer. cōfessio sacramentali §. 1. ¶ Secūdo ¶ queritur quid est pñia. Ref. sm. S. Th. ubi supra quodlib. ulti. post Greg. & Ambr. q est mala p̄terita plāgere, & plāgēda iterū nō committere. In qbus uerbis tā gnatē duo in qbus sit reconciliatio pcedentis offensæ exterius, primò in hoc q, aliq̄ exterius pœnā subj. p offensa q̄ fecit, secundo in hoc q, cauet in futuro ne similis offensa ad eo fiat, & hæc duo oportet q hō in corde exhibeat p pñiam. Primò dolore cordis pro malis quæ fecit. Secūdo proposito de cetero talia nō cōmittēdi, & hæc duo, p̄dicta diffinitio cōprehendit quibus non in forma diffinis ponat. vñ Magister ad formā debitā eā reducēs dicit q est uirtus qua mala commissa cum emendationis proposito plāgimus & odimus, & plāgēda uiterius committere nolumus, & 3. ponit. 1. genus in hoc q dicit, qua commissa mala plāgimus, & proposito de futura emēdatione, in hoc dicit cū emēdationis p̄posito. Et nota q penitētia habet. Primò odiū peccati, ex quo sequi

aur. Secundò tristitiam. i. ea plangere. Tertio destruit peccata quantum ad præterita cum proposito emendationis, & quantum ad futurum per hoc q̄ plangenda committere nolit quod est quartum semper poenitens habitus, uel proposito, sed nō semper actu. Dubitatur ex his quæ dicta sunt in isto. c. & supra. uer. absolutio. 1. §. 12. & uer. confessio sacra. §. 1. & 17. usq; ad uigesimū inclusiuè. & uer. contritio. §. 14. utrum p̄nia data in confessione sit de essentia confessionis, ita q̄ si nō detur uel nō receptor, uel nō impleatur sit necesse iterare confessionē, pro cuius declaratione sciendū, q̄ in confessione sacra. multa cōcurrunt. Primò peccata. Secundò contritio seu dolor peccatorum. Tertio propositū non amplius committēdi illa, maxime mortalia. Quarto q̄ illa manifestet sacerdoti per confessionē. Quintò absoluat. Sextò q̄ poenitēs habeat propositū satisfaciēdi, oīa ista sunt de necessitate confessionis. Et aliquo istorū deficiente, nō erit confessio sed reiteranda. Quid autē esset dicendū, q̄n aliquid istorū non esset perfectum, puta quia dolor uel contritio, uel propositū, & c. essent imperfectū, ut non possent introducere grām ita q̄ dicatur ficta. uide uer. confessio sacra §. 28. & sc. Ad dubium igitur. i. de p̄nia data per cōfessorē. Quidā dnt, q̄ non de essentia, sed sufficit q̄ hēat propositū satisfaciēdi corā Deo, siue in hoc seculo, siue in purgatorio. Alii dicunt q̄ est necessaria, quia est pars integralis confessionis, & si nō impleatur est reiteranda. Credo autē esse dicendū s̄m mentē S. Th. Primò q̄ propositū, aliquo mō satisfaciēdi sit de necessitate, & de essentia. s̄q̄n cōfiteatur, aliās iniuriæ appeteret. i. remissionē omnium peccatorū, ad quā cōfessio ordinat̄ sine satisfactione. Est. n. pars iustitiæ quæ nō p̄t iniuste disponi. Secundò q̄ poenitēs de præcepto teneatur acceptare & proficere, si est discreta, ita q̄ peccat, si ex negligētia, uel cōtemptu non impleat, tū per hoc nō reiteranda. Mō ueor, primò quia si confessor det indiscretā p̄niām nō tenetur illā adimplere. & ex consequēti, nec illā acceptare, & si absoluat tenet confessio, ex quo patet q̄ nō esset cōpleta sed deperderet ex futuro, dicendū est igitur, q̄ satisfactio poenæ, siue debite, siue impositæ a confessore nō est de essentia confessionis, sed de perfectione eo q̄ istud sacm̄

ordinatur ad istam expiationem sicut ad suum effectū, & isto modo dī pars integralis, unde sicut q̄n cōfiteatur tenetur hēre propositū abstinenti in futurū, & tñ si nō abstineat quāuis peccat tñ nō tenetur reiterare, sic si nō satisfaciat peccat nō tñ est iteranda. Et si quis arguat, q̄ supra uer. confessio sacra. §. 17. & 10. dictū est q̄ est reiteranda. Resp. q̄ ibi locutus sum s̄m opinionēs, hic uerò studiosius repetens v̄t mihi esse dicendum ut hic, & sic intellige quæ alibi dicta sunt de necessitate eius. uer. absolutio. 1. §. 1. Quomodo est de iure naturæ. ibidē. §. 1. ¶ Tertio ¶ utrum p̄nia sit. Secunda tabula. Resp. s̄m S. Th. ubi supra ar. 2. q. si. post le. ro. q̄ sic, ubi notādum q̄ locutio beati Hieronimi est metafisica, illi. n. qui prospero iu nere mare nauigant prima tabula sustentatur. si ipsa nati integra, sed naufragium passū, alicuius tabulæ nauis fractæ auxilio ad portum salutis ducuntur, & hæc est secunda tabula quæ est post naufragiū, non q̄ sit secunda post naufragiū, sed quia ex his post naufragiū est secunda à prima, quæ fuit ante naufragiū: grā igitur baptismalis p̄ quā in ecclesia collocatur cuius figura fuit arca Noe, dī prima tabula ante naufragiū, sed quia per peccatū mortale naufragiū passis & à grā innocētiæ cadentibus nō restat ali. quod remediū nisi p̄nia, iō secda tabula dī. ¶ Quarto ¶ utrum p̄nia possit in innocentibus esse. Res. ubi supra q̄ p̄t esse s̄m habitum & non secundum actum, quod sic declaratur. Habitus medius est inter potentiam & actum, & quia remoto priori remouetur posterius, non autem econtra, ideo remota potentia ad actum remouetur habitus, nō autem remoto actu & subtractio materiæ tollit actum, pro hoc actus nō potest esse sine materia in quam transit, ideo habitus alicuius virtutis competit alicui cui non competit materia propter hoc q̄ competere p̄t, & ita in actum exire, sicut pauper potest habere habitum magnificentiæ, sed non actum, quia non habet magnitudinem diuitiarum, quæ sunt materia magnificentiæ, sed p̄t habere; & ideo cum innocentes in statu innocentie non habeant peccatum commissum, quod est materia poenitentia, sed possunt habere, actus poenitentia in eis esse non p̄t, sed habitus potest, & hoc si gratiam habeant cum qua

- omnes uirtutes profundatur, nec est frustra in eis quāuis nō possint exire in actū, quia est perfectio potentia naturalis.
- 6 ¶ Quinto, ¶ utrum penitentia sic in beatis. Respon. fm S. Th. ubi supra q̄ sic, non tamen fm actum: uirtutes enim cardinales in patria remanebunt, sed secundum actus quos habent in sine suo: & ideo cūm penitentia uirtus, sit pars iustitiæ quæ est habitus cardinalis, quicumque habet habitum penitentia in hac uita habebit in futura, sed non habebit eundem actum quem nunc habet, sed alium, scilicet gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata, & sic non erit frustra. Christo autem non competit, quia materia penitentia, scilicet peccata non comperunt sibi, neque actum, neque potentia. uide uer. contritio. §. 12.
- 7 ¶ Sexto, ¶ utrum bonus angelus, uel malus sit susceptiuus penitentia. Respon. ubi supra q̄ penitentia potest esse in nobis tribus modis, vno modo secundum q̄ est passio, & sic nihil aliud est, quā dolor, uel tristitia de malo commisso, & isto modo est solum in concupiscibili, quæ nō est in angelis. Secundō modo est quidā actus uoluntatis. sc. dolor de malo, qui similitudinariē dicitur penitentia, & quia detestari malum sequitur naturaliter ad omnē materiā, nec tollitur totaliter ab aliqua creatura: ideo ē in damnatis talis detestatio manet, & per consequens talis penitentia, uel actus similis ei uidentur. Sapientia 5. Intra se gemēs, & penitentiā agentes, & hæc penitentia cūm nō sit habitus, sed passio, uel actus nullo mō est in beatis angelis, nec esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt, sed in malis angelis est cūm sit eadem ratio secundum Dam. De ipsis & animabus damnatorum, sed peccatum angeli est irremissibile, & quia peccatum, ut remissibile, & expiabile est propria materia istius uirtutis quæ penitentia dicitur: ideo cūm materia non possit eis competere non adest eis potentia exeundi in actum, & ideo nec habitus eis conuenit. Et ideo angeli susceptiuus penitentia uirtutis esse non pnt, quæ uirtus est habitus detestandi malum commissum cum emendationis proposito, & intentione expiandi, uel Deū placandi de offensa commissa, & iste est tertius modus penitentia.
- 8 ¶ Septimō, ¶ utrum de ratione ueræ penitentia, ut duret usque in finem, ut nō possit deficere. Respon. ubi supra q̄ non, sed sufficit, q̄ sit perpetua in proposito, & iō potest esse uera penitentia, & tamen ab ea postmodum aliquis exciderit, quia quod futurum est non est de integritate, uel essentia ipsius. unde cūm penitentia sit uirtus, & secundum q̄ est sacramentum non extendat ultra actum uirtutis non erit de integritate eius essentiali, futuri continuatio nisi ut sit in proposito, ut dictū est. uide uer. contritio. §. 11.
- 9 ¶ Octauo, ¶ utrum penitentia iterari possit. Res. ubi supra, q̄ sic erroneū est. n. dicere, q̄ penitentia non possit iterari, & misericordia diuinæ cōtrariū: causa autē quare iteratur cūm baptismus non iteretur, est quadruplex. Prima est, quia penitentia non imprimit characterē sicut baptismus: character. n. indelebilis est. Secūda ratio, quia baptismus est contra morbum non iterabile, si originale peccatum: penitentia autem cōtra actuale, quod iteratur. Tertia causa est, quia baptismus habet totam efficaciam à passione Christi sine actu nostro, & ideo quia passio est una tantum, & baptismus unus, sed penitentia etiam requirit actum nostrum. Quarta quia, baptismus est generatio spiritualis, sed penitentia est quædam sanatio spiritualis, semel autem aliquid generatur, sed pluries curari potest quando in hac uita uiuit.
- 10 ¶ Nonō ¶ queritur, quotuplex est penitentia Res. ubi supra, q̄ quædā est solēnis, quæ cōuenienter fit publicē pp̄ quatuor, primō ut peccatū publicū publicā habeat medicinā. Secundū quia maxima confusio in hoc mundo ē est dignus. qui grauissimū scelus commisit. Tertiū ut sit alius ad terrerē. Quarto ut sit ad exemplū penitendi ne desperet, qui in grauib. peccatis derelinetur, & qui talem fecit penitentiam non debet ad sacros ordines promoueri. Primō propter dignitatem ordinis. Secundō propter timorem recidiui. Tertiū propter scandalum. Quarto quia non haberet frōtem alios corrigendi, & non debet iterari, nec debet fieri a clericis neque debet imponi nisi ab episcopo, uel superiori. Et fit hoc modo. In capite quadragesimæ tales penitentes præsentant se cum presbiteris

teris suo episcopo ciuitatis ante fores ecclesie sacco induti, nudis pedibus, uulnibus demissis, coma deposta, & eis in ecclesia introductis, episcopus cum omni clero septem psalmos penitentiales dicit, & postmodum eis manum imponit aqua benedictam spargit, & cinerem capitibus imponit, cilicio colla eorum cooperit, & denunciat eis lacrimabiliter, quod sicut Adam eiectus est a paradiso: ita ipsi de ecclesia eiciuntur, & iubet ministris, ut eos ab ecclesia pellant, clero eos persequente cum hoc responso. In sudore uultus tui, &c. In cœna autem domini quolibet anno a suis presbyteris in ecclesiam reducuntur, & erunt ibi usque ad octauas pasche: ita tamen q̄ non communicabunt ne que panem accipient, & sic fiat quolibet anno quousque additus ecclesie est eis interdictus, ultima autem reconciliatio episcopo reseruat, ad quem solum pertinet solennis penitentia impositio, nec debet imponi talis penitentia nisi pro peccato, quod totam urbem commouerit. hæc S. Th. ubi supra. & habent 50. di. cap. in capite. de quo uer. dispensatio. §. 1. casu 2. & in fi. quia tñ nō est in usu ideo nihil aliud ad presens. Secunda penitentia est publica, & nō solēnis, quæ in facie ecclesie fit, sed nō cum solennitate prædicta, sicut peregrinatio p̄ mundū cū baculo cubitali, & hæc potest iterari, & a simplicibus sacerdotibus iniungi, & potest etiam clerico imponi, quandoque tamen pro solenni ponitur publica, & secundum hoc auctoritates quædam uariè loquuntur de solenni, unde in c. cum accedentibus. de excess. prelato. reprehenduntur abbates, qui publicam penitentiam imponebant: quia ibi accipitur publica pro solenni, quæ solum imponitur ab episcopo, & secundum Pa. in c. quæsitum. de peniten. & remis. non debet imponi solennis, uel publica, nisi pro delicto graui, & scandalizante totam urbem, si uerò est graue, & publicum, sed non scandalizosum, tunc imponetur penitentia publica, sed non solennis. ut nota in cap. fina. 26. quæstio. 9. iuncto cap. 1. de peni. & remis. si autem sit graue, sed occultum, uel etiam aliquibus nocum, tunc nec solennis, nec publica debet imponi, & ideo reprobat consuetudinem illorum, qui mulieribus

pro extinctione, &c. Nec reuelat talis sacerdos confessionem, talem penitentiam iniungendo quamuis suspicio oriatur illum aliquod enorme peccatum commississe, non enim culpa scitur ex pœna, quia quando aliquis penitentiam pro alio facit sicut legitur in uitis patrum, de quodam, qui ut socium suum ad penitentiam prouocaret ipse cum eo penitentiam egit: si autem sit peccatum publicum ipse penitens exquendo penitentiam, confessionem a se factam manifestat. uide uersic. confessionem cœliatio. §. 12. Tertio penitentiam dicitur priuata, quæ ex uirtute uocabuli secundum Scot. 4. dist. 14. q. 1. circa fidem est penitere, q̄ penam tenere, hæc autem non tantum importat passionem pene, ut inherens, sed etiam ut actionem uolentis respectu pene.

Quarta penitentia est, quæ imponitur a sacerdote. de qua uersic. confessio. Quinta est illa de qua dicitur regulariter pro quolibet peccato mortali debet imponi septennis. 33. quæstio. 2. c. hoc ipsum. & quo modo debet intelligi, scilicet q̄ qualibet hebdomada debet imponi bis, uel ter ieiunium. Panor. in cap. accepisti. de spō. duo. Sed hodie omnes penitentia, sacerdotis arbitrio taxandæ sunt, consideratis circumstantiis personarū, & conditionū. uigesima sexta quæst. 2. c. tempora. & in ca. mensura. de peni. dist. 1. & de peni. & remis. c. Deus.

11. ¶ Decimò, ¶ utrum penitentia tollat peccatum. Resp. ubi supra q̄ sic, s̄m q̄ est sacramentum, & etiam s̄m q̄ est uirtus. Secundū enim q̄ est nouæ legis sacramentum, gratia in ea datur ad defectum illum sanandum contra quem inducta est, scilicet ad remissionem culpæ actualis. Operatur etiam ad remissionem peccatorum inquantum est uirtus speciali modo præ aliis uirtutibus causans remissionem peccatorum: quia secundum omnem uirtutem formatam ex parte habitus, peccata dimittuntur ratione gratiæ, quæ cum ea infunditur, & hoc est formaliter remittere sed penitentia ratione sui actus habet q̄ per eam peccata dimittuntur secundum q̄ peccata commissa sunt materia actus eius: cum enim peccatum ex hoc remitti dicatur, uel retineri, q̄ habet rationem ofense, illud quod offensam aufert peccatū tollit,

tollit, cum autem offensa in quantum huiusmodi sit, inæqualitas, quædam qua unus alii subtrahit quod debitum erat, actu illius virtutis peccatum remittitur, qui inæqualitatem prædictam ad æqualitatem reducit, hoc autem facit pœnitentia, quæ in recompensationem diuinæ offensæ spiritum de se reconciliatum offert, & ideo pœnitentiæ est ex parte actus sui competit peccatum tollere, & hoc est efficiens, & non solum formaliter per pœnitentiam peccata dimittit.

12. ¶ Undecimò, ¶ utrum pœnitentia totaliter reatum tollat. Resp. ubi supra, quod non semper per pœnitentiam semel totus reatus cum culpæ dimissione dimittitur, quod declarat S. T. dicens secundum philosophum in 8. Ethico. tam iustitia, quam amicitia in æqualitate quadam consistit, qui ergo aliquem offendit contra æqualitatem amicitia peccat, in quantum rem debitam subtrahit, & sicut hæc duo in offensa quandoque diuiduntur, ita etiam in recompensatione separantur, sicut quando pœna per violentiam offendenti inferitur, sicut recompensatio quantum ad iustitiam, sed non quantum ad amicitiam: similiter quando offendens offensum verbis placat, non dum re subtracta restituta, fit recompensatio amicitia, sed non iustitia, peccator ergo per affectum peccati amicitiam Dei violauit, & per inobedientiam diuinæ legis honorem debitum Deo subtrahit, & ex primo amittit gratiam, & incurrit offensam, ex secundò meretur pœnam, ut ab eo, qui per inobedientiam subtrahit subtrahatur per pœnam, & hoc pœnæ meritum reatus dicitur, & ideo per pœnitentiam qua homo se Deo supponit, peccata præterita detestando, cum emendationis proposito remittatur quidem peccatum quantum ad offensam, sed non oportet, quod dimittitur quantum ad totum reatum, nisi pœna iam soluta, & sic per pœnitentiam non simul cum culpæ dimissione totus etiam reatus dimittitur, & sic pœnitentia non tollit totaliter reatum per quemlibet actum commissum primum, sed tunc tollit quando ad perfectum perducitur secundum omnes pœnitentiæ partes, ita etiam non oportet, quod per primum pœnitentiæ actum omnes defectus ex peccato actuali consecutos, qui dicuntur reliquiæ, puta pronitas ad ma-

lum, hebetudo, & hmoi, reparent, sed pœnitentiam perfecta quantum ad omnes sui partes, & reliquiæ iam tolluntur peccati actualis, sicut fit est in sanitate, & quamuis se tollatur tota macula ab anima, tamen non oportet, quod se ab omnibus pœnitentibus omnes alii defectus tollantur, uersu. restitutio. §. 5.

13. ¶ Duodecimò, ¶ utrum per pœnitentiam virtutes restantur. Resp. ubi supra, quod sic, gratia enim & virtutes in anima accusantur ex influenza diuini luminis, quæ quidem influenza impeditur per peccatum, quod animam à Deo auertit: sicut nubes interposita inter nos & solem, radium eius à nobis prohibet. unde dicitur Isa. 59. Peccata nostra dimiserunt inter nos, & Deum nostrum. & quia per pœnitentiam peccata dimittuntur ad offensam, ideo sicut uentus auferens nubem nobis lumen solis restituit, ita pœnitentia tanquam remouens prohibens, gratiam gratum faciem, & omnes uirtutes nobis restituit in eodem instanti, in quo est actus pœnitentiæ, peccatum auferitur, & uirtus restituitur, non tamen quantum ad omnes effectus, ut dictum est in præcedenti.

14. ¶ Decimotertiò, ¶ utrum pœnitentia possit esse de uno peccato non de alio mortali. Respon. ubi supra, & non: quia per satisfactionem, seu pœnitentiam tolli debet offensa præcedens, ideo oportet, quod talis sit modus, qui competat ad tollendam offensam: offensa autem ablatio est amicitia restitutionem impedit, etiam apud homines satisfactio esse non potest, ergo cum quodlibet peccatum amicitiam charitatis impedit, quæ est hominis ad Deum, impossibile est, ut homo de uno peccato mortali satisfaciatur, alio mortali retento, sicut nec homo satisfaceret, qui pro alapa sibi data se ei prosterneret, & aliam sibi daret. hæc S. Tho. Deus enim aut totum remittit, aut nihil de peccato. §. 3. item. Quomodo sit necessaria de quolibet mortali, uer. contritio. §. 4. & 5. Quomodo non debet esse de originali. ibi. §. 3. & uer. confessio sacramentali. §. 3.

15. ¶ Quartodecimò, ¶ utrum pœnitentia habeat partes. Respon. quod habet tres partes, scilicet contritionem cordis, confessionem oris, & satisfactionem operis, & sunt quæ

quasi partes integrales secundum perfectum esse pœnitentię. Nam licet in contritione dimittatur peccatum, oportet tñ confessionem, & satisfactionem esse saltem in proposito vnde Christo. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia sufferre: in corde contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera pñia. de pœdi. t. c. perfecta. de contritione, & confessione habes supra in locis suis. & de satisfactione. ver. confessio sacr. §. 17. & seq. vtrū pœnitentia facta extra charitatem aliquid valeat. ver. charitas. §. 27. ver. satisfactio. §. 7. & 8. vtrū in charitate possint mortificari. ibi. §. 28. vtrū mortificata per peccatū reuiuiscant ibi. §. 29. vtrū facta in mortali quæ de se sunt bona ibidem §. 30.

- 16 ¶ Quintodecimò, vtrum in extremo uitæ suæ aliquis pœnitere possit. Respon. fm S. T. 4. di. 20. ar. 1. quodl. 1. præmitte tamē propter philosophos, q̄ extremum uitæ p̄ accipi dupliciter, scilicet formaliter, fm Mathematicos, & sic non datur ultimum istans uitæ secundum S. Th. 4. dist. 14. q. 2. ar. 5. ad quintum sed datur primum instans mortis. Alio modo potest accipi extremum uitæ pro illa parua parte vltima quam nos secundum considerationem nostram accipimus, & sic nunc intelligimus extremum uitæ. vnde dicit S. T. in d. dist. 20. q̄ Deus qui dat omnibus abundanter, nulli gratiā denegat, qui quod in se est facit, ut ad gratiam præparet, hæc autem præparatio fit per motum liberi arbitrii. vnde quamdiu manet homini vsus liberi arbitrii in hac vita in qua nondum est cōfirmatus in malum potest se præparare ad gratiā de peccatis dolendo, & gratiam remissionis peccatorum cōsequitur. Nec valet q̄ Antiochus, ut dicitur 2. Maca. 10. in extremo uitæ orabat dominum à quo non erat misericordiā consecutus, quia veniam consecutus fuisset si uerè pœnituisset, sed non habuit ueram pœnitentiam, quia non ex amore iustitiæ de peccatis commissis dolebat, sed timore pœnæ quam expectabat, uel dolore pœnæ quam sustinebat, & hoc etiam multis in sine pœnitentibus contingit: quia nō est facile, ut affectus quem homo toto tempore uitæ suæ inclinauit in aliquid subito ad contrarium retrahat, non tamen est impossibile: quia li. ar. non cogitur ex habito

acquisito, nec prouidentia Dei potest terminus præfigi, per quam etiam in extremo uitæ uerè pœnitentiæ motus inspiratur quandoque, ut patet de latrone. hæc San. Tho. vnde de pœ. dist. 7. in prin. dicitur. Tempus pœnitentiæ est usque ad ultimum articulum uitæ. Sed tamen periculosum est, ut illud vltimum tempus expectetur. Vnde Aug. ibi dicit, quem sero pœnitent, oportet non solum Deum timere iudicem, sed iustum diligere: non tantum pœnam timeat, sed anxietur pro gloria, debet enim de crimine dolere, & de omni eius prædicta uarietate. hæc ille. Cū igitur communiter pœnitentes in ultimo pœniteant timore mortis, uel pœnæ inferni, ut patet, quia nisi mors immineret non conuerterentur: ideo deficit primum nec scilicet quia non conuertitur, quia diligit Deum iustum. Secundò quia non conuertitur principaliter propter gloriam Dei, sed propter pœnam euitandam, quod patet quia si de pœna non timeret perseueraret in malis, ut prius. Tertio quia cū sit multum alienatus à sensibus, & quasi extra se ex infirmitate non potest bene disponere de se: & ideo sicut naturaliter prius operabatur, ita & nunc. Quarto quia communiter quando habent iudicium proprium non credunt se mori, & ideo non perfectè se disponunt, quando autem cognoscunt, uel cognoscerent si essent in proprio sensu iam quasi sunt impotentes ad bene disponendum se propter infirmitatem. vnde Iero. vix inquit, de centum milia hominū quorum mala fuit uita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit unus. Et Aug. ubi supra. Si quis postius in ultima necessitate lux egritudinis uoluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc uadit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus q̄ hinc bene exit. Si securus hinc exierit ego nescio pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. vis ergo à dubio liberari, uis quod incertum euadere, age pœnitentiam dum sanus es, si sic agis, dico q̄ securus, quia pœnitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si autem uis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

DE PERCVSSIONE.

- 1 Percutere seu verberare aliquē an alicui liceat.
- 2 Percussio si inferatur personis coniunctis an per hoc aggrauetur peccatum.
- 3 Verberatio an semper sit peccatum mortale.
- 4 Verberari qua de causa possint clerici.

Percutere ꝛ seu verberare aliquem vtrū alicui liceat. Resp. fm S. Thom. 2.2. q. 65. ar. 2. quod per verberationem nocumētum quoddam infertur corpori eius, qui verberatur, aliter tamen quā in mutilatione: nam mutilatio tollit corporis integritatem: verberatio vero tantummodo afficit sensum dolore. vnde multo minus nocumētum est quā mutilatio membri. Nocumētum autem inferre alicui non licet, nisi per modum pœnæ propter iustitiā. Nullus autem iuste punit aliquem nisi sit eius iurisdictioni subiectus, & ideo verberare aliquem non licet, nisi habenti potestatem aliquam super illum qui licite verberatur, & quia filius subditus est patri, & seruus potestati domini, licite potest verberare filium pater, & dominus seruum causa correctionis, & disciplinæ, quod autem Apostolus ad Ephes. 6. dicit. Vos patres nolite filios vestros ad iracundiam prouocare, intelligitur, quod non immoderate eos affligant verberibus, & quod sequitur. Et vos domini eadem facite seruis, remittētes minas, potest intelligi dupliciter. vno modo vt remissius minis vtantur quod pertinet ad moderationē disciplinæ. Alio modo vt aliquis non semper impleat quod cōminatus est, quod pertinet ad hoc, quod iudicium quo quis cōminatus est pœnam quandoque per misericordiam temperet, quod autem dicit philosophus 10. Ethic. q. sermo paternus habet solum admonitionem, non autem coactionem, intelligendū est, quod maior potestas maiorem debet habere coactionem, sicut autem ciuitas est perfecta communitas ita princeps ciuitatis habet perfectam potestatem coercendi, & ideo potest infligere pœnas irrecuperabiles, scilicet occisionis vel mutilationis, pater autem, & dominus qui præsunt familię domesticę quæ est imperfecta communitas habent imperfectam potestatem coercendi secundū leuiore pœnas quæ non infe-

runt irrecuperabile nocumētum, & huiusmodi est verberatio, licet autem exhibere disciplinam cuiuslibet volenti, sed disciplinam nolenti exhibere, est solum eius cui alterius cura committitur, & ad hoc pertinet aliquem verberibus castigare.

Quomodo Pater, Magister, Dominus, & huiusmodi possint percutere clericum, vide uersif. excommunicatio quinto, casu primo. §. sexto. & sequen. vide aliquid uersifu. uxor. §. 1.

1 ¶ Primò, ꝛ vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, quod verberatio infertur personis coniunctis. Respond. secundū San. Th. vbi supra ar. si. quod quanto aliqua iniuria in plures redundat, ceteris paribus, tanto grauius est peccatum, & inde est, quod grauius est peccatum si aliquis percuriat principem, quā personam priuaram, quia redundat in iniuriā totius multitudinis, cū autem infertur iniuria in aliquam personam coniunctam alteri qualitercunque illa iniuria pertinet ad duas personas, & ideo ceteris paribus ex hoc ipso aggrauatur peccatum, potest tamen contingere, quod secundū aliquas circūstantias sit grauius peccatum quod fit contra personam nulli coniunctam, vel propter dignitatem personę vel propter magnitudinem nocumēti. Iniurias autem illatas in uiduas, & pupillos magis exaggerant homines, tum quia magis opponuntur misericordiæ, tū quia huiusmodi nocumētum personis inflictum est eis grauius, quia non habent relettantem.

3 ¶ Secundò, ꝛ vtrum verberatio sit semper peccatum mortale. Respon. duplex est verberatio: vna spiritualis, cum scilicet prælati indifferetis, scandaloso sermone percutit corda infirmorum, & hæc de se semper est mala, & peccatum mortale nisi aliqua circūstantia excusetur. 45. distin. cap. fin. Alia est corporalis de qua nunc dictū est, & hæc si fit ex malitia vel odio est peccatum mortale, nisi esset leuis. ea. dist. cap. 1. & cap. episcopum, & c. 1. de cle. percu. Et si est clericus debet deponi, quod non fiet nisi esset mortale. Si uero fiat ab illo qui habet auctoritatem, & fiat ex charitate, causa correctionis, & moderate licita est, & meritoria de se. ea. dist. c. cum beatus, & c. disciplina.

¶ Tertio,

- 4 ¶ Tertiò, ¶ qua de causa clerici possint uerberari. Resp. fm Ray. Pueri in minoribus ordinibus et p minoribus culpis licite uerberantur. Maiores uerberari nõ debent nisi p maioribus criminibus. d. c. cum beatus. Porro regulares fm regulas suas subiiciuntur uerberibus et pro leuibus culpis. c. reprehensibilis. in fi. de appel. sed non usque ad sanguinem. uide uer. correctio fraterna. §. 7. & uer. disciplina. de p̄lato corrigente, & de modo correctionis. uide uer. excommunicatio 3. casu 1. §. 17.

DE PEREGRINO.

- 1 Peregrinus quis proprie dicatur.
2 Peregrinus quomodo admitti debeat.

¶ Peregrino sacerdoti, uago, & incognito missam celebrare non licere, decreuit & cauit sancta synod. T rid. Sess. xxij. c. de obser. & edit. in celeb. miss. Ex c. sicut. cū seq. & c. nullus presby. de cõf. dif. 1. LEO. à LEGE.

- 1 **P**eregrinus dicitur proprie, qui causa deuotionis alienas uisitare uadit ecclesias, aut sanctorum reliquias. 2. q. 3. c. si quis Romipetas, & tales sunt sub protectione ecclesie. c. in nouam. de treu. & pace. & qui tales rebus suis spoliatur est excoicandus in d. c. si quis Romipetas, & duobus sequentibus. hodie uero per processum curie sunt excoicati ipso facto, & à papa solum absoluntur, qui Romipetas ad urbem, uel Ierusalem spoliatur. uer. excoicatio 6. de his que in processu curie casu 6. 7. & 8. Itē accedentes ad Sedē Apostolicam interium cum rebus suis sub Apostolica protectione consistunt. c. unico. de pere. unde istud est vltimū refugium illorum, qui grauantur ab aliquo delegato, ut arripiant iter ad Sedē Apostolicam. quia suspendunt eius iurisdictionem. ut in d. c. unico. & fm Hof. quicumq; animo retinendo accipit res istorum morientium in peregrinatione, uel aliquid eorum peccat mortaliter: quia sunt restituendæ hæredibus. eorum si possunt sciri, uel pauperibus erogandæ si ignorantur, uel si forte non inueniuntur, qui eas deferat ad hæredes nec sperat in breui intuenti nec ualet statutum, uel consuetudo in contrarium fm Hof.
- 2 ¶ Primò, ¶ quomodo debeant admitti. Resp. qd oportet ut habeant literas commendatitias,

seu testimoniales, uel papæ, uel sui ep̄i, & sic potest admitti si modo sigillum proprii ep̄i sit notum. c. cum secundum. de preben. & de c. si. c. sopitæ. Si uero non sit notum oportet sit sigillum. 5. ep̄iscoporum. de cle. pere. c. 1. & si nullus p̄factorum esset notus, tunc ibi potest præiudiciū magnū generari: non creditur et si centum haberet fm Inn. in c. tua. eo. tit. sed ubi nullum præiudiciū potest generari, p̄ta uult celebrare in secreto ex deuotione sic admittitur et si nullam faciat fidem fm Hof. in c. tua. eo. tit. Sed quid si dicat literas se amississe. Resp. si probat per duos testes amissionem, & tenorem earum, & qd sine culpa fuerit amissæ, admittitur. c. cum olim. de priuilegiis. & nota Ber. in c. 1. eo. ti. Quomodo peregrini possunt ordinari. uer. ordo 4. in princ. Et quomodo possunt confiteri, & recipere sacramenta. uer. absolutio 1. §. 21.

DE PERICVLO.

- 1 Pericula quicumque non cauet uidentur contemnere id cuius detrimentum pericula inducere solent, &c.

- 1 **P**ericula quicumque non cauet, uidentur contemnere id cuius detrimentum pericula inducere solent, & quia laudabile est, ut homo contemnat bona corporalia pro bona spiritualia, laudabile est qd aliquis periculis corporalibus se exponat propter spiritualia bona, sed contemnere spiritualia bona est ualde uitiosum, & ideo qd aliquis periculis spiritualibus se exponat est ualde uituperandum, sed pericula magistrorum cathedralium pastoralis deuicit scientiam cum charitate, quam homo nescit se habere per certitudinem: pericula autem magistrorum cathedralium magistralis uita homo per scientiam quam potest homo scire se habere: uide non est similis ratio de utraque, & ideo licet petere secundum, & non primum. hzc S. Th. quodl. 3. q. 4. ar. 1. in fin. Quomodo uouens non peccat exponendo se periculo. uer. uotum. §. 12.

DE PERIURIQ.

- 1 Periurium quid est.
2 Periurium an semper sit peccatum. Et an sit mortale. 3.

4. *Iuramentum imponens ei qui iurat an peccet.*
 5. *Periurium an maius peccatum sit quam homicidium.*
 6. *Periurii poena que sit.*
 7. *Periurus an sit qui iurat per uerbum credo, citò tamen non sic credat.*

2. **P**eriurium quod est peruersitas iuramentum, diffinitur à Magistro S. Th. 3. li. di. 39. ubi dicitur, quod est mendacium iuramento firmatum. ubi S. Th. arti. 4. sic declarat dicens, quælibet res denominatur à suo complemento, & notandum quod sumitur à defecto alicuius rei proprie denominat defectum, qui accidit contra complementum rei, iuramentum autem in confirmatione ueritatis completur, unde periurium quod defectum iuramenti nominat, significat defectum qui accidit in re quæ iuramento firmanda erat defectus autem confirmatione ueritatis contra riuus est mendacium, & ideo periurium proprie loquendo nominat defectum mendacii in iuramento. Quomodo est triplex. scilicet formaliter, materialiter &c. uide uer. iurare. §. 9. Quomodo aliquando deficit in iudicio iustitia, & ueritate ibi. §. 7. & se.

2. **¶** Primò, ¶ uerum periurium sit semper peccatum. Res. s. T. 2. 2. q. 98. ar. 2. q. sic, ubi ait. Iurare est Deum teste inuocare, pertinet autem ad Dei irreuerentiam quod aliquis eum teste inuocet falsitatis quia per hoc dat intelligere uel quod Deus ueritate non cognoscat uel quod falsitatem testari uelit, & ideo periurium manifestè est peccatum religioni contrarium cuius est Deo reuerentiam exhibere.

3. **¶** Secundo, ¶ uerum periurium sit peccatum mortale. Res. secundum S. Th. 2. 2. ubi supra ar. 3. q. sic, quia de sui ratione importat contemptum Dei, qui ad irreuerentiam Dei pertinet, ut dictum est in precedenti §. & contrariatur præcepto diuino. Leuiti. 19. non periurabis in nomine meo. uide uer. iurare. §. 9.

4. **¶** Tertio, ¶ uerum peccet imponens iuramentum ei qui periurat. Res. ubi supra ar. si. q. circa eum, qui exigit ab alio iuramentum distinguendum est, aut. n. exigit pro seipso propria sponte, aut pro alio ex necessitate officii sibi commissi; & si quidem aliquis pro seipso exigit iuramentum tanquam persona priuata, distinguendum uidetur secundum Aug. in li. de periurijs, si. n. nescit eum iura

torum falsum non est peccatum, tamen est humana temptatio, quia. scilicet. procedit ex quadam infirmitate qua homo dubitat uerum esse dicturum. Si autem scit eum fecisse contrarium eius quod iurat, & cogit eum iurare, homicida est, ille. n. de suo periurio se intemit, sed iste manus interficietis se implexit. Si autem aliquis exigit iuramentum, tanquam persona publica, scilicet quod exigit ordo iuris ad petitionem alterius, non uidetur esse in culpa, si iuramentum exigit, siue sciat eum falsum esse iuraturum, quia non uidetur ille exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit. Et quis licet recipere iuramentum eius qui per falsos deos iurare paratus, non tamen licet eum inducere ad hoc quod per falsos Deos iuret. Alia tamen ratio esse in eo qui per uerum Deum falsum iurat, quia in tali iuramento deest bonum fidei quia utitur aliquis in iuramento illius, qui uerum per falsos Deos iurat. ut Aug. dicit ad publicolam, unde in iuramento eius, quod falsum per uerum Deum iurat, non uidetur esse aliquid bonum quo uti liceat. hæc S. Th. uide uer. iurare. §. 23.

5. **¶** Quarto, ¶ utrum periurium sit maius peccatum quam homicidium. Res. s. T. quol. 1. q. 9. ar. 2. q. sic, quod patet ex hoc ipso quod in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum ex quo sequitur, quod sit pro maximo peccato habendum, nec immerito, quia periurare nomen Dei uidetur quædam diuini nominis denegatio, unde secundum locum post idololatriam, peccatum periurii tenet, ut ex ordine præceptorum apparet, sed & apud gentiles iniurandum erat honoratissimum, ut dicitur in 1. meta. quamuis maior aliqui poena imponatur pro homicidio quia maius nocumentum infert hominibus, utrum magis obliget quam uotum. uer. iurare. §. 17.

6. **¶** Quintò, ¶ que est poena periurii. Res. s. T. Ray. q. debet esse canones grauis imponens poenitentia: immo maior quam pro homicidio sponte commisso. 1. 2. q. 2. prædicandum, tamen circumspicendis circumstantiis magis, uel minus aspera est imponenda. Item periuri sunt in famis. 6. q. 1. in famis. & c. quicunq;, quod tamen secundum S. Th. in d. quol. requirit sententiam. Et quando additur maior solennitas grauius peccat.

7. **¶** Sextò, ¶ quid de illo qui iurat per uerbum credo, cum tamen in ueritate non sic credat. Sum. Tab. k. k. Resp.

Ref. q̄ quò ad Deū periurus est, sed quo ad forum contentiosum, nō: Et si probare rur postea contrarium eius, quòd iurauit, ut no. Pa. in c. ex literis, de iureiur. ratio quā nemo potest dare testimonium de conscientia alterius, nisi ipse cuius est, & Deus: simili ter ille qui credit contrauenire iuramento, quamuis nō cōtraueniat est periurus. fm Pa. in c. quanto, de iureiur.

DE PERMISSIONE.

- 1 *Permissio habet quatuor modos.*
- 2 *Prælatus an possit permittere clericum concubinarium, ut vitet maius malum.*

1 **P**ermissio, † habet quatuor modos. primus per priuationem præcepti: vt quā maius non præcipitur minus bonū p̄mitti d̄r, sicut Apostolus non p̄cipiendo virginitatē, matrimoniū p̄misit. 1. Cor. 7. secūdus p̄ priuationē prohibitionis sicut venialia d̄r p̄missa, quia non sunt prohibita, tertius p̄ priuationem cohibitionis, & sic oīa d̄r permissa à Deo in quantum non impedit cum impedire possit. quartus p̄ prohibitionem punitionis, & sic libellus repudii lege permissus, non quidem propter aliq̄d maius bonum sequendum, sicut fuit dispensatio de pluribus uxoribus habendis, sed propter maius malum cohibendum. s. vxoricidium. hæc. s. Tho. 4. di. 3. q. 2. ar. 2. Et idem. 1. 2. q. 93. ar. 3. ait, lex humana dicitur aliqua permittere non quasi ea approbans, sed quasi ea dirigere nō potens, multa diriguntur lege diuina, quæ dirigi non possunt lege humana, quia plura subduntur cause superiori, quam inferiori: secus esset si approbaret ea quæ lex æterna reprobabat, & hoc est quia legem æternam non potest perfectē assequi lex humana.

2 **¶** Primò, † queritur iuxta quartum modū permissionis. utrum prælatus possit permittere clericum concubinarium, ut vitet maius malum. Resp. fm Pa. in c. ut clericorū, ibi not. in uer. prælati. de vi. & hone. cler. quòd prælati grauiter peccant sustinendo subditos concubinariorum, maxime obtentu pecunie, uel alterius commodi temporalis, & pondera illud uer. commodi tēporalis, nam per hoc uerbum arbitror, q̄ si clericus concubinariorum efficeretur deterior, si

præcisè compelleretur ad dimittendum cōcubinam, q̄ tunc prælatus tollerando ad tēpus, peccatum non incurrit. Nam quando que permittimus minus malum, ut maius euitetur. 13. di. c. duo. 3. q. 2. c. sine si confiterit. hæc Pa. Et intellige de lege humana, quæ permittit lupanar. secus de lege diuina. Vide uer. scandalum. §. 8. uer. correctio. §. 6. i bi tertio modo.

DE PERMUTATIONE.

- 1 *Permutatio distinguitur à uenditione.*

1 **P**ermutatio † distinguitur à uenditione fm tex. in c. 1. de his q̄ si. à præl. In contrariū est tex. in l. statu liberi. ff. de statu lib. ubi d̄r, q̄ uer. empio. seu uenditio comprehendit in se oēm contractum per quem trasfertur dominium. Ad idem tex. in l. uoluntas. C. de fideicō. vñ dicendū fm Pa. in d. c. 1. q̄ ubique; sic cōmemoratio precii: tunc uer. uenditio. verificatur tantum in uenditione uulgari sumpta, quā. f. in teruenit precium. unde p̄hibitus uendere sine certa solennitate ne decipiat in precio, potest donare sine aliqua solennitate, ut est tex. in l. 1. de re. decu. sine decre. non alie. lib. 10. sed ubi non fit commemoratio precii, tunc uer. uenditio. capitur largo modo, nisi forte esselem in materia odiosa, sed propter communem usum loquēdi, qui regulariter debet attendi etiam contra proprium significatum, ut in l. librōrū, in §. quod tamen casus. ff. de leg. 3. & in c. ex literis, de spon. capietur. uer. uenditio. pro specie distincta ab aliis contractibus: & ita capitur hic de permutatione beneficiorū. uer. beneficium. 3. §. 13. usque ad 19.

DE PERPLEXO.

- 1 *Perplexus quomodo quis esse potest.*

1 **P**erplexus † aliquis esse potest ad peccatum ex suppositione, non autem simpliciter. vnde S. Thom. 1. 2. q. 19. ar. 6. ad 3. sic ait, supposito q̄ aliquis operetur ex inani gloria, uel supposito errore rationis, uel conscientie qui procedit ex ignorantia non excusant, necesse est q̄ sequatur

eur malum in uoluntate: nec tñ est homo plexus, quia potest intentionem malam dimittere, vel ab errore recedere, cum ignoratia sit uincibilis & uoluntaria. similia dicit in multis aliis locis.

DE PERSEVERANTIA.

I Perseuerantia quid est.

Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua persistio. hæc S. Th. 2. 2. q. 128. post Andromicum. uide uersu. constantia, & uersu. incōstantia, & uersu. molities, & uersu. pertinax.

PERSONA miserabilis quis dicatur. uide uersu. miserabilis.

PERSONA TVS quid sit. uide uersu. dignitas.

DE PERTINACI.

I Pertinax quis dicatur.

Pertinax, ¶ s̄m Isid. dicitur aliquis qui est imprudenter tenax, & hoc idem dicitur pertinax eō q̄ in proposito suo ad uictoriā perseuerat. Antiqui. n. dicebant uitam quam nos uictoriā, & hos uocat philoſophus in 7. Ethi. ichiponomenes, idest fortis sententia, uel ideonomones, idest propria sententiæ: quia, scilicet perseuerant in propria sententia plus quā oportet. Mollis autem minus quā oportet: perseuerans autem s̄m quōd oportet, unde patet, quōd perseuerantia laudatur sicut in medio existens. pertinax ut operatur sicut per excessum medii. Mollis autem s̄m defectum, & oritur pertinacia ex inani gloria sicut ex causa, eō q̄ aliquis nimis persistit in propria sententia, quia per hoc uult suam excellentiam manifestare. hæc S. Thom. 2. 2. q. 138. ar. 2. unde si quis firmat se in sua sententia: ita q̄ etiam si ecclesia determinaret contrarium in eo quod pertinet ad fidem, uel bonos mores, uel tenet oppositū eius, quod dicitur à doctoribus in similibus mortaliter peccat, & sapit hæresim. dif. 8. qui contenta. Aliās nisi per accidens rōne scandalizati: pertinacia non est peccatum mortale.

uide uer. obstinatio. & uer. perseuerantia, & assimilatur pertinax incontinenti, & molli, quia nimis appetit aliquam delectationem, & fugit tristitiam. hæc s. T. ubi supra ad secundum argumentum.

DE S. PETRO APOSTOLO.

I Petrus apostolus an peccauerit uolens impedire passionem Christi.

Petrus ¶ apostolus uolens impedire passionem Christi non peccauit, quia passio Christi poterat, & placere laudabiliter, & displicere s̄m diuersa, & tunc scandalum ibi sumitur largè pro quolibet impedimento alicui prælitio in uia aliqua quā intendit profequi: peccauit autem mortaliter negando Christum, & credidit quōd p̄nūciatio Christi de negatione sua esset cōminatio tm̄. Et quotienscunque post negationem recordabatur Christi, totus resolebatur in lacrimis, ita quōd genæ eius uidebantur adustæ. Et prædicauit primus inter apostolos Romæ & cum magno fructu: non tamen simpliciter primus, sed Barnabas prius. Et secundum S. T. super Ioan. uixit ferè annis triginta septem post mortem Christi, secundum tamen e. S. Thom. super epistolas ad Galat. uixit annis quadraginta, ubi nota, quōd aliqui codices super Ioan. habent trigintanouem, quia computando annos quatuordecim, de quibus habetur ad Gala. 2. à morte Christi, sicut qui dam computant, & addendo annos uiginti quinque, quibus Petrus sedit Romæ sunt trigintanouem. Si uerò computentur quatuordecim anni à conuersione Pauli, tunc addetur unus annus qui fuit inter mortem Christi, & conuersionem pauli. Potest secundo dici, q̄ si dicatur super Io. q̄ uixit triginta septem, tunc non computantur duo anni imperfecti. i. primus & ultimus. s̄m in principio & fine. hæc omnia s. T. in diuersis locis, pro ut habetur in tabula Magistri petri, in uersu. petrus.

DE PIETATE.

I Pietas tripliciter accipitur.

2 Pietatis officia. an prætermittenda sint occasione religionis.

3 *Parentibus propriis an possint subuenire religiosi quando non habent alium subuenientem.*

1 **P**ietas ꝑ accipitur tripliciter, primò more vulgi secundùm, q̄ in operibus misericordiæ frequentatur, quod ideo dicit August. aduenisse, quia hoc fieri præcipue mandat Deus ea quæ sibi uel pro sacrificiis placere testatur ex qua consuetudine factū est ut & Deus ipse pius dicatur. Et sic pietas accipitur pro misericordia mansuetudine, & clementia, & sic dicit quandam relationem indigenæ proximi, & compassionem in eius calamitate, & isto modo accipitur, primæ ad Cor. 4. pietas ad omnia ualet. secundò sumitur pietas per excellentiã secundum, quòd accipitur pro cultu diuino, & sic idem est quod religio, seu theologia siue latina, quæ pertinent ad seruitutem diuinam. tertio sumitur proptè secundum, quòd diffinit eam Tullius in sua rethorica, quòd pietas est per quam sanguine iunctis patriq̄que beniuolis officium, & diligens tribuitur cultus. vnde San. Thom. 2.2. q. 101. ar. 1. sic ait. homo efficitur diuersimodè aliis debitor secundum eorum diuersam excellentiam ad diuersa beneficia ab eis suscepta, in utroque autem Deus summum locum obtinet qui excellentissimus est, & est essendi, & gubernationis primum principium, secundario uerò nostri esse, & gubernationis principium sunt parentes, & patria à quibus, & in qua nati sumus, & nutriti, & ideo post Deum est homo maxime debitor parentibus, & patriæ. vnde sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere ita secundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus, & patriæ: in cultu autem ad parentem includitur cultus omnium consanguineorum: quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur, q̄ ex eisdem parentibus processerunt, ut patet per philosophum. 8. Echi. in cultu autè patriæ intelligitur cultus omnium conciuu, & omnium patriæ amicorum, & ideo ad hos pietas principaliter se extendit: parentibus autem, & conciuibus aliquid debetur dupliciter: vno modo per se id quod debet patri in quantum pater est, qui cū sit superior quasi principiu filii existens, debetur ei à filio reuerentia, & obsequium: per accidens autem aliquid debetur patri quod

debet eum accipere sicut aliquid quod ei accidit, puta si sit infirmus, quòd uisitetur, & eius curatori intendatur, & si sit pauper, q̄ sustentetur, & sic de aliis huiusmodi quæ oia sub debito obsequio continentur: unde Tullius dicit, q̄ pietas exhibet, & officium, & cultum, ut officium referatur ad obsequium, cultus uerò ad reuerentiam, quia secundum, q̄ dicit Aug. 10. de ciuitate Dei: dicimur colere homines quos honorificatione, uel recordatione, uel presentia frequentamus, & quamuis omnibus sanguine coniunctis, & patriæ beniuolis debeatur cultus, & officium: non tamen æqualiter omnibus secundum Tullium.

2 ¶ Primò ꝑ utrum occasione religionis sint prætermittenda pietatis officia in parentes i. utrum homo debeat dimittere patrem & matrem, & transire ad religionem. Res. sicut S. Th. ubi supra. ar. si. q̄ ad pietatem pertinet officium, & cultum parentibus exhibere sicut debitum modum: non est autè debitus modus: ut plus homo tendat ad colendum patrem quam Deum, sed sicut Ambr. dicit super Luc. necessitudinis, generis, diuinitatis religionis pietas an refertur. Si ergo cultus patrum abstrahit nos à cultu Dei, iam non esset pietatis, parentum inuitere cultui, contra Deum. unde Hiero. dicit in epistola ad Heliodoru: percalcatur perge patrem, percalcatur perge matrem ad uerilla crucis euola: summum genus pietatis est in hac re fuisse crudelem, & ideo in tali casu dimittenda sunt officia pietatis in parentes propter diuinum cultum religionis. Si per exhibenda debita obsequia parentibus non abstrahimur à diuino cultu: hoc iam pertinebit ad pietatem, & sic nõ oportebit propter religionem, pietatem deserere, quando igitur parentes traherent ad peccatum, uel eorum obsequiis sine peccato uacare non possumus, uel quando parentes possunt sine eis conuenienter uitam transire tunc possunt filii inuitis parentibus transire ad religionem.

3 ¶ Secundò ꝑ utrum religiosus teneatur subuenire propriis parentibus, quando indigent, & non habent alium subuenientem. Res. ubi supra, q̄ aliud dicitur de eo qui est adhuc in seculo constitutus, & aliud de eo qui est iam in religione professus: ille enim qui est in seculo constitutus si habet

parentes

parentes, qui sine ipso sustentari non possunt, & potest ibi sine peccato mortali commode remanere, non debet eis relictis intrare religionem, quia transgredereur preceptum de honoratione parentum, quamuis quidam dicant, quod in hoc casu licite posset eos deserere, eorum cura Deo committens, sed si quis recte consideret hoc esse tentare Deum cum habes ex humano consilio quid ageret, periculo parentes exponeret sub spe diuini auxilii. Si uero sine eo parentes uitam transire possent, licitum esset eis, desertis parentibus, religionem intrare, quia filii non tenentur ad sustentationem parentum, nisi causa necessitatis, ut dictum est in precedenti. §. hoc idem dicendum est in D. Arc. Flo. post Ioan. de Neapo. si haberet uotum simplex religionis, uel esset nouitius. Ille uero qui iam est in religione professus reputatur iam quasi mortuus mundo unde non debet occasione sustentationis parentum exire claustrum in quo Christo conspexitur. & seipsum secularibus negociis implicare: tenetur tamen salua sui prelati obedientia, & sue religionis statu, pium studium adhibere qualiter eius parentibus subueniatur. Quomodo unus teneatur alere alterum, uel alimentum, & uersic. filius. §. 16. Intelligit ista extra extremam necessitatem, quia in illa non solum pro parentibus, sed et pro aliis tenetur exire, uotum enim non potuit obligare contra illa que sunt de iure nature.

DE PIGNORE.

- 1 Pignus a pugno dicitur, & differt ab hypotheca.
- 2 Pignori aliqua tacite obligata quomodo intelligantur.
- 3 Pignori que res possunt obligari.
- 4 In pignore que pacta prohibentur.
- 5 Pignus an possit uendere creditor.
- 6 Pignus an possit pro creditore alteri pignori. Et utrum possit pignori usurarij nostri temporis, qui post annum lucentur. n. 7.
- 7 Pignus quantum durat.
- 8 Pignoratitia actio sine hypothecaria quibus & contra quem datur.

1 Pignus dicitur a pugno: unde proprie dicitur pignus res mobilis tradita de pugno, seu manu. ff. de verbo. sig. l. plebs. §. pi
Secunda pars

gnus, & communiter dicitur in Hosti. obligatio rei licite pro debito facta ad securitatem creditoris, quia tutius est pignori incumbere quam agere in personam. Insti. de obli. que ex delict. na. §. furti, & differt ab hypotheca, quia pignus dicitur cum transit in creditorem, hypotheca uero cum non transit, sed est immobilis. Insti. de actio. & ob. §. inter pignus, sed quantum ad actionem non differunt, quia pro utraque pignoratitia datur debitori, hypothecaria creditori. d. §. inter pignus. unde dicitur hypotheca ab hippos, quod est sub, & res quod est positio, quasi res supposita obligationi.

2 Primò, quomodo intelligatur aliqua tacite pignori obligata. Respond. secundum Hostium, multis modis. Nam si quis tibi dotem pro aliqua promiserit, omnia bona sua tacite obligantur. Item pro restituenda dote uxori, omnia bona mariti obligantur tacite, etiam si extraneus, scilicet qui mulierem non habet in potestate dotem confert. C. de rei uxo. ac. l. unica, & etiam pro parafernaliibus, & donatione propter nuptias, quando expresse prouidit. uide ver. dos princ. & §. 20. & 21. Item omnia bona conductoris inuenta & illata in rustico preedio sciente domino, nisi ad tempus inseratur tacite obligata sunt domino pro pensione, in Urbano autem non distinguo, utrum dominus sciat uel ne. C. de locato. l. certi. Item bona tutorum & curatorum tacite obligantur minoribus pro eorum officio, aut si non administrauerunt. C. de admi. tuto. l. pro officio. Item bona patris tacite obligantur filiis pro rebus aduentitiis, & precijs earum, ut C. de bonis que liber. l. cum oportet. Item bona matris conuolantis ad secundas nuptias: sunt filiis prioris matrimonii tacite obligata, ut eis restituat que a priori marito lucrata fuit. C. de secundis nupt. l. hac edictali. §. pen. & ibi patet quod hanc restitutionem faciendam est saltem post mortem matris cum interim habeat usum fructum. Item bona defuncti tacite obligantur pro legatis, & fideicommissis. C. communia, de le. lib. 1. Et not. quod pignus contrahitur tacite in multis personis. Primò, administratorum bonorum ipsius ecclesie. ar. 13. q. 2. c. illud, & Pa. in c. ex literis, de pign. Secundò contrahentis cum fisco, Sum. Tab. k k ; ipsi

ipſi ſiſco. C. in quibus cauſi. ta. pi. ta. coti-
 trah. l. 1. & 2. Tertio bona patris tacite obli-
 gantur filiis pro bonis aduentitiis, & pre-
 cius eorum. C. de bo. que liber. l. cum oportet.
 ſed tñ non habetur ratio malæ admi-
 niſtrationis, uel q̄ malè uerſatus ſit in di-
 ctis bonis contra patrem. l. pen. & vltima.
 Quarto p̄mipilari. i. primi in acie ſiſco.
 C. quibus mo. pi. ta. contra. l. ſatis. Quinto
 bona conductoris uectigalium ſiſco. l. ſem-
 per. §. conductores. ff. de iur. immunita.
 Sexto in nauē qui dedit ad eam reſcien-
 dam, uel armandam. l. interdum. ff. qui po-
 in pign. habe. ſecus ſi de diſſet ad emendum
 eam, quia non haberet ipotecam in ea.
 Idem dic de eo qui mutuauit ad militiam
 emendam, q̄ habet in ea tacitam ipoteci-
 cam, ſecundum Hoſti. in ſumma, aduerte
 tñ q̄ ad tacitā ipotecā non pōt conueniri
 poſſeſſor, niſi principali diſcuſſo, ut in au-
 then. hoc ſi debitor. C. de pign. expreſſa au-
 tē obligatio dicitur conuentionali, quæ ſola
 conuentione conſtituit. ff. de pig. act. l. 1.
 ¶ Secundo, quæ res poſſunt pignori obli-
 gari. Reſpond. ſm Hoſti. obligari poſſunt
 tam præſentes, quā futura, ut fructus pen-
 dentes, partus ancillarum, ſectus pecorum,
 & ea quæ naſcentur. ff. eo. l. & qui nondū.
 Item res corporales & incorporales, ut
 cautiones, & nomina debitorum. ff. eo. l.
 cum conuenit. Item uſusfructus. ff. eo. l.
 ſi ſis. Item ſeruitutes ruſtica, ut ſcilicet quā-
 diu pecuniæ ſolutæ non ſint his ſeruituti-
 bus creditor utatur, & ſi infra certum diem
 non fuerint reddita creditori uendere uic-
 cino ualeat. ff. eo. Pignori obligari non
 poſſunt res ſacræ, ut uafa & ornamenta
 eccleſiæ, ut C. de ſac. ſanc. eccle. l. ſanci-
 mus, niſi eccleſia ſuperſua uafa habeat, &
 debitum urgeat, nec aliunde ex rebus mo-
 bilibus ſolui poſſet. to. quaſt. 27. hoc ius,
 uel niſi in aliis cauſis neceſſariis, in quibus
 res eccleſiæ alienari poſſunt. 1. queſt. 2. ca.
 autē. Item res eccleſiæ non poſſunt pigno-
 ri obligari, ut in Authen. de ali. & emphi.
 §. & quoniam. Item liberi hominis nulla
 eſt obligatio, quia contraria eſt libertati,
 & ſecundum doc. ſi quis accipiat hominē
 liberum in pignus perdit creditum, & aliā
 tantam quantitatem tenetur ſoluere, ac eſt
 debet relaxari, ut in Authen. ut nulli iudi. §.
 quia uerò: in caſu tamē tenet obligatio li-

beri hominis. ut in redempta ab hoſtibus.
 C. de cap. & poſſi. re. l. ſin. Item ob neceſſi-
 tatem ſanis pater filium obligare poteſt,
 non ſic econtra, quia magis obligat filio
 pater quam econtra. uer. emptio. §. 6.

¶ Tertio, ¶ quæ pacta prohibentur in pi-
 gnore. Reſp. omne pactum turpe impoſi-
 bile, illicitum. Item pactum legis commiſ-
 ſoriæ, quod eſt pactum quo debitor obli-
 gat ſe in ſolutum dare pignus. ff. de ſolu. l.
 calopodius. Item quando continetur ne pi-
 gnus reddat in perpetuum, uel ante die
 ſibi præfixam. ar. ca. precarium, de præca.
 Item quando fit pactum, ne liceat credito-
 ri pignus uendere poſt interpellationem
 creditoris. l. ſi creditor. §. ſi ſin. ff. de diſtra.
 pigno. & de iſtis dicitur in ea. ſignificante,
 eo. ti. Quid ſi fiat pactum, ut die præfixa nō
 ſolvente debitore, creditor ex tunc. rem ha-
 beat in feudum. Reſpon. q̄ non ualeat quia
 fieret fraus legi, ut in conſti. Fed. de ſeu. da.
 inuicem. l. omiſſio. ca. 1. ualeat autē pactū,
 q̄ amiſſio pignoris quocūque caſu liberet
 debitore. C. de pigno. ac. l. quæ fortuitis.

¶ Quarto, ¶ quid poteſt facere creditor de
 pignore, an poſſit uendere. Reſp. q̄ autē co-
 uenit expreſſe, ut poſſet uendere, & ſic
 debet primò denuntiare debitori, & po-
 ſtea ſm formam conuentam pōt uedere ali-
 ter non. Aut cōuenit, q̄ non uenderet, &
 tunc debet ter denuntiare debitori, ut ſol-
 uat, & inter unam & aliam denunciationē
 debet eſſe triuuium. ff. de pign. ac. l. ſi con-
 uenit, q̄ ſi non ſoluerit poterit uendere,
 aliàs uendendo ſine trina monitione tene-
 retur ſutti, ſi nulla fuit facta mētio de uen-
 dendo, tunc debet ſemel nuntiare, ut ſol-
 uat, & poſtea elapſo biennio uendere po-
 terit. hæc probantur in d. l. ſi conuenit, de
 diſtrahen. in gloſſ. ſed quid ſi creditor bo-
 na fide uendit pignote minus accepit
 quàm ſit debitum ſuum. Reſp. q̄ reſiduum
 repetet à debitore: ſi uerò plus uendit
 debito tenetur illud plus reſtituere debi-
 tori. C. de iure do. l. ſi.

¶ Quinto, ¶ ſuuiū pignus poſſit per credito-
 rem alteri pignoriari. Reſpond. q̄ ſic, ut eſt
 tex. in l. 1. C. ſi pignus pigno. da. ſit, & licet
 Spe. dicat non licere ultra tres uices. Aug.
 tamē tenet, & uerius in d. l. 1. quod etiam
 per mille uices, quia ius quæſitum à credi-
 tore in pignore eſt reale, & eſt uariſonū de
 2 perſona

persona ad personam in mille manus, & sic concludit tex. in d. l. i. in ver. tandiu esse res, sed quid si alius cui res pignorata fuit, alteri uendidit, qui forte absentauit se, quod remediū dabitur primo debitori ad consequendum rem suam? Resp. Spec. dicit, quod ager contra primum creditorem, sed primus creditor liberabitur credendo sibi actus contra eum cui legitime pignora bit, & sic alius respectu tertii, &c.

¶ Sexto ¶ verum possit pignorari usurariis nostri temporis, qui habent ex priuilegio quoddam post annum lucrantur pignus. Resp. secundum Angelicam. ver. pignus. §. 1. q. sic, & si perditur damnum erit debitoris, quia quod sit lege permittente non meretur poenam. l. gratus. C. de adulte. & ideo cum lex permittat pignus pignorari sibi imputet debitor: quod tamen limito verū: si modò non pignorauit nisi pro quantitate sibi debita, quia plus non licet in aliquo casu. Item si hoc fecit pro necessitate, vel utilitate sua, quia pro alio respectu non licet ad usuram recipere. vide uerf. usura. 8. ¶ verum aliquis possit emere ista pignora. uer. usura. 6. §. 2. Quomodo creditor tenetur fructus computare in sortem. ver. usura quarto per totum.

¶ Septimo ¶ quantum durat pignus. Res do nec facta fuerit tota solutio debiti. l. quando. C. de distra. pign. Nec potest vltimo tempore creditor prescribere pignus. l. pignori rem receptam. ff. de usucapionibus.

¶ Octauo ¶ cui, & contra quem datur actio persecutiua pignoris, siue Hypothecaria. Resp. secundum Hosti. datur creditori contra quemlibet possessorem. ff. eod. l. pignoris. ita quidem, quod si possessor habet titulum lucratiuum tunc creditor habet electionem utrum agat personaliter contra debitorem, uel Hypothecaliter contra possidentem. C. eo. l. distractis, & l. persecutioue, & idem si habet titulum onerosum: si fuit fraudis conscius. l. quia sciebat rem alteri obligatam, sed si non fuit fraudis conscius non potest creditor contra eum agere quousque egerit contra debitorem, & fideiussorem, & mandatorem, & postea agi potest contra pignorum possessores. Cui & contra quem datur actio pignoratitia. Res. secundum Rayn. potest agere debitor uel hæres eius contra creditorem, uel hæ-

redem eius, uel alium si forte creditor rem sibi pignoratam in alium transfuit. Nam & ipse possessor tenetur computare in sortem non solum fructus quos ipse percepit, sed etiam omnes quos anteriores perceperunt à tempore primi contractus, & sic soluto residuo restituere debet pignus. extra eo. c. cum contra.

¶ PIGRITIA quid sit, & quomodo est peccatum. vide uer. negligētia per totum.

¶ PIRRATA quis sit proprie, & communiter. vide uer. excommunicatio. 5. casu. 2. §. 4. & quomodo sunt excommunicati ibidem, & uer. excommunicatio. 6. casu. 4. & 5. per totum.

DE PISCATIONE.

¶ Piscatio an iusta sit, & naturalis, & quando est licita.

¶ Piscari ¶ uel piscatio quomodo est iusta & naturalis uide uer. uenatio. Est tamen aliquando illicita ratione maiorum solennitatum, in dominicis uero, & aliis temporibus est licita, & si fiat in dominicis, & aliis festis, debet esse causa ugens, puta indigētia, uel quia non possunt haberi alii temporibus, ut allecchia, & cum licentia saltem parochi, & fiat portio pauperibus. c. licet. de feri. Si tamen fieret causa recreationis, & non propter lucrum principaliter forte quod non requiretur alia licentia. quomodo prelati possunt in huiusmodi dispensare, uer. feria. §. 29. In fluminibus publicis, & perpetuis, ut est Rhenus, & Padus, piscatio omnibus licet, nec aliquis potest prohibere secundum Ioan. de pla. Instit. de re. diu. §. flumina, similiter, nec nauium applicationem ad portum, & ligationem nauium ad lapides, uel arbores existentes in ripa, licet autem ripæ, & arbores sint publicæ quod ad usum, siue in communi usu, proprietates tamen earum est eorum quorum sunt prædia quibus adherent, & si dominus, & naua simul concurrerent, præponeretur domini.

¶ PLACERE hominibus quomodo potest quis bene, & male. uide uerf. adulatio

per totum, & not. quòd Angelica alle. hic.
S. Tho. & non recitat fideliter.

DE PLANETIS.

1 *Planeta quando incipians apparere.*

1 **P**lantez ¶ tardiores sole. scilicet Satur-
nus, Iupiter, & Mars incipiunt appare-
re ante ortum Solis: Luna verò tantum in
sero, quia est uelocior Sole. Venus autè &
Mercurius quandoque in mane quandoq;
in sero, quia aliquando uelocius, aliquan-
do tardius mouentur quàm Sol. In plane-
tis, retrogradatio, statio, & directio causat-
ur ex diuersis motibus diuersorū mobilū
si dentur eccentrici, secundū Ptolomæum
propter diuersitatem polorū. Candelabrū
habens septem lucernas in septem calamis
in australi parte templi, significat septem
planetas illuminantes totum mūdum quo-
rum cursus est nobis ex australi parte. hęc
S. Tho. ut patet in tabula. uer. plato.

¶ **POLLICITATIO**: uide uersic. pro-
missio.

¶ **POLLVTIO** quomodo causatur, &
quomodo est peccatum, & quomodo im-
pedit communionem. uersic. communicare
S. 3. 2. & se. utrum per pollutionem noctur-
nam amittatur uirginitas. uer. uirginitas,
principio.

DE POPVLO.

1 *Populum quot homines faciunt.*

1 **P**opulus ¶ quot homines faciunt unū
populum. Respond. q. decem. 10. q. 3. c.
vno, in gloss. sed duo faciunt congre-
gationem. de elec. ca. 1. & tres collegium.
ff. de uerb. signi. c. neratius: & tamen reti-
netur in uno. ff. quòd cuiusque uni. l. sicut,
glo. in c. 1. de postu. pręla. quę dicit, quòd
ius uirginitatis potest remanere in vno so-
lo omnibus aliis mortuis, uel priuatis: iste
tamen solus non posset seipsum eligere,
quia notaretur ambitione: glo. tamen di-
cit, quòd collegium non est in uno, nam
deest significatum uocis, sed ius collegii
benè conseruatur in uno: decem autem

aut quindecim, faciunt turbam. ff. ui. bo. re
pro. l. prętor, la secunda, quatuor porci, uel
decem oues faciunt gregem. ff. de abigeis.
l. oues. Ex quibus patet, quòd potest dici
populus scandalizari, quando decem gra-
ues & honesti de populo scandalizantur,
licet in populo sint etiam mille.

¶ **PORTIO** canonica: uide uer. cano-
nica portio.

DE POSTVLATIONE.

- 1 *Postulatio quid est.*
- 2 *Postulatio & electio differunt.*
- 3 *Postulari quis possit.*
- 4 *Postulari à quo quis debeat.*
- 5 *Postulare quis debeat.*
- 6 *Postulationis effectus quis sit.*
- 7 *Nominatio quid sit.*
- 8 *Postulatus in Episcopum an debeat consentire.*

1 **P**ostulatio ¶ secundum Panor. rubrica.
eo. est quadam gratie petitio à superio-
re facta de promouendo aliquem ad præla-
tionem, ad quam de iure communi pro-
pter defectum aliquem, uel impedimentū
eligi, seu promoueri non poterat, qui ta-
men postulatum non omnino inhabilem
reddit. Aliter secundū iuristas est deside-
rium suū, siue amici sui in iure apud eū q.
iurisdictioni præstet exponere, uel alterius
desiderio contradicere. ff. de postul. l. 1. Ali-
ter. Si postuletur ille qui potest eligi nihil
fit, & econtra. Intellige de defectu & im-
pedimento, quod non est peccatum in eo,
puta quia non habet ætatem, uel est illegi-
timus, uel alteri Episcopatu obligatus &
huiusmodi: fallit in mutilato de cor. uitia.
cap. exposuistis, & in bigamo & irregulari,
quia tales inhabiles non possunt postulari
similiter criminosis, ut d. capitu. primo, &
secundo, eo. ti.

2 **¶** Primò, ¶ postulatio & electio differunt.
Primò, quia postulatio innitit gratie ele-
ctio uerò iuri. eo. ti. c. pen. vnde ille qui de
iure potest eligi non potest postulari, nec
econtra; Secundò, illi qui eligunt consen-
tiant in sponsum ecclesie, scilicet in ele-
ctum: postulantes uerò consentiant in gra-
tiam, nec initiatur matrimonium, sicut in
electione.

electione. Quomodo possunt variare in postulatione, & nō in electione. vide ver. cleri 4
 co. 1. §. 1. circa fi. Et quomodo debet seruari eadem forma qua sit electio per scrutinium. ver. electio. 1. §. 19. circa medium, & infra. co. §. 5. Et quomodo eodē modo non valēt voces incerte, conditionate, uel alter natiuz. ver. electio. 1. §. 24. Nec ualet dicendum eligo, & postulo, & similia ibidem. Item differunt, quia electio ceteris paribus præponitur postulationi, sed si postulatio habet duas tertias, & electio solum excedit medietatem tunc postulatio præponitur. cap. scriptum: de elec. In ordine tamē prædicatorum non fit differentia ex privilegio. Item continentur, quia sicut eligens indignum, uel peccans in forma electionis, sunt suspensi, eodem modo in postulatione. Et sicut quādo maior pars eligit indignum transit ad minorem ita in cōpromisso, & electione. uerfi. electio. secundo per totum. Item differunt, quia in electione requiritur ius administrandi, sed non exercitiū, & per confirmationem conferitur exercitiū administrandi, nec acquiritur aliud ius in actu per confirmationē q̄ acquirat in habitu per electionē imō idē, sed in postulatione totū acquirat p̄ gratiā confirmationis. Itē cōueniunt, q̄ eo modo sicut criminofus nō pōt eligi. ita, nec postulari, de quo ver. electio. §. 4. 15. & 16. Itē differunt, quia episcopus pōt postulari, & nō eligi. Itē deficiunt in ætate postulatur, sed non eligitur. c. cum nobis olim. de elec. & similiter dic de defectu ordinis, uel natalis. de elec. dudum. el primo. & c. innouit.

¶ Secundo ¶ quis possit postulari. Resp. fm Hosti. In primis quidem non potest postulari criminofus. c. 1. & 2. e. ti. & supra uerfi. electio. 1. §. 4. Item non potest postulari in religione non professus. in. d. §. 4. & 15. nisi fortē in necessitate, & esset instructus in regula. c. cū causam: de elec. & c. officii & in hoc conuenit etiā electio. Item non potest postulari sicut nec eligi epilepticus. cap. cum inter: de elec. nisi fortē sit liberatus ita, q̄ iam per annum fuerit liber. 33. di. c. communiter. Itē nec mutilatus. c. exposuistis: de cor. vici. Item nec bigamus, nec irregularis, clerici siue inferiores ad ep̄m p̄nt eligi: lectus de episcopo. ea. cum inter: de elec. similiter dr̄ de religio-

nis fm Io. And. in. c. nullus: de elec. libr. 6.
 ¶ Tercio ¶ a quo debeat quis postulari. Re. si sit episcopus postulandus est à Papa. c. fin. co. Si uerō patiatur defectum in ordine, uel ætate debet postulari in hac parte ab eo qui dispensare potest. vnde si aliqui. 20. annorum postulentur ad dignitatem sine cura ab episcopo potest postulari: si cū cura à Papa. Si uerō sit defectus, quia est clericus alienę Diocesis uel subest alteri ut religiosus, & huiusmodi: non oportet, quod postuleretur, sed eligi potest ut dictum est, & breuiter debet quis postulari ab eo qui potest remouere talem defectum, uel impedimentum. vnde si aliquis sit postularus, quia non potuit eligi, eo q̄ alius esset electus, & non possit simul nisi unus eligi: debet postulari ab eo qui potest absolvere illam electionem propter quam non poterat eligi.

¶ Quarto ¶ quis potest postulare. Resp. fm Hosti. q̄ qui potest eligere c. bonz: el secundo. c. eo. ti. & de elec. c. innouit, & debet sic concludere, q̄ dignes p̄bere assensum, q̄ talis trāslatio fiat, & ualet si admittitur postulationi si concors fuerit. s. si ab omnibus fiat uel si duz partes consentiūt, quia tūc idē est ac si oēs cōcordarent, aliās non facile admittitur. c. scriptū. de elec. Et quāuis si nō sūt duę partes oīum nō faciat iniuriā si non admittit, pōt tū admittere si habeat maiorem partem uocum fm Pa. in d. c. bonz. el primo post Goffre.

¶ Quinto, ¶ Quis effectus postulationis Respon. fm Pa. in c. 1. de postu. quod postulatus admitta postulatione consequitur ius ac si fuisset electus & confirmatus, vnde nō indiget alia cōfirmatione ut in c. 2. de postu. Intellige q̄n postulatur ab eo qui pōt super oī impedimēto postulati dispensare, & hæc dr̄ solennis postulatio, sed postulatio non solennis hæc non operetur, vnde licet canonici postulent abbate monachum in Episcopū, & abbas concedat, nihilominus oportet denuo eligatur, & cōfirmetur, & in ista nō oportet seruare formā. c. q̄a pp. de elec. sed bene in prima solēni ut nō. Pa. in d. c. quia pp. quia satis dicitur electus habendo respectū ad ius futurū, & hoc vī uerū, & securum quāuis dicat cōtra, sed forte possent saluari, q̄ loquant de postulatione scđa. i. nō solēni, vide ver. electio. 1. §. i. circ.

circa fin. & 6. 19. circa medium: de hac autem secunda non aliud dicitur, quia uel parum uel nihil ualet tunc quia potest eligi sine postulatione, tum quia Papa prouidet de omnibus, tum quia pauci isto modo postulantur, & per hanc secundam non consequitur postularius ius praebaturae, sed ut possit eligi haec. n. est quoniam postulat ab eo quod non potest dispensare super impedimento: requiritur tamen eius consensus, ut possit promoueri ratione sui interesse, exempli: canonici uolunt eligere monachum, sed ipse non potest consentire sine licentia Abbatis, ut in c. si religiosus de elec. li. 6. puta canonici postulat ab Abbate, ut concedat ei: illum monachum, si consentiat non habet uim electionis, sed opus est, ut iterum eligatur.

7 ¶ Sexto, nota est in Pa. in c. quod sicut. de elec. in primo nota. quod est quidam alius modus eligendi. scilicet nominatio, quae largo modo potest dici electio, quia quod nominat aliquem prius ipsum mente eligi sicut praesertio quoniam; differt ab electione ut in c. quarell. de elec. unde nota est in eo. Pa. ubi supra, quod triplex est nominatio. Nam quaedam est minus solennis, quae fit de aliquo eligendo, ut quoniam aliqui proponunt in collegio tanquam boni uiri, ut de eis fiat scrutinium, & de hac nominatione loquitur textus in d. c. quod sicut & per hanc non acquiritur ius nominatis. unde potest collegium non obstante tali nominationi transire ad aliam electionem de c. quod sicut. secunda est nominatio quae fit in scrutinio electionis, & per tale nominationem in uero non acquiritur ius nominato. ar. c. si tibi absentem de praeb. li. 6. intellige an publicationem secus. si in electione, si nominauit dignum, & hoc publicato scrutinio. c. publicato: de elec. 3. est nominatio solennis, quae proprie dicitur nominatio, & potest dici electio, & hoc est cum duo, uel plures nominantur praecepti, & petit a toto collegio, uel maiori parte, ut ex his eligatur unus, & ex hac nominatione non acquiritur ius nominatis, sed nominantes postquam est praesentata superiori non possunt amplius uariare sicut dictum est in postulatione, & hoc ultimam uoluit hosti. in c. bonae: el primo. de postulatione. & sicut in postulatione an praesentationem possunt uariare, & non post, ita in ista nominatione tertia. Et quamuis possit dici electio, & similiter possit dici postulatio non tamen est proprie electio neque postula-

tio quamuis magis conueniat cum postulatione, uel cum eo promisso qualificato, de quo uer. elec. 1. p. totum. Et ad istam nominationem potest reduci modus eligendi, quo uidentur fratres praedicatorum, congregationis Lombardiae in eligendo vicarium generale, potest tamen, & melius dicitur compromissum qualificatum.

8 ¶ Septimo, utrum Episcopus postularius debeat consentire. Respon. secundum Io. An. quod si Episcopus est postularius ad aliam ecclesiam sic debet respondere. Nec consentio nec dissentio, sed in hoc uoluntati domini Papae me suppono ad hoc. 8. q. 1. in scriptis, & in c. cupientes, de elec. ad fi.

DE POSTHUMO.

1 Posthumus quinque modis dicitur.

1 Posthumus, quod quinque modis dicitur. Primo natus post mortem patris. Secundo post testamentum ante mortem. ut ff. de iniusto ruptoque testam. l. 2. Tertio arrogatus filius. Quarto post mortem aui, qui incipit nepos in sui patris potestate esse ut posthumus. Quinto nepos aui moriente, filio patre haec not. gl. C. de postu.

DE PRAEBENDA.

1 Praebenda uel canonica quid sit.
2 Praebendarum in collatione uel canonicorum receptione an uocandi sint absentes canonici.

1 Praebenda quod quid sit uel canonica Respon. sicut Host. quod est ius percipiendi prouentus in ecclesia, competens tanquam uicini de collegio, & nascitur ex canonica sicut filia, quia ex qua aliquis habet canoniam debet habere, & praebendam, de praeb. c. relatum. Praebenda igitur proprie consistit in fructuum praerogatione, canonica autem in iure alicuius qui in canonicum receptus est ad quod ius postea pertinet, praebenda, status in choro, uox in capitulo ut in d. c. relatum, & est praebenda partim spiritalis, & partim temporalis, & non ualet secundum Innoc. in d. c. relatum, promissio de praebenda uacatura.

2 ¶ Primo, utrum in receptione canonicorum, & collatione praebendarum absentes canonici sint uocandi. Respon. si commodum fieri

fieri valeat uocandi sunt nisi consuetudo habeat, eos ad talia non uocari, aliis quod in eorum absentia fieret eis instantibus irritari deberet, de preben. cum in ecclesiis h. 6. Quid sit dignitas uel personatus, uide ver. dignitas. Quæ sunt personæ quæ possunt habere prebendas & quos ordines requirit & quam ætatem, uide versi. beneficium. 2. §. 12. & beneficium. 3. §. 19. & sequentibus.

DE PRECARIO.

- 1 Precarium quid dicatur.
- 2 Precarium quot modis soluitur.
- 3 Precarium an reuocetur morte concedentis.
- 4 Precarium in quibus rebus consistit.

Precarium ¶ secundum quod elicitur ex Pa. in c. 1. 2. & 3. eo. dicitur quod precibus petentibus conceditur tam diu quam diu is qui concessit patitur. d. ca. 3. & l. 1. ff. eo. & est contractus gratuitus similis aliis gratuitis, sed differt primò à donatione quæ non reuocatur regulariter, differt secundò à commodato quia in commodato debet esse usus certus & tempus saltem tacite determinatū & si unum istorum deficiat erit precarium, si enim concessi tibi librum ut illum transcriberes erit commodatum, quia ad certum usum & tempus tacite determinatur. ¶ quantum commodè transcribi pōt. l. interdum & l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. oblig. & non potest reuocari ante usum completū, ut in c. 1. de commo. precarium autem potest reuocari ad placitū etiam si interuenisset pactum de non reuocando, ut in c. fi. eo. nisi fuisse appositum per uiam conditionis quia sic uiciat contractum, facit c. fi. de condi. appo. si tamen uellet reuocare sine causa & cum magno damno non licet, quia obstat sibi exceptio doli: cum non possit negari quin sit beniuola actio, & ideo non debet aduersari in beneficio concessio, sicut dicimus in mutuo concessio uictori quia ipsum detinuit postmodum quia ipsum pignituit, ut no. in procmio dec. Itē differt quia in precario uenit solum doli & lata culpa, sed in commodato uenit et leuissima, ut in l. quæsitū. §. illud. ff. eo. pōt et precarium concedi ad certū usum & distingue-

tur à comodato per notandum precariū, puta cum dicit concedo tibi librum ad scribendum precario nomine.

2 ¶ Primò, ¶ Quot modis soluitur precariū. Res. q. primò uoluntate eius qui cōcessit. l. 1. ff. eo. Secundò morte eius cui concessum est, c. fi. eo. quia est concessio personalis quæ extinguitur cum persona ut in regula priuilegium, de re. iur. lib. 6. Tertiò alienatione rei, precario concessæ, si is cui est alienata à primò domino, uelit reuocare. d. c. fi. Quarto finito tēpote ad quod res fuerat concessa. l. cum precarium. ff. eo.

3 ¶ Secundò, ¶ Sed nunquid reuocatur morte concedentis. Respon. Pa. in ca. precariū. eo. quod non, & ibi text. ex quo infert, quod ubi actus ualiditatis pendet ex uoluntate alterius non reuocatur per illius mortem, ideo quia præsumitur quis in sua uoluntate perseverare in qua quis decedit, c. maior res: de bapt. & ideo licet prior claustralis possit reuocari ad libitum abbatis ut in c. cum ad monasterium: de sta. mo. non reuocatur tamen per mortem ipsius abbatis: intellige quado ab abbate cum collegio fuit institutum quia collegium non moritur, sicut si esset concessum usque ad beneplacitū suum quia per morte reuocatur. ca. si gratiosè: de rescrip. lib. 6. & reuocatio in Pa. in d. c. 1. potius est ex consuetudine quæ ex iure, & debet fieri reuocatio de quinquennio in quinquenniū in glo. in d. c. 1. uide supra ver. gratia. §. 1. In isto ultimo loco dicitur completè, ideo intellige ut ibi.

4 ¶ Tertiò, ¶ In quibus rebus consistit precarium. Respon. quod tam in rebus mobilibus quam immobilibus & incorporalibus. Nam seruitus precario potest concedi. ff. eo. l. 2. §. fi. & l. 3. & 4. 1. Respon. in re propria constituere non potest. d. l. 4. §. item si rem. quod uerum est quantum ad dominium & proprietatem, sed bene quantum ad usum possessionis, seu detentionis. Le certæ. ff. eo. quia in precario transfertur utilitas duntaxat. precariæ etiam possunt fieri de rebus ecclesiæ. d. c. 1.

DE PRECARIA.

- 1 Precaria quid sit.
- 2 Precaria utrum fieri possit sede uel ecclesia uacante.

- 3 In precarium utrum requiratur solemnitas sicut in alienatione rei ecclesiasticae. Et an renocari debeat de quinquennio . 4 .
 5 Precario nomine habens res, uel sint precaria, an possit eas prescribere .

1 **P**recaria ꝑ formam generis. ꝑe. producta, & precarij in plurali numero. secundum Pa. in c. 1. eo. nō differunt inter se, sed bene differunt à precario, quia precaria dicitur contractus ad preces alicuius aliquorum initus usque ad certum tempus secundum quod partes conueniunt, nec ante illud tempus potest reuocari, uel dicitur precaria ad preces aliquorū facta donatio usque ad mortem accipientis. 10. q. 2. c. precarij. & gl. in d. c. 1. In omnibus, & per omnia, precaria est eiusdē naturae cum cōtractu emphiteutico l. 1. C. de iure emphi. & gl. in d. c. precarij, differt tamen, quia renouatur de quinquennio: in quinquennio uero nota quod precaria fit aliquando et non gratis, sicut quando super solo ecclesiae fit aliquod aedificium, & soluitur annuatim aliquid, fit etiā quādo aliquis dat alicui ecclesiae possessionem vnam, & recipit ab ecclesia duplum, uel triplum usum toto tempore uitae suae, & not. d. c. precarij, fit etiā quando clerico, uel laico datur aliquid utendum toto tempore uitae suae. Aliqui uolunt, quod precaria, & precarij in hoc differant, quia precaria est solum usq; ad mortē illius cui conceditur, uel etiam, citra, precarij uero quando durat post mortē, & oportet q; de quinquennio in quinquennio renouetur, sed precaria non. Precarium autē non conceditur ad tempus determinatum, uel si cōceditur potest renocari ad libitum. c. fi. eo. & l. cū precario. ff. eo. Et licet sit similis contractibus gratuitis, differt tū à donatione quae ordinariē non reuocatur, differt etiā à cōmodo dato, quia non datur ad certum tempus, uel usum determinatū. Soluitur autē precarium. primō uoluntate concedentis, secundō morte eius cui est concessum. d. c. si. q. a est concessio personalis. Tertio alienatione rei precarij concessa. Quarto finito tempore ad quod fuerat res concessa. l. cum pretio. ff. eo. potest enim concedi ad certum tempus quamuis possit reuocari. Et secundum Pan. in c. precarium. eo. non reuoca-

tur per mortem concedentis supra uersū precarium. §. 2.

- 2 ¶ Primō, ꝑ utrum precaria possit fieri sede uacante siue ecclesia. Resp. q; non. d. c. precarij, nec potest fieri economo neq; eius consanguineo. 10. q. 2. hoc ius.
 3 ¶ Secundō, ꝑ utrum requiratur solemnitas precaria sicut in alienatione rei ecclesiasticae. Resp. q; in reuocatione rei ecclesiasticae certum est q; non, ut nota Abb. in c. 1. eo. & dicit, q; prelarus solus potest eam facere, facit tex. in l. si pupillorum. §. 1. ff. de rebus eorum. In concessione uero uidetur, q; requiratur si est talis rei, uel tāi temporis quae alienari non possit, nisi cum debita solēnitate, tum quia non potest reuocari ante tempus conuentum, & reuocat successor precaria per praedecessorem irrationabiliter factam, & sic contractus irrationabiliter factus non obligat successorem.
 4 ¶ Tertio, ꝑ utrum sit necessarium q; reuocetur de quinquennio. Respon. quod sic, & cadit à iure suo post quinquennium si nō renouat, ut dicit glo. in d. c. 1. & hoc uerū in rebus ecclesiasticis: in laicalibus uero uidetur quod secundum consuetudinem debeat renouari, quia praesumitur actū quod est consuetum. l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur.
 5 ¶ Quarto, ꝑ utrum habēs res precario nomine, uel sint precaria, possit eam prescribere. Resp. glo. 16. q. 3. c. clericus, q; regulariter non potest, nisi ex magna longinquitate tēporis dominus obliuiscatur de possessione, taliter q; nesciat ubi sita sint: qd possit habere locū si possidens esset in bona fide, aliter non: & p̄na apposita in cōtractu nullo quod est contra ius non tenet, secus si praeter ius in glo. c. 2. eo.

DE PRAECEPTO.

- 1 Praeceptum quid est.
 2 Praecepta legis antiquae diuina sunt tria.
 3 Praecepta ceremonialia quae sunt .
 4 Praecepta iudicialia in quo consistant .
 5 Praecepta moralia quae sunt .
 6 Praecepta decalogi quot sunt .
 7 Praecepta moralia aliqua an sit addita his decem decalogi .
 8 Voluntas & opus quare magis specialiter prohibeantur in auaritia, & mechia quam in alij.

Luxuria

9 *Luxuria, & auaritia quare magis prohibeantur in his praeceptis quam alia peccata mortalia?*

1 **P**raeceptum est iussio uel imperium faciendi aliquid uel non faciendi, & sic est duplex praeceptum idest affirmatiuum quia obligat proprie dicitur praeceptum quia obligat pro semper, scilicet loco & tēpore debito, sed non ad semper idest ad omne tempus, unde filius non tenetur sp ad honorandum patrem in omni tempore: quia hoc est impossibile, sed solum cū oportunitas occurrit & tempus requirit. 4
Negatiuum autem praeceptum proprie dicitur prohibitio quae obligat pro semper & ad semper, quia teneo semper & omni tempore non mecarī: hoc nota Archi. in c. si peccauerit. 2. q. 1. & Pa. in c. nouit, de iu. & Theologi. tertio di. 37.

2 **¶** Primò, † Praecepta legis diuinæ antiquæ sunt tria scilicet Cerimonialia quæ sunt de terminationes legis diuinæ. Iudicialia quæ sunt determinationes iustitiæ inter homines obseruandæ, & Moralia quæ sunt de diſtamine legis naturæ, unde. A postolus ad Ro. 7. cum dixisset quòd lex est sancta, sub iunxit quòd mandatum est iustum & bonum & sanctum: iustum quidem quatum ad iudicialia: sanctum quantum ad cerimonialia, nam sanctū dī quod est Deo dedicatum: bonum. i. honestū quod pertinet ad moralia, de his omnibus uide uer. lex. §. 12. & se 7. & quō lex est pceptiua. ibi. 28.

3 **¶** Secundo, † Cerimonialia sunt quaedam exteriora opera quibus homo diuinam seruitutem profitetur, & ista opera dicuntur ad Dei cultum pertinere, qui quidem cultus, cerimonia uocatur quasi munera. i. dona ceteris: quæ dicebatur dea frugum: ut quidam dicunt eo quòd primò ex frugibus oblationes Deo offerebantur, siue ut Max. Val. refert nomen cerimonie introductum est ad significandum cultum diuinum apud latinos ab oppido iuxta Romā quod cere uocabatur eo q̄ Roma capta à gallis, illuc sacra Romanorum ablata sunt & reuerendissime tractata, & determinant praecepta moralia in ordine ad Deum, unde sunt illa quæ pertinent ad cultum Dei specialiter, diuiduntur cerimonialia in sacrificia sicut oblatio uitali. In sacramenta ut unctio Aaron. In sacra sicut uasa templi & cerimonias quæ agebantur in templo & erant fi-

guralia. primo & per se idest fiebant ad significandum ea quæ sunt in testamento nouo, & nunc non solum cessant & sunt mortua, sed etiam mortifera idest peccaret qui illa obseruaret: ut sunt ex lege antiqua, unde sicut peccaret mortaliter qui nunc ad suam fidem protestando diceret Christum nasciturum, quod antiqui pie & ueraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter si quis nunc cerimonias obseruaret quas antiqui pie & fideliter obseruabant.

4 **¶** Tertio, † Iudicialia determinant praecepta moralia quantum ad iustitiam obseruandam inter homines in ordine ad proximum, & rō eorum stat in duobus scilicet ut pertineant ad ordinationem ad iustitiam. Et ut non habeant vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione diuina, ut erant siguralia, non primo & per se sed secundario & quamuis sint mortua & cessent, non tamen sunt mortifera nisi quis illa seruet tanquam ex illa lege habita. uer. lex. §. 4.

5 **¶** Quarto, † De praeceptis moralibus. Sciedum q̄ lex uetus continebat praecepta quaedam moralia, ut patet Exo. 20. non occides, non furtum facies quæ secundum se ad bonos mores pertinent, & hoc rationabile. Nam sicut intentio principalis legis humanæ est ut faciat amicitiam hominum ad inuicem: ita intentio diuinæ legis est ut constituat principaliter amicitiam hominis ad Deum, cum autem similitudo sit causa amoris impossibile est, esse amicitiam hominis ad Deū qui est optimus nisi homines efficiantur boni: bonitas autem hominis est uirtus quæ facit bonum habentem & ideo oportuit praecepta legis ueteris etiam de actibus uirtutum dari, & hæc sunt moralia legis praecepta quæ quātuis secundum Apostolum non uiuificarent s̄m litera quia litera occidit, quod s̄m Beatum Aug. in li. de spiritu & litera, intelligitur et de praeceptis moralibus: uiuificabant tū disponendo, significando, & operando ad opera iustitiæ, & dñr occidere, tum quia sacra ueteris legis nō causabant grām, uel occasionaliter s̄m s̄ram legis antiquæ, quæ p̄cipit quod bonū est: non p̄bens auxiliū ad implendum, ut dictū est q̄a sacra ista nō causabant gratiam. uide uer. lex. §. 7. & seq.

6 **¶** Quinto, † quot sunt praecepta decalogi. Res. secundū Aug. in gl. super Exo. q̄ sunt

etia pertinentia ad Deum, & septē ad proximum, & sunt alia determinantia ista decē. vnde S. T. 1. 2. q. 100. ar. sic declarat, oportet q̄ in lege diuina primò ferantur quaedā præcepta ordinantia hominem ad Deum, & inde quaedam alia præcepta ordinantia homines ad alios proximos simul conuenientes sub Deo, principi autē cōitatis tria debet hō. Primò fidelitatē. Secundò reuerētiā. Tertiò famulatū. Fidelitas quidē ad dñum in hoc consistit, ut honorē principatus ad aliū non deserat, & quantum ad hoc accipit primū præceptū cum dñ non habebis deos alienos. Reuerentia verò ad Deū requirit ut nihil iniuriosum in Deū committat, & quantum ad hoc accipit s̄m præceptū, qđ est non assumens nomen Dei tui in uanum. Famularus autē debetur in re compensationē beneficiorum quæ ab ipso recipiunt subditi, & ad hoc pertinet tertium præceptum, de sanctificatione sabbatū in memoriam creationis rerum. Ad proximos autē aliquis bene se habet, & specialiter & gñaliter: specialiter quidem quātum ad illos quorū est debitor, ut eis debitum reddat, & quantum ad hoc accipitur præceptū de honore parentū. Generalit̄ autē quātum ad oēs, ut nulli nocumentū inferatur neq; opere, neq; ore, neque corde: opere quidē inferit nocumentum proximo qñ que in propriā psonam quātum ad consistētiam. s̄. psona. qđ prohibet p hoc qđ dñ, nō occides, qñq; in psonā coniunctā quātum ad propagationē prolis, & hoc prohibentē cū dñ non mecaberis, qñq; in rē possessam quæ ordinat ad vtunq;, & quātum ad hoc dñ, non furtum facies. Nocumentum autē oris prohibetur cum dicitur. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. nocumentum autē cordis prohibetur cū dicitur, non concupisces ver. lex.

¶ Sexto, vt̄rum sint aliqua præcepta moralia addita his decem decalogi. Respon. s̄m S. Th. 1. 2. q. 100. ar. 11. q̄ præcepta moralia sunt in triplici dñia, quia quaedam sunt cōmunissima, & adeo manifesta, q̄ eruditio ne nō indigent sicut mādata de defectione Dei, & proximi, & hmōi quæ sunt quasi fines præceptorum. vñ in eis nullus p̄t errare s̄m iudicium rōnis. Quaedam verò sunt magis determinata quorum rōnem statim quilibet popularis p̄t de facili ēt videre, &

tñ quia in paucioribus circa hmōi contingit iudiciū humanū peruertere, hmōi editio ne indigent, & hæc sunt præcepta decalogi de quibus in præcedenti. §. Quaedā verò sunt quorum rō nō est adeo manifesta cui libet, sed solū sapientibus, & ista sunt præcepta moralia superaddita decalogo tradita à Deo populo p̄ Moysem, & Aaron: sed quia ea quæ sunt manifesta, sunt principia cognoscendi eorum, quæ non sunt manifesta, alia præcepta moralia superaddita decalogo reducuntur ad præcepta decalogi p̄ modum cuiusdam additionis ad ipsa. Nā in primò præcepto decalogi prohibetur cultus alienorum Deorum cui superadduntur alia præcepta prohibitiua eorum, quæ ordinantur in cultum idolorum sicut h̄ Deut. 18. nō inueniatur in te qui lustret filium aut filiam suam ducens per ignem, nec sit maleficus atque incantator, ne phytones consulat neq; diuinos, uel quærat à mortuis veritatē. Secundum autē præceptū prohibet periurium, superadditur autē ei p̄ prohibitio blasphemie Leuit. 14. & prohibitio falsæ doctrinæ Deute. 13. Tertiò præcepto superadduntur omnia ceremonialia de quibus supra. §. 2. & ver. lex. §. 12. Quarto de honore parentum superadditur præceptū de honore senum, s̄m illud Leu. 19. Corācano capite consurge, & honora psonam senis, & vs̄ omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus, uel ad beneficia exhibenda æqualibus, & minoribus. Quintò præcepto de homicidio additur prohibitio odii, & cuiuslibet violationis contra proximum secundum illud Leu. 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui, & ēt prohibitio odii fratris: secundum illud non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sextò præcepto quod est de prohibitione adulterii superadditur de prohibitione meretricii secundum illud Deut. 24. non erit meretrix de filiabus Israel, neq; fornicator, & iterū prohibitio uitii contra naturā s̄m illud Leu. 18. cū masculo non commiseris, cū oī peccore non cohibis. Septimò pcepto de prohibitionē furti adiungit præceptum de prohibitionē vsuræ s̄m illud Deute. 18. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā, & prohibitio fraudis s̄m illud Deutero. 25. non habebis in saculo diuersa pondera & vniuersaliter omnia quæ ad calum-

niam & rapinā pertinent. Octauo uerò præcepto quod est de prohibitione falsi testimonii additur prohibitio falsi iudicii fm illud Exo. 23. Nec in iudicio plurimorum acquiesce sntæ vt à ueritate deuias, & prohibitio mendacii, sicut ibi subditur. Mendacium fugies, & prohibitio detractionis fm illud Leuit. 19. Non eris criminato, & suffuro in populis. Aliis autē duobus præceptis nulla alia adiungitur, quia p ea vtr oīa mala concupiscentia prohibetur.

3 ¶ Septimò, ¶ quare magis in auaritia & mechia prohibentur specialiter uoluntas & opus q̄ in aliis. Resp. fm S. Th. 1.2. q. 100. ar. 5. ad quintū, q̄ delectatio adulterii & uilitas diuitiarum sunt pp seipsa appetibilia in quārum habent rōnem boni delectabilis uel utilis, & propterea oportuit in eis prohiberi non solū opus, sed et concupiscētiā, sed homicidium & falsitas sunt fm ipsa horribilia quia pximus & ueritas naturaliter amantur & non desiderantur nisi propter aliquid, & ideo nō oportuit circa peccatum homicidii & falsi testimonii prohibere peccatum cordis, sed solū operis.

9 ¶ Octauo, ¶ quare in istis pceptis magis prohibentur luxuria & auaritia quā alia peccata mortalia, puta superbia. Rñ. S. Th. ubi supra ad sextum, q̄ oēs passiones irascibilis deriuantur à passionibus concupiscibilis, & ideo in pceptis decalogi q̄ sunt quasi prima elementa legis non erat mentio facienda de passionibus irascibilis, sed solū concupiscibilis. Alia tñ implicite prohibētur, puta superbia in adoratione & honore proximi. Inuidia & ira in prohibitione homicidii. Auercia in sanctificatione sabbati, & not. fm S. Th. & in istis pceptis non intelliguntur prohibita per se peccata uenialia. de istis pceptis potes uidere in locis suis maxime uer. interrogatio. §. 2. & se. & uer. adorare. §. 4. & uer. dies. §. 2. & uer. dominica dies. §. 1. 2. & 3. & uer. ferie. §. 13. & 45. 2. uer. pietas. Quando uerba legis sunt præceptoria. uer. lex. §. 25. & seq.

DE PRAECIPITATIONE.

1 Precipitatio quid est.

1 P Ræcipitatio est operatio per impetum uoluntatis uel passionis, sine prudētia

& partibus eius: hæc S. Th. 2.2. q. 53. ar. 3. præcipitatio. n. in actibus animæ metaphoricè dī fm similitudinē à corporali motu acceptā: dī autē præcipitati fm corporalē motum quod à superiori in ima peruenit fm impetum quendā proprii motus uel alicuius impellentis non ordinatè descendendo p gradus: summū autē animæ est ipsa ratio, imum est operatio per corpus exercita, gradus autē mediū p quos oportet ordinatè descendere sunt memoria pteritorum: intelligētia præsentū, solertia in cōsiderandis futuris euentibus, ratiocinatio cōferens vnū alteri, docilitas per quā aliquis acquiescit sententiis aliorum, per quos quidē gradus aliquis ordinatè descendit rectè cōsiliando. Si quis autem feratur ad agendum per impetum uoluntatis uel passionis nō pertranstis hm oī gradibus dī præcipitatio: cū ergo inordinatio cōsiliū ad imprudentiā pertineat, manifestū est q̄ uiciū præcipitationis sub imprudentia cōtinetur, & est speciale peccatū pp speciale actū rōnis qui p̄mittitur. s. cōsiliū quāuis possit inueniri in quolibet genere peccatorū & contrarietate dono cōsiliū & uirtuti prudentiæ.

DE P R E C I O .

1 Precium rerum uenialium non est puntuale sed in lata estimatione consistit.

1 P Ræcium ¶ rerum uenialū non est puntuale, sed magis in quadā estimatione lata consistit: ita q̄ modica additio uel minutio non uidetur tollere æqualitatem iustitiæ, hæc S. Tho. 2.2. q. 77. ar. 1. ad primum, de quo uerfi. emptio. §. 1.

DE P R A E D I C A T I O N E .

1 Predicare quibus conueniat.

2 Predicari an possit in plateis uel ecclesiis aliorū.

3 Verba illa. Locis eorum quō intelligantur.

4 Predicari an possit tempore interditi.

5 Predicāte prelatō quādo cessare debeat, et quib.

6 Predicationē quis possit cōmittere, & quibus.

7 Predicans sine licentia prelati an teneatur restitueri bona sibi gratis collata.

8 Verba illa in clem. Dūdum. Sermones ad clerum quomodo intelligantur.

9 Item illa, De predicatione ad funera.

Predica-

- 30 *Prædicatores quam scientiam habere debeant.*
 11 *Prædicatores possunt vivere ex elemosinis sponte oblati.*
 12 *Prædicator non habeat oculum ad terrena.*
 13 *Prædicatum quando fuerit euangelium Christi in toto mundo.*
 14 *Christus quot annis predicauit.*

¶ Prædicationē Euangelij præcipiū Episcopoꝝ potū munus esse agnoscens sancta Synodus. Trid. statuit, oēs Epōs, Archiepiscopos, Primates, & cæteros ecclesiāꝝ p̄latos teneri p̄ se ipsos ad p̄dicandum sanctū Iesu Christi euangeliū; si uerō legitime impediti fuerint, uiros idoneos assignare ad huius p̄dicationis officij salubriter exequendū; aliter districtā subiaccere ultioni. Vterius p̄latis p̄dictis oībus p̄cepit sub grauioribus et pœnis, ne quēquam sine licentia p̄dicare permittant in sua diocesi, quasuaris uero cuiuscunq̄ue conditionis nullo modo nec p̄ se nec per aliū. Sess. v. de refoꝝ. cap. ij. Ex c. inter cætera. de off. iud. ord. c. cū ex eo. de pœn. & rem. & clem. abusionibus. eo. titu. L E O. à L E G E.

P Rædicare, † quibus cōueniat. Rñ. l̄m. S. Th. 4. di. 19. q. 2. ar. 2. quod. 2. ad quartū, q̄ non licet alicui p̄dicare, nisi offiij p̄lationis habeat, vel ex auctoritate alicuius p̄lationis habentis. Ro. 10. quō p̄dicabunt, nisi mittantur. hæc ille. Et in quol. 12. ait, nullus quantuncunq̄; scientiæ magnæ vel quæcunq̄; sanctitatis, nisi missus à Deo, vel à p̄lato p̄dicare p̄t, quia nullū agens natū est agere nisi supra debitā materiā, p̄dicatione autē est exortatio, & doctrina publica respiciēs totā ecclesiā, & cura publica ecclesiæ cōmissa est p̄latis, & iō nullus debet aliquid exercere, quod requirat auctoritatē publicā nisi auctoritate p̄lati hæc ille. Et in 3. par. q. 71. ar. fin. dicit, q̄ p̄dicatione est multiplex, q̄dam. n. est instructio qua eruditur de fidei rudimentis, & qualiter debeat se habere in susceptione sacroꝝum, hæc p̄tinet principl̄ ad sacerdotē. s. curatū, secundariō uerō ad ministros. Alia est instructio de profundis ministerijs, fidei & p̄fectione Christianæ uitæ, & hæc ex offiō p̄tinet ad Epōs, officij. n. p̄dicandi principaliter cōuenit Papæ, Ep̄is, & p̄latis, qui habent auctoritatē Episcopalis, secūdariō cōpetit oībus sacerdotibus habentibus curā animarū. Tertiō cōpetit et

diaconis q̄bus cōuenit instructio catertizan dorū. Quartō ex cōmissione eorū qui hñc curā animarū. vñ d̄r in c. excōmunicos el. 1. de hære. §. quæ uerō. Nullus dēt sibi offiij p̄dicandi assumere nisi hoc sibi à iure, uel à sede apostolica, uel à diocessano Ep̄o licentia cōcedatur aliās excōdicatur, & nō respicienti alia pœna imponitur, & in c. sicut. eo. ti. dicit Pa. vltimo collige, q̄ laici p̄dicantes mortaliter peccant, q̄ ueniunt cōtra p̄ceptū ecclesiæ. vñ p̄cipitur, q̄ debeant excōdicari. c. proximo, ut dictū est, & in cle. dudū, de sepul. d̄r q̄ p̄dicatores & minores, si p̄dicare uolunt infra septa monasterij ipsorū, uel in locis aliis eorū licet sint longe à domibus eorū, dūmodo sint ad eorū usum possunt siue aliqua licentia: sicut q̄n uolunt p̄dicare in plateis publicis & cōibus: nec possunt p̄hiberi in p̄satis locis, nisi hora qua p̄lati. i. habentes iurisdōnem quasi Ep̄alem, uel superiores p̄dicant solēniter. i. publicē populo gñaliter, uel faciunt corā se solēniter p̄dicari. Sed nunquid uicarius Ep̄i sibi hoc poterit. Rñ. l̄m. Car. ibidē q̄ sic, si ipse uult p̄dicare, ut Ep̄i uicarius: secus si ut alius p̄latus uellet corā se p̄dicari facere, quia in hoc non representat personā Ep̄i, & sic non tenentur cessare p̄lati fratres. Sed quid si tales habentes quasi iurisdōnem uel p̄lati proprie uellent occupare totā horā. Rñ. l̄m. c. Car. q̄ non possunt, sed l̄m. Lau. ibidē debet diuidi, maxime q̄n dicti fratres nō possunt habere aliā horā, & fuit prorogata ista cle. p̄ Cle. v. ad fratres sancti Aug. & p̄ Ioā. xxj. i. ad Carmelitas, & credo nunc, q̄ sit prorogata ad oēs mendicātes per sua priuilegia, & ad canonicos regulares, nec debet admitti ad p̄dicandū, qui dicit se per uisionē missus à Deo, nisi probet sicut Moyses p̄bavit miraculo, uel scripturæ, seu p̄ testimonij speciale. c. ex iniuncto, de hære.

¶ Primō, † quid si uolunt p̄dicare in plateis priuatis, aut ecclesiis aliorum. Resp. secundū Car. ibidem, q̄ non possunt sine licentia eorum quorum sunt, sed de eorum licentia possunt etiam hora illa qua p̄lati p̄lati p̄dicant, excipiuntur enim solum eorum loca, & publicæ plateæ, in quibus illa hora p̄dicare non possunt.

¶ Secundō, † quæritur quid intelligatur in illis uerbis, locis eorum. Respon. glo. dicit, quicquid est infra septa, uel ambitum et in pratis,

pratis uel ortis & aliis spatiis etiam si loca sint longè à domibus eorum cum indiffinitè dicat, de locis. Sed quid intelligitur per uer. in plateis cõibus. Solut Zen. intelligit dũ de plateis locorũ in quibus morantur: dicit tamen q̄ hæc litera habet locum et̄ in plateis aliorum locorum quam suorũ alias hæc uerba: plateis communibus nihil adderent, cum præmiserat, de locis eorum, maxime quia hic de fauore agitur. Et quia per mittitur liberè: ideo sine alia licentiã, secus de plateis priuatis in quibus prædicare nõ possunt inuitis eis quorum sunt, non tñ in huiusmodi est necessã petere licentiam ab episcopo uel presbytero parochiali ut ualeant prædicare in huiusmodi plateis priuatis uel aliis locis, sed sufficit petere licentiam ab his quorum sunt plateæ uel loca & nota quia eo q̄ solum habent ex commissione omnis alius locus qui non conceditur sibi prohibetur, & m glo.

4 ¶ Tertiõ, † utrum tempore interdicti possint prædicare. Res. q̄ sic, ut in c. responso, de sen. exc. & supra uer. interdictum. 6. §. 4. Sed utrum possit quis prædicare in ecclesia specialiter interdicta. Res. quamuis non uiderim aliquem specialiter tractantẽ hæc q̄. credo tñ q̄ sic, quia in d. c. responso, simpliciter conceditur sine omni limitatione & nullibi prohibetur. Sed quid si papa interdiceret specialiter prædicationem. Res. q̄ esset seruandũ, secus esset de aliis prælatis quò ad fratres prædicatores & minores eõ q̄ ipsi sint exempti & permittatur sibi à iure communi. d. cap. responso.

sum est quod in peccato perseverantibus ueniam concedat, cui existimatio conformiter se habet presumptionis motus, & ideo presumptio est peccatum minus tñ quā desperatio quā magis proprium est Deo misereri & parcere quā punire propter eius infinitam bonitatem. Istud. n. scilicet de Deo conuenit, hoc autē scilicet nostra peccata. Prima tñ species presumptionis quae innititur propriae uirtuti, attentans. scilicet aliquid sibi possibile quod propriam uirtutē excedit ab inani gloria procedit, ex hoc enim quod aliquis multum desiderat gloriā sequi, quod accedat ad gloriam quandam supra uirtutes suas, & huiusmodi præcipue sunt noua quae maiorem admirationem hnt & inde signanter Greg. presumptionem nouitarum, posuit filiā inanis gloriæ. Alia species uero oriri directē ex superbia, ac si ipse tanti se existimet quod etiam peccātem Deus non puniat. Prima species opponitur magnanimitati. Secūda charitati, uel potius dono timoris. Notandū scilicet quod dictū est. uer. ambitio, quod ista quatuor uicia. scilicet superbia quae est inordinatus appetitus propriae excellentiae, presumptio quae atētat magnū opus excedēs suā facultatē, quae filosofos uocat uerosum. Ambitio quae est inordinatus appetitus honoris: & inanis gloria, quae dicit appetitū uanagloriae. Aliquo modo cōueniūt & faciūt unū uitiū capitale. Et dubitatur, primò de presumptione. q. S. T. dicit. 2. 2. q. 130. ar. 1. ad primum, quod est presumptiosum quod aliquis in statu perfectae uirtutis existēs, atētet statim assequi ea quae sunt perfectae uirtutis. Sed cōtra hoc arguitur quia legimus in historiis, multos imperfecte uirtutis uolasse ad eremum, & expoluisse se ad martirium. Et isti sunt actus perfectiorū & magnae uirtutis. Et similiter actus perfectus uirtutis qui generat perfectam uirtutem, præcedit habitum perfectum, ergo actus perfectus inest quoniam non adest perfectus habitus. Respond. Primò quod illi qui ad eremū absque presumptione ingressi sunt, non attentabāt, statim assequi ea quae sunt perfectae uirtutis, sed attentauerunt uiam perfectae uirtutis, sicut ibidem declarat. S. Thom. Nam religio & uita solitaria sunt schola uirtutis perfectae, non possessio perfectae uirtutis. Qui autem martirio se exposuerunt, licet quod ad nos uiderentur im-

perfectæ uirtutis, ut pote inchoâtes, quo ad Deum, tñ erat perfectæ uirtutis, ipso dño at testante maiorem charitatē &c. Charitas si quidē unius incipientis, pōt esse maior charitate alterius qui multo tpe profecit, qm̄ uniuicque datur charitas. Sm̄ mensurā dōnationis Christi, & non est aliqua mensura initii. Similiter illi qui statim ad solitariā uitā rectē processerunt, à perfectā uirtute in ceperunt, ut Antonius & Benedictus pp̄ iā dictā diuinæ largitatis mensurā, q̄ uni tantum tribuit in initio quantū non habebit alius post 40. annos in religionē, vnde quilibet quantumcunq; imperfectæ uirtutis, si specialiter adiuuata Deo, ad opus aliquod quantumcunq; magnū pōt absque p̄sumptione tendere in illud. Sed S. Th. loquitur de homine imperfectæ uirtutis absq; alia appositione auxilii specialis. vide uer. religio. §. 7. Ad aliud d̄ q̄ falsum est opus perfectum præcedere uirtutē perfectā. Nam fabricādo imperfectē, fabri simus, & fabricamus post perfectē, generant quidē actus imperfecti habitū perfectū uirtute superioris principii. Secundō dubitatur in uerbis S. Th. quæ ponit. 2. 2. q. 13. 1. ar. 1. de ambitione, ubi dicit q̄ tripliciter est peccatum. Primo qm̄ aliquis appetit testimoniū de excellentia quā non habet, quod est appetere honore supra suā proportionē. Alio modo per hoc q̄ honorem sibi cupit, non referendo in Deum. Tertio per hoc q̄ appetitus eius in ipso honore perisistit, non referens honore ad utilitatē aliorum. Et sic v̄ q̄ semper sit peccatū, nisi habeat istas tres cōditiones simul. Resp. q̄ appetitus honoris, habere istos tres respectus dupliciter pōt esse. Primo modo contrariæ seu priuatiuæ. i. q̄ habeat unū istorū & cōtēnar alios, puta quia scit se habere uirtutē pp̄ quam cupit honorem & non curat de laude Dei, uel utilitate proximi, sed potius despicit, & tunc uerum est, esse peccatū, nisi adsint oēs tres. Secundō pōt esse negatiuæ. i. q̄ actualiter solū cogitat se habere uirtutē pro qua cupit honorem, & tunc uel quærimus utrum ille appetitus honoris sit meritorius & utilis, & sic d̄ sm̄ S. Th. q̄ debet habere oēs illos tres respectus, uel quærimus utrum sit moraliter bonus & sine peccato, & d̄ q̄ sic. Nec contra hoc dicit S. Th. vide uer. ambitio.

¶ PRAEVARICATIO, uel accusatio. §. 6. & se.

PRIMAS quis sit. 99. dist. §. 1. & vide supra uer. patriarcha.

DE PRIMO MOTU.

I Primi motus an sint peccatum.

I Primi ḡ motus qui sensuualitati ascribuntur, ut uerba Augu. asserunt, peccatum sunt, sed motus præcedentes qui naturales dicuntur nec imaginationē sequuntur, sed solum naturalium qualitatum actionū, rōne peccati carent secundū quod pōt verificari quoddam dictū, qui dicit q̄ motus primo primi non sunt peccatū, sed motus, secūdo primi sunt peccatū ut p̄ primo primos motus naturales, per secūdo primos motus sensuualitatis intelligamus in qua peccatū est, ēr sicut in subiecto quod sic patet, peccatū enim nō est aliud quā inordinatus actus ad genus moris pertinens, ut in præsentī loquimur. Nullus autē actus ponitur in genere moris nisi habita cōsideratione ad uoluntatem quæ principium moralium est, ut patet 6. Meth. Et ideo ibi incipit genus moris, ubi primo dominium uoluntatis inuenitur, habet autē uoluntas in quibusdā dominium cōpletum, in quibusdā uerō incompletum, cōpletum dominium habet in illis actibus qui ex imperio uoluntatis procedunt, & hi sunt actus deliberationē sequentes qui rationi ascribuntur, sed incompletum habet in illis actibus qui non per imperium rationis procedunt, sed tamen uoluntas eos impedire poterat, ut sic quoddā modo uoluntati subiaceant quantū ad hoc quod est impediri & non impediri, & ideo inordinatio quæ in his actibus cōtingit rationē peccati causat licet incompleti, & ideo in his actibus peccatum leuissimum & ueniale est, non autē mortale quod est peccatū completū, deformitas autē cuiuslibet actus illi potentiz attribuitur, ut subiecto quæ actus principium est, & ideo cū sensuualitas sit principium horum actuum, cōuenienter in ea peccatum esse dicitur ut in subiecto, & est motus appetitus in aliquod inordinatū delectabile. vide uer. sensuualitas. §. 1.

DE PRIMITIIS.

I Primitiæ ad quoddam genus oblationum pertinet quia Deo exhibentur cum quadam professione. Primitiæ

Primitiarum ¶ ad quoddam genus oblationum pertinent, quia Deo exhibentur cum quadam professione, ut dicitur Deuter. 26. unde & ibidem subditur suscipiens sacerdos cartalium. scilicet primitiarum, de manu eius qui defert primitias & ponat ante altare domini Dei tui, & postea mandatur ut dicat idcirco nunc offero primitias frugum terrae quas dominus dedit mihi. vide uer. decimas primitiarum offerbantur autem primitiae ex speciali causa. scilicet in recognitione diuini beneficii, quasi aliquis profiteatur se à Deo fructus terrae percipere, & ideo se teneri ad aliquid de hominibus Deo exhibendum. scilicet in illud. 1. paralip. vlti. quod de manu tua accepimus dedimus tibi. Et quia Deo exhibere debemus id quod precipuum est, ideo primitias quasi principium aliquid de fructibus terrae preceptum fuit Deo offerre, & quia sacerdos constituitur populo in his quae sunt ad Deum, ideo primitiae oblativae à populo in usum sacerdotum cedebant, unde dicitur Numer. 18. locutus est dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. pertinet autem ad ius naturale, ut homo de rebus sibi datis à domino, aliquid exhibeat ad eius honorem: sed quod talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate, hoc quidem fuit in veteri lege iure diuino determinatum: in noua autem lege definitur per determinationem ecclesiae, ex qua homines obligantur ut primitias soluunt secundum consuetudinem patriae & indigentiam ministrorum ecclesiae, & secundum Hieronymum ex maiorum traditione introductum est, quod qui plurimum quadagesimam partem dabant sacerdotibus loco primitiarum, qui minimum sexagesimam, unde videtur quod inter hos terminos sint primitiae offerendae secundum consuetudinem patriae, rationabiliter tamen primitiarum quantitas non fuit determinata in lege, quia sicut dictum est primitiae dantur per modum oblationis de cuius ratione est quod sint voluntariae. unde 16. quaestio. 7. oportet, decimas & primitias quas iure sacerdotum esse sancimus ab omni populo accipere. haec Sanctus Thomas. 2. 2. quaestio. 86. arti. 4. ex quibus patet quod quilibet teneretur secundum consuetudinem ad primitias, aliis deficiente consuetudine & necessitate teneretur de bene esse. vide uer. decimae. §. 6.

DE PRINCIPE.

Priniceps in spiritualibus est Papa, in temporalibus Imperator.

¶ Principes à Deo constitutos fuisse fidei & Ecclesiae protectores, docuit sancta synodus Tridentina. Principes uero cogentes subditos matrimonium contrahere, excoicandos; Locum ad monomachiam concedentes, iurisdictione ac dominio ciuitatis uel castrum, in quo, uel apud quem duellum fieri permiserint, priuatos intelligi, & si feudalia sint, dominis acquiri statuit. Sess. xxxiii. de reformatione. c. ix. Sess. xxv. c. xix. & xx. Ex c. cum locum. c. requisit. & c. gemma. de sponsalibus. c. de torneamentis. & capit. monomachia. 2. quaestio. 7. LEO. à LEGE.

Priniceps ¶ in spiritualibus est Papa, in temporalibus est Imperator, & aliquando regentes ciuitatem habent priuilegium principis secundum Innocentium in capitulo oportet de accus. qui potest accipere bona subditorum, & tantum scilicet ratione delicti, & pro bono communi. haec Sanctus Thomas. in lib. de regum. prin. lib. 3. cap. 1. §. 9. quaestio. 3. cap. per principalem. Quomodo omnia sint principis ad gubernandum non autem ad accipiendum uel aliis dandum. uer. praescriptio. §. 11. & secundum eum. Sanctus Thomas debet prouidere pauperibus de errario publico & uacare diuino cultui. ut de uer. dominus. & uer. Papa. & uer. concilium.

DE PRIVILEGIIS.

1. Priuilegium quid dicatur.
 2. Priuilegiorum quot sint species.
 3. Priuilegium quis concedere possit.
 4. Priuilegium quomodo interpretandum.
 5. Priuilegium circa negocia quomodo amittatur.
 6. Priuilegium qualiter exhibendum.
 7. Priuilegio angustetur priuilegiati socius.
 8. Priuilegium quod solum continet ius commune an aliquid proficit.
 9. Priuilegium an possit dare Domini aliquibus personis super talibus & exactionibus.
 10. Priuilegio suo an unicuique liceat renunciare.
 11. Nulla an sit de essentia priuilegii.
 12. Priuilegiorum exemplaria quo possunt authenticari.
 13. Priuilegium patri concessum an transeat ad filium.
- Priuile.

- 14 *Privilegium alteri concessum nec etiam legatus de latere potest minuire.*
 15 *Subditus non venetur parere superiori aliquid exigenti vel p̄cipiēi cōtra tenore sui privilegii.*
 16 *Privilegium quatenus ualeat si in literis nō fiat de ei mentio de uerbo ad uerbum.*

¶ Privilegia uel exemptiones perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasione laxioris uite p̄bere dignoscens sancta Synodus Trid. statuit & decreuit, nihil ex privilegiis cuiuscunque personæ in futurum concedendis detractum esse ordinariis intelligi, quominus ij, quibus concedantur, ipsi ordinariis tanquam sedis Apostolicæ delegatis plene subiant. Exceptis tñ his, qui militiis actu seruiunt, & intra eorum septa ac sub obedientia uiuunt. Privilegia uerò de non residendo nemini concedi posse statuit. Sess. 3
 VI. de refor. c. vi. Sess. XXI. de refor. c. xi. Ex c. cum & plantare. & c. ut priuil. de priuil. c. si. de referip. LEO. à LEGE.

1 **P**riuilegia, ¶ sm S. Th. 2. 2. q. 96. ar. 1. ad primum dñr quasi leges priuatæ quæ quamuis singularia quantum ad aliquid quia respiciunt singulares personas, & sic differunt à lege cōi sm philosophum in 5. Ethic. potestas in eorum se extendit ad multa negocia, & sic conueniunt cum lege: differunt etiam à sententia quæ est circa particularia facta: quæ sententia h̄r pro iure: sm canones aut̄ priuilegium propriè est qñ aliquid conceditur contra iura, & sic dñr priuata lex: ut patet di. 3. c. privilegia, si uerò aliquid concedatur quod sit præter ius cōe sine præiudicio alicuius sic propriè dicitur beneficium: ut no. Pa. in c. olim. de ver. sig.

2 ¶ Primò, ¶ Quot sunt species privilegiorū. Resp. quinq; quoddam reale: ut illud quod ecclesie, dignitati, ciuitati, uel alicui loco uel personis ratione loci uel alicuius rei cōceditur. c. cum olim. eo. & tale est perpetuū quia adheret rei, nisi fortè res perimatur. 2. 5. q. 2. c. 1. uel nisi reuocetur ex causa. c. reuolentes. §. 1. de sta. mo. Quoddam est singulariter personale, ut illud quod alicui uel aliquibus personis conceditur, certis & propriis nominibus expressis. de of. leg. uolentes, & tale non egreditur personam cui conceditur nisi hoc exprimat, de concef.

præb. c. constitutio. & si conceditur obtentu dignitatis non utitur eo si aliam dignitatem adipiscatur. c. bonæ. §. si. de postu. præl. Quoddam est cōiter personale, quod conceditur personis non expressis propriis nominibus sicut de priuilegio minorum. 2. 5. annorum. ff. de mino. l. 1. Quoddam singulariter personale est & cōiter corporale ut illud quod alicui collegio uel uniuersitati conceditur sic, quòd quilibet singulariter de illa uniuersitate se possit iurare. c. contingit, de sen. exc. huiusmodi sunt privilegia concessa fratribus prædicatoribus & minoribus. Quoddam tamen cōiter corporale ut illud quo solum communitas, non singularis potest se iurare, sicut dicitur. 2. 2. q. 2. ca. qui manumittitur, & ideo priuilegia talia dicuntur corporalia quia cum eollegio pereunt sicut corpus cui inhaerent.

¶ Secundò, ¶ Quis possit concedere priuilegium. Resp. q̄ papa in spiritualibus & imperatur in temporalibus communiter, sic cedit etiam imperator priuilegia ecclesiis & clericis, de immu. ec. per totum. Similiter papa etiam in temporalibus, ut no. in c. per venerabilem, qui fil. sint leg. Item episcopus & superiores cum uoluntate suorum capitulorum. c. cū olim. el. 2. eo. tit. & breuiter qui potest facere constitutionem potest priuilegiū concedere respectu suæ constitutionis uel rei ad se pertinentes, sm Hof.

¶ Tertio, ¶ Quomodo est interpretandum priuilegium. Resp. q̄ illud quod est contrarius, debet strictè interpretari ut minus de roger iuri cōi quàm pōt in c. cum dilectus, de consue. vñ de priuilegium quo dispensatur aliquis illegitimus ut possit ad ordines promoueri intelligitur de minoribus tm. ver. beneficium 2. §. 16. & seq. imò si non exprimitur causa quare concedit aut non fit ex certa scientia uel motu proprio non præsumitur de uoluntate principis. l. 1. c. de peti. bo. imò per importunitatem obtentum, vt l. 1. c. de fundis lini. Bald. in cap. licet caulam, de proba. vult q̄ ponatur simul ex certa scientia & motu proprio. Idem dicit in rescripto quod tollit ius tertii. Idem in priuilegiis ad beneficia, ut in c. quāuis. de præben. li. 6. & hæc limita nisi consuetudo aliter interpretetur, ut nota in c. quod dilectio, de consangu. & affin. Item nisi uerba aliud expriment quia non recedimus

ab eius propria significatione nisi de mente aliter conserita no. in c. olim, & in c. in his. de uer. sig. Norandū ēm Pan. in c. cū ad hęc. de cle. non res. q. si priuilegiū enormiter lædit ecclesiā uel aliū, non ualet nisi fiat mentio de hac enormi læsione, quia in dubio non p̄sumitur princeps concedere aliquid cū graui dispendio alterius. l. quotiēs. C. de preci. impe. offe. & in c. suggestū. de de ci. ergo taciturnitas inducit subreptionē. c. postulasti. de rescrip. vñ priuilegium immunitatis ab oneribus personalibus cōcessum alicui à principe nō liberat eū ab aliis oneribus, q̄ p̄t leuiter & breuiter expedite, casus in l. decurio fortunā. C. de decurio. Si uerō accipiamus priuilegiū largo modo, s. pro omni concessione, q̄ est præter ius, sic dico, q̄ latissimē priuilegiū principis est interpretandū in præiudiciū ipsius concedētis, sed in p̄iudiciū aliorū debet strictē interpretari. c. quia circa. de priuile. in ult. gl. & per Inn. in c. olim. de uerb. sig. si ēt sit cōcessum causa pietatis, ut not. Pan. in c. cū dicat. de eccl. ædi. In dubio tñ p̄t potius interpretari, ut aliquid ualeat. c. abbate. de uerb. sig. & l. quotiens. ff. de uerb. obl. nisi præiudicet iuri diuino, uel libertati spiritus, ut no. Pan. in c. licet. de reg. Et priuilegiū, seu gratia cōcessa personæ, qñ simplr loquitur, debet intelligi ēm condōnem personæ. l. si quis filiū. §. irriū. ff. de iniusto testa. c. placuit. & c. si uiue. 16. q. 1. vnde ēm Bal. in l. militari. ff. de testa. mili. priuilegiū cōcessum Episcopo de celebrando tēpore interdicti v̄ concessum, ut possit celebrare in pontificalibus ēm qualitatē suam: & no. ēm Pa. in c. quanto. in gl. fi. q̄ qñ constat de mente legis, uel priuilegiū debet seruari, & ueniens contra mentē uenit contra legē: si uerō sumus in dubio est ad uerba recurrendū, regula fi. de reg. iur. li. 6. Et ēm Hof. si uerba sunt obscura uel ambigua, eius est interpretari cuius & condere, & interim negotium suspenditur, de sen. exc. c. inter alia, & de iudi. cū uenissent. Et ēm Pan. in rub. de conse. eccl. frustra concederetur priuilegium si de iure cōi hoc posset. l. 1. C. de fi. instru. lib. 10. Ad idē c. si Papa. de priuile. lib. 6. & d. c. abbate, & c. in his de priuile. ita q̄ debet aliquid operari infra §. 7. uer. interpretatio. §. 5. usque ad fi. & uer. lex. §. 21. & 32.

5 ¶ Quartò, q̄ quō amittitur priuilegium cir

ca negocia. Resp. quinque modis. Primò, vnico actu contrario directē si fiat ab eo, qui habet prætem renuciandi priuilegio. de const. c. cum accessissent, p̄t limitari ubi priuilegium esset ad non faciendum concessum personæ priuatæ: secus si esset concessum cōi, uel ecclesiæ, quia non perditur vnico actu, sed requiritur tempus quadraginta annorum in ecclesiasticis, ut no. glo. & doct. in d. c. cum accessissent. Secundò, perditur spacio annorum decem, quando datum est ad aliquid faciendum si priuilegiatus eo non uiruit. l. 1. ff. de nundinis, quod limitat Pa. in d. c. cum accessissent. uerum qñ non confertur ecclesiæ. aliàs secus, & maximè hoc locum habet qñ non faciēs permittit facere actum contrarium. l. hæc autem iura. ff. de serui. uerb. p̄d. Tertio, perditur per scām priuilegiū faciēs mentionem de priori. si uerò non facit mentionē, si primū erat generale, & scām speciale similiter. 2. §. q. 2. per totum, & c. ueniens, de rescri. ibi diffusē in Pa. Quartò, per renuciationē propriam. Quintò, p̄ reuocationē concedentis. Et ēm Hof. non est decens, q̄ reuocet sine cā, sed cum causa p̄t, & debet, ut puta, si aliquibus religiosis cōcessum sit priuilegium de non dandis decimis pp̄ eorum paupertatem: deinde ditati sunt. ita q̄ ēt dando decimas p̄t commodē sustētari, & non dando enormiter lædūtur parochiales ecclesiæ, & c. dilecti. de priuile. Priuilegium tamen datum ab inferiori confirmatum per superiorem non potest reuocari p̄ inferiorem. Sextò, per alios modos ammittendi in c. suggestum. de deci. per doc. qñ ac aliqua res, siue ciuitas, siue ecclesia, uel alia loca, siue sacra, siue profana destruitur auctoritate superioris propter delictum inhabitantium perdit priuilegium de noui operi nunc. c. 2. & d. c. abbate. Si uerò destruat ab hostibus retinet. 7. q. 1. c. pastoralis. Idē si auctoritate superioris trāsferatur ad aliū locum, uel alii uniat. ne. se. va. c. 1. qñ ēt habet tempus determinatū illi est itandū. Quando uerò habet causam tacitam, uel expressam, ut ea cessante cesset priuilegium d. c. suggestum, ubi reuocatur si post factū incipit esse enormiter læsiuum.

¶ Quintò, q̄ qualiter priuilegium sit exhibendum. Resp. q̄ à locorum ordinariis requisiti in loco congruo & securo, coram aliquibus

aliquibus prudentibus, & omni suspitione carentibus deputatis p ordinarios ad hoc tenetur priuilegiatus exhibere integraliter, & clausulâ de qua controuersia est trascriptâ. c. cū personâ. eo. ti. lib. 6. Et fm Pa. in c. cū ordinē, de rescrip. in glo. si. post Io. Cal. dicit, q̄ ubi priuilegium est notoriū sicut nunc est priuilegiū p̄dicatorum, & minorū non tenetur cōparere, & inia lata contra eos est nulla, secus si non scit notorium: sed ubi non constat notoriē de priuilegio tunc tacitus tenetur cōparere, & allegare priuilegium, aliâs sentētia contra eos lata teneret, & dicit ipse Pa. q̄ in hoc mul ti iudices simplices decipiuntur. uide aliquid infra. §. 13.


7 ¶ Sexto, ¶ utrū socius priuilegiari gaudeat eodem priuilegio. Res. pa. in c. quam sit. de iudi. q̄ sic, quando priuilegium esset in uile priuilegiato si socii non gauderent, facit c. licet, de priuil. li. 6.

8 ¶ Septimō, ¶ utrum priuilegium aliquid p̄ sit quod solūm continet ius commune. Respon. fm Host. q̄ tale priuilegium aliq̄ conceditur, ut de p̄ocu. quia in causis. & non est frustra, sed potius datur multis ex causis: primō quia solet magis timeri, q̄ specialiter prohibetur quā quod generaliter. 23. dist. c. quanquā. Item multi q̄nq; sciunt priuilegia, & ignorant iura. Item cū frequenter iura malē seruētur ipsa per priuilegia innotuantur, de ureu. & pa. c. 2. Vide supra. eo. c. §. 3. si.

9 ¶ Octauō, ¶ utrū dñi possint dare priuilegiū aliquibus personis super taliis, & exactio nibus. Resp. q̄ non solūm imperator, sed etiam inferiores, hoc possunt, differunt tñ fm Io. An. Nam si aliquis citra principem concesserit hanc immunitatem non est occasione huius priuilegiū uniuersitas grauā da. vñ fm eum, si locus aliquis conuenit dño dare. c. libras annuatim, & dñs tetrē q̄ busdam habitantibus ibidem immunitatem præstitit, dicendum q̄ sibi præiudicare potuit non uniuersitati, debet ergo de trahi de summa cētū librarū illa pars, & c. Aliâs sequatur iniustitia. si multi priuilegiantur: si uerō imperator, uel princeps cō cesserit, debet seruari. Si tñ aliqui ex hoc multū grauētur, debent recurrere, & c. No ta tñ, q̄ dñi, qui non recognoscunt superiorē pnt exercere ea quæ sunt imperatorū.

Secunda pars

- c. per uenerabilem qui si. sint legi.
- 10 ¶ Nonō, ¶ utrum unicuique liceat renuntiare priuilegio suo. Res. secundū pa. c. ti. in c. si de terra. q̄ sic, dummodo non co iudicet superiori uel tertio, unde exēptus non potest renuntiare priuilegio exēptionis sine licentia papæ, ut in c. cum tempore. de arbit.
- 11 ¶ Decimō, ¶ utrum bulla sit de essentia priuilegiū. Res. fm In. & alios in c. cōstitutis, de rescrip. q̄ non tamen non potest probari sine illa. nisi fortē per testes, uel alias p̄ bationes fieret de his fides certa. eod. ti. ca. cum olim. el primo. unde concessa gratia per papam, & ipso mortuo antequam extrahatur, ualet.
- 12 ¶ Undecimō, ¶ quomodo possunt exemplaria priuilegiorum authenticari. Res. fm pa. in c. si instrumenta, de fide instr. q̄ iudex debet diligenter inspicere, & tunc plures notariū subscribere q̄ iudex sic fecit, & inuenit integra, & c. notariū possunt etiā attestari hoc idem: unus etiam notariū sufficit auctoritate iudicis, si tamen idem notariū esset, qui fuit rogatus de priuilegio susciceret ipse solus, quia idem esset instrumētum. Quomodo deprehendatur falsitas priuilegiū supra uer. bulla.
- 13 ¶ Duodecimō, ¶ an priuilegium cōcessum patri transeat ad filium. Res. secundum pa. in d. c. licet, de cens. q̄ quandoq; conceditur ratione dignitatis innate, quandoq; ratione officii, uel professionis, quandoque causa necessitatis. primo casu in filios sicut quando pater nobilitatur, & etiam uxor in uita uiri quousque transeat ad secundas nuptias. Secundo casu transit in filios legitimos patre uiuente. Tertio casu non transit, exemplum de cæco, qui non tenetur ad collectas neq; munera ordinaria, secus de extraordinariis.
- 14 ¶ Decimotertiō, ¶ nota secundū pa. in c. nisi specialis, de offi. lega. tertio nota. q̄ legatus etiam de latere non potest minuire priuilegium alteri concessum. facit glo. in cap. illorum, de præben. in uersif. auctoritate propria, & ibi pa. Quomodo prædicatores, & minores, & Episcopi habent priuilegium celebrandi cum altari portatili. uersif. altare. §. 2. & secundū Ricar. de me. vil. la. 4. di. 18. q. 5. ar. 5. habens priuilegium in quo continetur, q̄ omnes sententiæ late Sum. Tab. m m contra



contra eum sunt nulla non potest excommunicari: supra §. 5.

15. ¶ Decimoquarto, si subditis non tenetur parere superiori aliquid exigenti uel præcipienti contra tenorem sui priuilegii: ca. sanæ si episcopi, de excess. præla. & excommunicatio lata contra subditum, quia non parer contra priuilegium sibi à superiore concessum non tenet. c. cum quorundam, de excess. præla.

16. ¶ Decimoquinto, si queritur de q. quotidiana, Papa concessit priuilegium tunc monasterio montatum, ut nō teneretur ad procuracionem legatorum, etiam si in literis eorundem dicatur, ut tam non exempti q. exempti tenerentur ad hoc onus, nisi de illo concessio monasterio fiat mentio de verbo ad uerbum. Demum Papa concessit legato, ut possit exigere procuracionem à quibuscunq; personis et exemptis quamuis talia sint priuilegia, q. de ius sit mentio de verbo ad uerbum quæ uoluit in illis licet habere pro expressis. Queritur nunquid per has literas legatorum sit derogatum illi priuilegio: queritur uero factis dubia. unde Fede. consil. 22 §. tenetur. Primum priuilegium non esse sublatum per secundas literas, quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc, ut illi derogetur, ut in cap. ueniens, de prescrip. & plenè not. 2 §. q. 2. in summa, & in c. 1. de rescrip. nec sufficit mentio generalis, sed requiritur specifica, ut in c. 2. de do. & contu. Item si diceremus oppositum primum priuilegium esset inutile cum papa semper concedat plenissimas literas Legatis, & nullis, Sed postea idem Fed. mutauit sententiam, ut patet consilio 46. tenendo contrarium. Nam per uerba generalia plenissima reuocantur omnia priuilegia, statuta, & consuetudines, ut est bonus tex. in ele. dudum, propè si. de sepul. Item si diceremus contrarium indirectè diminueretur potestas papæ. Nam cum priuilegia consistant in facto, & papa non habeat memoriæ omnium impossibile foret q. de omnibus habentibus priuilegia faceret mentionem de verbo ad uerbum. Nam satis est q. appareat de intentione sua uolente reuocare talia priuilegia. cōclude ergo q. tam in hac materia quam in alia debemus sp. considerare clausulas primi & secundi priuilegii, & semper uerbum uim iudicandum, uel pro priuile-

gio, uel pro reuocatione habere Pa. in c. cum constantia, de cen. ultimo not. & 10. de Imo. in c. 1. de sepul. in si. sic ait, præsupposito, q. derogans sit talis, q. possit specialiter derogare si sunt uerba derogatoria, siue confirmatoria actuum precedentium sufficienter uerba generalia sic concepta, q. innuat uoluntatem esse talium derogantis, siue uoluntas sit prolata per uniuersalem affirmatiuam, ut c. alma, de sen. excō. lib. 6. siue negatiua, ut in ele. 1. de sepul. & hoc obijcit in priuilegijs, rescriptis, consuetudinibus, & constitutionibus. In testamentis autem non uidentur sufficere uerba generalia. Em. Dy. ut in l. si quis, in pi. inc. si. de testa. ita not. Dy. in regula quod semel. Alii contra. Dic. Em. Pa. q. sufficit uoluntatem secundam exprimere, ita q. constet eum uelle omnino primum reuocare licet uerba derogatoria posita: in primo non exprimitur in secundo: quid. n. si uerborum positōrum in primo non recordetur, nec eius copiam potest habere quod tenet eum ilaqueatum, certe hoc esse non debet. 27. q. 1. c. uiduis. Nemo n. sibi ipsi legem imponere potest à qua nō possit recedere. d. l. si quis. Ad idem d. Fel. c. nonnulli. de rescrip. col. 6. ubi ait, q. sufficit dicere non obstantibus quibuscunq; statutis, sub quauis forma uerborum concessis, ubi sumus certi, q. uoluit derogare, ponit aliquas exceptiones: prima, q. iste sit princeps, secunda, q. apertè loquatur, tertia, nisi aliter constet per regulas cancellariæ. Et breuiter sufficit, q. constet de intentione, & possit. Quando priuilegium incipiat ualere uide uer. indulgentia. §. 29. in si. Quando constitutio incipiat ligare, uer. constitutio. §. 1. Quando lex incipiat uerfici, lex. §. 24. circa fin.

DE PROBATIONE.

- 1 Probatio alia euidentissima, alia euidens, alia minus euidens.
- 2 Probationem an faciat scriptura antiquorum librorum.
- 3 Probationes imperfecte an coniungantur ad faciendam plenam probationem.
- 4 Probationem an faciat scriptura primata.
- 5 Probationem seu fidem an faciant libri ratio-

6 In criminibus an procedi possit per presumptiones verisimiles.

7 Probationem an inducant equiuoca.

1 **P**robatio ¶ alia est euidenissima, quæ fit per privilegia, uel instrumenta indubitata, sicut in simili loquitur text. in c. pia, de excep. li. 6. Alia euidens & clara, quæ fit per testes, uel facti euidenciam, de coh. ele. & mul. c. tua, & i. q. i. c. scelus. Alia minus euidens, quæ fit per cõiecturas, & assertas, de psump. sunt etiam, ueriponentes nonem species probationum, scilicet.

Aspectus scripturæ, testis, notoria, scriptum, Iurans, confessus, præsumptio fama probabunt.

2 ¶ Primò, ¶ verum scriptura antiquorum librorum faciat fidem. Resp. Em. Pa. in c. cũ causam, de pba. post Io. An. & Hosti. quæ sic, & hoc in libris referuntur in custodia publica, & fideli, & pro hoc optime facit. c. ad audientiam, de rescrip. & ibi doc. quæ satis faciunt euidenciam tales scripturæ, si reperiuntur in camera Cardinalis uel Epi: sed Pa. hæc dicta non admittit indistinctè: quid. n. si Episcopus prætendens aliquod castrum p alium detentum pertinere ad ecclesiã suã scripsit in aliquo lib. ecclesiæ, & successiue multis scriptis ille liber fuit detentus in camera Episcopi dicemus ne quæ probabit dominium castri cum gratissimo præiudicio possessoris, contra c. inter dilectos, de si. instrumentum. ubi non creditur antiquissimis priuilegiis ecclesiæ, si sigilla sunt consumpta, aut aliàs enormè fracturam patiuntur: potest ergo dici, quæ aut agitur de nullius præiudicio, & tunc scripturæ librorum antiquorum, uel scripturæ lapidum faciunt fidem, quia tunc sufficiunt probationes non plenæ. pone exemplum si dubitatur an ecclesiã sit consecrata, uel infans baptizatus, uel simile. Idem puto ubi factum est antiquissimum, & agitur de medico præiudicio. ar. optimum ex d. rex. cum causam, & potest dici expressum: nõ. n. tñ dicitur ibi de libris re peritis sub custodia publica, & fideli, sed indistinctè per libros antiquos, quia cum agatur de medico præiudicio, nec ueretur interesse burfale, non est uerisimile, quod quis scripsisset falsum, uel quæ ista scripturã tanto tempore fuisset tollerata: si non conuiniisset ueritatem: quando uerò agitur

de magno præiudicio, & tunc aut est talis liber uel scripturã cui ab antiquis communiter creditum est, ut reperitur in loco ubi solum referuntur scripturæ authenticæ, & faciunt plenam fidem de quo est text. in d. c. ad audientiam. Ex his potest inferri, quod istis libris historialibus seu croniceis quibus à maioribus nostris fides cõmuniter adhibita est credere debemus, ut not. Bar. in l. i. ff. si cert. peta. hinc etiam esse, quod dicta Arist. Hypocratis, & similitum fidem faciunt, quia communiter in omnibus studiis recepta sunt. Idem de lib. sepulcorum prout nota Pan. in c. si. de feu. Aut est talis liber seu scripturã cui communiter à maioribus nostris creditum non est, nec reperitur in loco ubi seruantur scripturæ authenticæ, & talis liber seu scripturã facit aduinculum seu præsumptionem, non autem plenam probationem: hoc probatur à contratio in d. cap. ad audientiam, & sicut de mente Innoc. super Rubrica de conse. eccl. Item dicit glo. in d. c. cum causam, quod creditur instrumentum productum ex archiuo publico: & est archiuus locus in quo reponuntur scripturæ publicæ, & secundum Pan. pro hoc dicto facit d. c. ad audientiam. Item dicit gl. quod creditur scripturæ sculptæ in aliqua columna, uel lapide. Pan. hoc intelligit in non tendentibus in alicuius præiudicio. Nam aliquando faciunt plenam fidem, aliquando aduinculantur secundum qualitatem loci ubi reperiuntur, & secundum qualitatem præiudicii: uide in l. monumentum. C. de reli. & su. ubi dicitur, quod scripturæ monumentorum seu sepulchri minimè probant proprietatem ipsius Glo. etiam ibi colligit, quæ aduincula etiam si non plenè probant, coadunata tamen faciunt plenas probationes per illud quod si non profunt omnia singula, multa iuuant. hæc Pan.

¶ Secundo ¶ an autem hoc sit uerum indistinctè ut probationes imperfectæ coniungantur ad faciendam plenam probationem, uideretur enim quod non: nam singulares testes nihil probant, ut in c. licet: de proba. & multa imperfecta non faciunt unum perfectum, ut in cap. quorundam, cum glo. 23. dist. Solutio, aut probationes diuerse tendunt ad unum aut ad diuersa: primo casu sunt commensurabiles, & sic sunt sufficientes ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem.

dulitatem, inducunt etiam plenam probationem; & hoc procedit siue sint eiusdem generis siue diuersi: ut unus testis cum fama iuxta no. in c. 1. de ap. Idem dic in aliis presumptionibus, & adminiculis cum vno teste de visu, & pluribus de credulitate probant. Secundò verò casu cum tendunt ad diuersa tunc non sunt commiscibiles exemplum in pluribus testibus singularibus. Idè videtur si aliqui testes deponant de mutuo, sed non perfecte, aliqui de confessione mutui, & non perfecte, & non coniunguntur ad faciendam plenam probationem, quia mutuum, & confessio sunt diuersa, nec tendunt ad vnum uotum faciendum cum sepe fit unum sine alio. Si verò tendunt ad vnum, & inter se contrariantur, tunc minuunt se inuicem, & aliquando destruiunt ver. testes. §. 6. confessio delicti. §. 1. r.

4. Tertiò, tan prout scriptura quæ scribitur inter presentes quæ uocatur apocha. cedula, seu apodixia: faciat fidè. Ref. fm Pa. in c. 2. de si. instru. ubi concludit, qd si talis apodixia habet subscriptionem partium, & testium tunc facit fidem. secus aut si tantum habeat subscriptionem partium aut testium, aut nullum istorum, necesse fm Bar. in l. eum tabernam. §. idem quæsiuit. ff. de pigno. qd ponat diem, uel anuum, uel locum, & c. limitat Pa. quando agitur ex solo præiudicio scribentis, & conuincit instrumentum si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, uel à notario sit confectum, & sic omnis scriptura publica est authentica, non tñ omnis authentica est publica, quia sigillata. ut dictum est, authentica est, & nō publica, fm Pa. ubi supra quamuis. D. Ant. teneant contra: & secundum Pa. sufficit sigillum priuatum contra hentis dummodo sit certum, ut puta: quia habet certos characteres, uel literas, nec ualeat exemplum, nisi sit solemniter sumptum: Publica est quæ facta est à notario cum solemnitatibus requisitis. s. primò ut ex consuetudine contineat diem, & annum secundo nomen papæ uel imperatoris. tertio locum. quarto nomina testium, & notarii. quinto qd omnes sint rogati secundum consuetudinem. Sextò notarius debet apponere signum suum consuetum, & multum facit consuetudo in istis, & aliis septimò qd legitur coram partibus, & oportet totū scri-

bi, & legi in sententia, secus in aliis instrumentis, nec debet scribere, nisi quod à partibus audiuit. Quomodo possit corrigere, uel addere quando errauit, uide ver. excōiatio. §. casu. §. §. fi. circa medium. Authentica autem est quæ per se fidem facit, siue ex appositione sigilli authentici, siue alio modo, ut supra §. 1. unde authentica quasi ex se auctoritatem habens, illa uerò quæ non est publica neque authentica est priuata, puta quæ non est à notario, uel sine solemnitatibus uel non habet illa, quæ faciunt, ut dictum est. Vide ver. litera, & ver. scriptura, & ver. tabellio. §. 6.

¶ Quarto, ¶ utrum libri rationum faciant fidem uel probent. Ref. secundum Pa. in d. cap. 2. col. 5. qd aut queritur utrum probet pro scribente, & sic dic fm omnes qd non, in his quæ dependent à uoluntate sua. l. nē sennius. ff. de nego. ge. facit c. fin. de suc. ab intesta. Si queramus utrum probet contra scribentem, uel contra tertium sic sunt multæ opinioniones, sed ipse Pa. post Bar. dicit qd nihil probat, sed limitat nisi sit scriptura alicuius boni uiri, tunc facit aliquam præsumptionem ita; ut cum aliis adminiculis probet. non. n. est uerisimile, qd bonus mercator debeat suum librum falsificare maximè pro modica quantitate. ar. cad. au. dientiam. de præscrip. & l. rationes. C. de proba. & not. uidetur minor ratio in uiuente quàm in mortuo. Sed quid si liber rationis contineat aliquid pro scribente, & aliquid contra, & concernat actum circa eandem personam, puta mercator scripsit in lib. suo, qd titius deposuit pœnes se. 100. postea rescripsit qd illi restituit 50. uel quid simile dico, qd potest approbare pro se, & nolle stare quatenus facit contra se, de quo est tex. in l. publica. §. fi. de posi. quam uis enim aliquis possit testificari contra se, non tamen pro se. l. 4. q. 2. in prin. 3. casu utrum faciat fidem contra tertium Resp. post Bar. quòd aut fuit confectus auctoritate publici officii, sicut olim fiebant apud nummularios, & sic facit fidem, aliàs non facit plenam fidem nisi fortè hoc habeat consuetudo, & hodie camplores, & mercatores qui iurant in arte sua, forte succedunt in loco officialium publicorum, ita ut faciant semiplenam probationem, si sunt homines probati, & bonæ fidei, & famæ.

Quintò,

- 6 ¶ Quintò, † utrū in criminibus possit pro
cedi per uerisimiles p̄sumptiones. Resp.
quòd non, sed debent esse luce clariores.
L. sciant. cuncti. C. de proba. Fallit in crimi
ne simoniæ. c. sicut de simo. & hæresis. c. cū
cōtumatia. de hære. li. 6. & in l. i. C. de h̄r.
7 ¶ Sextò, † utrum æquiuoca inducant pro
bationem. Respond. quòd non, quia hoc
non probat esse, quòd ad hoc contingit ab
esse. capitu. secundo, de transla. p̄tia. sicut
datio anulī, quæ multa potest significare,
& solutio census.

DE PROCLAMATIONIBVS.

- 1 Proclamationes quando fieri possint.

1 **P**roclamationes † possunt fieri à p̄la
tis in capitulis religiosorum de ali
quibus leuibus quæ famę non dero
gant quæ sunt quasi quædam commemo
rationes obliatarum culpaturam, non autem
accusationes, uel denunciationes, si es
sent tamen talia de quibus frater infama
retur contra p̄ceptum domini ageret,
qui per hunc modum peccatum occultum
fratris publicaret. hæc Sanct. Tho. 2. 2. q.
33. ar. 7. ad 4.

DE PROCURATORE.

- 1 Procurator quis dicatur.
2 Procurator est duplex.
3 Procurator substitutum à se reuocare an possit.
4 Procurator idoneus est ad contrahendum matrī
monium.
5 Procurator quis esse non possit.
6 Casus quidam sunt qui per procuratorum expli
cari non possunt.
7 Procurator uadens pro facto domini si incidat
in latrones. & vulneretur. spoliatur. & huius
modi an releuandus sit à domino.
8 Procuratorem instituere an possit administrator
ecclesiæ.

1 **P**rocurator † quis dicatur. uide uerbi.
oconomus, & uer. laicus.

2 ¶ Primò, † procurator est duplex scilicet
ad iudicia, & negotia. Primus non potest
aliū constituere, nisi post litis contesta.
Alius potest liberè. de procur. lib. 6. c. 1. Item
primus non datur nisi maior uiginti quin-

Secunda pars

que annis: alius uerò etiam post xvii. cap.
qui generaliter. eo. ti. & li. Item laicus p̄t
esse procurator in causis spiritualibus ad
agendum, & defendendum secus si suo no
mine tractaret, quasi ius in eis habens, de
iudi. c. 2. & d. c. 1. in glo. Item procurator
post litem conte. eo quòd factus est dñs,
litis potest dare aliū procuratorem, an
te uerò non, nisi fuerit datus in rem suam,
puta si titulo donationis eccl̄sæ sunt sibi
actiones, uel super hoc à domino habue
rit mandatū, etiam non certam perso
nam, quia tunc mandans dicitur instituere.
Item procurator ante litem contesta.
reuocari potest. secus post, ipso nollente
sine rationabili causa, puta quando fit ini
micus domini, uel suspectus, aut fit aduer
sario affinis, uel hæres, seu ingreditur re
ligionē, aut assumit iter in longā peregrin
ationem, uel ægritudine, aut uinculis de
tineri contingerit, uel quando dominus
reassumit causam, & non sibi contradici
tur, assistere autem potest causę inuito pro
curatore. c. si quem. eo. ti. lib. 6. Et quando
reuocat propter causas dictas debet iudici
& aduersario, intimari, aliàs gesta post ua
lent. c. mandato. de procur. Non potest el
se procurator minor. d. etate, neque furio
sus, neque infamis: furdus: siue mutus: ac
cusatus de crimine: seruus seu excommu
nicatus: si tamen esset occultus. teneret. de
procur. c. auditis. Nec regularis, nisi in cau
sa sui monasterii, & iubete p̄lato in cle.
cū religiosus. Nec clericus quo ad ciuile
causas, nisi pro miserabilibus personis.
secus in spiritualibus.

3 ¶ Secundo, † procurator habens mandatū
substituendi, tunc enim substitutus est po
tius à principali, substitutum à se post mā
datum susceptum, etiam si non sit vsus, re
uocare non potest, functus est enim of
ficio suo, nisi & potestatem habuit reuo
candi, aliàs enim non potest, nisi in casi
bus, ut in §. p̄cedenti. Et si erat ad plu
res causas, & in altera substituit, manet
in aliis. Et procurator, siue ad negotia, si
ue ad iudicia, qui renuit acceptare man
datum p̄nitere potest quandiu consti
tuens in eadem perseverare uoluntate, se
cus si mutasset, uel causam agendo, uel
aliū instituendo. capitu. licet. eodem ti
tulo. lib. sexto, dans autem procuratorem

sub ista forma, quotiens cōtingit abesse, cau-
sam tractando procuratorem nō intelligit
reuocare. secus si simpliciter cōstituit il-
lum, nisi expresse protestet, q̄ ipsum reuo-
care non intēdit, uel alias hoc appareat ex
coniecturis probabilibus, ut si forsā aliq̄s
immineat articulus, cuius ueritate melius
scit ipse dominus, aut ipse procurator est
infirmitus, uel se absentat, seu quicquid acci-
dat propter quod sua presentia sit oportu-
na, puta procurator non habeat mandatū
iurandi de calumnia, unde oportuit uenire
dominum, & iurare.

¶ Tertiō, † procurator est idoneus ad con-
trahendum matrimonium, si habet specia-
le mandatū. aliās secus: etiam si haberet
cum clausula, ut possit omnia alia, &c. &
cum expressione unius quod requirit spe-
ciale mandatū. de quo uers. uicarius.
§. 6. similiter non aliter tractat causam ma-
trimonialem, & talis non substituit, nisi
de hoc habeat speciale mandatū. Et si
talis fuerit reuocatus, uel ueritus, ne con-
trahat, etiam si iurasset non reuocare quā-
uis esset periturus: non tamen tenet con-
tractus post factus, etiam si ignoraret reuo-
cationem: secus esset in procuratore ad ma-
trimonium spirituale, scilicet ad eligendū
p̄latū: hoc enim est speciale in matrimo-
nio carnali. capit. fin. eod. titu. lib. sexto.

¶ Quartō, † procurator esse non potest mi-
nor, ut dictum est. §. 1. nec furiosus nec infa-
mis, surdus, mutus, accusatus de crimine,
seruus, excommunicatus, uel cōstitutus ab
excommunicato: si tamen esset occultum
teneret. de procu. c. auditis. nec regularis, ni-
si in cā sui monasterii, & iubētē p̄lato in
cle. cum religiosus. de procur. nec clericus
in quolibet gradu constitutus quō ad ciu-
iles causas, nisi pro miserabilibus personis,
secundūm Hosti. secus in spiritualibus.

¶ Quintō, † sunt quidam casus qui per pro-
curatorem explicari nequeunt, ut pœnitē-
tia. de pœn. dist. 1. c. quem pœnitēt. Et respō-
sio in baptismo quantum ad adultum: de
consec. dist. 4. c. eum pro paruulis, & susce-
ptio cuiuslibet sacramenti, & generaliter
omnis actus expresse exceptus a iure. Om-
nis autem alius per procuratorem potest ex-
plicari l. 1. §. utus. ff. de procur. & in regula,
potest quis, de regu. iur. in sexto. Excipiuntur
autem aliqui. ff. eo. & similiter in sexto,

in c. qui ad agendum. iuncta glo.

¶ Sextō, † utrum procurator qui uadens
pro factō domini incidit in latrones, & fuit
vulneratus, spoliatus, & huiusmodi sit à
domino in aliquo releuandus. Res. Em. Pa.
in c. cum pro causa. de procu. quod non, de
necessitate. uide tex. in l. inter causas. §. nō
omnia. ff. mandati. quia hæc sunt extrinseca
à mādato, & imputāda casui fortuito. se-
cus in sociis, quia vnus imputat alteri dam-
na, quæ occasione societatis contingunt. l.
cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro so-
cio, sed solum expensas quas fecit eundo,
& redeundo, & stando pro causa etiam sit à
principio, nihil dictū sit de expensis, &
etiā quantumcunque uoluntariē assumpse-
rit mandatū. Si autē iuret, aut staret prin-
cipaliter pro negotiis suis non potest p̄tere-
re, nisi quod expenditur pro causa.

¶ Septimō, † utrum administrator ecclēsiæ
possit instituere procuratorem. Respon. q̄
sic, c. petitio. de procura. licet non sit domi-
nus, ut in c. 2. de dona. quamuis regulariter
à solo domino possit institui. Et nota, q̄ est
quasi idem iudicium de aduocato, & pro-
curatore: ideo uide uers. aduocatus, & ma-
ximē. §. 5. & 6.

¶ PRODITIO est filia prima auaritiæ.
Vide uer. interrogatio. §. 17. & uer. auaritia.
§. 9.

DE PRODICALITATE.

¶ *Prodigalitas quid sit.*

¶ Prodigalitas † est peccatum, quia cor-
rumpit medium liberalitatis, est tamē
minus peccatum quā auaritia secundūm
Philosophum 4. Ethic. quia magis elōgatur
à liberalitate, cui magis pertinet dare in
quo excedit prodigus, quā recipere, uel
retinere, in quo excedit auarus.

DE PROFESSIONE.

1 *Professio tacita quomodo fiat.*

2 *Professione expresse quæ sunt necessaria.*

3 *Femina proficiens religionem masculorum in ma-
nibus illorum an efficiatur religiosa licet non
ingrediatur monasterium, sed remaneat in do-
mo sua.*

¶ In quacunq[ue] religione tā uirorū, quā[m] mulierū professio[n]ē non fieri ante xvi. annū expletum, nec minori tpe quā[m] per annū in probatione stari, iussit sancta synod. Trid. nec ante professio[n]ē tpe, quo in probatione est, quocunq[ue] p[re]textu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus nouitiæ aliquid ex bonis eiusdem excepto uictu & uestitu tribui; nec p[re]terea prius professio[n]ē emitti, quā[m] explorauerit e[pi]s uirginis uoluntate diligenter, an coacta an sedula sit, an sciat quid agat. Professio[n]em autē antea factam, nullā esse, nullamq[ue] inducere obligatio[n]ē ad alicuius Regulæ, uel religionis, uel ordinis obseruatiā, statuit & decreuit. sess. xxv. de Mon. & reg. c. xv. xvi. & xvii. Ex c. ad apostolicam. de regul. c. is qui. co. tit. in 6. c. cum causam. de elect. & c. statumimus de reg. LEQN. à LEGE.

1 **P**rofessio † tacita quomodo fiat. ver. nouitius. §. 5. & seq.

2 **P**rimò, † professio expressa quæ sunt necessaria ad illam. Resp. quinque. Primò, q[ui] profitens compleuerit quartumdecimū annum si masculus, uel duodecimum si mulier, ut in c. 1. de reg. lib. 6. fallit, ut d[icitur] ver. nouitius. §. 2. Secundo requiritur q[ui] professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, uel de licentia eius, uel nomine eius qui p[otes]t incorporare, q[ui]a possit habere ratum: secus si non recipere uel no[n]e eius, q[ui]a non possit habere ratum. Tertio, q[ui] fiat religioni approbata. c. vnicò, de voto. lib. 6. Quarto, q[ui] p[re]latus requirat consiliū capituli, ut ver. nouitius. §. 8. Quintò, requiritur, quòd fiat de tribus uotis, & si deduceret in pactum, q[ui] non intendat de vno non esset professus: secus si non deducit in pactum, quia tunc intelligitur de omnibus. De omnibus his, uide uer. nouitius, quasi per totum, & maxime §. 8. circa fi. & uer. uotum. 2. princ. & uer. uotum. 1. §. 4.

3 **S**ecundò, † utrum femina profitens religionem masculorum in manibus ipsorum efficiatur religiosa, licet non ingrediatur monasterium, sed remaneat in domo sua. Res. s[ecundum] Pa. in c. insinuante, qui cle. uel uouen. q[ui] sic, et si non suscepit habitum, dum modo expressè sit professā, ut in ca. porrectum, de regul. & idē dicendum de masculo, q[ui] ex causa potest profiteri cum pacto, q[ui]

stet extra monasterium s[ecundum] Inno. in c. insinuante qui cleri. uel uouen. ex quo patet quòd habitus non est de substantia regulæ.

DE PROMISSIONE.

1 **P**romissio quid sit, quid item pollicitatio.

2 **I**n alternatiuis & debitis promissionibus electio est debitoris.

1 **P**romissio † proprie est quando p[re]cedit rogatio: pollicitatio uerò est solius promittentis sponso, ut quando promissio fit de aliquo alicui, & illius consensus, cui fit promissio nō extat acceptas, uel quia erat absens. unde pollicitatio differt à pacto, quia pollicitatio est vnus tantū, pactū uerò duorū ad minus. Pollicitatio tūc transit in pactū q[ui] per nuntium, uel per litteras mittit, & acceptatur, quia ibi est duorū consensus. l. pactum. ff. de pollici. unde polliciter dicimur quando nullo p[re]cedente rogamine aliqua promittimus. unde & pollicitatio differt à nudo pacto, not. gl. in cle. romani, de iur. iur. & Pa. in c. cū iuramento: de hom. q[ui] autē uerba premituntur à recipiente d[icitur] stipulatio: exēplū dabis mihi decē, respōde dabo, & similia. Inst. de uer. obli. in princ. uide uer. pactum. §. 2. & seq.

2 **P**rimò, † in alternatiuis & debitis promissionibus electio est debitoris, & sufficit alterū adimpleri. Inst. de act. §. p[re]terea, & extra de re. iur. in alternatiuis. lib. 6.

¶ PROMVLGATIO quomodo sit necessaria ad obligationem legis. uersicu. lex prin. & S. Tho. 1. 2. q. 90. ar. 4.

¶ PROSENETA qui contractus faciunt usurarios. uide uer. usura 7. §. 3. quomodo possit testificari in contractu in quo fuit mediata. uer. restis prin.

DE PRVDENTIA.

1 **P**rudencia carnis uirum sit peccatum.

1 **P**rudencia † carnis utrū sit peccatū. s[ecundum] S. Th. 2. 2. q. 55. ar. 1. & 2. q[ui] sic. ubi ait: prudentia carnis proprie d[icitur], secundūm q[ui] aliquis bona carnis habet ut vltimū finem suæ uitæ. Manifestū est autē, q[ui] hoc est peccatum. per hoc. n. homo deordinatur circa vltimū finem qui non consistit in bonis corporis: & ideo prudentia carnis est peccatum, & si in cura carnis ponat quis vltimū

rium finē totius uitæ erit peccatū mortale, quia p hoc homo auertur à Deo cūm impossibile sit esse plures fines vltimos. vñ Apostolus ad Rom. 8. prudētia carnis inimica est Deo. Si uerò prudentia carnis accipiatur em rōnem particularis prudentiæ sic est peccatū ueniale: contingit. n. qñque q aliquis inordinatè afficitur, ad aliqd delectabile carnis absq; hoc q auertat à Deo per peccatū mortale, unde non constituit finē totius uitæ in delectatione carnis, & sic adhibere studiū ad hanc delectationem consequendā est peccatū ueniale qd pertinet ad prudentiā carnis. Si uerò aliqs actu curā carnis referat in finē honestū, puta cū aliquis studet comestioni pp corporis sustentationē nō uocatur prudentia carnis, quia sic utit homo cura carnis, ut ad finē, & sub prudentia carnis aliquo mō continetur prudentia mundi, & prudentia diaboli, ut posimus eodē modo distinguere.

¶ PV B E S. uide uersū impubes.

¶ PV B L I C V M. uide uer. notorium.

DE PVDICITIA.

1 *Pudicitia nomen unde sumptum.*

1 **P**udicitia: ¶ Nomē pudicitia sumptū est à pudore in quo uerecundia signatur, & iō oportet q pudicitia propriè sit circa illa de quibus homines maximè uerecundant. Maximè autē uerecundatur hoīes de actibus ueneris, ut Aug. dicit in 4. de ciui. Dei, in tm q et concubitus conjugalis, qui honestate nuptiatū decoratur, uerecundia non careat, & hoc iō quia motus genitaliū mēbrorū non subiicitur imperio rōnis sicut motus exteriorū mēbrorū, uerecundatur autē homo non solum de illa cōmixtione uenera, sed et de quibuscunq; signis eius, ut philosophus dicit in 2. reto. Et ideo pudicitia attenditur propriè circa uenera, & præcipuè circa signa uenerorū, sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus, & q hæc solēt magis deprehendi: iō pudicitia magis respicit hmōi exteriora signa, castitas uerò magis ipsam uenerā cōmixtionē, & iō pudicitia ad ea fixatè ordinatur nō quasi uirtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimitur castitas circūstātiā quandā, interdū tñ unum p alio ponitur, hæc S. Tho. 2. 2. q. 151. art. 5.

DE PVNITIONE.

1 *Punitio peccatorum secundum quod pertinet ad publicam iustitiam quid sit.*

1 **P**unitio peccatorum em q pertinet ad publicā iustitiā est actus iustitiæ cōmunitatis, secundū aut sit, q pertinet ad immunitatē alicuius personę singularis à qua iniuria propulsatur pertinet ad uirtutem uindicationis. Et nō est aliquis punitus sine culpa, nisi subit causa, de reg. iur. c. sine culpa lib. 6.

DE PVRGATIONE.

1 *Purgatio est quadruplex.*

2 *Purgatio canonica quando iudici debeat.*

3 *Purgationem canonicam indicere an poteris iudex ex sola suspitione.*

4 *Pena deficientis in purgatione.*

1 **P**urgatio ¶ est quadruplex, una spiritalis. s. à peccatis, & hæc fit per baptismū, & pœnitentiā, de conse. dist. 2. c. cum omne, & per fidei seruiorem. 15. q. si. c. ultimo: de coha. cle. & mu. c. uestra, & per que libet opera pietatis. 2. 2. q. 2. ca. si quælibet. Alia dī ignis purgatorij, de qua infra uer. purgatio. Alia dī vulgaris quæ à uulgo est inuenta, & hæc fit cū ferro cadente, aqua feruenti, aut cū duello, & si euaserit illelus sit immunis, & hæc prohibetur sub pœna peccati mortalis. 2. q. 5. c. menūā, & c. consuluisti, & de purg. vul. per totum, quia est contra id. Deut. 6. Non tentabis dominū Deū tuū. Alia dī canonica à iure canonico inuenta quæ est em Ray. de obiecto crimine innocentia ostensio. s. per iuramentū, uel alio debito mō, & hæc fit per iuramenti præstationē corā suo iudice, & illis apud quos infamatus, nec ad id operam dedit, & hmōi & dēt habere tot cōpurgatores quot indicēt purgationem uidebitur, attēta enormitate criminis, qui sint bonę opinionis, & non sit uerisimile eos periurare, & qui eius conuersationem sciant, & sint eiusdem ordinis si est possibile qui simul iurēt, q credunt enim uerum iurasse, uel q bonum exhibuit iuramentum, hæc probantur, de pur. cano. per totum.

2 *¶ Primò, ¶ quid debeat iudici canonica purgatio. Ref. q quā apud iudicem suū infamatus*

etus est, & infamia publica laborat, & apud
graves, & bonos viros, & non si orta ab ini-
micis, tunc iudex debet præfigere termi-
num, ut si quis vult accusare cõpareat, & si
accusator appareat audiatur canonicè, si
uerò non appareat, & infamia mala crebre
scit, tunc pcedat iudex ad inquisitionem,
& si nullus appareat et denuntiat, nec
conuincitur, tunc compellat eos ad purg-
canonicam. hæc no. Io. glo. 2. q. 5. presby-
ter. uide uerfi inquisitor. §. 13.

3 ¶ Secundò, tutrum iudex ex simplici suspi-
tione poterit purgatione canonica indice-
re. Resp. q. si infamia non laborat, ut dictũ
est, nõ poterit, nisi forte sit accusatus. 2. q.
5. §. ecce qualiter, unde nota, q. uerifimilis
suspicio sufficit ad indicendam purgatio-
ne prædictã licet nõ fuerit infamatus, sed
temeraria suspicio repellatur. c. si quis. 2.
q. 1. c. 1. uiolenta aut suspicio sufficit ad sen-
tentia. 23. q. 1. dixit, no. Arch. 2. q. 5. obus.
Inñ. & Host. in d. c. si qs, & ex dicto unius
maximè si infamia ea hoc apud graves re-
sultat, et dicenda. Vid. uer. p. sumptio. i. prin.

4 ¶ Tertiò, ¶ quæ pœna deficientis in purga-
tione. Rñ. q. si accusetur, & iudicatur, & in-
dicat sibi purgatio canonica si deficit puni-
etur ac si fuisse conuictus de simo. c. de
hoc, si uerò p modũ inquisitionis agatur,
ut denuntiationis, pœna erit arbitraria, ut
no. Pa. in c. accedens, de accu. similiter di-
cit, q. si non præcessit aliquis modus agen-
di, s. accusationis, inquisitionis, aut denun-
tiationis, sed solũ pp infamiã, iudex indu-
cit purgationem, tunc similiter si deficit
punitur extraordinariè, & est casus. c. signi-
ficasti, de adul. Et fm Inno. cum in hoc ca-
su iudex procedat ex psumptione, debet
multũ temperare sniam, ut no. in c. afferte.
de psum. Quomodo triplex est suspicio
uerfi. inquisitor. §. 16. & 17. Si uerò purga-
tionem ritè perfererit iudex sine mora, &
difficultate det suspensionem, si forte fa-
cta fuerat, relaxare, & eũ ab infamia crimi-
nis absoluere, & eũ boni testimonij annũ-
tiare, ut in c. qd sequit, & c. ex tuarũ co. ti.
Si uerò non ritè pfererit tenebit iterũ. d.
c. ex tuarum Et quãdo crimẽ est notoriũ,
vel appareat accusator nõ debet recipi ad
purgationem, etiam si offert c. 2. eo. tit. &
cap. cum dilectis. Nec debet illi qui est so-
lum suspectus iudici, nisi forte fuerit accu-

satus, & sic remaneat suspectus etiam soli
iudici. arg. c. inter sollicitudines. eo. titu.

DE PVRGATORIO.

- 1 Purgatorium an sit.
- 2 Purgatorii locus ubi sit.
- 3 Purgatorii pœna an sit grauis. Et an uolunta-
ria num. 4.
- 5 Animæ in purgatorio an puniãtur per demones.
- 6 Peccatum ueniale an expietur in purgatorio
quantum ad culpam.
- 7 Liberetur ne minus citius quàm alius, à penie
purgatorii.

¶ Purgatorium esse, animasq; ibi detentas,
fidelium suffragiis, potissimũ uerò accepta-
bili altaris sacrificio inuari, ex Patrũ tradi-
tione antiqua in sacris concilijs præcepit
sancta synod. Trid. epis ut sanã de purga-
torio doctrinam tradita, à Christi fidelib.
credi, teteri, doceri, & ubiq; p̄dicari. A pud
rudẽ uerò plebem difficiliore ad subtilio-
res qõnes à popularibus concionibus se-
cludi: Ea uerò, quæ ad curiositatem quan-
dam, aut superstitionem spectant, uel tur-
pelucrum sapiunt, prohiberi. Sess. xxv. in
prin. Ex Paul. i. ad Tim. i. LEO. à LEGE.

1 Purgatorium ¶ an sit. Ref. fm S. T. 4.
d. 2. r. q. 1. ar. 1. quodl. q. sic. Et negare
illud esse, est hæreticum, contra diui-
nã iusticiã contra sacrã scripturã, & cõtra
affirmatione ecclesiæ. Græci tñ hoc negãt.
unde S. T. ubi supra sic ait. Illi qui purga-
torium negant, contra diuinã iusticiam lo-
quũtur & pp hoc erroneũ est, & à fide alie-
num. unde Gre. nissenus, Hic prædicamus
dogma ueritatis seruãtes, & ita credimus,
hoc etiam uniuersalis ecclesia tenet p de-
functis exorans, ut à peccatis. soluãtur, qd
non potest nisi de illis qui sunt in purgato-
rio intelligi, ecclesiæ aut auctoritati qui-
cunque resistit hæresim incurrit. unde 2.
Macha. 12. habet, sancta & salubris est co-
gitatio p defunctis exorare, &c. hæc ille.
2 ¶ Primò, ¶ quæritur de loco purgatorii ubi
sit. Ref. ubi supra, q. non inuenitur aliquid
expresse determinatum in sacra scriptura,
nec rationes ad hoc efficaces possunt ad-
duci, tamen probabiliter, & fm q. est ma-
gis consonum dictis sanctorum, & reuela-
tioni

tioni facte multis, locus purgatorii est duplex vnus fm legē cōmunē, & sic locus purgatorii est locus inferior cōiunctus inferno, ita q̄ dē ignis est, q̄ dānatos cruciat ī inferno, & q̄ iustos ī purgatorio purgat: quāuis dānati fm q̄ sunt inferiores merito, & loco inferiores ordinādi sint. Alius est locus purgatorii fm dispēlationē, & sic quāque in diuersis locis aliqui punit legūtur, vel ad viuorum instructionē, vel ad mortuorum subuentionē, ut uiuētibus eorum pœna in notescens per suffragia ecclesie mitigaretur, unde Greg. sicut sub eodē igne autum rutilat, & palea fumat, ita sub eodē peccator crematur, & quāuis sit ille ignis tēporalis quantum ad effectū, est tamen æternus quantum ad substantiam, hęc Sao. Tho.

3. ¶ Secundō ¶ Vtrum pœna purgatorii sit grauis. Resp. q̄ miro modo est grauis: superat omnē pœnā quā vnquā passus est aliquis in hac vita, vel pati pōt. hęc formaliter in text. 25. distin. c. qualis hic. de pēn. di. 7. c. si. Additur, q̄ nec ēt martyres tantā pœnam passi sunt, quod declarat S. Tho. vbi supra dicēs. In purgatorio erit duplex pœna. vna damni inquantum. S. retardantur ad diuinā uisionē. Alia sensus fm quod ab igne corporali puniuntur, & quantum ad vtrūq; pœna purgatorii minima excedit maximā pœnam hūitis uitæ, quantum enim magis desideratur tantō eius absentia est melior, vt quia affectus quo desideratur summum bonum post hanc uitam in animabus sanctis est intensissimus, q̄ nō retardatur affectus mole corporis, & etiam quia terminus summo bono iam aduenisset, nisi aliquid impediret, & ideo de tardatione maximē. Similiter cum dolor non sit læsio, sed læsio nis sensus tantō magis aliquis de aliquo læ suo quantō magis est sensitiuum. unde læsiones quæ sunt in locis maximē sensibilibus sunt maximum dolorem causantes, & gatorius sensus corporis est ab anima ideo si in ipsam animam aliquid læsionem agat, de necessitate oportet q̄ maximē affligatur, & ideo oportet, quod pœna purgatorii quantum ad pœnam damni, & sensus excedat omnem pœnam istius uitæ: hęc ille. Vide uersū. pœna. §. 3. circa fin.

4. ¶ Tertiō ¶ Vtrum pœna purgatorii sit uoluntaria. Respō. vbi supra, q̄ uoluntarium est duplex: primum absolutum, & sic nul-

la pœna est uoluntaria. Aliud est uoluntariū conditionatum. s. quādo propter aliud: puta uolo uelamentum propter sanitatē, & hoc est duplex, primō q̄n per pœnam aliud quod bonum acquirimus, sicut per martyrium acquirimus gloriam, secundō quia quamuis per pœnā nullū bonū acquirat, tñ sine pœna ad bonum peruenire nō pōt, & sic pœna purgatorii est uoluntaria.

5. ¶ Quarto ¶ factum animæ in purgatorio puniantur per dæmones. Respō. vbi supra, q̄ sicut post diem iudicii diuina iustitia succēdet ignem quo damnati in perpetuum damnentur, ita etiam nunc sola iustitia diuina electi post hanc uitam purgantur nō ministerio dæmonum quorum uictores extiterunt, nec ministerio angelorum, quia ciues suos non tam uehementer affligerēt, sed tamen possibile est, quod eos ad loca pēnarum deducant, & etiam ipsi dæmones, qui de pœnis hominum lætantur eas committantur, & assistunt purgandis tamen ut de eorum pœnis satientur tñ ut in eorū exitu à corpore aliquid suū ibi reperiat, in hoc autē seculo q̄n ad hoc locus pugne est puniūtur ab homine, & à malis angelis sicut ab hostib. ut patet de Iob, & à bonis sicut pater de Iacob cuius neruus femoris angelo percutiente, emarcuit, & hoc etiam Dyo. dicit expresse in 4. c. de diu. no. quod boni angeli interdum puniunt.

6. ¶ Quinto ¶ utrum peccatum ueniale expietur in purgatorio quantum ad culpam. Res. vbi supra, q̄ sic ubi reprobat diuersis opinionibus concludit dicens. Et ideo cū aliis dicendum, q̄ culpa est uenialis in eo qui cum gratia decedit post hanc uitam dimittitur, per ignem purgatorii, quia pœna illa aequaliter, uoluntaria uirtute gratiæ habebit uim expiandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest: non poterit tñ ibi peccare uenialiter, quia ibi non erit fomes peccati, & quāuis post hanc uitā non possit esse meritum respectu præmii essentialis, potest tamen esse respectu alicuius accidentalis quādiu manet homo in statu uitæ aliquo modo, & ideo in purgatorio pōt esse actus meritorius quantum ad remissionem culpæ uenialis. hęc Sao. Tho.

7. ¶ Sexto ¶ utrum unius citius liberet ab illa q̄ alius. Resp. vbi supra, q̄ acerbitas pœnæ proprie respondet quantitati culpæ, sed diutinitas

diutinitas responderet radicationi culpæ in subiecto, vnde potest contingere quod aliquis diutius moretur qui minus affligitur, & eoduerso, & quia quæ venialia sunt maioris adherentiæ quàm alia secundum quod affectus magis ad ea inclinatur, & fortius in eis figitur, ideo tardius purgantur, & ideo quidam in purgatorio diutius quàm alii torquentur secundum quod affectus eorum ad venialia sunt magis intensus. Et non purgatur ibi mortalia quæ cum culpa sunt, sed minuta & venialia. 25. distic. q. in aliud §. alias, & c. qualis. Et illa siue mortalia siue venialia, de quibus non sunt facta sufficiens penitentia, quæ potest adiuuari ab his qui hic sunt. vide ver. indulgentia, & ver. suffragia. Et illi qui sunt in purgatorio sciunt se esse liberandos, quia aliter non peterent suffragia.

PURIFICATIO quomodo possunt abstinere mulieres post partum ab ingressu ecclesiæ vel petere debitum ante purgationem. ver. matrimonium. 3. §. 7.

PVRITAS conscientie consistit in duobus. scilicet opere bono & in intentione recta & augetur per recessum à peccato charitas autem & bonitas per accessum ad terminum secundum S. Th. 1. sententiarum. di. 17. q. 2. ar. 4. ad quartum.

DE PUSILANIMITATE.

- 1 Pusilanimitas utrum sit peccatum.
- 2 Pusilanimitas cui opponatur.

Pusilanimitas ¶ utrum sit peccatum. Respon. secundum San. Thom. 2. 2. q. 133. artic. 1. quod sic, aliquando veniale aliquando mortale, quod sic declarat. omne illud quod contrariatur naturali inclinationi est peccatum quia contrariatur legi nature, inest autem vnicuique rei naturali inclinatio ad exequendam operationem commensuratum suæ potentie, ut patet in omnibus rebus naturalibus: sicut autem per presumptionem aliquis excedit proportionem suæ potentie dum nititur ad maiora quàm possit: ita pusilanimus etiam deficit à proportionem suæ potentie dum recusat in id tendere quod est suæ potentie commensuratum, & ideo sicut presumptio est

peccatum, ita & pusilanimitas, & inde est quod seruus qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram nec est operatus ex ea propter quædam pusilanimitatis timore punitur à domino Mat. 25. & Luc. 19. vnde potest contingere quod aliquis ex virtute quam habet sit dignus ad aliqua magna facienda & quia non attentat, peccat aliquando venialiter aliquando mortaliter, taliter enim peccat qualiter est obligatus ad illud in quod tendere recusat siue sit præceptum siue prohibitio, secus si circa consilia ut intrandi religionem, & audiendi confessiones vel prædicandi, quibus est officio non conuenit de necessitate, ut Greg. dicit in pastorali. Illi qui prodesse vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt si districte iudicentur ex tatis rei sunt ex quævis venientes ad publicè prodesse poterunt.

Primò, ¶ Queritur cui opponatur. Res. vbi supra, quod pusilanimitas potest tripliciter considerari, vno modo secundum se ipsam & sic manifestum est quod secundum propriam rationem opponitur magnanimitati à qua differt secundum differentiã magnitudinis, & paruitatis, circa idem. Nam sicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna, ita pusilanimus ex animi paruitate se retrahit à magnis. Alio modo potest considerari ex parte suæ causæ quæ ex parte intellectus est ignorantia propriæ conditionis, ex parte autem appetitus est deficienti in his quæ falso existimat excedere suam facultatem. tertio potest considerari quantum ad suum effectum qui est retrahere se à magnis virtutibus est dignus, sed oppositio vitii ad virtutem attenditur magis secundum propriam speciem quàm secundum causam vel effectum, & ideo pusilanimitas directe magnanimitati opponitur, quantum autem ad suam causam opponitur sollicitudini considerandi, & intelligendi suam facultatem & animositate aggrediendi: quantum vero ad effectum videtur opponi sollicitudini prout est prudentiæ & oritur ex superbia dum nimis aliquis proprio sensu innititur quod reputat se insufficientem ad ea ad quæ est sufficiens.

DE QUADRAGESIMA.

- 1 Quadragesima quomodo & quando fuit instituta.

Quadragesima ¶ quando, & quomodo fuit instituta nota in c. quadragesima: de cōse. dist. 5. ubi dicitur, quòd à Christo fuit instituta, ut deo decimam annorum reddamus, quādo est incipiēda, & à quibus abstinentium, & qua hora commendandum: vide uer. ieiunium. §. 10. & 11.

QUARTA falcidia, uel trebellianica uel debita filiis debito naturæ. i. legitima: uide uer. legitima: de quarta canonica. uer. canonica portio.

DE QVAESTVARIIS.

- 1 *Quæstuarii qui dicantur.*
- 2 *Quæstuarii an à clericis inuiti recipi debeant.*

Quæstuarios, siue quæstores elemosinarios cuiuscūq; cōditionis nullo modo nec per se, nec per alios p̄dicare posse, imò omnibus remediis ab Ep̄is arceri, iussit sancta synodus Trid. atq; ut quæstorū prædictorū abusus oīno tollātur, statuit ut post hac in quibuscūq; Christianæ religionis locis eorū nomē, & usus penitus aboleatur. sess. v. c. ii. sess. xxi. de refor. c. xi. Ex c. cum ex eo. de p̄c. & rem. clem. abusionibus. e. titu. & ca. ut officium. §. compescendi. de h̄ere. in 6. LEON. à LEGE.

Quæstuarii ¶ dicuntur, qui discurrūt pro elemosinis qui nullo modo recipi debent nisi ueras literas, aut apostolicas, aut Dicecesani ostendant, & ponitur forma literarum in c. cū ex eo. de p̄c. & rem. Et si habent literas apostolicas non debent acceptari, nisi prius per epi scopum examinati, ut in cle. abusionibus: de p̄c. & re. nec sunt permittendi prædicare nisi solummodo prout in literis continetur. d. c. cum ex eo. & de h̄ere. ut officium lib. 6. & d. cle. abusionibus.

¶ Primò ¶ quid si cōtinetur in eorū literis, q̄ in locis religiosis honestè, & charitatiuè recipiatur, & q̄ fideles ad eorū exortationes cōuocēt. Res. q̄ nihilominus clerici, & rectores ecclesiarū nō tenentur inuiti prædicta facere, q̄ tales literæ quantū ad hmōi conuocationem, sunt reuocæte ipso iure. ut habet in extrauaganti Cle. 4. Nec debēt

ī tabernis, & aliis locis publicis incōgruis, aut inutiles exp̄sas facere, aut habitu falsè religionis portare ad inducēdas, uel alia mēdatiosa proponere. h̄c habēt in d. cl. abusionib. & d. c. cū ex eo. Et poterūt tales puniri ab ordinariis, si publicè delinquāt, licet sint exēpti. c. tuarū: de priui. Intellige nisi si aliquid aliud habeant in suis priuilegiis quod debet seruari, ut dicit glo. in d. c. tuarū: unde prædicatores, & minores, & multi alii habēt priuilegiū, q̄ etiam ratione delicti non possunt ab ordinariis puniri. Vide uer. exemptus princ. circa fi. Et dicitur quæstus omne quod ex opera cuiuscunq; descendit. ff. pro socio. l. quæstus glo. 1. lucrū. Et si pp̄ eos impediretur officium inquisitoris p̄nt & debent ab ipsis cōpesci, & remoueri à prædicatione. ut in d. c. ut officium.

DE RANCORE.

1 *Rancor quid sit.*

Rancor ¶ secundum, quòd elicitur ex dictis supra. 2. 2. q. 3. ar. 4. ad secundum, & in quæstionibus de malo. q. 11. ar. 4. est displicentia cōtra aliquē pp̄ quē desiderat, uel quæritur quis malū alteri, & est filia accidit quando contra aliquem eò, q̄ inducit eum ad bene operandum. Aliquando est filia ire, & est peccatum mortale si malū qd̄ alteri quærit, uel optat, est aliquid alicuius importantiæ, & cum deliberatione uoluntatis. Vide uer. odiū. Quō rācor dupliciter accipitur, & quō tenemur dimittere signa rancoris, & quæ sunt illa, maximè circa inimicos, uer. caritas. §. 10. 11. & 12. uer. oratio. §. 9.

DE RAPINA.

- 1 *Rapina uiolentiam quandam & coactionem im portat.*
- 2 *Rapientis uel furantis iuramento an sit standum de quantitate rapiti seu furati.*

Rapina ¶ secundum. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 8. quādam uiolentiā, & coactionē importat p̄ quā contra iustitiam ali cui auferitur quod suum est: in societate aut̄ hominū nullus habet coactionē nisi p̄ publicā potestatem, & ideo quicunq; per uiolentiam aliquid alteri auferit si sit priuata

uata persona non utens publica potestate illicite agit, & rapinā committit, sicut patet in latronibus: principis uerò potestas publica committitur ad hoc, q̄ sint iustitiæ custodes, & ideo non licet eis violentia, uel coactione uti nisi secundum iustitiæ tenorem, & hoc uel contra hostes pugnando, uel contra ciues malefactores puniendo, & quod per talem uolentiam auferunt non habet rationem rapinæ cum non sit contra iustitiam, si uerò contra iustitiam aliqui p̄ publicam potestatem uolenter abstulerint res aliorum, illicite agunt, & rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur, eodemmodo dic de bello, si est iustum nō est rapina, nec tenetur ad restitutionem etiam si peccaret bellado propter auaritiam, secus si esset iniustum: de quo uer. bellum. §. 11. Quomodo ab infidelibus possunt accipere. versū. infidelitas. §. 10. & 11. De euentibus xē raptā. uer. restituitio. §. 24. & est grauius peccatum rapina quam furtum secundum S. Tho. & c. pœnale. 14. q. 5. de deprédanti- bus romipetas, uel uenientes, uel stantes, uel recedentes à curia. uer. excommunicatio 6. casu 6. & seq.

2. ¶ Primò ¶ uerum sit standum iuramento rapientis seu furantis de quantitate rapiti, seu furati. Respō. communiter Doc. legistæ tenent in l. si quando. C. unde ui. & pa. & in c. super eo. de his quæ vi. quòd ubi quis conuenitur ex dolo alterius nō admittitur probatio per iuramentum in litē, sed quando cōuenitur de dolo suo sic creditur iuramento allegantis damnum, propterea dicit Inno. in d. c. super eo. quod d. c. habebit locum in qualibet vi compulsua, ablatiua, expulsiua, turbatiua, & inquietatiua. Ex quo inferitur, quòd si probò furtum, uel rapinam contra raptorem stabitur iuramento meo de quantitate rei raptæ, & probantur furtum, & rapina per socios familiares, & huiusmodi.

DE RAPTORE.

primò rerum.

1. Rapiens alienas res quæ sit pœna.

1. Raptor primò qm̄ per uolentiam quis rapit res alienas cuius pœna est fm̄ leges si agatur infra annū ciuilit̄ puniē in quadruplū non cōputata. si ipsa re. post an-

nū uerò in simplū. ff. de ui. bo. rap. l. 1. & 2. & ad istā pœnā raptor quidē tenetur solū postquā damnatus est. Si uerò agatur criminaliter tunc per uim sine armis punitur in tertiā partē bonorū, & sit infamis. ff. de ui. pri. l. 1. primo responso, & l. si. Si autē cū armis punitur deportatione, quia deportabatur in insulā, & p̄debat oīa sua, ut Insi. de pu. iudi. fm̄ canones raptor multipliciter punitur, & prima pœna quia excōdicatur. s. ab illo ep̄o in cuius episcopatu rapinā fecit. e. ti. c. 1. & 6. q. 3. c. placuit. Item denegatur ei pœnitentia nisi restituit abata, uel plenā securitatem de reddēdo faciat si habeat unde possit. Si uerò cū haberet unde posset distulit habere pœnitentiā usq; ad mortē, & si non pōt satisfacere, si petat pœnitentiā dabitur ei, & et uaticū, si uerò dedit impœnitens, & uaticū, & sepultura denegabitur. c. super eo. ti. & c. in literis, q̄ si non habeat unde reddat, nec hæredes, nec p̄pinq̄ uiolunt satisfacere, ipse tñ contritus facit q̄ pōt licet tardē, iō non priuabitur pœnitentia, & uaticū, sed tñ sepultura denegabitur qd̄ statutū est ad tertiorē aliorum: presbyteri uerò qui cōtra p̄dicta facerent sepeliēdo ipsū, & h̄mōi debēt deponi ab officio, & beneficio, ut d. c. super eo, sed tñ de occultis raptoribus fm̄ Inno. nō debent tales rigores seruari ar. d. c. in literis. Vide aliquid uer. furtū. §. 2. & uer. sepultura. §. 13. in 4. casu.

DE RAPTORE SECUNDO
scilicet personarum.

1. Raptus quid sit.

2. Raptoris personarum quæ sit pœna.

¶ Inter raptorē & raptā, quādiu ipsa in p̄tate raptoris manserit, nullū posse consistere matrimonium, statuit sancta synod. Tridentina. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, illū in uirū habere consenserit, eā raptorē in uxorē habere, & nihilominus ipsū, ac oēs illi consiliū auxiliū & fauorē p̄bentes, ipso iure excōdicatos, ac perpetuo infames, omniumq; dignitatū incapaces; & si clerici fuerint, de p̄prio gradu decidi, decretum. Tenent p̄terea raptorē mulierē raptā, siue eam uxorē duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare. Raptores insuper bonorū ecclesiasticorum

clericorum puniendos præcepit. Sess. 1
xxi. de refor. c. xi. Sess. xxiii. de refor.
c. vi. Ex c. fin. de rap. c. apost. § 6. dist. & c. si
duxerit. de adul. LEO. à LEGE.

Raptor ¶ secundò. s. psonarū, raptor
n. non solum dī rerum, ut in ptece-
denti, sed ēt psonarū, & sicut ab
illo dī rapina ita ab isto dī raptus, & est cōi-
ter qñ puella violenter rapitur, ut in perpe-
tuum teneatur, uel ēt qñ non ipsa, sed vltus
eius uolēter rapitur. 3 6. q. 1. c. de raptorib.
§. ex hac. Itē raptus nō solum committitur
in virgine, sed etiam large in vidua, & san-
ctimoniali. 3 6. q. 2. c. raptores, & c. si quis
non dicam. Vide aliquid ver. luxuria. §. 5.

¶ Primò, ¶ queritur de pœna raptoris perso-
narum. Res. q. fm. ll. pœna est, ut capite pu-
niat, & si ingenuā rapuit eius substantia, ra-
ptæ applicet, secus si ancillam uel libertā,
quia tunc decapitatur quidē, sed non pdit
substantiam, & intelligit si rapuit mulierē
honestā, secus si meretricem, quia fm. ll. nō
punitur. d. pœna. Item non p̄ puella rapta
cōtrahere cū raptor e. Itē oēs fautores rapto-
ris capite puniunt. l. vnica de rap. vir. fm
canones verò aliter puniunt. Nā raptor ef-
ficitur seruus rapta, nisi velit redimere. 3 6.
q. 1. c. de raptoribus. Et p̄ declaratione p̄di-
ctorū nō. fm Pa. in c. cum cā. de rap. q. ubi
tractatus de nuptiis nō præcessit raptus. sp̄
dī committi, siue puella consensit, siue nō,
ut apertē vult tex. d. l. vnica, sed ubi præcel-
sit tractatus, & pro m̄rimonio contrahen-
do fuit adducta, tunc de iure canonico nō
committitur raptus, quia m̄rimoniū debet
esse liberū, & puella forē nō poterat con-
trahere libere in domo parentum eis reni-
tentibus, vñ ius canonicam libertatem ma-
rimonii considerauit, ius uero ciuile con-
siderauit delictum raptoris: hęc Pa. sic ergo
rapta si uelit p̄ contrahere cum raptore, de
iure canonico, ut in c. accedens, de rap. No-
ta ēt, quòd fm. ll. raptores filiorum, seu se-
ducentes filios à parentibus, si sunt nobi-
les dampnantur in metallum, si non sunt no-
biles aut si pluries hoc commiserunt dam-
nantur ad mortem, & seruus uel libertus
subdit bestis. C. de pelagiariis l. fina. &
ibi glo.

DE RATIONE.

1 Ratio habet triplicem gradum in homine.

Ratio, ¶ habet triplicem gradum in ho-
mine fm philosophum. §. Ethicorū,
primus est ante completum septen-
nium ubi non intelligit, nec per se nec ab
alio capere potest, & ideo illo tempore nul-
li contractus est actus, secundus est cum ab
aliis potest capere licet imperfectē, sed ipse
per se non sufficit ad intelligendū, & istud
est in fine primi septennii regulariter, &
tunc potest promittere aliqua ad quæ incli-
nat, nō tamen cum obligatione perpetua,
tertius est quando ab alio capere potest, &
per seipsum considerare, & istud est in an-
no pubertatis, & tunc potest se obligare
quo ad personam, puta ad uotum religio-
nis, & ad matrimonium, & huiusmodi, sed
quo ad exteriora non, nisi in fine. 2 5. anno-
rum. vide ver. sponsalia. §. 4. & ver. matri-
monium. 2. §. 6. & ver. ætas prin.

DE RATIOCINIIS.

1 Ratiocinium quid sit.

2 Ordinari an possit obligatus ad ratiocinia.

Ratiocinia, ¶ sunt redditiones ratio-
num ad quas quis obligatur ex ad-
ministracione rei publicæ uel priuatae.
Nam sunt quædam ratiocinia publica
quibus obligantur officiales curiæ ex ad-
ministracione aliquarum ad rem. publicā
pertinentium. ut. C. de epi. & cle. l. officia-
les. quædam dicuntur priuata quibus obli-
gantur homines ex administracione rerū
priuatarū, ut tutores, curatores, actores, p̄-
curatores, executores, de obli. rō. c. unico.

¶ Primò, ¶ vtrum obligatus ad ratiocinia
possit ordinari. Res. quòd possit dimissionē
administracionis si est obligatus rei publi-
cæ ex administracione promoueri non po-
test ante redditam ratiocinationem c. præ-
terea. §. dist. secus si esset obligatus ex mu-
tuo uel alia causa, l. rescripto. ff. de mu. &
ho. C. de cle. & epi. l. quisquis emeris, si
uero est obligatus personæ priuatae, tunc
si tenetur de dolo, & fraude, & constat re-
pellitur. Si uero constare non potest, uel
tenetur ex alia culpa sic potest promoue-
ri. In officio autem administracionis exi-
stens an possit promoueri est opinio. Inn.
in d. c. unico, vbi dicit quòd si quis gerat
tutellam, uel curam legitimam, uel neces-
sariam à lege sibi impostam, uel etiam su-
scipiat

scipiat, aut miserabilium personarum, aut ecclesie procuraciones, seu administraciones, & maximè cū licentia Episcopi, quòd non impeditur ordinari cū possit talia suscipere et ordinatus: alias aut prohibetur. 50. di. & d.l. officiales. Et obligatus causa pignoris s̄m Host, non p̄t ordinari ante reditam rōnem ar. c. significate, & c. cū cōtra de pig. Et s̄m e. Host. filius vsurarii si succedat nisi clamores patris emendet uel hæreditatē repudiet. c. tua nos: de usu. non p̄t promoueri. vide aliquid. uer. religio. §. 11.

¶ RATIO HABITIO uide uer. excommunicatio §. casu l. §. 43.

¶ RECONCILIATIO uide uer. cōsecratio.

¶ RECOMPENSATIO uer. compensatio.

DE RECUSATIONE.

- 1 Regulari multis causis potest iudex ecclesiasticus.
2 Protestatio de non tollendo eum uel acceptando iurum tollatur per contrarium factum.

1 **R**ecusari p̄t iudex delegatus ex multis causis s̄m q̄ no. Pan. in c. accedens: ut lite non cont. Primò quia cōsanguineus aduersarii. Secundò quia cōmensalis illius. Tertiò quia oriundus de eius patria, idem de districtu. Quartò qñ non p̄t haberi accessus ad iudicē nisi p̄ terram inimicorum. Quintò qñ loquitur in aure & familiariter cū aduersario. Sextò qñ ex aliqua causa liti gabat cū eo. hæc no. Pa. in c. 1. de iudi. Septimò qñ est imperitus & habet assessorē suspectum Pa. ubi supra. Vide uer. iudex prin.

2 ¶ Primò, futurū protestatio de non tollendo eū uel acceptando tollatur p̄ contrariū factū. Rñ s̄m Pa. in c. unico: de lit. contesta. q̄ non, nisi factum contrarium tollat protestationem propter intellectum alium intermediarum, uerbi gratia, interrogatur an uera sint quæ continentur in libello. Respond. reus, respondeo cum protestatione quòd nō intendo contestari litem per hanc responsionem, & sic responder: non contestatur p̄ istud factum contrarium, secus si his dictis diceret iudex non admitto hanc protestationem, & postea ipse reus responderet sine protestatione repetita ad libellum, tale factum contrariū tolleret protestationē & his esset contestata secus si iterum repereret & ego protestor nolle contestari litem, quia

nihil medium interuenit: pro hoc facit cle. vnica, de dolo, & quòd dicitur de consti. c. cum M. & Lubi repugnancia. ff. de re. iur. & in c. sollicitudinem: de appel. uel die secūdum Barr. in l. unica. C. de litis contesta. q̄ quando protestatio respicit unum & factū aliud. Nā in litis contestatione oritur quasi contractus, protestatio uerò ordinatur ad tollendum istum quasi contractum, non autem responsionem, & sic sunt diuersa, & tunc per factum contrarium non tollitur, sed quando concernunt unum protestatio & factum ut puta quia responderet & protesta tur q̄ animo non respondendi, tunc tollitur talis protestatio per contrarium factum quia concernit idem factum.

DE REGVLARI.

- 1 Regularis quis dicatur.

1 **R**egularis ¶ dicitur qui ad uitendum regulariter est strictus, siue sit monachus siue canonicus regularis. c. quod Dei, de sta. mona. siue sit clericus, siue laicus. licet laicus non possit recipi in canonicum. ut in cap. 2. de consti. tamen potest recipi in conuersam. de elect. cap. cum ex eo. lib. 6. Regularis secundum Panor. in cap. præterea: de præben. idem est quod professus. unde quando canonici siue presbyteri seculares promittunt obedientiam prelati suis dicuntur regulares. i. canonicè promittentes, canon enim græcè, latinè idem est q̄ regula, sunt enim quidam canonici regulares in ecclesiis secularibus, ut in c. indemitatibus, de elec. lib. 6. sicut fuit S. Dominicus ut dicitur in legēda sua, unde dēcipiuntur dicentes quòd fuit de ordine canonicorum regularium.

DE RELIGIONE.

- 1 Religio quadrupliciter sumitur.
2 Regule approbare sunt quatuor.
3 Inter quas multæ sunt differentie. m. 3.
4 Religio proprii s̄m̄i sumpta secundum quartum modum an importet statuta perfectionis.
5 Religiosus uirum ueneatur esse perfectus.
6 Religionis unius ad aliam que sit preeminentia.
7 Religionis perfectionera uirum diminuat habere

- bere uel possidere bona temporalia.
- 8 Religio an sit perfectior in societate uiuentium quam agentium uitam solitariam.
- 9 Dispositio odiosa concepta erga regulares uel religiosos, an extendatur ad fratres tertii habitus uel ad alios qui non sunt proprii similes religiosi.
- 10 Religiosus effici potest quilibet qui non habet aliquam de conditionibus positus. nume. 11. 12. 13. 14. 15.
- 16 Religionem quomodo uel qua intentione quis intrare debeat.
- 17 Religionem intrans ex causa inhonesta teneatur licet non consequatur suam intentionem.
- 18 Et quid de illo qui dolo ductus est ad religionem. Vel timore mortis. 19.
- 20 Religiosus an sit illectus blanditiis.
- 21 Religione ingrediens sub conditione an teneat.
- 22 Religiosus an teneatur ad regulam reformatam.
- 23 Religiosus an semper peccet mortaliter transgrediendo ea que sunt in constitutionibus, ordinationibus, & regula.
- 24 Transitus ab una religione ad aliam quando fieri possit.
- 25 Religio ad quam quis transit an strictior sit quis habebit iudicare.
- 26 Religiosus eiectus uel fugiuitus an possit transire ad aliam religionem.
- 27 Abbates & alii prelati debent querere monachos fugiuitos & eos reducere ad monasterium inuocando et auxilium prelatorum superiorum.
- 28 Bona fugiuiti, eiecti uel translati cuius efficiantur. Et an hoc habeat locum in similibus minoribus. 29.
- 30 Religiosi mendicantes transeuntes ad non mendicantes etiam auctoritate pape, non habent uocem in capitulo, nec prelatorum, nec alia officia debere possunt.
- 31 Religiosus qui emiserat uotum in arctiori religione tamen intrauit laxiorem an sit absolutus a uoto.
- 32 Religio an liberet a patria potestate.
- 33 Religionem si intrauit pater an filius legitimam petere possit. Et quid de peculio aduentitio filii cuius ususfructus est patris quando ingreditur religionem. 34.
- 35 Bona ingredientis an sint monasterii.
- 36 Et quid si ingrediens ante fecerat testamentum nihil relinquens monasterio, sed extraneum hanc redem insituendo.
- 37 Filius fam. intrans monasterium numquid disponere possit de bonis peculii. Et quid de libris datis sibi a patre. 38.
- 39 Religiosus an succedat in bonis parentum.
- 40 Monasterium qualiter ages in his in quibus suo cedit uel ei acquirunt. r.
- 41 Ingressus an renouare possit testamentum factum ante ingressum religionis.
- 42 Testari an possit post religionis ingressum.
- 43 Religiosus factus episcopus an possit testari.
- 44 Religio an tollat crimen ingratiitudinis.
- 45 Religiosis in iure multa precipiantur, que hic annotantur.
- 46 Religiosus an possit expelli propter aliquem defectum si sit paratus corrigi, & penam sustinere.

Religio est Io. An. in nouel. super Rubric. de reg. sumitur quadrupliciter: primo debito cultu veri dei quod ad fidem & sic comprehendit totam christianitatem que exhibet cultum uero Deo & hinc dicitur religio christiana. 97. d. c. 1. in pr. de diuor. c. gaudemus, & de sum. tri. in prin. secundum sumitur pro cultu veri non solum per fidem, sed et per bona opera & sic sumitur actu. secundum erant Ierosolimiti uiri religiosi timentes Deum, & c. & sic religio comprehendit uniuersitatem bonorum christianorum, & de hoc. 1. 6. q. 1. c. iusta & 23. q. 5. c. qd Deo, & de costi. c. ecclesia. tertio sumitur pro statu clericali quia sunt magis dediti diuino cultu de quo 1. q. 3. c. saluator, & 12. q. 1. c. 1. quarto sumitur strictissime pro statu illo qui per emissionem professionis regulam approbatam subiicit se prelati imperio totum se dedicat Deo & diuino seruitio quasi holocaustum Deo offerens. 1. S. T. 2. q. 186. ar. 1. post Greg. & sic religio, perfectionis statum nominat de quo infra. §. 3. c. ex multa, de uoto, & eo. t. c. q. uotum. §. presentis, lib. 6. & talis propriissime dicitur religiosus.

¶ Primo, ¶ Regula approbatae quibus aliquis dicitur proprie religiosus sunt quatuor. Prima Basilii, secunda Benedicti, tertia Augustini, quarta Minorum, & sub istis militat omnes proprie religiosi, exceptis Carthusiis sibus qui habent sua statuta pro regula & habent in magna ueneratione ab ecclesia, Sub regula sancti Augustini militant omnes canonici regulares, fratres predicatorum, eremitani, seruitum, ordo S. Brigidæ, ordo S. Ieronimi de nouo instituti sub Eugenio quarto. ordo scopetini sub Gregorio instituti, ordo sancti Ioannis Ierosolimitani qui dicuntur uulgariter ferieri, ordo ho-

spiratorium. S. Antonii, ordo cruciferorum. Differunt autem isti ordines inter se per constitutiones varias additas regulæ, & in habitu. Sub regula Benedicti militat multi ordines, ut monachi nigri de quibus in cle. de sta. mo. c. ne in agro. qui cum essent relaxati, reformati sunt in speciali congregatione quæ dicitur sanctæ Iustine, habentes speciales constitutiones, & exemptiones per Eugenium quartum confirmatas. Sub eadem militat Cisterciensis multipliciter privilegiati quos Beatus Bernardus mirabiliter dilatauit. Cameldolen. instituit per Beatum Romualdum ordinis ualifumbrosæ quos instituit B. Ioan. Gualbertus ordinis humiliatorum, ordo Clumacen. celestini quos instituit B. Pet. de Murione qui fuit Papa Cælestinus sed renunciauit Papatu, ordo montis oliuarum, ordo montis sani seu Siluestri, omnes hi sub regula Beati Benedicti, differunt in constitutionibus, & aliqui in habitu, & omnes tpe Domini Archiepiscopi Florentiam exempti nisi Siluestri. Sub regula Basilii, quæ fuit prima, militat omnes monachi orientalis ecclesiæ, seu Græci, ac etiam in occidente fratres Carmelitæ aliquando sub ea dem fuerunt, quibus Anno Domini. 1247. D. Innoc. 4. addidit quasdam ordinationes per modum regulæ traditas eis à quodam Patriarcha Hierosolimitano dicto Alberto, extractas ex regula Basilii cum quibusdam additis declarantibus, & mitigantibus regulam illam per d. Vgonem Cardinalem ordinis prædicatorum dictatas, ubi determinatur quod abstineant ab esu carnis, & ieiunent ab exaltatione S. crucis usque ad resurrectionem, dominicis diebus exceptis, & teneant silentium nocturno tempore, & quædam alia, sub ipsa etiam regula Basilii fratres Hermenii vulgariter dicti, antiquitas militabant, nunc autem dicitur eos sub regula Augustini uiuere. De regula B. Francisci sub qua militant soli minores. hic S. Franciscus incepit ordinem suum Anno Domini. 1210. sub Innoc. 3. & confirmatus fuit ordo eius permissu sed solenni approbatione ab Honoris successore post confirmationem ordinis prædicatorum. De regula B. Francisci: vide aliquid infra eod. cap. §. 23. circa finem.

3. ¶ Secundo, ¶ not. secundum Ioan. An. ubi supra, quod differentia est inter regulas qua-

Secunda pars

taor approbatas, & constitutiones seu ordinationes religiosorum, quia regulæ mutari non possunt ab inferiori à Papa de re. iu. c. omnis. secus de constitutionibus, uel ordinationibus, quæ possunt mutari ab his qui habent æqualem auctoritatem his, qui eas fecerunt, & not. etiam quod Grego. 10. de relig. dom. c. unico. lib. 6. districtus prohibet ne quis nouum ordinem adinueniat, & dicit Ioan. An. intelligi, de pluribus simul in eodem collegio habitantibus, & eandem religionem profitentibus, & not. quod dicitur de habitu nouo non sumendo, aliis secularis persona sectam non inueniens, & seorsum habitans nouum habitum sibi assumere potest, uel habitare cum aliis non sub titulo religionis, sed secularis de quo uide uer. excommunicatio. §. casu. 23. Quo modo status bigarum reprobat, & dantes auxilium, &c. uer. excommunicatio. §. casu. 48.

4. ¶ Tertio, ¶ uerū religio propriissimè sumpta. secundum quatum modum positum in principio importet statum perfectionis. Respon. secundum S. Th. 2. 2. q. 186. ar. 1. quod sic: ubi ait. Id quod communiter multis conuenit Antonomaticè attribuitur ei cui per excellentiam conuenit: sicut nomen fortitudinis uendicat sibi illa uirtus quæ circa difficillima firmitatem animi seruat, & temperantiam nomen, uendicat sibi illa uirtus, quæ temperat maximas delectationes. religio autem est quædam uirtus per quam aliquis ad Dei seruitiū, & cultum aliquid exhibet, & ideo Antonomaticè dicuntur religiosi illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio per paupertatem totaliter abstrahentes affectum à rebus mundanis, & per uotum obedientiæ ut instruantur, & exercitentur ad perueniendum ad perfectionem quasi sub magistro in his, quæ pertinent ad religionem quasi holocaustum Deo offerentes: holocaustum enim secundum d. S. Th. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad octauū erat sacrificium quod totaliter comburebatur quasi totum incensum. huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo specialiter ad reuerentiā maiestatis ipsius, & amore bonitatis eius, & conueniebat perfectionis statui, in impletione consilium eius, & ideo totum comburebatur, ut sicut totum animal resolutum in uaporem, to-

Sum. Tab,

n u tum

tum sursum ascendebat: ita et significaretur totum hominem, & omnia quæ ipsius sunt, eius dominio essent subiecta, & ei esse offerenda. hæc ille. vnde holocaustum ad sacrificium comparatum se habet sicut perfectum, & totum ad partem sicut S. Th. 2. 2. q. 186. ar. 3. ad sextum. unde Greg. dicit super Eze. Sunt quidam qui nihil sibi imitipis referunt, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam, quam cæperunt: omnipotenti Deo immolant. In hoc autem perfectionis hominis consistit, quod totaliter Deo in hæreat, & sicut hoc religio perfectionis statum nominat. Et quamuis exhibere aliquam aliquam ad cultum Dei sit de necessitate salutis ut dicitur supra uer. charitas, §. 17. & scilicet tamen & sua totaliter diuino cultui deputare ad perfectionem pertinet. Notandum tamen, quod quamuis religio nominet statum perfectionis, ut dictum est, tamen non oportet, quod quilibet existens in religione sit perfectus, sed quod ad perfectionem tendat: religio, uero dicitur perfectionem ex intentione finis, & sic debet intendere perfectionem, unde Origene. super illud Matt. 19. si uis perfectus esse: &c. dicit, quod ille qui mutauit pro diuitiis paupertatem ut fiat perfectus, non tamen ipso tempore quo tradidit bona sua pauperibus fiet omnino perfectus, sed ex illa die incipit speculatio Dei adducere eum ad omnes uirtutes, & hoc modo in religione non omnes sunt perfecti, sed quidam incipientes, quidam proficientes, & aliquando dicuntur penitentes in quantum exciduntur occasiones peccandi. hæc ille.

¶ Quarto, quod ex quo religio est status perfectionis queritur utrum religiosus teneatur esse perfectus. Respon. secundum Sancti Thomam. 2. 2. q. 184. ar. 2. quod perfectio uitæ christianæ in charitate consistit, importat autem perfectio quamdam uniuersalitatē quia ut dicitur. 3. Phy. perfectum est cui nihil deest, potest ergo triplex perfectio considerari. una quidem absoluta quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis prout scilicet tantum Deus diligitur quantum diligibilis est, & talis perfectio non est possibilis alicui creaturæ, sed competit soli Deo in quo bonum integraliter, & essentialiter inuenitur. Alia est perfectio quæ attenditur secundum to-

talitatem absolutam ex parte diligentis, prout affectus sicut totum suum posse se actualiter tendit in Deum, & talis perfectio est pariter, & non uia. ut supra uer. charitas, §. 24. tertia est perfectio, quæ neque attenditur sicut totalitatem ex parte diligibilis neque sicut totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc quod se ferat in Deum, sed quantum ad hoc quod excludantur ea quæ repugnant motui dilectionis in Deum sicut Aug. dicit in li. 8. q. 9. uenenum charitatis est cupiditas, & talis perfectio potest in hac uita haberi dupliciter. uno modo in quantum ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur charitati sicut peccatum mortale, & sine tali perfectione charitatis non potest esse, unde est in omnibus de necessitate salutis. Alio modo in quantum ab effectu hominis excluditur non solum quod est charitati contrarium, sed etiam omne illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum sine qua perfectione charitas esse potest in incipientibus, & proficientibus, perfectio igitur religiosi est totaliter Deo per affectum inherere remotis his, quæ ab hoc impediunt. Et ad hanc perfectionem sicut S. Th. 2. 2. q. 186. ar. 2. requiritur primo essentialiter perfecta obseruatio præceptorum. secundo dispositiue obligatio ad tria uota. tertio completiue obseruatio consiliorum, hanc perfectionem non profitentur religiosi sed profitentur se tendere, & intendere istam ut illam possint consequi, sicut etiam qui intrat scholam non proficitur se scientem sed studentem ad scientiam acquirendam sicut Aug. dicit. de ciuit. Dei. Pitagoras noluit se profiteri sapientem, sed sapientiæ amatorem, & ideo religiosus non est transgressor professionis si non sit perfectus, sed solum si contemnat ad perfectionem tendere: ille enim qui statum religionis assumit non teneatur habere perfectam charitatem, sed teneatur ad hoc tendere, & operam dare ut habeat charitatem perfectam & ex consequenti non teneatur ad hoc ut illa impleat quæ ad perfectionem charitatis consequuntur, teneatur autem ut ea implenda intendat contra quod facit contemptus, unde non peccat si ea prætermittat, sed si ea contemnat. hæc ille. Item. 2. Cor. 13. circa finem, dicit Sancti Doctor. boni debent habere

bere in seipsis emulationem perfectionis. unde Ap[osto]lus dicit perfecti estote. i. sp[iritu] tendatis ad perfectionem, nō est aut[em] hoc, quod hic dicitur p[re]ceptum. s. q[ui] hō sit perfectus, sed hoc q[ui] sp[iritu] tendat ad perfectionem, & hoc est necessarium, quia qui non studet ad proficiendum est in periculo deficiendi, videmus. n. q[ui] nisi remiges conentur ascendere nauim sp[iritu] cōscendit, & ideo dominus dicit Mat. 6. Estote perfecti, hęc ille. Ex his quę dicta sunt in p[re]senti §. & p[re]cedenti. patet primō q[ui] religio dicit quendam statum siue quandam viam, uel exercitium, seu schola tendendi ad perfectionem non quidem s[ed] q[ui] perfectio dicit affectum hominis tēdentis in Deum s[ed] totum s[ed] posse sp[iritu] & totaliter, & actualiter, quia talis non est possibilis simpliciter uiatori. Nec dicit solum perfectionem s[ed] q[ui] excludit ab affectu hominis omne illud, quod contrariatur charitati, quia talis est necessaria omni existenti in statu merendi, sed dicit statum perfectionis, qui ab effectu hominis, excludit non solum illud q[ui] charitati est cōtrarium, sed et omne illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum, sine qua perfectione charitas esse p[otes]t. putain incipientib[us]. & proficientib[us]. p[er]fectio igitur religionis est totaliter Deo per affectu saltem uirtualiter in hærere, remota his quę ab hoc impediunt. s. remota affectione rerum t[er]p[er]alium, quę impedit à perfecto amore Dei, quod fit per uotum paupertatis. Et remota delectatione uenerea ne impediatur à Dei seruitio, quod fit per uotum castitatis. Et remota propria uoluntate, ut quasi sub magistro instruantur, & exercitentur ad perueniendum ad istam perfectionem per ea quę sunt in regula, & ordinationibus, quod fit per uotum obedientię. Secundō patet, q[ui] religiosus non tenetur esse perfectus, sed tenetur intendere per modum finis, uel tēdere saltē uirtualiter ad perfectionem, uel hęc illam. Tertio patet q[ui] religiosus tenetur non contemnere perfectionem. Et quia ista duo scilicet intendere, uel contemnere perfectionem sunt uerbo obsecra: ideo indigent declaratione, ubi notandum est q[ui] quando aliquis fit religiosus. Primō apprehendit istam perfectionem, scilicet quid fit seruire Deo, modis dictis. Deinde deliberat hoc esse faciendum, postea per uolun-

tatem acceptat, & intendit se obligare. unde promittit per uotum ad sic operandum, & hoc est primo intendere perfectionem, quod pertinet ad incipientes, & d[icitur] permanere in ista intentione uirtualiter et postquam non operatur, neque cogitat actum quousque frangat hanc intentionem per actum contrarium. s. q[ui] deliberat actualiter non intendere talem perfectionem, uel non appreciare, uel non extimare talem perfectionem, uel statuta principalia regular, uel constitutionum, & tunc frangit illud propositum primum, in quo d[icitur] contemnere perfectionem. uer. intendere. §. 1. unde S. Th. 2. 2. q. 18. par. 2. ad secundum ait dicendum q[ui] homines statum perfectionis assumunt, nō quasi proficientes, seipsos perfectos esse, sed proficientes se ad perfectionē tēdere. unde S. Apostolus dicit ad Philip. 3. Non q[ui] iam cōprehenderim aut iam perfectus sim. Sequor aut[em] si quo mō comprehendam. Et postea subdit. Quicumq[ue] ergo perfecti sumus hoc sentiamus. unde non comittit aliquis mendacium, uel simulationem ex hoc, q[ui] aliquis non est perfectus, qui statum perfectionis assumit, sed ex eo, q[ui] ab intentione perfectionis animi reuocat hęc S. Th. Ideo aduerte q[ui] S. doc. propriē loquitur de intentione, ut distinguitur cōtra executionem, & intendit q[ui] dupliciter contingit religiosos deficere à perfectione ad quam tenentur. vno modo executi uel quia, s. non exequentur illos perfectionis actus quos debent, & tales non sunt simulatores, neq[ue] mendaces. Alio modo s[ed] intentionem: quia, s. deponunt intentionem, perfectionem prosequendi. Et tales esse in contemptu, & poni à s. Th. in statu peccati mortalis tanquā mendaces, & simulatores, factu est clarum. Et rō diuersitatis est, quia status ecclesiasticus, qui exterior est, signat directē ipsam intentionem existentium in statu, & non executionem. Cuius signum est, q[ui] aliquis statim, ut fit religiosus ex sola intentione proficiens ueraciter in statu illo esse dicitur absque simulatione quancunq[ue] uerbo, uel facto, & p[ro]p[ter]ea caueant sibi multum religiosi, ne animi proficiēdi deponant, quem tunc proculdubio habent cum intendunt uiuere s[ed] regulam suam, quāuis in multis interdum delinquāt. Q[ui] igitur reuocat animū ab intentione seruadi

regulam, &c. tunc dicitur non intendere, & per consequens contemnere perfectionem. & non quod status perfectionis dicitur multis modis. Primum dicitur formaliter, & elicitive, & sic dicitur de charitate, dum actus dilectionis in quo formaliter perfectio consistit eligit. Alio modo dicitur factive, quia factuum perfectionis significat, ut episcopus. Tertio dicitur status perfectionis: quia exercitium, & disciplinam ad perfectionem accessivè significat, ut religio, antonomastice sumpta, quæ significat accessum ad perfectionem tanquam ad finem. Et non quod contemptus regulæ, & contemptus perfectionis se committantur: ita quod impossibile est, ut quis non contemnat regulam suam, & contemnat perfectionem: quia si non contemnit regulam iam permanet in professione tendendi ad perfectionem, ac per hoc non contemnit perfectionem, & sicut si non contemnit perfectionem consequens est, ut velit subici regulæ per quam tenetur ad perfectionem tendere, videlicet aliquid verum similitudo. §. 3. Et si ex hoc, si non intendere, vel non appreciare procedat ad faciendum contra ea quæ primò intendebat in primo proposito, si quæ continentur in votis, vel regulâ, tunc peccat per contemptum: ita quod operari ex contemptu plus est quam contemnere, eo quod contemnere est non intendere, ut dictum est: peccare vero ex contemptu est ex tali non intendere facere contra regulam ex hoc, quod ei subici non vult. Si vero perseverat in primo bono proposito, scilicet actualiter operando saltem virtualiter secundum illam quæ proposuit, & diu perseverat tunc dicitur proficere, & pari modo posset hoc continere, & frangere, & iterum renovare, ut dictum est de primo bono proposito. Si autem in sic operando dureret quousque veniat ad hoc, quod iam displicet sibi omni delectatio seculi propter amorem, & fervorem charitatis, ut iam cupiat dissolvi, & esse cum Christo, ut faciebat Paulus, tunc iam est perfectus, quamvis perfectionem potest continuare, & frangere quamdiu est in via, ut dictum est de incipiente. Et etiam quando semel fregit potest iterum reformare.

6. Quinto consequenter ad præcedentia quod dicitur de præminentia unius religionis ad aliam, ad quod. Resp. secundum S. Th. 2. 2. q. 188. ar. 6. secundum quod ordinat d. Ar. Fl. 3. tit. 16. c. 1. §. 2. quod excellentia unius religionis ad aliam potest attendi tripliciter, uno modo principali

ter ex parte finis, & sic illa religio dicitur perfectior alia, quæ ordinatur ad potiorem finem, & secundum hoc inter religiones, illa quæ ordinatur ad docendum, & prædicandum tenet summum gradum, & ratio est, quia quamvis prædicare, & docere sit actus vite activæ, procedit tamen ex plenitudine contemplationis secundum Greg. unde præferuntur simplici contemplationi sicut maius est illuminare, quam lucere solum, & isto modo intelligitur. c. li. ceter. de reg. ubi dicitur, sicut maius bonum minori præponitur: ita utilitas eorum specialis, & in hoc rectè præponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, labor quieti, vnde religiones deputantur ad ista sunt perpinquissime perfectioni episcoporum. Secundum gradum tenent illæ quæ ordinantur ad contemplationem. Tertium quæ ordinantur ad actus exteriores. Secundò attenditur excellentia unius religionis ad aliam secundum quod in eodem genere finis, una ordinatur ad arduiorem actum, quam altera, puta si religiones quæ ordinantur ad contemplativam, una ordinatur ad orandum, & altera magis ad legendum erit perfectior prima, quia altioris contemplationis est oratio, quam lectio, & inter opera activæ vite potior est redimere captivum, quam recipere hospitem, & ideo religio quæ ordinatur ad redimendos captivos erit excellentior, quam quæ ordinatur ad hospites suscipiendos, ceteris paribus. Potest etiam attendi ista excellentia si una illarum ad plura ordinetur, quam alia, puta si ordinatur una ad legendum, & orandum, potior erit illa quæ ordinatur solum ad legendum, vel etiam si convenientiora statuta habeat ad consequendum finem propositum dicitur perfectior illa, quæ huiusmodi non habet. Tertio attenditur ex parte exercitii non quidem quantum ad quantitatem, sed quantum ad proportionem eius ad finem intentum. unde in collatione secunda. Moysi. Beati Antonii. preposuit discretiorem, quæ omnia moderatur, vigiliis, ieiuniis, & aliis huiusmodi. Non ergo ex hoc, quod religio aliqua habet arduiores observantias, debet iudicari potior, sed ex hoc quod maiori discretione sunt eius observantia ordinata ad finem intentum religionis, sicut maceratio carnis per abstinentiam cibi, & potus, sicut faciunt monachi qui non comedunt carnes, & mul-

tam ieiunant efficacius ordinantur ad continentiam, quam per subtractionem uel laborum seu calciamentorum uel corporalem laborem Ioan. And. in cap. sanc. de regul. in nouella. postquam posuit prædicta post B. Thom. subdit, nos canonistæ non ponderatis his subtilitatibus solum solumus aduertere, ubi sunt arctior, strictior, durior, uel fortior modus uiuendi. unde in cap. licet. de regul. dicitur de arctiori uita & sanctiori ad quam licet transire ex laxiori licentia petitas, & sic cum omnes religioes sint ordinatæ ad summum finem qui est charitas per quam coniunguntur Deo ut in extrauaganti Ioan. 22. quæ incipit. Ad conditorem. Et sic cum finis sit idem, solum ponderamus arctiorem modum uiuendi, unde si in una religione sit sola contemplatio con artissimo modo uiuendi non admitteremus transitum ad religionem in qua esset contemplatio & prædicationis officium cum laxo, uel minus arcto modo uiuendi, quod tamen Theologi admitterent secundum not. supra. Et addit post Tho. quod paupertas religionis ex hoc quod est maior non propterea facit religionem perfectionem simpliciter aliis hæc Io. Andr. de hoc ultimo. uide in §. sequen.

¶ Sexto ¶ utrum habere bona temporalia siue possidere eadem diminuat perfectionem religionis, ita quod paupertas augeat perfectionem eiusdem. Respond. secundum quod habetur ex dictis. Sancti. Tho. secunda secundæ quæstio. 188. ar. 7. q. habere bona temporalia potest esse dupliciter. Primo in particulari, uel tanquam propria & diminuta, quia sollicitudo quæ est circa res proprias pertinet ad amorem priuatum qui minuit de perfectione charitatis, immo est contra essentiam uoti paupertatis. Alio modo possunt haberi in communi & hoc potest esse secundum triplicem gradum religionis. Nam illis religionibus, quæ ordinantur ad corporales actiones uitæ actiue, competit habere abundantiam diuitiarum communium ut possit facere largas elemosinas, & sic sunt perfectiores quando habent plures diuitias. Illis autem religionibus quæ sunt ordinatæ ad contemplandum solum, magis competit habere possessiones moderatas nisi simul oporteat tales religiosos per se, uel

per alios hospitalitatem tenere & pauperibus subuenire. Ille uero religiones quæ ordinantur ad contemplata aliis tradenda per prædicationem & audientiam confessionum per lectionem, uel per consilia ad eas competit uitam habere maximè ab exterioribus sollicitudinibus expedita, quod quidem fit dum modica quæ sunt necessaria uitæ, congruo tempore procurata conseruantur, & hoc Dominus paupertatis institutor docuit suo exemplo, habebat enim loculos. Ioan. 12. & per Ioan. 22. determinatum fuit esse hæreticum dicere & pertinaciter asserere Christum non habuisse aliquod in communi ex quo patet quod conseruare pecuniam aut quascunq; que alias res in communi, siue mobiles, siue immobiles ad sustentationem religionum, est perfectioni conforme quam Christus docuit suo exemplo, sed & discipuli post resurrectionem à quibus omnis religioso sumpsit exordium prædicationum conseruabant & distribuabant unicuique prout opus erat. Ex quibus patet q. illæ religiones quæ ordinantur ad contemplandum solum, uel ad contemplata alijs tradenda debent carere sollicitudine quantum est possibile, ut magis possint insistere contemplationi, habere autem diuitias abundantes etiam in communi habet magnam sollicitudinem, magnam amorem ad alias, & inanem gloriam, & sic diminuit de perfectione, habere uero diuitias necessarias in communi moderata pertinet ad amorem charitatis quæ nõ querit quæ sua sunt & minimam sollicitudinem habet, nõ ingerit nec incitat ad magnam amorem, uel ad inanem gloriam, ideo non minuit perfectionem: unde querere necessaria dietim habet maiorem sollicitudinem, & uagationem quã habere moderata in communi, & ideo minuit de perfectione. Si quis autem arguat quod aliqui uiri sancti ut Sanctus Dominicus & Franciscus laudauerunt maximam paupertatem & uideatur quod mendicare dietim sit quid perfectius quam habere diuitias moderatas. Respond. secundum S. Thom. ubi supra q. illi. SS. uiri inuenerunt ne introducerentur diuitiæ magnæ quæ inferunt sollicitudinem magnam, amorem, & inanem gloriam, & in isto sensu San. Domini-

cus prohibuit: &c. hoc cōfirmatur per text.
 2. q. 2. c. illi autem: ubi dicitur, quòd sine
 impedimento perfectionis, ecclesiæ pos-
 sunt facultates quæ sunt communes possi-
 dere. patet igitur tam ex isto. §. quam præ-
 cedenti, quod nuditas siue paupertas nō sunt
 de essentia perfectionis, sed moderatè sum-
 pta possunt esse instrumentum eius: imo
 paupertas est minimum instrumentum in
 ter tria principalia. Nam paupertas est mi-
 nus, quàm castitas, & castitas minus, quàm
 obedientia intellige semper ceteris pari-
 bus, & in eodem genere: uide §. præceden-
 tem in fin. de capacitate religionis ad pos-
 siones: vide uersicu. legatum. primo. §. 4.
 3. ¶ Septimò, utrum perfectior sit religio in
 societate uiuentium quàm agentium solita-
 riâ uitam. Resp. s. Th. 2. 2. q. 188. ar. si.
 quod sicut id quod imperfectum est præemi-
 net ei quod ad perfectionem exercetur ita
 uita solitaria si debite assumatur præe-
 minet uitæ sociali, si autem absq; præceden-
 ti exercitio in quo sit perfectus, talis uita as-
 sumatur est periculosissima nisi per diui-
 nam suppleatur, quod in aliis per exerci-
 tium acquiritur: ubi not. secundum D. Ar-
 chie. Flo. ut. 16. e. 1. §. 3. post Benedictum,
 & Hieronimum quod triplex est genus mona-
 chorum primi dicuntur Sarabitz discurre-
 tes hinc, & inde, & uiuentes in spiritu li-
 bertatis qui dicunt se Christum sequi in
 eo, quod circuibat per ciuitates, & castella, hi
 satis uituperantur à doct. & in iure 16. q.
 1. c. quidam monachi, & c. qui uerè. secūdi
 dicuntur Cœnobitz, i. in congregatione
 uiuentes hi uidentur exorti sub Heliseo
 qui constituit cuneos profetarum renoua-
 ti à Christo qui discipulos habuit simul
 habitantes, & in communi uiuendi, & isti
 habent diuersos modos uiuendi, tertii
 dicuntur Anachoritz id est, solitarii uiuē-
 tes qui dicuntur Christum imitari in
 eo, quòd solus agebat in desertis Matth.
 1. Hi traxerunt inuicem Helia uel à Ioan-
 ne Baptista, de quibus dicitur in dict. cap.
 qui uerè, & solitariam uitam eligunt, & di-
 gni sunt conuenienti honore, & talis ui-
 ra competit solis perfectis qui aliorum re-
 gimine non indigent, sed solum spiritu
 Dei aguntur, de hac participant satis Car-
 thusioses, & Heremitz. Camedulen. licet
 etiam participant de Cœnobita, quia si-

mul quandoque conueniunt. unde nota,
 quòd id quod est solitariu debet esse si-
 bi per se sufficiens. hoc autem est cui nihil
 deest quod pertinet ad rationem perfecti,
 & ideo illi conuenit qui iam ad perfectum
 peruenit uel ex diuino munere sicut Ioan-
 nes Baptista uel per exercitiū. uide aliquid
 uer. heremita. §. si. uide uer. p̄sumptio. §. si.
 9. ¶ Octauò, utrum dispositio odiosa con-
 cepta erga regulares uel religiosos exten-
 datur ad fratres tertii habitus uel ad al-
 ios, qui non sunt propriissimè religiosi.
 Respon. secundum Pan. in rub. de reg. iur.
 quòd non, quia tales propriè non dicun-
 tur religiosi. unde potius eorum regula
 est quidam modus bene uiuendi, licet sic
 approbatus per Papam, & ideo solū com-
 prehendit illos qui tria uota substantia-
 lia promiserunt in religione alicuius re-
 gula approbatæ secundum Ioan. An. in gl.
 cle. 1. de deci. unde Iesuitæ etiam non con-
 prehendantur, & similes, & hoc uerum ni-
 si aliud addatur puta, quicumque religiosi,
 Nam tunc etiam comprehenderentur. Ho-
 spitalarij Ierosolimitani, qui nō possunt
 contrahere matrimonium, & promittunt
 obedientiam superiori, & non possunt re-
 trocedere ab illo statu non tamen com-
 prehenderentur alij Hospitalarij qui utun-
 tur matrimonio licet portent certum habi-
 tur quia non sunt religiosi neque stric-
 tio neque largo modo. in fauorabilibus
 bene comprehenduntur præfati fratres,
 quia largo modo uidentur sub regula ra-
 tione promissionis factæ superiori eorum.
 hæc Pan. intellige etiam de similibus. Er-
 quomodo tales gaudeant priuilegio cle-
 ricali. uer. excommunicatio. 5. casu. 1. §. 18.
 & sequen.

10. ¶ Nonò, ut quis possit effici religiosus.
 Respon. quilibet qui non habet aliquam
 de infra scriptis conditionibus quarum pri-
 ma est ætas immatura de quo dic ut supra.
 uer. nouitius. §. 1. 2. & 3. & magis uer. uo-
 tum. §. 5. de pœna recipientis ad pro-
 fessionem ante tempus. uerū. nouitios. §. 3.
 & quarto.

11. ¶ Decimò, ut secunda est seruilis conditio
 seruus quippe sine consensu domini non
 potest iterare religionem ar. 5. 4. di. ca. nul-
 lus ep̄orum, præscribitur tamen triennio
 à religione, quæ hoc ignorat si dominus

feit, & non repetit. 17. q. 2. c. si quis incognitus. Ille tñ si repetatur à domino religiosus erit s'm Htugo. ibidem ar. 27. q. 1. ca. de uiduis, & religioni tenebitur quātum in ipso est, & si manumitteretur non posset contra here, nec obstat c. quidā. de cōuer. coniu. q'a ille qui habet uxorem nō potest seruare castitatem ca. inuita, & sic religiosus esse non potest, sed seruus sic, quia non requiritur corpus liberum ut sit monachus, eūm in domo propria quis possit esse religiosus d. c. de uiduis, & hoc intellige de omni genere seruorum si uerò fecit professionem ante tricensim sciens tunc secundum Ray. debet remanere in monasterio, & monasteriū tenebitur domino quia fuit in culpa in recipiendo uersic. uorum. 5. §. 6.

12. ¶ Undecimò, ¶ tertia debitorum obligatio: qui. n. debet aliquid alteri non potest licitè prætermittere ut religionem ingrediatur. 57. di. c. generalis. si tñ sit debitor pecuniæ uel talis debitor non habet unde satisfaciatur, tunc faciat quod potest. si cedat bonis suis creditori, & sufficit, propter pecuniam. n. nō obligatur persona liberi hominis, sed tantū ad compensam. unde licet ei rebus suis exhibitis ingredi religionem, nec tenetur in seculo remanere ut procurrat unde soluat debitum si modo ex zelo Dei, & seruire charitatis hoc faciat, quia spiritus sancti autoritate hoc facit cui nemo potest resistere. 19. q. 2. c. duæ. de regul. in. c. licet. Si tamen monasterium quod ingreditur aliquid acquireret per successionem hæreditariam uel per donationem uel legatū ratione ipsius soltam, sic tenetur satisfacere quantū se illud extendit quod habuit eius occasione solummodo. ar. c. si qua mulier. 19. q. 3. s'm uerò Pe. de palu. 4. di. 38. q. 4. ar. 3. in tertia conclusione. Ante professionē debet per se soluere debita, sed per professionem qua bonis cedit, & mundo moritur, realia debita in monasterium transferuntur quia obligatur sicut hæres, non tamen ultra ualorem bonorum si ignorauit uel inuentarium facit, sicut nec quicumque alius hæres, dico autem bonorum quæ ad monasterium uenerunt nam de reliquis sufficit cedere actionem nec compellitur monasterium litigare. hæc Pe. Si autem sunt obligatio ad rationia rei publicæ non sunt recipiendi dis.

4. c. legē, si uerò priuatorum, honestum est ut prius de ratiociniis se expediāt nō autē est necessarium s'm Ray. poterit etiam secūdum Ray. in monasterio existēs, scribere uel aliud honestum opus facere ad liberandum se, dummodo propter hoc non negligat officium diuinum. 12. q. 1. c. clericus, nec impeditur in aliquo obseruantia regularis, hoc intellige de bene esse, nisi ratio scandali e iam si cū iuramento hoc deberet ar. d. ca. licet. nec iuramentum uiolat q' in melius commutat c. peruenit de iur. iu. uide aliquid uer. ratiocinia, & uer. pietas. §. 1. & 2. hic habes quomodo potest intrare sine licentia parentum.

13. ¶ Duodecimò, ¶ quarta est dignitatis astitio ut sunt episcopi, & alii superiores qui sine licentia Papæ non possunt intrare. ca. licet, de regul. inferiores uerò episcopis possunt, et inuitis suis epis. 19. q. 2. duæ, sicut sunt decani, præpositi, Archidiaconi, Archipresbyteri, curati, & oēs alii inferiores epis, beneficiū tñ eorū alteri non debet cōferri nisi expressè uel tacitè professi fuerint. c. beneficiū de reg. iu. li. 6. debent tñ petere licentiā quamuis non obtineant ut d. c. licet. de fructibus aut beneficiū ante professionem debet pars debita assignari alicui qui seruiat pro ipso d. c. beneficium, reliquū uerò erit ipsius ut non sit onerosus monasterio. 16. qō. 6. de lapsis, quia nec propter est religiosus ut patet in c. religioso. de sen. exco. lib. 6. nec beneficiū suum uacat uer. nouitius. §. 12.

14. ¶ Decimotertio, ¶ quinta est matrimonii obligatio. si post consummationē, nā tunc non potest religionē intrare nisi prout dicitur. matrimonii. 1. §. 2. intellige et si copula est habita post matrimonii cōtractum uel sponsalia, sed non si ante quia sic non impediret nec matrimonii diceretur consummatū ar. c. ueniens. de spon. et si iurasset ducere aliquā, poterit tñ intrare. c. peruenit c. 2. de iur. iur. Est tñ opinio, q' melius est ut prius contrahat, & post ingrediatur ne uideatur peritius uide d. §. 2. & uersic. impedimentum uoti.

15. ¶ Decimoquarto, ¶ sexta est coactionis impositio. Nā oportet ut uoluntarius aut non teneret in gressu ar. de reg. c. i. 20. q. 3. c. pñs. In aliquibus aut religionibus requiritur ultra. sicut sit corpore laicus, legitime maritus

animo promptus, competenter literatus, vel ad honestos labores aptus, attamen si quis reciperetur in aliquo istorum teneret, vt plurimum præter primum & quintum.

- 16 ¶ Decimoquinto ¶ quomodo debet quis intrare aut qua intentione. Resp. vt moriatur seculo & seruiat Christo. 12. q. 1. c. 2. & quilibet s. m. S. Tho. debet reputare uotum religionis esse bonum nec indiget cōsilio, eum sit religio manifestè bona, & debet et reputare esse proportionatam suæ infirmitati nisi expressè constet de contrario: propter custodiam. n. quæ adhibetur magis religiosis quàm secularibus, & propter bona exempla quæ uident ibi frequentius, & propter bona uerba quæ frequentius audiunt, & propter maiores cōsolationes quas diuina benignitas ob fauorem religionis & ex sancta societate infundit eis, efficitur eius obseruantia proportionata in ipsa existenti quæ proportionata non essent remanenti in seculo. Nisi fortè quantum ad religionem. s. quã debet ingredi, & sic debet petere consilium ab his qui cognoscunt & non impediunt. Et ubi quis ex ignorantia, uel errore intèderet illam ingredi in qua non bene uiuitur, crudelitas esset non reddere eum caurum. di. 83. §. 1. Sed ubi quis instigatur & multum inclinatur ad unam quæ sit bona nõ sine magna causa est remouendus ab ea, & ad aliam inducendus, ut. n. di. 20. q. 3. præfens. Quod quis non elegerit, uel optat profecto non diligit, quod autem non diligit facile contemnit.
- 17 ¶ Decimosexto ¶ utrum intrans religionē ex causa inhonestæ, puta ut esset abbas, uel vt melius triumphet, uel gaudeat & huiusmodi teneatur licet non cōsequatur suam intentionem. Res. s. m. Pa. in c. ut clerici. de regul. quod sic, quia effectus est religiosus, hoc non obstant, ut tenet glo. in d. cap. ut clerici, & facit bonus text. cum glo. in cap. quod interrogasti. 27. q. 3. uide vtr. beneficium. 3. §. 17.
- 18 ¶ Decimosextimo ¶ quid de illo qui dolo inductus est ad religionem. Res. q. nihilominus erit religiosus. de conuer. coniug. c. ex parte el 2. & c. ueniens, & ca. dudum, quod me. c. c. cum dilectus. uer. d. 6. §. 6.
- 19 ¶ Decimooctauo ¶ quid de illo qui metu mortis efficitur religiosus. Res. q. si timor inferatur ab homine sic non est religiosus

quod met. causa, perlatum. nec obligatur per tale uotum nisi postea ratificetur. vt in c. porrectum, & in c. sicut nobis. de regul. & hoc intellige quando talis timor inferitur ab homine, ut profiteatur, uel faciat tale uotum, & sic loquitur, & debet intelligi. d. ca. perlatum. Si uerò metus sit casualis uel naturalis, puta infirmus uel in mari tempore tempestatis, uel in periculo latronum aut inimicorum, sic talis metus non impedit quin sit obligatus religioni uel uoto, si de liberatè hoc fecit. ut in d. c. porrectum. & d. ca. sicut nobis. quia Deus quandoque tales timores immitit ut conuerramur. 16. q. 1. reuertimini, & Pa. in d. c. sicut. Alii dicunt quod si quàm cito conualescentiã uel euasione periculi sentit, contradicere non tenetur etiam in metu casuali si uotum fecit. alleg. c. ex transmissa, & c. fin. de renun. sed prima melior, quomodo in tali uoto meticulouso episcopus potest dispensare. uide uer. dispensatio. §. 9.

- 20 ¶ Decimonono ¶ utrum allectus blanditiis sit religiosus. Res. q. sic, & stare tenetur licet bona sua parentibus, uel hæredibus remanere debeant nõ monasterio allicienti. 20. q. 3. c. constituit.
- 21 ¶ Vigesimo ¶ quid si quis ingrediatur aliquam religionem sub conditione. Res. s. m. Pe. de pal. 4. distin. 26. q. 2. ar. 2. q. professio expressa cum aliqua mala intentione, uel expressione illicita facta, aliqui tenet, aliquando non: si. n. profitendo intendit esse religiosus, sed cū hoc intendit furari, uel fornicari, uel rebellare, & ideo proficitur, & intendit esse religiosus, ut sic possit fieri episcopus, uel aliquid male facere professio tenet, quia intendit se obligare ad uota licet intendat non soluere quod promisit tamen consentit in promittendo, solum autem obligatio ad uota, non impletio, est de essentia religionis. Item si exprimat in professione aliquid quod non sit contrariū essentia religionis, puta quia de licentia prælati retineat, uel custodiat pecuniam, uel aliquid tale ualet professio. Si uerò solum non intendit castè uiuere immo nec intendit se obligare ad hoc, tunc non esset professus, quia hæc intentio repugnat intèrioni religionis quod ad essentiam, & idem est de aliis uotis. Si uerò ex primat aliquid repugnas non honestum

& essentialis, puta q̄ non intendit se obligare ad castitatem, uel aliquid tale non ualet professio, sicut nec ualet propter solam intentionem, & idem si dicat non intendendo seruare castitatem promissam quantumcunque promittam. Et hæc expressa non nocent non expressa, non nocent ad similitudinem matrimonii carnalis. hæc Pe. Nisi enim exprimat ecclesia cogit eum seruare non obstante contraria intentione Guil. dicit quod si exprimat conditio contra particularem austeritatem ut quod licet ei comedere carnes si scit hoc contineri in regula, uel constitutionibus quas proficitur, tenetur, secus si nescit. Innoc. autem dicit conformiter quod si ingrediendi diceretur, tu debes profiteri regulam beati Aug. & bene potes comedere carnes, & in bello monasterio essent constitutiones quod non comederent, bene posset comedere, cum nec regula hoc habeat nec uniuersalis constitutio, nec ei posset aliquid imputari nisi esset scandalum, & tunc posset ad alium locum mutari, sed secus si diceretur sibi uolenti profiteri regulam B. Benedicti ubi omnes debent abstinere à carnibus, & tunc fatuitati eius imputaretur si credit ei qui promittebat sibi quod liceret. Pa. uero in c. fi. de condi. appo. post Car. & glo. ibidem, tenet professionem esse nullam quando est apposita conditio de tenendo proprium ex quo præcisè ille stetit in sua uoluntate nec aliter uoluit se obligare, rō quia remota parte essentiali actus, remouetur. & ipse actus, ut in capit. tua. de spon. uer. pactum. §. 9. sed retinere proprium est contra substantiam religionis. ut in c. cum ad monasterium. in fin. de sta. regu. in noto enim non ad plus tenetur quam uellit se obligare, sed iste noluit se obligare nisi posset tenere proprium, & ista opinio secundum Pa. uidetur uerior quam sint multæ aliz opiniones, ut idem ibidem recitat. Ipse etiam Pa. in c. fi. qui cle. uel uo. sic distinguit: q̄ aut quis proficitur simpliciter cum professione, uel conditione de suis bonis tenendis, & v̄ in dubio q̄ referuauerit sibi illa bona ut obediētarius monasterii, quia uerba apposita in contractu debent intelligi s̄m naturam contractus, ut in l. si uno. in prin. ff. locati, maximè ut res, potius ualet quam pereat. l. quoties. de

uerbo. obf. & in c. abbate. de uerb. signifi. etiam impropriis uerbis. ut in d. c. fi. qui cle. uel uo s̄m unum intellectum. Aut constat q̄ sibi uoluit referuare proprium ita q̄ non est locus interpretationi tunc professio est nulla & fortè q̄ ista distinctio esset bona in foro contentioso. In conscientia autem tantū uidetur obligati quantum uoluit quia uotum debet esse uoluntarium & non habet aliam causam obligadi nisi ex uoluntate, si ergo noluit se obligare ad id quod est de essentia ad nihil tenetur, cū deficiente essentia rei res non sit. Si uero non est de essentia non tenetur ad illud, sed tenetur ad alia, quia essentia stat.

22. ¶ Vigesimo primò † quid de ingrediente religionem alicuius monasterii in quo non seruatur regula quo ad accidentalia, puta comeduntur carnes in ordine S. Benedicti, uel non seruatur regula antiquius instituta deinde reformatum monasterium, nūquid ille qui fuit ingressus tempore dissolutionis possit compelli, uel tenetur ad obseruantiam regulæ reformatæ. Respō. Panor. in cap. super eo. de regul. quem sequitur Rosella in uer. religio. 2. §. 12. dicit quosdam distinguere inter discretum & indiscretum. Alia opinio quam uidetur sequi Innocen. est ut indistinctè compellatur esse in illo monasterio, quia aut intrauit intuitu Dei, & non debet posse allegare quod non uult obseruare regulam reformatam, maximè si sciuit quando professus est quod regula sic continebat, si autē dicit se non intrasse bono aīo, sed ut s̄m regulā uiueret tūc uigentem, & non debet audiri tanquam allegans turpitudinem suam, sed Pa. dicit ista procedere quantum ad ecclesiam militantē que non iudicat de occultis, sed in foro aīæ putat animaduertendam intentionem istius ingressi, nam uotum omnino debet esse uoluntarium, ut in cap. licet. de regul. ideo si quis non habuit animum se obligandi nisi respectu quæ ibi obseruabantur non putat quod iste apud Deum sit obligatus maximè, quia substantialia religionis sunt tria uota. Alia sunt accidentalia ordinata ad ista tria, unde si per tantum tempus de cuius initio non est memoria, aliqua accidentalia regulæ non fuerunt in illo monasterio obseruata, satis potuit

potuit ingrediens cogitare, & ex aliqua causa hoc prouenerit cum ista accidentalia possint adesse, & abesse stante religione in illis tribus substantialibus, unde saltem an equam regula reformetur per superiorem illi qui fuerunt ingressi tempore quo remissius uiuebatur non uidentur peccare, & ita consulit d. suus Car. ut idem Pan. refert: monasterio tamen reformato necesse habebit adire aliud monasterium, uel profiteri de nouo secundum reformationem, & sic expone quæ dicit Angelica. ver sicu. religiosus. §. 32. sed in foro conscientie dic, ut hic. Sed quid si prælatus cum maiori parte collegii, uel capituli, faceret statutum arctans ad uitam strictiorem: utrum omnes teneantur, qui sunt illius collegii, seu religionis, quidam inter quos est Inn. in c. super eo. de reg. dicunt simpliciter, & sic, argumenta eorum. primum est in cap. unico. de regul. lib. 6. ubi monialib. inducitur strictior uita per clausuram. secundum argum. quod ponit Ioan. And. in glo. dicti c. unici. quia religiosi non habent uelle, neque nolle. Tertium quia in uoto obedientie intelliguntur statuta & ordinationes, huic uidetur adherere Io. An. in d. glo. & in glo. c. quod omnes tangit. de iure iur. lib. 6. Quidam alii post glo. c. gesta. 74. dist. tenent simpliciter, & non quia quod omnes tangit ab omnibus. debet approbari. Posset distingui secundum Io. An. in d. glo. & S. Th. ut ponitur supra uer. obedientia. §. 5. & ista statuta, uel sunt ad reformationem regulæ antiquæ, uel conferentia ad pleniorē obseruantiam illius, & sic est uera prima opinio cum suis motiuis, uel arctat ad aliquid quod est supra regulam, & sic s. m. S. Tho. ubi supra non possunt, nec ipse tenentur obedire nisi consentiant, ut uelint se obligare ad illa, & sic intellige secundam opinionem. unde tenentur obedire soli prælato quando præcipit ea quæ sunt secundum communem obseruantiam, & consuetudinem: prælato autem, & maiori parti collegii tenentur in his quæ sunt ad maiorem obseruantiam eorum. Prælato uero quando omnes consentiunt uolentes se obligare, tenentur ad omnia rationabiliter ordinata. uide uer. monachus. §. 8.

43, ¶ Vigesimo secundo, ¶ utrum religiosus semper peccet mortaliter transgredien-

do ea, quæ sunt in constitutionibus, ordinationibus, & regula. Respon. secundum S. Th. 2. 2. q. 186. ar. 9. q. nō, quamuis alii aliter dicant, sed opinio S. Tho. uerior, & communior. unde ait. In regula continentur aliquid dupliciter, uno modo sicut finis regulæ, puta ea quæ pertinent ad actus uirtutum, & horum transgressio quantum ad ea quæ cadunt communiter sub præcepto obligant ad mortale non ratione regulæ, sed de se, quantum uero ad ea quæ excidunt communiter necessitate præcepti, id est de se non sunt sub præcepto non obligat ad mortale nisi propter contemptum, quia religiosus non tenetur esse perfectus, sed ad perfectionem tendere cui contrariatur perfectionis contemptus. Alio modo continentur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium sicut omnes exteriores obseruantie inter quas sunt quædam ad quas obligatur religiosus ex uoto professionis: uotum autem professionis respicit principaliter tria, scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam. Alia uero omnia ad hæc ordinantur, & ideo transgressio horum trium obligat ad mortale, aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum regulæ: quia hoc directè contrariatur professioni per quam aliquis uouit regularem uitam, uel propter præceptum siue oretenus à prælato factum, siue in regula expressum, quia hoc esset facere cōtra obedientie uotum. Et si quis arguat sicut faciunt quidam, & tenent, q. semper transgrediendi regulam facit contra uotum, eō q. uouit regulam. Respon. San. Thom. ubi supra. ad primum dicens, q. ille qui proficitur regulam non uouet seruare omnia quæ sunt in regula, sed uouet regularem uitam, quæ essentialiter consistunt in tribus prædictis. unde & in quibusdam religionibus adhuc cautius profitentur non quidem regulam, sed uiuere secundum regulam, id est tendere ad hoc, quod mores suos informet secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar, & hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus adhuc cautius profitentur obedientiam secundum regulam: ita q. professioni non contrariatur, nisi id quod est contra præceptum regulæ, transgres-

sio uerò, uel omisio aliorum obligat solū ad peccatū ueniale: quia sicut dictū est huius modi disponēs est ad principalia uota, peccatum autē ueniale est dispositio ad mortale inquantū impedit ea quibus aliquis disponitur ad obseruanda principalia præcepta legis Christi, quæ sunt præcepta charitatis. B. uerò Benedicti, statuit monachū profiteri non quidē obseruare regulā, sed quod profertens promittit conuersionē morum suorū secundū regulam, hoc est dictum, ut secundū regulam dirigat mores suos contra quod facit si uel ea quæ sunt præcepta in regula transgrediat, uel etiam contemnat regulam, secundū eam dirigere actus suos omnino recusans, non autem omnia quæ sunt in regula sunt præcepta: quædam enim sunt monitiones, siue consilia, quædam uerò ordinationes, siue statuta, ut quod post completorium nemo loquatur. huiusmodi autem statuta quæ in regula continentur non habent uim præcepti, sicut nec prælatus aliquid statuens intendit semper ad peccatum mortale obligare per præceptum. Est autem prælatus quasi quædam regula animata. unde stultum esset putare, quod monachus frangens silentium post completorium peccaret mortaliter nisi forte faceret contra præceptum prælati, uel ex contemptu regulæ. Abstineret etiam à carnibus non ponitur in regula B. Benedicti, ut præceptum, sed ut statutum quoddam. unde monachus comedens carnes non ex hoc peccat mortaliter nisi in casu propter præceptum, uel contemptum quod autem canon dicat, quod comedēs carnes debet incarcerationi, intelligitur de illo qui contumaciter, uel inobedienter comedit, scilicet contra præceptum, uel ex contemptu. Iterum in ordine prædicatorum est cautissima, & securissima forma proficendi qua non promittit se seruare regulam, sed obedientiam secundū regulam. unde ex uoto obligantur ad seruanda ea quæ ponuntur in regula, tanquam præcepta, & quæ prælatus secundū tenorem regulæ sibi præcipere uoluerit, transgressio uerò, uel omisio aliorum ex suo genere non obligat ad culpam neque mortalem, neque ueniale, id est non plus peccant mortaliter, seu uenialiter, ac si non haberent constitutiones. Si quis dicat con-

tra, quia non datur pœna sine culpa: similiter ponuntur multæ culpæ, scilicet leuis culpa, &c. Resp. quod cōcludit de pœna, & culpa propriè, hic autē accipiunt communiter. notamè quod illa capit. de culpis prius fuerat facta, quod statutum ubi dicit, quod non obligant ad culpā, quod fuit factum in secundo c. generalissimo anno domini 1237. & sic remāserunt in terminis suis, qui non possunt nisi communiter accipi, prius uero stabant propriè, secus tamen esset de regula, quia non sic ordinauerunt patres de regula, immo non potuerunt, ut placet Io. A. n. d. sed solū ad pœnam taxatam sustinendam intellige ubi non requiritur actus hominis, puta dicit, quod qui frerit silentium sedeat in terra, hic requiritur actus hominis, id etiā oportet, quod prælatus sententiet ipsam incurrisse, & tunc tenetur, aliās secus, in aliquibus autem non requiritur actus hominis, ut puta dicit regula, qui sic fecit, sit excommunicatus ipso facto, hic non requiritur alia sententia. Quidam limitant quando pœna non est taxata, nec imposita à constitutione, sed taxanda, uel imponenda à prælato, ut contingit de pœnis leuis, uel grauibus culpæ: dicitur enim in d. ca. pro huiusmodi pœnis, ueniam petentibus, &c. secus secundū istos quando pœna est imposita, & taxata ab ipsa lege, ut contingit eisdem de pœna fracti silentii, ubi dicitur sedeat in uno prandio in terra, sed pro certo uidetur etiam hic requiri sententia declaratoria. Sed quid si pœna sit imposita à prælato, & non faciat utrum incurrat culpa. Respond. quod non, nisi secundū quod aliās incurreretur faciendo, scilicet propter contemptum, uel præceptum, quia ista constitutio de non incurra culpa est generalis. de quo uide uer si. pœna. §. 5. in fin. quia per hunc modum ad talia obligantur, qui tamen possent uenialiter, aut mortaliter peccare ex negligentia, uel libidine, seu contemptu. hęc 5. Thom. ubi supra ea. in quodl. 1. q. 9. art. 4. quem sequitur Rosella. uer si. religio. 1. in princ. Angelica uerò uer. religiosus. §. 27. dicit quod tutius faciunt minores dicendo promitto seruare regulam, scilicet uiuendo in obedientia siue proprio, & in castitate, & quod ille talis non tenetur nisi ad tria uota, & quod est prima regula in nobilitate,

tate, dicit etiam quod regula B. Augustini, & Benedicti indigent declaratione. Sed Rosella tibi supra uidetur dicere contrarium, dicens quod in regula fratrum minorum reperiuntur multa alia precepta, quae ista tria, & quaedam alia equipollentia, quae omnia obligant ad mortale. d. etiam Ar. Fl. 3. tit. 16. c. 1. §. 5. admiras de preceptis positus in regula minorum dicit, quod si habeat dispensationem, uel alias declarationes ignorat. unde patet, quod talis regula est minus secura, & indiget declaratione sicut multoties fuit factum per summos pontifices, nec minus sunt aliae regulae à Spiritu sancto, quam sua, vide aliquid. uer. pecunia. §. 1. Si quis iterum arguat, quod transgressio regulae est transgressio legis quae uidetur mortalis. Resp. S. Tho. ubi supra. l. 2. 2. ad secundum dicens, quod non omnia quae continentur in lege traduntur per modum precepti, sed sicut in lege civili non facit semper dignum poena mortis corporalis transgressio legalis: ita nec in lege ecclesiae, &c. de quo uer. lex. §. 25. 26. & 27. & quomodo cognoscitur quando est preceptiua ibi. §. 26. Et quomodo quando est preceptiua, & ponit poenam peccet mortaliter, uel non. uer. constitutio. §. fin. Si quis iterum dicat, quod illa quae sunt in regula Augustini uidentur omnia esse sub precepto, quia dicitur in prin. haec sunt, quae ut obseruetis precepimus. Resp. secundum D. Ar. Fl. ubi supra, post magistrum Vmbertum, quod non intendit obligare ad preceptum in omnibus, ut dictum est, sed secundum materiam subiectam, puta quando loquitur de trib. uotis de moralibus, quae secundum se sunt precepta. concor. S. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 7. ad primum. Et Io. An. in c. relatum. ne clement. mo. dicit, quod regula est in precepto quod est tria indistincte quod ad alia non credo esse in precepto. haec ille, de forma perfectionis. vide uersic. nouitius. §. 11. utrum nouitii obligentur ad precepta regulae ibi. dem. §. 13. Quae praecipiantur in iure monachis. uer. monachus. §. 7. Quomodo aliquando peccans ex contemptu non peccat mortaliter. uer. contemptus. §. 1. & 2.

¶ Viginti tertio, quod quia dictum est de perfectione religionis, ratione cuius potest religiosus transire de una ad aliam, ideo queritur quando possit haec fieri ubi no-

tandum est S. Tho. 2. 2. q. si. ar. 8. quod transire de religione ad religionem nisi propter magnam utilitatem uel necessitatem non est laudabile, tum quia ex hoc plurimum scandalizantur illi qui relinquuntur tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione quam consuevit ceteris paribus. potest tamen aliquis laudabiliter de una religione transire ad aliam triplici de causa. Primo quidem zelo perfectionis religionis. Secundo propter declinationem, quia laxiori modo incipiunt uiuere, & tunc laudabiliter transit ad religionem etiam minorem si melius obseruetur. Tertio propter infirmitatem uel debilitatem, unde aliquando prouenit, quod non potest aliquis arctioris religionis statuta seruare, posset tamen seruare statuta laxioris. Sed in his tribus casibus potest esse differentia. Nam in primo debet quidem propter humilitatem licentiam petere, quae tamen negari non potest dummodo constet illam esse arctiorem, si uero de hoc probabiliter dubitetur, est in hoc superioris iudicium requirendum ut habetur c. licet. de regul. & similiter requiritur superioris iudicium in secundo casu. In tertio uero casu est necessaria dispensatio. haec S. Th. canonista, & maxime Pa. in c. san. & c. non est, &c. licet. de regul. multa proposita materia breuiter tamen assumendo dicta eorum dimissis. alleg. dicendum est S. Th. quod aut religio ad quam uult transire est strictior. i. perfectior. ut supra. §. 5. & tunc si hoc facit zelo melioris uitae, & non ex temeritate aut leuitate uel odio prioris praetati, & si de hoc effect dubium ad superiorem esset recurrendum. Et secundum, si tunc uiuunt strictius, quia iura permittunt propter strictiorem modum actualem, tunc enim praesumitur motus spiritus sancti. tertio petat licentiam sui superioris. quarto, quod religio ex qua, non incurrat magnam iacturam uel infamiam, tunc istis simul concurrentibus potest transire etiam si non obtineat licentiam, etiam si primum monasterium esset priuilegiatum quod ex eo non possent transire, quia esset contra instinctum spiritus sancti. Aut religio est aequali, & tunc si non adest ratio nabilis causa potest solum transire auctoritate Papae, si uero adest causa, puta, quia habet aliquod impedimentum perfectio-

nis in sua quod non habet in alia, & similia, & episcopus potest dispensare in non exemptis, in exemptis uero proprius prelatorum cum consensu capituli. Aut religio ad quam, est laxior, & tunc vel in sua non seruat regula: ita quod actualiter illa est strictior quantum ad id quod nunc seruat tunc poterit transire, seruari illis quae dicta sunt in primo modo quod limita, quoniam non est aliud monasterium eiusdem religionis in prouincia in quo seruetur regula, nec est spes reformationis. Si uero seruat regula, & non adest causa legitima potest solum de licentia Papae quantum ad ecclesiam militantem, & forte secus quo ad Deum. Si uero adesset causa tunc secundum quosdam potest episcopus, vel prelatorum superiorum, quo ad exemptos. Item autem Hostiensis nisi factum uigeret consulendus esset papa, & hoc est in omnibus securius propter diuersa privilegia, & propter variationes multas religionum. Et si transferret de facto contra praedicta, esset repetendus, & cogitur redire etiam cum brachio seculari. Nota etiam, quod si transit ad aliquam in qua esset repetendus non incurrit apostasiam uel excommunicationem. Notamen, quod ista uera sunt de iure communi, sed quia multa sunt privilegia multarum religionum quae essent consideranda, & obseruanda ideo semper securius est ut petatur a papa. Not. iterum, quod Clem. 111. & Innoc. 111. & aliqui alii summi pontifices dederunt privilegia multa Cartusienibus, quod omnes possent ad eos transire, & quod si aliquis privilegiatus transiret ad eos contra proprium privilegium, & staret per annum inter eos, & non reuocaretur ab his, qui ex privilegio possunt reuocare, transacto anno potest inter eos remanere: not. tamen, quod tempore Innoc. & Clem. 111. nondum erant mendicantes. Sed Benedictus 111. dedit privilegium fratribus praedicatoribus quod incipit, Regularem uitam in quo cauetur, quod nullus fratrum mendicantium possit transire ad quemcunque ordinem monachalem sine speciali licentia faciente mentionem de dicta constitutione. Sed Martinus Quintus dedit etiam privilegium, quod incipit, Viam ambrosianam, in quo cauetur, quod nullus frater ordinum mendicantium possit transire ad ordines monachales praeterquam ad Cartusienes sub poena excom-

municationis latae sententiae nec possunt admitti uel recipi uirtute alicuius licentiae absque sedis eiusdem licentia speciali sub dictis poenis. Sixtus uero quartus in privilegio quod incipit, Regimini, in quo inserit mare magnum, sic ait, iubemus quoque ne quis post professionem in ordine uestro, id est praedicatorum, omnes etiam mendicantes habent idem privilegium factam ab ipso ordine sine sui magistri, uel sui superioris licentia discedat discedentem autem absque cautione literarum alterius ipsorum, praeterea alicuius privilegii apostolice sedis nullus audeat retinere quod si forte retinere presumpserit, uobis magistris, & singulis prioribus duntaxat, & uestris vicariis licitum sit in ipsos discedentes fratres excommunicationis sententiam promulgare detinentes uero eisdem secum uel in monasteriis, seu ecclesiis suis nisi eos eiecerint postquam eis denunciatum fuerit excommunicationis sententiae uoluntus subiacere non obstantibus, quod excommunicati non possunt: & c. per literas apostolicas: & c. nisi faciant specialem mentionem de huiusmodi: & c. & si quoniam habuerint licentiam nisi infra duos menses uel tres se non contulerint ad religionem sibi congruam licitum sit uobis procedere contra eos tanquam contra apostatas uestros, & similiter si illam exierint. Not. insuper quod Inno. 4. dedit privilegium fratribus praedicatoribus ut patet in libro privilegiorum eorum, quod cistercienses non possunt recipere fratres ordinis praedicatorum nisi prius summi pontificis uel prioris sui petita, & obuenta licentia. Et Benedictus 12. concessit, quod non possint transire ad ordines monachales.

25 ¶ Vigesimoquarto, † sed quid si dubitatur utrum religio ad quam transit sit strictior, quis habebit iudicare? Respon. secundum Pan. ubi supra, quod superioris iudicium est requirendum ad quem appellaretur si grauaretur, unde si oritur contentio inter religiosum, & superiorem non debet superior esse iudex in causa sua, sed superior debet adiri immediatus. Sed quid si prelatorum denegat uel non respondeat uel allegat causam iniustam. Respon. secundum Inno. & Pa. quod in his casibus, & similibus potest transire incontinenti transire, secus si allegaret causam iustam uel utrisimilem, & tunc debet

debet recurrere ad superiorem, si autem trá-
 sivit ad aliam non petita licentia potest re-
 peti, tamen si repetitur retiocandus non est
 ex quo iusta causa motus transiit, quidá
 tamen tenent contrarium. scilicet est reuocan-
 dus eo qd rex. dicit licentiam esse perendá,
 si igitur contemnit licentiam non vñ in-
 stitit. S. S. moueri, secus ergo si non con-
 temneret, vel nō faciat causa mala puta le-
 uitate, & illa ad quam transit sit strictior
 quamuis aliqui teneant indistincte, qd non
 teneat transitus. Abbates autem & alii p̄-
 lati exempti sufficit qd petant, quando pe-
 tunt ab inferiori à papa licet non obti-
 neant. Si uerò p̄nitent post licentiam da-
 tam & acceptam fm̄ vueru. si non inue-
 nitur antotem quæ uelit eum recipere uel si
 non potest sustinere & reuerti uult. ante fa-
 ctam professionem non potest repelli p̄-
 textu prioris licentiæ, seu renunciationis.

26 ¶ Vigesimoquintò ¶ utrum religiosus eie-
 ctus, uel fugitiuus qui non potest impetra-
 re reconciliationem fm̄ formam capituli
 si. de regul. possit transire ad aliam religio-
 nem laxiorem. Ref. quòd non, si potest in-
 uenire in prouincia monasterium suæ reli-
 gionis quod uelit eum recipere, qd si non
 inuenit, potest intrare laxiorem cum licen-
 tia sui p̄lati si potest habere, aliàs poterit
 uiuere alio modo regulariter secundum
 Ray. infra. eo. c. §. si.

27 ¶ Vigesimo sexto ¶ abbates & alii p̄lati
 conuentuales debent & tenentur querere
 monachos fugitiuos & reducere ad mona-
 sterium inuocando p̄latos superiores
 & per excommunicationem & potest face-
 re denunciare excommunicatum de regu.
 c. si. Intellige quando sperat correctionem,
 uel minus malum quia tunc tenetur, & si
 non potest aliter corrigi, incarceretur de
 apost. c. à nobis, ex quo sequitur secundū
 Pa. in c. ad monasterium. de sta. reg. qd non
 potest eum expellere nisi forte fm̄ statuta
 approbata ab ecclesia, fugitiuus dicitur qd
 moratur extra monasterium & celat se suo
 abbati & dic ultra qd eo ipso qd religiosus
 recedit à monasterio cum intentione non
 redeundi & non est sub obedientia p̄lati,
 est apostata, secus si intrat aliud monaste-
 rium, si tñ non intrat fm̄ qd debet potest re-
 peti Et cum brachio seculari, ut dictum est
 supra §. 23. Eiectus uerò d̄r qui à suo supe-

riore fuit eiectus à monasterio culpa sua
 forte exigente hæc Pan. in d. c. si. de reg. ui-
 de supra. §. 23. circa medium. uide uer. apo-
 stasia. §. 11. & 14.

28 ¶ Vigesimo septimò ¶ queritur consequen-
 ter quid de bonis, fugitiui, eiecti, uel tráns-
 lati. Ref. uel loquimur ante professionem
 & sic p̄nt esse. 3. casus, primus de oblatiis si
 ue conuersis qui offerunt se & sua, & isti
 tales non p̄nt repetere imo nec possunt exi-
 re Et ad superiorem religionē transendo,
 quia facti sunt quasi serui monasterii. Secū-
 dus casus, qñ non facit professionem, quia
 moritur ante ips̄s professionis, & tunc dic-
 ut in c. in p̄sentia. de proba. & supra. ver.
 nouitius. §. 12. Tertius casus, qñ recessit an-
 te professionem, & tunc fecit donationem
 expressam illa est seruanda, uel nō facit ni-
 si fortē tacitam, & tunc dic. ut in d. §. 12. Si
 uerò recedit post professionem, tunc uel p̄-
 fessio tenuit uel non, si secundo modo uel
 credebatur qd teneret, & nihil donauit exp̄-
 s̄s & sic omnia redeunt cum persona, si uerò
 donauit expressē monasterio credens qd
 professio teneret tunc reuocat bona quæ
 contulit, quia vñ donasse cā mortis munda-
 næ quæ sit per professionem quæ non est se-
 c̄ta, facit l. si pater. C. de hæc. insti. Si uerò
 credebatur qd non teneret & donauit exp̄-
 s̄s, tunc non reuocat bona data monaste-
 rio, quia vñ in omnem casum donasse. l. cu-
 ius per errorem. ff. de re. iur. Si uerò profes-
 sio tenuit, tunc uel exit licitē uel illicitē, si
 secundo modo uel est eiectus, uel fugit, si
 primo modo uel est translatus ad aliud
 monasterium pp̄ peccatū suum ut ibi agat
 p̄nam. 27. q. 1. c. si qua monachatum. &
 tunc bona illa quæ proprio monasterio ar-
 rulerat quo ad usum fructum erunt secū di.
 16. q. 6. c. de lapsis, & post eius mortem redi-
 bunt ad primum, uel aliàs fuit eiectus &
 tunc uel à solo abbate & sic monasterium
 non debet puniri uel fuit eiectus à toto
 monasterio, & sic monasterium nihil earū
 quæ acquisiuit post eiectionem habebit. Si
 uerò exit capiendo fugam, tunc uel mutat
 statum, uel non, si secundo modo uel uo-
 luit redire & abbas cum maiori parte ca-
 pituli noluit eum recipere, uel fuit negli-
 gens ad reuocandum eum, & tunc bona
 cedunt episcopo, uel alteri monasterio si
 illud est ingressus. Si uerò solus abbas, uel
 minor

minor pars capituli hoc fecit, uel si noluit redire tunc acquirit monasterio suo primo. Si uero electus siue fugitiuus siue quocunque modo exiens mutat statum, & hoc dupliciter potest contingere: quia aut promouetur ad ecclesiam secularē, aut intrat aliud monasterium. Primo casu uel licitē transit uel illicitē: si secundo modo ea quæ acquirit intuitu ecclesie cedunt illi ecclesie, ut in e. cum in officiis. de test. & in c. relatum eo. tit. Aut acquirit intuitu personæ & acquirit monasterio, quia remansit monachus sui monasterii ex quo non fuit legitime promouus ad ecclesiam secularē, secus si legitime, nam tunc nullam habet communionem cum monasterio. 16. q. 1. c. ne pro cuiuslibet. sed acquirit ipsi ecclesie seculari de quibus non posset testari etiam si esset episcopus, nisi de licentia papæ, quia tunc papa prorogat suam dispensationem etiã post mortem, secundum S. Tho. aut dubitatur utrum acquisierit intuitu personæ uel ecclesie, & tunc recurrēdum ad coniecturas, puta si habuit à propinquo uel extraneo, ut in c. requisisti, de testa. in dubio tamen iudicandum est pro ecclesia. Si uero intrauit aliud monasterium, & tunc aut minus legitime & reuocatur cum omnibus acquisitis, ut in c. Ioannes, de regul. Aut transtulit legitime, puta quia strictus &c. ut supra. §. 23. uel quia promouetur in prelatum. ut in ver. monachus. §. 7. & ea quæ acquirit ante ingressum secundi, cedunt primo, quia ante ingressum secundi fuit monachus primi. 21. q. 2. c. si quis iam, quod procedit secundum doc. etiam si habuisset licentiam intrandi aliud monasterium, sed post ingressum acquirit. 2. d. c. si quis iam. hęc Pan. in c. fin. de regul. Idem Pan. in e. quod à te. de cle. coniug. post Car. dicit, quod bona patrimonialia quæ fuerunt acquisita in primo monasterio transeunt cum persona ad secundum monasterium & hoc sequitur Host. & primum dictum intelligitur de acquisitis ex industria. Quando monachus fit episcopus, tunc bona paterna sequuntur personam. Nota quod est opinio quæ uidetur uerior, si quod omnia bona indifferenter quæ acquisiuit monachus siue paterna siue ex industria usque ad diem assumptionis ad episcopatum sunt primi monasterii. alia uero quæ adueniunt postea sunt ecclesie ad quam assumi-

tur. ar. 18. c. unico. tam in tex. quàm in gl. Vide aliquid uer. apostasia. §. pen. Nota breuiter pro toto isto §. quod in omnibus casibus quado potuit donare, & fecit donationem expressam in qua patet ipsum in omnem euentum uoluisse donare non potest repetere; illa ergo quæ hic dicuntur debent intelligi, ut in plurimum ex præsumptione quando non patet quòd uoluerit omnino donare. Quidam querunt quis habeat administrare alimenta incluso ad poenitentiam, & breuiter crederem esse dicendum, quòd uel est utilis & sic ex sua industria fit alimentandus: si uero non sit industrius & habeat bona propria, ex illis est alendus, si etiam non habet, sed contulit alicui debet ex illis sustentari; si autem nec sic habuit, & est factus monachus uel frater alicuius monasterii, tunc illud monasterium si potest administrabit ei necessaria, quando uero nec sic potest recurrere ad capitulum generale, ita quòd monasterium in quo includitur non grauetur nisi aliquo istorum modorum habeat de bonis suis. Ista uidentur probari ex his quæ notantur in c. de lapsis. 16. q. 6. Eodem modo dicendum esset de monachis antiqui monasterii reformati quando monachi nolunt ibi remanere.

29 § Vigesimo octauo ¶ virum prædicta habeant locum in fratribus minoribus, ut factus episcopus possit recuperare bona sua alteri acquisita, sicut & alii religiosi. Barto. in tractatu minoricam. lib. 4. dicit quòd siue frater minor fiat episcopus siue transeat ad aliam religionem quæ potest in communi habere, intellige siue ex regula siue ex priuilegio, non recuperat bona sua alteri acquisita siue dicas quòd hæc sit restitutio in pristinum statum siue quòd sic indulgentia siue permissio transeundi ad alium statum separatum. C. de sen. pal. l. 2. & l. 4. Et secundum eod. Barto. si liberatur ab ordine auctoritate summi Pontificis, puta quod recuperet iura succedendi. ut in l. 1. C. de sen. pal. Idem putat si alius legitime ab aliquo archiepiscopo uel alio prelato promoueretur ad aliquam dignitatem; ius enim succedendi reperit eum nunc in eo stato in quo erat ante ingressum. Si uero alio modo licito quàm ex dicta concessione beneficii ab eodem ordine solueretur, tunc ius succedendi non recuperaret, ut d. 1. 1. puta si fratres

- fratres propter crimina eijcerent aliquem .
- 30 ¶ Vigefimonondò, † not. q̄ religiosi mendicantes tranfeutes ad non mendicantes etiam auctoritate Papæ non habent vocem in capitulo nec poffunt habere prelaturam uel quæcunq̄ officia nec quodcunq̄ regimen animarum exercere in cle. ut profeflores, de reg.
- 31 ¶ Trigeſimò, † vtrum religioſus, qui emiſerit uotum ad arctiorem religionem tamẽ intrauit laxiorem ſit abſolutus à uoto. Reſp. q̄ ſic, ut in c. qui poſt de reg. iur. li. 6. debet tamen pœnitere de uoto nõ adimpleto ut ibidem: uotum religioſus teneatur ad alia uota. uerſi. uotum 3. §. 11. uel utriũ poſſit uouere uer. uotum 5. §. quarto.
- 32 ¶ Trigeſimoprimò, † vtrum religio eripiar à patria poteſtate. Reſpon. quòd ſic, ut not. in authen. quia ingreſſi, & in authen. ſi qua mulier. C. de ſa. ſan. eccl. c. cū ſimus, de reg. iu. 16. q. 2. c. 1. Bar. & gl. in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus, ff. de mino.
- 33 ¶ Trigeſimofecundò, † vtrum patre intrante religionem, filius poſſit petere legitimam. Reſpon. ſecundùm Bar. in d. authen. ſi qua mulier canonizata. 16. q. ulti. q̄ non, de ſubſtitute iuris, quia legitima non debetur niſi poſt mortem naturalem patris l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bono. ſed de æquitate canonica dicit Bald. in d. authen. ſi qua mulier, q̄ poterit petere ne habeat poſtulare alimenta à monaſterio, de monachis, & canonicis regulatib. ver. monachus prin. & §. 1.
- 34 ¶ Trigeſimotertiò, † quid de peculio aduentitio filij cuius uſusfructus eſt patris, quãdo pater ingreditur religionem. ſ. per profeſſionem ſecundùm Per. de palu. & ſic communiter intelligitur, quando ſit mentio de ingreſſu. Reſp. ſm Bar. in auth. idem eſt. C. de bo. quæ. libe. q̄ ex quo patria poteſtas ſoluitur ex facto patris remanebit ſolùm medietas uſusfructus apud patrem. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ. libe. & ſic ad monaſterium in quod pater eſt ingreſſus glo. in d. authen. idem eſt, tenet q̄ non ſinitur. Mar. uerò tenet, q̄ ex toto ſinitur, & dicit ita fuiſſe deciſum Bononix in facto, & ad glo. Reſpon. quòd nõ loquitur de uſusfructu quem habet pater in aliis bonis, quæ non ſunt filiorum, ſed opinio Bar. uidetur magis æqua.
- 35 ¶ Trigeſimoquartò, † vtrum bona ingredientis ſint monaſterii. Reſpon. q̄ ſic, ipſo iure d. auth. ingreſſi, & c. ingredientibus. 19. q. 3. intelligi niſi aliter ante profeſſionẽ diſponat uel renunciet hæreditari, quando non poteſt teſtari, quia tunc nihil habebit monaſterium. Nec abuſus aliquarum partium qui ſibi uſurpant talia poteſt ualete: uide aliquid uer. renunciaro. §. 11. nec inducerent præſcriptionem, cum in rebus in uafis uel furtiuis non currat uer. præſcriptio. §. 1. Itẽ tranſeunt feuda, de quo uer. feudum. §. 10. referuabitur tamen legitima deſcendentibus. 19. q. 3. cap. fin. & idem uidetur in aſcendentibus quia æquẽ ſuccedũt, in illis non extantibus. Nec amittit uſusfructum, ſecundùm Inn. in c. in præſentia. de proba. ſed durat quouſq̄ uiuit. hoc idẽ ſequitur gl. & Albe. in d. auth. ingreſſi, hoc intelligunt aliqui quãdo monaſterium habere poteſt in communi, ſiue ex regula ſiue ex priuilegio. Item ſimiliter tranſit emphyteuſis. ſecundùm Albe. in d. authen. ingreſſi. ar. l. peto. §. 1. ff. de leg. 2. Odoſtre. tamen ibidem limitat uerum niſi emphyteuſim haberet ab alia eccleſia, quia tunc eſſet in optione eccleſiæ an uellet rem uel canonem. Et nõ. quòd auth. ingreſſi, non habet locum niſi in monaſteriis, qui non habet niſi in communi non his quæ habent in propriis ſicut ordo militiæ. S. Mariæ, & eccleſiæ ſeculares. Quid dicemus de prodigo cui interdcta eſt diſpenſatio bonorum ſi poteſt intrare religionem, ut bona ſua ſequantur eum. Reſpõ. ſm Alberi. in d. auth. ingreſſi q̄ ſic, dummodo ſit rationis capax ſicut de minore etiam uerum eſt.
- 36 ¶ Trigeſimoquintò, † quid ſi ingrediens fecerat teſtamentum ante ingreſſum nihil relinquens monaſterio, ſed extraneum hæredem inſtituendo. Reſpond. ſecundùm Domi. Anto. in cap. præſentia. de proba. q̄ aut expreſſè contulit bona ſua tempore ingreſſus, nulla facta mentione de teſtamento, & tunc hoc fecit incontinenti poſt conditum teſtamentum ſic non reuocat teſtamentum nec erunt monaſterii illa bona, ſed ſolùm illatio bonorum præſumitur facta ad tempus uitæ ſuæ, quia non uidetur incontinenti quis mutare animum ar. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtra. Si uerò hoc fecit ex interuallo poſt teſtamentum

- mentum conditum tunc præsumitur mutasse animū fauore religionis si sic rumpitur testamentum, & erunt monasterii illa bona. Aut non contulit expressè bona sua monasterio, & tunc remanebit testamētū, & monasterium petet portionē suam, aliter quā rumpendo testamentum: Pa. verò in d. c. in præsentia, tenet contrarium. f. q̄ non petet portionem suam quod potest esse verum in his qui non habent bona p̄pria in cōi ut minores, in aliis autē opinio Pa. est uerior de subtilitate iuris per ea que nota Alb. in d. anthen. si qua mulier, sed talis non capiet ea bona nisi post mortem naturalem secundum multos Doc. quos recitat Alb. licet multi alii dicant, & statim post professionem: opinio tamen d. Anto. est humanior fauore religionis.
- 37 ¶ Trigesimosexto d̄ vtrum filius familias in trans monasterium possit disponere de bonis peculii. Re. secundum Pa. in d. c. in præsentia, q̄ de castrensi vel quasi: non est dubium, q̄ potest. l. pen. C. qui testa. fa. pos. si milititer de profectiis est clarum, q̄ non potest, q̄ illa sunt in dispositione patris, sed dubium est de aduentitiis, de quibus non potest in uita patris disponere etiam cum consensu patris iuxta ea que nota. in d. l. pen. sed Pa. tenet ibi, q̄ potest quia statim per ingressum gaudet illo priuilegio authent. presbyteros. C. de epif. & cle. ex quo, quod est laicis aduentitiū est clericis quasi castense, & ideo priuabitur pater in uita usufructu illorum bonorum, pariformiter videtur dicendum in aduentitiis aduenientibus post ingressum. d. tamen auth. & glo. in d. ca. in præsentia, tenet contra. f. q̄ non poterit disponere taliter, q̄ pater priuatur usufructu in uita sua de aduentitiis ante acquisitis, sed bene poterit de directo domino disponere, & etiam utili taliter, q̄ mortuo patre transibit ad eum cui reliquit illud ut in Authen. de monachis. §. illud fecus de acquisitis post ingressum, quia sunt monasterii.
- 38 ¶ Trigesimosextimod̄ quid de libris datis filio à patrefamilias? Res. q̄ transibunt cū eo ad religionem secundum dispositionem ing. edentis secundum Jac. de Raue, quem recitat Pa. in d. c. in præsentia, quia censentur quasi castrense. Petr. uerò dicit hoc verum in libris Docto. uel magistris, secus

in datis scholaribus, quod sequitur Bartol. in l. filix. C. famili. excif. & hoc uideretur uerius.

- 39 ¶ Trigesimo octauod̄ vtrum religiosus succedat in bonis parentum? Re. q̄ sic, nec parentes possunt eos exheredare propter crimen ingratitude in commissum in seculo. C. de epif. & cle. l. Deo nobis. 19. q. 3. c. fi. fallit in fratribus minoribus, qui de iure non succedunt in cle. exiui intellige ut supra. §. 33. in prin.
- 40 ¶ Trigesimononod̄ qualiter aget monasterium in præsentis in quibus succedit, uel ei acquiruntur. Res. secundum Pa. in d. c. in præsentia, quod aget his actionibus quibus ille egisset ante ingressum, & pro gestis antea per ipsum tenebitur monasterium in quantum ad ipsum monasterium peruenit de bonis ingressi secundum Inn. ar. l. 2. C. de impu. & al. sub. uel fortè in totum licet possit petere restitutionem tenendo, q̄ monasterium iure successionis uenit. Vide ver. monachus. §. 15.
- 41 ¶ Quadragesimod̄ vtrum ingressus possit reuocare testamentum factum ante ingressum. Pan. in d. ca. in præsentia quod ad fratres minores non est dubium, quia de iure communi non possunt: ut d. cle. exiui, sed quod ad alios tenent Pet. & Cyprianus in authent. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccle. q̄ sic. Sed Bar. distinguit scilicet quando ingressus est ordinem minorum nullo modo potest: si uerò alium ordinem putat, q̄ possit donec uiuit, & uidetur text. secundum eum in simili in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & uxo. & cum hac opinione Bartol. transibit D. Anto. qui ex hoc concludit, quod licet primum testamentum fuerit conditum cum septem testibus, ualebit secundum quia duobus uel tribus. de testa. cap. relatum, cum nunc actus subiicitur dispositioni iuris canonici. Bald. uero in d. authent. distinguit, quod aut uult mutare de hærede extraneo in extraneum, & non potest, quia ius non permittit ingressum monasterium facere hæredem extraneum. d. authent. si qua mulier. quæ limitat authent. ingressum generaliter prohibentem testari: non habere locum, quando uult inter liberos disponere quinimo per tale testamentum secundum non tollitur primum, quia nullum est nisi aliter expressè appareat de

mente testatoris. *tex. est in l. si iure facto testa. ff. de leg. 3.* Aut uult mutare de liberis hæredibus in extraneum, & sic et non potest, ratione qua supra, uel uult mutare de persona extranea in personam filii, uel in monasterium, & potest, quia sicut inter filios. *d. authen. si qua mulier: ita etiam in monasterium de extraneo mutare. Nam monasterium habetur loco filii, ut in ea. auth. & d. c. in præsentia.* Aut de liberis in liberos, aut in monasterium, & sic potest, aut de monasterio in liberos, & quæuis sit dubia, quia proprium monasterium est magis fauorabile, tñ *Bal. tenet, q. p. Si at em cum. Bald. uellet mutare de monasterio in quo ingressus ad aliud, non posset, sed eodera bene posset. Pan. uerò in d. c. in præsentia, tenet, quòd nullo modo potest nisi in casu d. authen. f. inter liberos, quòd probat per *tex. in §. illud autem, de mona. ubi dicitur, q. uolens intrare monasterium potest prius quomodo uoluerit disponere, postea uerò nullam habet facultatem disponendi, gratiosè fuit concessus casus. d. aut. si qua mulier.**

42. *¶ Quadragesimoprimum* ¶ utrum post ingressum possit testari. *Res. secundum Pan. in d. c. præsentia, q. inter liberos, & monasterium potest. d. authen. si qua. f. qñ prius non disposuit, aliter autem disponendo inter alios non potest in forma testamenti secundum Cy. in d. authen. si qua mulier. sed ad hoc ut ualeat donatio poterit consentiente Abbate, & capitulo de mobilibus tamen, nam immobilia non possunt alienari sine debita solennitate, & sic non uidetur ipse tanquam ipse aliquid posse disponere.*

43. *¶ Quadragesimosecundo* ¶ utrum religiosus factus eps possit testari. *Re. secundum S. Tho. 2. 2. q. 18 §. ar. fi. q. nullo modo, quia sola ei dispensatio committitur rerum ecclesiasticarum quæ morte finitur, ex qua incipit testamentum ualere, ut apostolus dicit ad Hæbre. 9. Si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed apostolica auctoritate intelligitur esse ampliatæ potestatis sive dispensationis, ut eius dispensatio possit ualere post mortem. hæc ille. eodem modo intellige si religiosus habeat hæc auctoritatem ab aliquo, qui possit sicut*

forè p̄t dare magister ordinis, & multoties dedit. *uide uers. episcopus. §. 6. circa fi.*

44. *¶ Quadragesimotertio* ¶ utrum religio tollat crimè ingrati tudinis. *Resp. q. tenetur cõter, quòd sic. c. 2. de apost. & in c. fi. de eo. qui. sur. or. susce. & in c. quantumlibet. 47. dis. & in c. non licet. 19. q. si. Quid si condè natus ad mortem, & liberatus tali conditione, quòd si egredietur punietur pena mortis, si ingreditur, & petitur ab uxore egredietur, ut tenetur. Resp. non potest puniri illa pena secundum Bartho. Brix. in suis quæstionibus. q. 1. & sequitur Alb. in d. authen. ingressi, ratio quia coactus exiit. Quomodo religiosus in professione confectur indulgentiam plenariam. *ver. indulgentia. §. 27. Quomodo ille qui retraxit à religione teneretur. ver. restitutorio. §. 12. Quomodo gratius peccet uer. peccatum. §. 1. §. fi. circa medium.**

45. *¶ Quadragesimoquarto* ¶ multa præcipiuntur uniuersaliter religiosis in iure, & primo in cle. religiosi, de priuile. sunt infra scripta, primo ne in sermonibus, ecclesiarum prælati detrahant: intellige ad specialia descendendo. secundo ne retrahant aliquos ab ecclesiarum suarum frequentia. f. detrahendo eis, & hmoi illicitis. tertio ne pronuntient indulgentias indiscretas. f. falsas. quarto cum interfunt confessionibus testamentorum ne retrahant testatores à restitutionibus debitis, aut legatis matri bus ecclesiis faciendis *Pe. de Pal. dicit in. 4. q. possunt moderatè procurare, & magis quàm aliis dummodo non faciant uerbis illicitis, aut animo maligno. maxime contra ecclesias matrices, quia nulli auferunt suum, cum nullum ius iterum acquisi uissent. q. quinto ne legata aut malè ablata incerta, sibi uel sui ordinis fratribus, uel cõuentibus in alterius præiudicium fieri, uel erogari procurent. sexto ne absoluant à casibus reseruatæ papæ, uel episcopis: hæc omnia in uirtute sancte obedientiæ, & sub interminatione æternæ maledictionis inhibentur. septimo sub eadem prohibitione prohibetur eis ne personas ecclesiasticas præsertim curam iudicibus delegatis à sede apostolica, suam contra eos iustitiam prosequentes uexare indebitè aut ad loca plura, & præsertim multum remota conuenire præsumant. octauo præcipitur præ-*

latis, religiosis ad quos prouenit aliquid rōne p̄missorum, q̄ nisi infra mensem plene satisfecerint ecclesiasticis damnificatis de eo quod ad eos peruenit postquam fuerint requisiti, ipso iure sint suspensi, & quousque fecerint debitam satisfactionē. ver. suspensio. §. 6. casu. 34. non d̄ ne ministrent extremam vnctionem, uel eucharistia sac̄m, uel solemnizent matrimonium, non absoluant excoīcatos, nec absoluant à p̄cna & à culpa. h̄c in d. cle. religiosi. supra. ver. excoīcatio. §. casu. 11. decimò nullus religiosus potest vigore literarum apostolicarum, uel legatorum alibi conuenire aliquem sibi subdium rōne aliquorum locorum nisi coram eo, coram quo de iure conuenit, cle. 1. de rescri. vndecimò nullus religiosus p̄t eligi in p̄latum alterius religionis, uel habitus, nisi in solum ep̄m. cle. 1. de elect. ver. electio. 1. §. 16. duodecimò prohibentur alienare p̄lati religiosi res ecclesie: cle. 1. de re. ec. non alie. ver. alienatio. §. 2. & se. decimotertio p̄cipitur eis ne ad iurandum, uel uouendum inducāt aliquos, ut sepulcrum eligant apud eos. uer. excommunicatio. §. casu. 12. quartodecimò ut decimas ecclesis debitas usurpēt: cle. 1. de deci. ver. excoīcatio. §. casu. 43. 44. & 45. decimoquinto p̄cipitur mendicantibus ne aliquem ad professionem recipiat ante annū probationis completi. c. non solum, & c. constitutionem. de reg. lib. 6. ver. suspensio. §. 6. casu. 26. decimosexto ne statum beginarum foueant. cle. 1. de reli. do. ver. excoīcatio. §. casu. 48. decimosetimo, q̄ horis debitis in ecclesiis eorum officium soluant. cle. 1. de cele. mis. ver. hor̄e canonic̄e. §. 26. decimooctauo, q̄ non dimittāt suā religionis monasteria, nec vadant ad studia, uel sycicam, uel leges audiant. c. ut periculosa. ne cle. uel mo. li. 6. ver. excoīcatio. §. casu. 22. & 23. decimonono, q̄ non dicant aliqua, ut retrahant audientes à solutione decimarum, q̄ requisiti p̄dicent populo de eis, q̄ confessores non omittant facere conscientiam confitentibus. cle. cupientes. de p̄enis. ver. excoīcatio. §. casu. 43. & 44. Vigesimo, q̄ mendicantes, non capient loca de notio. c. cum ex eo. de ex. ec. p̄la. lib. 6. & cle. cupientes. de p̄enis. ver. excoīcatio. §. casu. 51. vigesimoprimo, q̄ non celebrent in castris, uel uillis nisi ut

à iure conceditur. c. episcoporum: de priu. li. 6. vigesimo secundo, q̄ seruent interdictum quodcumque quod uiderint seruare matricem ecclesiam. cle. 1. de sen. exc. & idē de cessationibus à diuinis. d. cle. 1. uer. excoīcatio. §. casu. 52. vigesimotertio simplex religiosus non p̄t esse iudex. ff. de iudi. l. cū p̄tor: in gl. quādam specialiter p̄cipitur monachis de quibus ver. monachus. §. 7. Quā sit auctoritas p̄lati. ver. Abbas à 1. §. vsque ad fi. utrum possit fieri dispensatio in regula. ver. lex. §. 30. utrum in regula intelligentur concessa, quā non sunt prohibita. ver. lex. §. 31. utrum intrans religionem cum habitu professorum, & intentio ne mutandi uitam sit uerus religiosus, ut non teneat matrimonium sequens. ver. totum. 1. §. 4. circa medium. Quando aliquis uouit intrare religionem absolute quomodo tenetur immediate. ver. uotum. 2. §. 1. & uotum. 3. §. 3. utrum ex contractu monachi obligetur Abbas. ver. monachus. §. 10. & sequentibus. Quomodo se habeat ad uotum obedientie. uide. uer. eo. maxime. §. 5. Quō se habeat ad uotum paupertatis uide aliquid supra. §. 20. & uer. monachus. §. 14. Nota tñ, q̄ monachis est prohibitum subteribili p̄cepto non h̄re proprium. c. ad monasterium, de sta. m. Et uniuersis religiosis eo. ti. monachi. Et dicitur habere proprium secundum Sco. qñ utitur re. propria auctoritate, q̄ fit quando celatur p̄lato, uel tenet contra eius uoluntatem expressē, & huiusmodi, secus si p̄latus concedat usum alicuius rei ēt ad libitum utētis, & nihil celatur expressē in quantitate, uel qualitate, nec sine eius licentia saltem implicite aliquid recipitur, uel expenditur, & paratus est ad iussum p̄lati totum redere. Non tñ potest p̄latus dispensare, ut subditus habeat proprium. i. q̄ habeat aliquid simpliciter sui dominio, ut propria auctoritate sine uoluntate superioris possit facere quicquid uelit. Quomodo se habeat ad uotum castitatis, ubi nota, q̄ red religiosus tenetur ad uitandum quā cui libet Christiano sunt peccata mortalia, & sunt religiosa sacrilega ēt si sint solā cogitationes, & ulterius tenetur non contrahere matrimonium. uer. excoīcatio. §. casu. 49.

46 §. Quadagesimo quinto, utrum religiosus possit expelli p̄ aliquem defectum si sit pa

ratus corrigi & poenam substinere. Ref. fm S. Th. quodl. 12. q. fm apostolum, malum est auferendum quia modicum fermentum totam massam corrumpit, sed per poenam corporalem auferitur et poenitens, sicut suspenditur homicida et poenitens. Per spirituale vero hoc ecclesia non facit nisi quis sit contumax, quia per poenam corporalem auferitur bonum corporale recompensabile per maius bonum. Per spirituale vero, bonum spirituale inrecompensabile. Et ideo talem poenam, scilicet expulsionis, relinqui non debet infligere volens corrigi, quia est sicut excommunicatio in ecclesia, unde nullus nisi propter contumaciam expellendus est, sed est sequestrandus in carcerem uel alio modo fm regulam uel ordinationes sue religionis. supra. eo. c. 5. 25.

DE RELIGIOSO.

- 1 Religiosus locus quis dicatur.
- 2 Religiosa loca per quos regi debeant.

1 **R**eligiosus locus dicitur omnis domus monasterium, templum, hospitale, & quaecumque alia, auctoritate papae, uel episcopi ad pios usus aedificata, de reli. do. c. de synodaliis, & c. ad haec, secus si sine auctoritate papae uel episcopi a principio sunt aedificatae uel ex post facto, de co. sec. di. 1. c. nemo. quod est contra leges quae volunt quod ubicumque sepelitur aliquis, locus ille sit religiosus. quod non est verum per tex. c. si de sepul. & ibi sequitur Pa. quae loca religiosa non possunt ad alios humanos usus conuerti. d. c. ad haec, & c. nulli. 12. q. 2.

2 ¶ Primò, ¶ Per quos debent regi praefata loca. Ref. quod per religiosos eiusdem monasterii uel alterius eius religionis, & si non uiuunt regulariter debent expelli & poni alii strictioris uitae aut saltem clericis seculares, si alii non possunt remanere ordinata, & hoc potest episcopus secundum glo. & Io. An. & Pan. in c. inter quatuor de reli. domi. fallit in hospitali de quo uer. hospitali principio.

DE RELIQUIA.

- 1 Reliquiae & corpora sanctorum qualiter uenerari & custodiri debent.

- 1 Aliquem pro sancto uenerari non licet nisi habita licentia a summo Pontifice.
- 3 Reliquiae sanctorum an possint surripere subtrahi in honorabilibus reponantur.
- 4 Reliquiae & corpora sanctorum cuius auctoritate se sunt transferenda.
- 5 Reliquias sanctorum, uerum ad collum portare liceat.

1 **R**eliquiae ¶ & corpora sanctorum antiquae, non debent ostendi extra causam nec exponi uenales quod potest fieri dupliciter, primò cum uere uenduntur & accipiuntur precium & tunc secundum Ray. committitur simonia. r. q. 1. c. qui studet: non enim sunt sacra & religiosa in domino alienius, nec capiunt estimationem, ut uendi possint. Insti. de re. diui. §. nullus, secundo exponuntur uenales quando passim cum quaestus ut habeantur largè oblationes ostenduntur, est enim haec quaedam larga uenditio. haec Pa. in c. 1. eo. ti. Intellige omnia ista quando principaliter hoc fit propter pecuniam, si enim principaliter fuerit causa deuotionis secus esset. Et praecipitur ibidem praelatis ut non permitant quod illi qui accedunt ad eorum ecclesias causa deuotionis decipiantur falsis signentis, sicut quandoque occasione quaestus fieri eos uenit.

2 ¶ Primò, ¶ Non licet aliquem uenerari pro sancto etiam si in uita fecisset miracula sine auctoritate Romani Pontificis de reli. & uen. san. c. ex eo. Intellige hoc quando quis uult publice aliquem uenerari pro sancto, secus si in occulto quis emittit praeces apud eum quem credit sanctum. uer. canonizare. §. 1. ibi diffusè.

3 ¶ Secundo, ¶ Vtrum sanctorum reliquiae possint surripere subtrahi in honorabilibus reponantur. Respon. secundum Vueruan. quòd non. Nam sacrilegium est quotiens auferitur sacrum de sacro. 17. q. 4. capitulum quilibet.

4 ¶ Tertio, ¶ Cuius auctoritate reliquiae sanctorum seu corpora sunt transferenda. Respon. quod solùm auctoritate papae uel eorum licentia & synodi, de co. se. di. 1. c. corpora, sicut ibi not. uerum est cum corpus traditum est sepulturæ perpetuae, ut C. de reli. & sump. fu. l. fina. Nisi necessitas occurrat, & sufficit auctoritas praesidis prouinciae, ut C. eod. titu. l. prima. Si autem non est traditum perpetuae sepulturæ potest transferri sine

sine auctoritate alicuius, ut, C. de li. l. sed nec dum; & p̄allegat. ll. videntur loqui de omnibus corporibus. Quomodo corpora non possunt incidi, uel decoqui ut trāferantur. uer. ex communicatio. 7. casu. 2.

- 5 ¶ Quarto, † utrum liceat portare reliquias sanctorum ad collum. Resp. fm S. Th. 2. 2. q. 96. ar. 4. q̄ eadem ratio est sicut de uerbis scriptis, quia si portetur ex fiducia Dei uel sanctorum quorum sunt reliquie non erit illicitū. Si autē circa hoc attendatur ad ali quod uanū uel superstitiosum, puta quia uas esset triangulare & hmōi, quod nō per tinet ad reuerentiā Dei & sanctorum, esset superstitiosum, uanum, & illicitum. Ange lica eo. uer. dicit. §. fi. quod nullo modo de bet portari, quod est contra S. Th. sed opi nio. S. Th. est rationabilior quam sequitur Rosella ibidem. uide uer. sortes. §. 7.

DE RENUNTIATIONE.

- 1 Renuntiatio quid est.
- 2 Renuntiatio Episcopatus ex quibus causis petenda est.
- 3 Renuntiatio in quorum manibus fieri debeat.
- 4 Renuntiatio debet fieri purē, & absolūtē.
- 5 Renuntiare an possit liti super beneficio ecclesias tico uel spiritali aliquo temporali dato. Et an aliquis possit dare pecuniam alicui, ut desinat à lite que est de respiritu. m. 6.
- 7 Expectans præbendam primò uacaturam, si renuntiat propriæ tenui, an præcludatur uia alteri expectanti.
- 8 Episcopus si per simoniam, & huiusmodi intrauit, quomodo renuntiauit instante morte.
- 9 Renuntiat quomodo quis tacite uel expresse.
- 10 Renuntiare an possit Papa.
- 11 Renuntians an possit penitere.
- 12 Renuntiatio iuris futuri an ualeat.
- 13 Renuntiationis effectus quis sit.
- 14 Renuntiare an quis possit per procuratorem.
- 15 Renuntiet si quis omni iuri competenti, & competituro, &c. an ualeat.
- 16 Renuntiatio sit illegitima ratione personæ renuntiationis.

¶ Renunciatiōe bonorū aut obligatiōe ante professionē factam, ēt cū iuramento, uel in fauorē cuiuscunq; causæ piæ, nō ualere statuit sancta Synod. T. rid. nisi cum licētia Epi, siue eius Vicarii fiat intra duos proximos menses ante professionē, ac non aliter intelligatur effectū suū sortiri nisi se

Secunda pars

cuta professione. sess. xxv. de regul. & mo nial. c. xvi. Ex c. cū cām de elec. LEO. à L.

- 1 **R**enunciatio † est iuris proprii spōtanea resutatio. Nam iuri alieno renunciari non pōt. Item si nocent spontanea, sed cōtra non obesset. repetere uolenti. cap. super hoc. eo. tit. debet etiam fieri purē & absolūtē de quo infra. §. 3. & debet esse à sciente, unde si ignorat debet sibi notificari.
- 2 ¶ Primò, † Ex quibus causis petenda est renuntiatio episcopatus. Resp. due sunt probabiles siue apparentes, sed nō sufficiens. prima pp frugē melioris. scda cā propriæ humilitatis. Hæ autē causæ nō fuerūt acceptatæ, ut in c. nisi cū pridē. de renun. Sunt aliz causæ sufficiens et in p̄allegato. c. prima cōscientia crīs talis per quod ipsius officii executio impediatur ēt post peractā puīam. secūda est debilitas corporis ex infirmitate uel senectute per quam impotēs reddetur ad exequendū officii pastoralē. tertia ex defectu sciz & quāquā desiderāda sit eminens in pastore est tñ tolleranda cōpetens. quarta est malicia plebis nō q̄ pro qualibet culpa debeat deserere ne mercenario cōparetur, sed de superioris licentia tñc demū pōt, non tā timidē fugere quā prouide declinare, cū oues cōuertuntur in lupos & qui debuertunt humiliter obedire iā irrationabiliter cōtradiciūt. quinta graue scandalū cū aliter sedari nō pōt. sexta personæ irregularitas ut pura si sit bigamus. Nō tñ pp quālibet irregularitatē dēt ei dari licentia ut si nō sit natus de legitimo matrimonio si sit occultū, & ille laudabiliter impleat officii suū, dummodo non sit de adulterio uel de scorto. Nam tales omnino repelluntur ut per glo. in d. c. nisi.
- 3 ¶ Secūdo, † In quorū manibus debet fieri renūtiatio. Res. in manibus eorū à quo habetur institutio uel cōfirmatio. eod. tit. c. admonet, fallit in epō qui nō pōt renuntiare epātū nisi in manibus papæ. d. c. nisi ēt non cōsecratus dūmodo electus & cōfirmatus, extra de trans. c. inter corporalia, sic ri aut debet cōiter in scriptis, fortē aliis ab epātu scriptura necessaria non est. Renuntiatio aliorū iurium, debet fieri aduersario uel notario publico uel iudici, nomine aduersarii recipientis. l. 2. ff. rem pupi. sal. fo.
- 4 ¶ Tercio, † Renuntiatio debet fieri purē & Sum. Tab. 003 abolu-

abſolutè, de offi. deleg. c. ex parte. el. j. Nam ſi quis non ſunt alicui beneficio uel rei ſpiritu- ali uel reſignat aliqd ſpirituale aliquo dato uel promiſſo, ſimoniam eſt ſm Goff. & Hoſt. q. ſi non procedat datio uel pmiſſio, ſed ſola intètio ut. Renuntiet bñficio hac intentione ut det ſibi aliquid temporale, aliter non renuntiatuus, ſimoniam mentalis eſt quæ per ſolâ pœnitentiâ aboletur. c. ſi. de ſimo. quæ ex quo nulla pactio interue- nit ab eccleſia non punitur. Sed ſi quis renuntiat beneficio ea intètio ut detur ne poti uel alteri, nulla tñ de hoc facta pactio ne, uel conuentione nullâ incurrit ſimoniam.

Renuntiare. n. bñficio ut detur alteri eſt ſimoniam, quia p̄hibitū eſt iure poſitiuo, ſed nō eſt hoc prohibitum ſimpliciter, ſed ſm iſtū modū cum ut patet hoc deducitur in pactū. n. q. r. c. q̄ pio, ſm Vueruan. lano. & Gof. Similiter ſi quis hēt uoluntatē deli- beratā renuntiādi bñficio cū intètio & aīo paciſcendi ut alteri detur, in hoc eſt ſimoniam mentalis, effectualis autē, & puniē- da ab eccleſia cum proceditur ad actum ip- ſum paciſcendi in renuntiatione, & ſicut committitur ſimoniam per datioē pro bñfi- cio conſequendo ita & pro eo cedendo.

¶ Quarto, ¶ utrum quis poſſit renuntiare ſibi ſuper bñficio eccleſiaſtico uel ſpiritu- ali, aliquo tēporali dato. Reſ. ſm Pa. in c. cū pridē, de pac. q. non, et ſi recipiat illud no- mine expenſarum, quia ſi habet ius renun- tiat ſpirituale, tēporali dato q. eſt ſimoniam. d. ca. ex parte, dicit tñ Inno. & Hoſt. in c. non ſine, de arbi. q. ualeat cōpoſitio aucto- ritate ſuperioris & pro pacis bono det ali- quod tēporale ei de quo non eſt certū in iure, uel de iure ſibi cōpetentis ut cedat ſibi, uel renuntiet iuri, ſi qd hēt. c. niſi, de præ- ben. ſecus ſi fiat auctoritate partiu, quia ſic eſſet ſimoniam uſi habet ortū à iudice, pu- ta quia cōpromiſſum eſt in eo uel ipſe ſic diſmiſſer, & licet gl. in d. c. pridem, dicat non ſufficere, niſi interueniat papæ confir- matio, tamen cōter doc. ibidem tenēt cū opinione D. Ant. q. non requiritur & ibi ſequitur Pa. De translatione beneficiorū, uide uer. beneficium. 3. §. 13. & fe.

¶ Quinto, ¶ utrum quis poſſit dare pecuniā alicui ut deſiſtat à lite quæ eſt de re ſpiritu- ali. Reſ. ſm Pa. in d. c. cum pridē, q. ſi ſit cer- tus habere ius in illo bñficio, bñ pōt dare

aduerſario ſine ſimoniam ut deſiſtat uel ue- litem moueat. Si uerò nō ſit certus, ſed du- bitat, tunc non poteſt nec papæ auctoritas excuſat in bñficio quod hēt annexū ptatē clauium, quia uſ data pecunia pro illa po- teſtate ſpirituale. facit d. c. ex parte, ſimile eſt & qd no. r. q. 3. c. ſaluatore, & c. ex mul- tis. In aliis autē bñficiis bene accuſatur aucto- ritas papæ, cum talis ſimoniam ſit ſolum de iure poſitiuo ſm glo. in d. c. cū pridem, poſſet tñ iudex p̄ bono pacis ex officio ſuo cōponere partes, ut habēs ius in beneficio det aliquid non habenti ius ſm formam d. c. niſi pridem, ſm Pa. in c. ſuper eo, de trā fac. & no. ſm Inno. in c. cum inter, de elec. quod approbat Pa. in d. c. cū pridē, q. alius citra papam non poteſt compellere ad cō- poſitionem per tex. no. in c. placuit. 30. di. niſi fuiſſet lis diuturna adeo intricata q. de facili explicari non poſſet. uer. ſimoniam. §. 22. circa ſi. & §. 26.

¶ Sexto, ¶ Quid de illo qui expectans de proximo uacaturam primā in aliqua eccle- ſia, renuntiat propriæ reuui, ut præſtetur uia alteri expectatū. Reſ. q. per hoc nō impedit primū expectantē ſi hoc pōt probari, ſi uerò pinguis reſignatū conferatur eo ipſo deſerit frater & carebit habita quā reſignauit & ambita de renun. c. ſi. li. 6.

¶ Septimo, ¶ Pone q. ep̄ſcopus non bene intrauit, ſed per ſimoniam & huiusmodi quō renuntiat inſtante morte. Reſ. ſm Hoſt. mēte renuntiat, & in manu archiepi ſi pōt, aliās in manu ſimplicis ſacerdotis, ſub hac cōditione ſi papæ placuerit, uel al- teri ad quē prius collatio & ſi cōualuerit uadat q̄ citi ad illū & pareat ei, & caueat ne morā ſupluā faciat, nec fructus ſibi ap- propriet, ſed fideliter cuſtodiat, uel in ne- ceſſitatem eccleſiæ expendat, pōt tamen vi- ta neceſſaria ſtricte ſumere. 86. di. paſcæ.

¶ Octauid, ¶ Quo renuntiat quis tacitè uel expreſſe. Reſ. expreſſe cum dicit, quietū clamo tale uel tale ius & ſimilia. c. ex mul- tiplici, de deci. Tacitè uerò cum facit com- poſitionem. c. cum inter de elec. ſecundo. Itē tacitè renuntiat faciendo cōtra, ut ex- hibendo honorē illi cuius electioni cōtra dixerat. ca. ex ore, de his quæ ſi. à ma. capi- tuli, ſi ſi recipiēdo aliquid ex teſto qd im- pugnat. ff. de inoffi. teſta. l. ſi proponas.

¶ Nono, ¶ utrum papa poſſit renuntia-

- re. Resp. q. pōt liberè resignare, & maximè cū se insufficientē agnoscit ad regendum uniuersalē ecclesiā. c. quoniam eo. ti. lib. 6.
- 11 ¶ Decimò futuram renuntians possit pœnitere. Respo. secundūm Hosti. si quis mittat nuntium ad superiorem ut cedat, potest pœnitere quandiu res est integra. cap. lecte. eod. ti. secus si non est integra. c. in causis. de elec. sed si talem procuratorem ignorātem. s. constitutum ad renuntiandum reuocauerit, tenebit tamen cessio facta antequam reuocatio perueniat ad eum ut in cle. cum illulio. eod. tit. qui uerò impetrauit licentiam cædendi cogendus est cedere. c. quidam. eo. ti.
- 12 ¶ Undecimò ¶ utrum renuntiatio iuris futuri valeat. Resp. q. valet si apparet, secus si non apparet, quia pacta non referuntur ad ea quæ apparere non possunt: ut in l. in lege, & aliis concor. ibi positus in gloss. ff. de contrahen. emp. & quod non est, renuntiarī non potest. l. tres fratres. ff. de pac. Nota tamen, q. filia renunciano hæreditati paternæ, & promittendo amplius non petere: nihilominus legitimam, uel eius supplementum petere poterit nisi expressè de ipsa dixerit, ut l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. test. uide aliquid ver. religio. §. 34. circa prin.
- 13 ¶ Duodecimò ¶ quis est effectus renuntiationis: Res. secundūm D. Ar. flo. 3. ti. 20. c. 5. in prin. q. est, ut renuntians ad id quod renuntiauit, regressum non habeat nisi ex nouo iure concessio, uel antiquo restituto. 8. q. 1. c. quā periculosum, & extra eod. tit. cum inter & c. ex transmissa, & c. in præsentia, & qui renuntiauit episcopatu propter conscientiam criminis animo eligi non poterit, nec postulari, secus si propter malitiam populi. ca. post translationē. eod. tit. Renuntianti autem est competens prouisio facienda ne intuitu ministerii de factum in temporalibus patiat. c. ad supplicationem. eod. In qua prouisione dignitatis, & scientiæ ratio est habenda. cap. de multa: de præben. similiter, & quantitas reddituum beneficii cui resignatur: de ui. & ho. cle. c. quando.
- 14 ¶ Decimotertio ¶ nota secundūm Hosti. q. potest aliquis per alium renuntiare, si tamen habeat speciale mādaturum. c. cū olim. Idem si habet uniuersalem administratio-

nē. ff. de proc. l. cui libera, secus si tūm esse generalis procurator. c. dilecto, de præben. 15 ¶ Decimoquarto ¶ quid si quis renuntiat omni iuri competenti, & cōpeti uero, & filie literis impetrandis, & impetrandis. Res. fm. Hosti. q. quod ad futuram renuntiationem generalis non ualet. c. cū accessisset. si autem specialis in quibus iuribus, & sequitur generalis renuntiatione, ualet. c. qm̄ multipliciter. eo. ti. Item renuntiarī iura circa seruitutes etiam si animalia sint. c. in præsentia de sepul. Item iura cōpetentia circa beneficia sicut & ipsa beneficia. Item omnia iura cōpetentia per aliqua instrumenta sicut & ipsa instrumenta, de pactis. c. cū pridē: debitor renuntiare non pōt probationi per testes, quia inductum est pro cōi utilitate. unde usus testium frequens, & necessarius est. ff. de testi. l. 1. quamuis quidā dicant, q. potest renuntiarī. Clericus renuntiare nō potest foro suo sine consensu epi cui predicat. r. de so. comp. c. significasti. Nec pōt renuntiare illius priuilegio c. si qs suadere. 17. q. 4. quā uis possit remittere actionē iniuriarū quantū ad propriā psonā. 23. q. 4. c. si qs iniuria.

16 ¶ Decimoquinto ¶ renuntiatione sit illegitima ratione personæ renuntians. ut puta, quia est minor de iudic. c. si abnum. li. 6. aut alius qui non potest renuntiare: potest autē ordinariē renuntiare ad quem p̄sinet quod renuntiat. d. c. ad apostolicam: de regul. sit secundō illegitima ratione rei, q. renuntiarī nō potest. Nam iuri naturali, & agnationis, & sanguinis nemo potest renuntiare. vt l. ius sanguinis. ff. de iur. & l. ius agnationis. ff. de pac. iuri uerò positio qd̄ concernit certam formam, uel solemnitatem non potest quis renuntiare. ut puta quod testamentum cū tot testibus, uel si pulationes fiant certo modo. l. nemo pōt. ff. de lega. 1. facit cap. quia propter. de elec. & cap. cum esses. de testa. Si uerò non concernit certam formam uel solemnitatem, sed publicam utilitatem, similiter non potest. l. ius publicum. ff. de pac. & in c. si diligenti. de foro compe. si autem concernit publicam, & priuatam, & publica potest se parari ad priuatam, si potest quantum ad priuatam. l. ius gentium. §. sed si pacifatur. ff. de pac. puta ius dat actionem pro animalibus morboſo, autem partes possunt pacisci, ut ipso possint agere facit cap. cum uenissent.

nissent: de insti si verò non potest separari sic renuntiarì non potest. d. cap. cum venissent. si uerò sit solus in beneficium priuatum sic ille in cuius fauorem est, potest dummodo non sit contra bonos mores, uel non inducat ad peccatum. l. alia. §. eleganter. ff. solu. ma. Si autem sit solus in odiu alterius, tunc si cessat ratio illius odii potest renuntiarì: ut in l. si. C. ad mace. Alias non: ut l. nam & si. ff. ad mace. uide Panor. in d. c. si diligenti. Quando aliquod introducit in fauorem amborum, alter sine altero renuntiare non potest secundum glo. in c. ad apostolicam, de regu. Et in communi iure potior est conditio prohibentis. Si autem concederetur aliquid pluribus in fauorem principaliter particularium; quilibet posset renuntiare iuri suo. d. c. ad apostolicam. Impetrans priuilegiu in fauorem tertii potest illi renuntiare antequam præfentetur, nisi appareat quod concedens statim uoluit concedere, communit enim non acquiritur ius nisi quoniam præsentat seu in notitia. c. i. de cõces. præben. l. 6. utru exẽptus possit renuntiare priuilegio exemptionis. uerfi. exemptus. §. 6. & uerfi. iudex. §. 2. 5.

DE REPRESALIIS.

1. *Represaliæ quid sint.*
2. *Represaliæ ad hoc ut sint licitæ: multa requiruntur.*
3. *Represaliarum remedium non debet dari promodico.*
4. *Represaliæ concessæ contra Florentinos an habeant locum in Florentinos habitantes Senis.*
5. *Statutum an possit fieri quod quilibet possit capi pro delicto alterius. Et an tale Statutum possit exerceri extra statutum statuenis. nu. 6.*
7. *Appellare an possit qui habuit recursum ad iudicem debitoris, & reportauit iniquam sententiam.*

Represaliæ sunt quædam unus oriundus de una terra spoliatur uel damnificatur ab oriundo de alia terra, uel etiam si debitum non soluit ei, tunc datur potestas ibi spoliato, quod satisfaciat sibi contra quemlibet de terra illa unde est expoliator, uel debitor. si quando non potest aliter iustitiam consequi, eliciuntur

hæc ex. c. dominus. 23. q. 2. ubi dicit Augustinus bella solent diffiniri quæ uiciscuntur iniurias, si gens uel ciuitas prætendenda est, quæ vindicare neglexit quod à sua improbè factum est, & secundum Bart. in tra. represaliarum uidetur, quod ius concedendi represalias non iure ciuili, uel canonico indictum sit, sed magis iure gentium quod permittit bellum iustum.

¶ Primò ad hoc quod sint licitæ, requiruntur multa. primu, quod dominus, uel ciuitas requiratur ut emeret quod à suis improbè factum est. 2. quod cõstet de negligetia iustitiæ administrandæ. tertiu, quod iudex prius det sententiam super negligetia, & iustitiæ defectu, & cõcedat auctoritatem represaliarum. scilicet quoniam nullus dñs, uel ciuitas reperitur quod faciat iustitiã de negligente. quartu quod non excedat dampnu. quatu, quod non extendatur ad clericos, uel ecclesiasticas personas, de quo uer. ex cõicatio. 5. casu. 39. & uer. bellu. §. 8. hæc ex Archi. in c. unico: de iniuri. lib. 6. Nec contra scholares studentes iuribus in loco priuilegiato priuilegio studii, & idem de scriptoribus, bidellis, & accedentibus causa scholarium, & de paribus uel agnatis, qui irant ad uenditu filiu uel agnatis in studio. ff. de iud. l. 3. Nec contra ambasciatores. ff. de legi. l. fin. Et idem de deferentibus necessaria pro ambasciata, uel studio, & idem de rebus aliorum quæ prædictis deferrent sibi necessariis. ut sunt equi, libri, & huiusmodi. Nec contra euntes ad nundinas, uel sanctum Iacobum, uel alium locum causa indulgentiæ. Nec contra nauigantes uentorum de latos ad ciuitatem indencium: de cle. pere. per totum. C. de nauft. l. 1. Nec contra eos qui in ius uocati non possunt, ut electus in potestatem, aut uadens propter suus consanguinei. Nec contra officiales, potestates, uel rectores, qui expressè contradixerunt tali iniustitiæ, uel qui nec consenserunt, nec contradixerunt, quia erant absentes, uel ignorantes, uel si erant tales, quod non uocantur ad cõsilia, ut notarii, & breuiarii: secus si sunt assumpti ad consulendu, & multo magis si iuuerunt rectorem ad iniustitiam: Nec contra mulieres. C. de offic. di. iudi. in authen. ibi pos. sextum potest poni, quod non fiant in personis, quia hoc est iniquum, quod in persona alius pro alio grauetur, nec consuetudo

- suetudo contraria ualet cum sit contraria
 ll. C. de acti. & obi. l. ob es alieni, & simili-
 bus. Alias istis non concurrentibus qui re-
 presaliis utitur quadruplum restituere cogit-
 ur, & ubi actio pro qua hoc agit cadit,
 ut in auth. ne pignorationes fiant, fm con-
 scientia tenet restituere et danum secutus.
- 3 ¶ Secundò, ¶ notandum pro declaratione
 præcedentium, quod cum istud remedium re-
 presaliarum sit odiosum, ut in d. c. unico,
 & sit subsidiarium contra ius cõe non de-
 bet dari pro modico. Item non debet, nisi
 quando ius partis totaliter pereat: sicut
 si aliquo modo lædatur. Item secundum Bart.
 ubi supra si contra illum hominem, gen-
 tem, uel populum, qui iniustitiam facere, uel
 debitum reddere negligit potest haberi
 recursus ad superiorem, tunc represalia
 tam in foro ciuili quàm canonico, seu con-
 scientia non sunt licitæ, quia etiam negli-
 gente iudicio seculari, recursus est habendu-
 s ad ecclesiasticum. c. ex tenore: de fo-
 compe. ideo hoc remedium ratio sibi uen-
 dicat. Et secundum D. Ar. Flo. 3. ti. 4. c. 4.
 antequam possint fieri represalia licitæ
 prius pars iniuriam passa debet requirere
 iudicium ciuitatis iniuriantis, ut iniustitiam
 faciat, & tunc si negligit iniustitiam facere,
 adhibet proximum superiorem, quo defi-
 ciente, adhibet principem, uel illum cui
 tale officium esset commissum, ut sit alicu-
 bi, quibus omnibus deficientibus debet
 adire rectorem propriæ ciuitatis, & face-
 re fidem de requisitione & neglectu, &
 petere, ut requiratur iterato, ut iniustitiam fa-
 ciat, & tunc eo requisito, & negligente
 iudex dabit sententiam super negligentia
 & defectu iustitiæ, secundum Domi. & Ar-
 chi. in d. c. unico, & postea poterit conce-
 dere represalias. Not. etiam secundum
 Bart. ubi supra, quod quandoque non est
 superior, neque de iure, neque de facto, &
 tunc clarum est, ut d. c. dominus. Quando-
 que potest haberi copia de iure, sed non
 de facto: exemplum. Imperator in Alama-
 nia est de iure & non de facto, quia in il-
 lis partibus ei non paretur, & tunc uide-
 tur non haberi copia superiores quo ad il-
 lum. Quandoque potest haberi copia de
 facto & non de iure, sicut de tyrannis, & si
 sit notorium ipsum non esse dominum, sed
 tyrannum non debet ad illum recurrere, quia
- non ualent quæ agitur, si autem non est notorium,
 sed tolleratur ad illum debet recurrere. Quan-
 doque potest haberi de iure & de facto, sed
 non expedit, quia forte expederetur plus quam sic
 id, de quo queritur, uel forte passus iniuriam
 est pauper, & tunc non tunc quod sit necesse ad
 re superiorem, immo sit procedendum tanquam
 si superioris copia non haberetur. Et not. quod res
 captæ represalias debent debite custodiri,
 & per iudicem æstimari, & uendi, & post debita
 satisfactioem cum expensis debent
 reliqua restitui. Quidam dubitant, utrum
 uentus pro alio possit grauari in represaliis,
 licet uerius est, quod possit quando omnia
 supra dicta concurrunt.
- 4 ¶ Tertio, ¶ utrum represaliæ concessæ con-
 tra Florétinos debeant extendi ad Floré-
 tinos habentes domicilium Senis. Respõ.
 Pan. in c. quoniam. de offi. or. quod non, quia
 odiosa, facit quod nota. Bart. in l. prouin-
 ciales. ff. de uerb. sign.
- 5 ¶ Quarto, ¶ utrum statutum possit fieri, quod
 quilibet possit capi pro delicto alterius.
 Respõ. Bar. ubi supra, quod contra terras, uel
 uillas sibi non subditas non potest, sed bene
 contra sibi subditas, ut C. de omni agro.
 deser. l. i. & ualet statutum, quod uxor possit
 capi pro uiro fallente, ut l. satis. C. in qui.
 ca. pi. uel ap. hõpi. ra. contrahi, & similiter
 filius pro patre. l. si. C. de priu. Et si non sit
 hæres, & aduerte, quod terra sub certis pa-
 ctis submissæ protectioni dõtorum non di-
 cuntur sibi subditæ, sed sãderatæ: & ideo
 contra eas non ualet tale statutum.
- 6 ¶ Quinto, ¶ queritur an tale statutum pos-
 sit exerceri extra statutum statuentis. Res-
 põ. secundum Bart. ubi supra quod sic, potest
 agere contra tales condiciones ex statuto,
 quia actio ubique sequitur eos quibus com-
 petit, ut l. si. C. de præscrip. lon. tem. quod li-
 mita nisi filius forte iureur domicilium alibi
 antequam pater rumpere. ar. l. ciues. C.
 de indi. uid. tol. sif. si filius esset natus
 postquam rupit pater eius quia iura intelliguntur
 de filio existente tempore quo rupit. l. in
 delictis. §. si extraneus. ff. de nox. & l. citius.
 ff. de test. mili. Et idem dicitur quod statutum dicit, quod
 homines unius terræ unus teneatur pro
 alio. Nam ille qui de notio effectus est iuris
 terra non tenetur pro debitis antiquis. l.
 prouidendum. C. de deci. & quod not. Di. in
 l. in colam. ff. ad muni. Similiter tale statutum
 intelligitur

intelligitur de debitis contractis intra ter ritorium nisi aliud addat, ut l. cum unus. §. his qui. ff. de bonis auto. iudi.

- 7 ¶ Sexto, ¶ quid si talis, qui habuit recursū ad iudicem debitoris reportauit iniquam sententiam. Respon. secundū Barto. ubi supra, quod debet appellare, & adire iudicem appellationis aliter repræfalsi non erunt licitę. l. si prohibetur appellare, uel non est iudex appellationis, tunc potest recurrere ad suum iudicem. Quomodo concedentes, uel extendentes ad personas ecclesiasticas sint excommunicati. uer si. excommunicatio. 7. casu. 39.

DE RESCRIPTO.

- 1 Rescriptum quid est.
- 2 Rescriptum, & processus per ipsum rescriptum habitus impetratum ab excommunicato, super alio quā sup excommunicationis, uel appellationis articulo, ipso iure est nullum.
- 3 Rescriptum per solam citationem perpetuatur.
- 4 Rescriptum quomodo est surreptitium. Et quomodo cognoscatur nu. 5.
- 6 Papa si motu proprio dispensat uel aliam gratiam concedit nunquid falsitas per impetratam expensā habeat uitare gratiam.
- 7 Rescripta non extenduntur ad personas in eis non expressas.
32 ¶ Trigesimoprimò, † vtrum accipere rem paruum ex furto sit peccatum mortale. Respon. secundum S. Th. 2. 2. q. 66. ad tertium. q̄ illud quod modicum est ratio apprehendit quasi nihil, & ideo in his quæ minima homo non reputat sibi nocuum fieri, & ille qui accipit potest presumere hoc non esse contra uoluntatem eius cuius est res, & pro tanto si quis furtiuè huiusmodi res minimas accipiat potest excusari à peccato mortali, ar. cap. quæstiones. de simonia, si tamen habet animum furandi uel inferendi nocuum proximo etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in solo cogitatu per consensum. hæc ille. & sic debet intelligi tex. 14. q. 6. cap. fin. ubi dicitur siue parua siue magna, quod est furtum, & q̄ attēditur mens, & similiter. In sit. de re. diu. §. galinarum. ubi dicit glos. etiam de uno ouo, uer. furtum. §. 3. Sed nunquid ista circūstātia magni, uel parui, sit de necessitate confessio- nis. Respon. secundum S. Th. 4. di. 16. q. 3. ar. 2. quodl. 5. q̄ circūstātia solum quæ uariat speciem est de necessitate confessio- nis, sed ibidem. quodl. 4. dicit, q̄ quantitas de se non uariat speciem, sed grauat, igitur dici enim. 2. 2. q. 18. ar. 11. q̄ quantitas non uariat nisi ratione præcedentis, puta magnum uel paruum non habent speciem mali, sed ratione præcedentis, puta furari magnum, uel paruum, & sic grauat ratione alterius, & non mutat speciem. idem dicit in 4. ubi supra, quodl. 5. Sciendum tamen, q̄ in d. q. quodl. 5. dicit, q̄ est una opinio, quæ dicit, q̄ est de necessitate, & similiter confessor non bene potest determinare quid agendum nisi sciat quantitatem, aliter enim debet determinare in eo, quod magna habet restituere, quam in eo, quod parua, & aliquando reseruat ubi magna debet esse restitutio, & non ubi parua. unde posset dici, q̄ quia est da-

bium pp opinionem tenentem contrariū,
& similiter per accidens possit est de necessi-
tate, ideo &c. uide uerſi. circumſtātia. §. 8.
33 ¶ Trigesimoſecundō, † utrū recipiens pec-
cuniam à diuerſis pro pluribus miſſis, & di-
cit unā ſolā, intendens oībus ſatisfacere, ſa-
tisfacit ita q̄ nō tenetur ad reſtitutionē.
Reſ. quidā antiqui, ut dicit S. T. 4. diſt. 45.
q. 2. ar. ſi. ſi. p̄poſitus! & ſequaces dicit, q̄
eodē modo ſatisfacit p̄ unā oībus, ſicut ſi
diceret vnā pro quolibet, uel ſingulis. iſtā
opinionē ſecuti ſunt quidā moderni, ſicut
gl. in c. ſtatunitatē. de ſepul. & Angelica in
uerſ. miſſa. §. 52. & alleg. text. Ieroni. ca. non
mediocriter. de conſec. diſt. 5. ubi h̄ hoc
quaſi formaliter. Iſtæ opinionēs cōiter tā à
Theologiſ. 4. ſn̄iarum. diſt. 45. q̄ à Canoni-
ſtis reprobantur, in d. ca. ſtatunitatē, ut ibi
dicit Pa. & cōiter doc. ſequuntur viā S. T. q̄
in d. ar. ſi. ſic diſtinguit. ſ. q̄ poſſumus cōſi-
derare ipſam miſſam dupliciter. ſ. quantū
ad gaudiū cōe, quod conſequentur oēs exi-
ſtentes in charitatē, ſm q̄ ponitur articu-
lus fidei cōionem ſanctorū, & in Pſal. Par-
ticipē me fac Deuſ. & ſic una miſſa aquali-
ter omnibus ualet, & magis illis qui habēt
maiorē charitatē, tā in patria, q̄ in uia. &
hoc eſt gaudiū quod habent oēs, & ſoli exi-
ſtentes in charitate, de quo intelligunt cōi-
ter doct. q̄ dicunt, q̄ bona facta in gratia
reuiuſcunt, & ratio q̄ oēs participent eſt
ſm S. Th. quia charitas q̄ magis diffundi-
tur, magis perficitur, & ſimiliter gaudiū: &
ſm iſtum modū exponi p̄t ille text. c. me-
diocriter. quāuis aliqui dicant, q̄ loquitur
ſm aliā opinionē. Alio modo poſſumus cō-
ſiderare ipſam miſſam quantū ad ſatisfac-
tionē, q̄ p̄t alteri applicari per celebrantē,
& iſta ſatisfactio eſt finita & determinata à
diuina iuſtitia, & ex conſequenti, ſi uni to-
ta applicetur, alteri non p̄t applicari, & ſm
iſtā uia q̄ ſequuntur tā Theologi quā Can-
oniſtæ: & ſimiliter cōiter Sumiſtæ, ſicut
Piſa. in uer. ſuffragiū. §. 7. & 8. & ſumma
conſe. & Roſ. uer. miſſa. §. 22. nō ſatisfacit,
quāuis poſſit pro multis orare, & dicit ibi
dē S. T. in ſi. q̄ ſi dicat unā miſſam, uel plu-
res pro aliquo qui nō habet tū ſatisfacere,
q̄ Deus diſpenſat reſidū aliis, ut credo q̄
magis ſunt cōiuncti dicenti, uel faciet̄ di-
cere ſm iuſtitia. Ex his quidā concludunt,
q̄ ſi aliquis ſacerdos obligauit, omnes ſuas

Secunda pars

miſſas, & ſm totum, q̄ nō p̄t pro aliis di-
cere, aliter tenetur ad reſtitutionē ſm Sco.
in quol. vñ datur cautella, ut ſacerdos non
promittat ſpecialiter alicui, ſed poterit di-
cere. Nos rogabimus Deum pro eo, p̄ quo
uult, ut dicantur in triginta miſſis, uel ſi-
milibus, & tunc oībus p̄t ſatisfacere maxi-
mē cū illi, ut in plurimū qui dant aliquid
ſacerdoti, ita parū dent q̄ ſacerdos nō poſ-
ſet ex eis uiuere, & ſatisfactio miſſæ ſit ma-
gna, ut cōiter creditur: ideo p̄t illā applica-
re diuerſis. vñ. S. T. ubi ſupra effectus ſuffra-
gii diuiditur ex diuina iuſtitia inter eos p̄
quibus ſuffragia ſiunt, ſit. n. per modū ſolu-
tionis debiti, vñ ſm Pet. de pal. 4. diſt. 45.
q. 2. conſuſione. 5. p̄t ſacerdos q̄n promit-
tit plures quā poſſit celebrare excuſari
quinq; modis. Primō pp̄ im poſſibilitatē ce-
lebrandi pro quolibet ſpecialiter, puta poſt
quā ſacerdos promiſit alicui, ſuperiore i-
ponatur alia, & tunc ſi non liberet ſaltem
excuſat. Secundō pp̄ conſuetudinē maxi-
mē apud eum, qui ſcit uel ſcire debet, quia
ſcienti dolus non inferitur, & maximē ut di-
ctum eſt, quia p̄t participare proportiona-
biliter ſm, q̄ dantur. Tertio pp̄ conuentio-
nē ſi expreſſē hoc dicit promittens, quia
contractus ex conuentione legē accipiunt,
quod ē ſufficit dicere executori, quia cui
cōmiſit teſtator diſtributionē pecuniz pro
miſſa, vñ ē cōmiſiſſe de miſſa procuranda.
Quartō pp̄ recompensationē, quia non re-
fert quid ex æquipollentibus fiat, ut ſi in
aliis miſſis, uel ſuffragiis recompensetur.
Quinto pp̄ ſuppletionem Dei. Hanc uiam
tenet D. Archi. Florenti. prima. q. tit. 10. c.
2. Sciendū aut, q̄ ſi eſſet aliquis, qui pete-
ret miſſam, pro ſe ſolo dicendā tunc uel nō
deberet acceptare, uel dēt ſibi ſi dē ſeruare,
uer. miſſa. §. 52. Ad illa q̄ dicit Angelica nō
me extendo, tū quia ſerē oēs tenent contra-
riū ēt ſui, ut patet de Sco. & Roſella, tū qa
nimis prolixē loquitur, tum quia uel nihil
allegat, uel parum ualet immo in illo. §.
vñ cōiter loqui ex ſuo credo, quod non cā-
tatur in miſſa. Conclude igitur ex his di-
ctis, & q̄ cōiter dñr in iſta materia. primō
q̄ fides eſt ſeruanda, ut illas dica: ſicut pro-
mittit alias ſeruanda fidē. Secundō q̄ ſatisfa-
ctio miſſæ q̄ p̄t alteri applicari quāuis non
ſit infinita, tñ eſt magna. Tertio q̄ ille qui
celebrat, uel alius pro eo p̄t pro parte ſatis-

Sum. Tab.

99

tēctōnis

factionis uni applicare, & pro alia parte alteri. Quarto quod ceterum id quod datur pro missis dicendis est parue quantitatis respectu ualoris missæ. Quinto quod Deus iustus dispensator potest, immo dispensat unicuique, &c. dicamus igitur, quod una missa potest iuste pluribus promitti, & applicari, & Deus iuste dispensat secundum merita. Quomodo confessor teneatur de commissis in confessione ex ignorantia. uerf. confessio. 2. §. 22. in fi.

DE RESURRECTIONE.

1 Resurrectio mortuorum quomodo fiet.

Resurgent omnes homines idem numero, eum uero pertinetibus ad integritatem naturæ. Et Christus fuit primus resurgens simpliciter, quia omnes qui surrexerunt ante Christum iterum mortui sunt secundum Augustinum & Ieronimum. quibus Ieronimus aliquando uideatur dubitare de his, qui surrexerunt in passione Christi, sed secundum S. Thomam omnes iterum mortui sunt, ut Christus primus simpliciter, &c. hæc S. Thomas in diuersis locis. Quæ facta remaneant in resuscitato. uide uerf. factum. §. fi. Quidam dicunt, quod si quis resurgeret non gloriosus teneretur ad religionem, sed melius est dicere quod non, quia uouet usque ad mortem. Alia recuperat indistinctè, uero tunc testamentum, quod ante fecerat, & recuperat bonam legem Bar. l. 1. C. de fa. san. eccle. secus esset si resurgeret gloriosus, quia non indigeret bonis nostris, quæ facta non reiterantur in resuscitato, & quomodo possit accipere aliam uxorem etiam prima uentente. uerf. sacramentum. §. fi. beneficiatus autem quamuis retineat ordinem, non tamen retinet beneficium nisi per nouam collationem.

DE RIXA.

1 Rixa filia est ira.

2 Rixa an sit peccatum mortale.

3 Rixa an tollatur mutua compensatio.

Rixa, est filia iræ secundum quod ira procedit usque ad factum quamuis aliquando oriatur ex odio, non tamen proprie est filia, uel effectus eius, quia præter intentionem odientis est quod rixosè, & manifestè iniuriam lædat: quandoque, uero lædit occultè,

& sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ factis proximis inferuntur ex ira, unde sicut contentio importat quandam contradictionem uerborum, ita est rixa importat quandam contradictionem in factis, unde super illud Gal. 5. rixæ dicitur gl. quod rixæ sunt quando ex ira inuicem se percutiunt: & ideo rixa uideatur esse quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas personas agitur non ex aliqua publica auctoritate, sed magis ex inordinata uoluntate, & ideo rixa semper importat peccatum. hæc S. Thomas 2. 2. q. 51. ar. 1. uide aliquod supra uerf. ira. §. 6. & uerf. contentiones & uerf. discordia.

1 Primò, utrum sit peccatum mortale. Res. secundum S. Thomam ubi supra quod in eo quod alterum inuadit iniuste est peccatum mortale: inferre. n. nocumentum proximo etiã opere manuali non est absque peccato mortali, in eo autem qui se defendit potest esse sine omni peccato, & quandoque cum ueniali, quandoque cum mortali secundum diuersum motum animi eius, & diuersum modum defendendi se. Nam si animo repellendi iniuriam illatam, & cum debita moderatione se defendit, non est peccatum, nec proprie potest dici rixa ex parte se defendentis. Si uero cum animo uindictæ, uel odii, uel cum excessu debet moderationis se defendat, semper est peccatum, sed ueniale quidem quando aliquis leuis motus odii, uel uindictæ se immiscet, uel cum non multum excedat moderatam defensionem: mortale autem quando obfirmato animo in impugnantem insurgit ad eum occidendum, uel grauiter cum lædendum, & sic ab apostolo, ubi supra ponitur inter opera carnis.

2 Secundò, ut pone quod Titius & Sempronius rixati sunt, & percusserunt se ad inuicem, uel dixerunt sibi conuicia alter natim nunquid ista tollantur mutua compensatione inter se, & sic conuentus super iniuria, uel percussione possit dicere non teneor tibi respondere, quia tu me percussisti, uel iniuriam intulisti. Respon. secundum Panormitan. in cap. primo. de iniur. quod non, quia iniuriæ quæ sunt se paratæ ad inuicem ad diuersa facta non tolluntur mutua compensatione: secus quando uersantur circa idem factum, ut mutuum,

mutuum, adulterium mariti & uxoris circa matrimonium: quando enim agitur ciuilitate ad separandum matrimonium, quod ad thorum, & lucrandum dotem bene tolluntur hæc delicta, mutua compensatione, vt in cap. intelleximus. de adul. & ibi per Innocen. secus si tu prouocasti me dicto, uel facto, & ego offendi non potes agere contra me, quia dedisti causam, & calor iracundiæ calumniæ uitio caret. 2. q. 3. c. si quem penituerit. §. notandum. hoc tamen dictum Specu. non placet Pan. quia ista sunt diuersa, ut supra dictum est. unde quilibet potest agere pro iniuria sua, & regulariter non licet ulcisci. C. quando li. siue iudi. per totum. unde percusso non licet insequi percussorem. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. aquil. mitius tamen putatur iste qui prouocatus offendit. secus tamen esset inter bestias, quia si animal prouocatum aliud occidit non videtur teneri dominus. Et faciunt hæc ad statuta imponentia aliquam penam pro quolibet percussione nunquid prouocatus incidat, & dicendum quod sic, sed iudex ex officio debet illam moderari. Bar. in simili. l. 2. ff. de excep.

DE ROGATIONIBUS.

1 Rogationum dies qui sunt.

1 **R**ogationum ¶ dies sunt dies tres immediate præcedentes festum Ascensionis Domini in quibus secundum antiqua iura ieiunandum erat & seruandum: serui & ancillæ debebant esse liberi ab opere seruili, & quadragesimali cibo uti debebant homines. c. prouitiandum, & c. rogationes. de conse. dis. 3. quibus omnibus abrogatum est, quamuis fratres prædicatores secundum constitutiones eorum seruent.

DE SACERDOTE.

- 1 *Sacerdos unde dicatur.*
- 2 *Sacerdotis appellatione utrum soli presbiter veniant.*
- 3 *Sacerdos utrum possit ministrare sacramenta peregrinis, & hospitiis consuetibus ad ecclesiam suam.*
- 4 *Sacerdos volens recipere eucharistiæ sacramentum, an debeat habere oratoriu, siue stollā.*
- 5 *Sacerdos qualiter dicatur soluere vel ligare.*

6 *Sacerdos quando ligat, vel soluit an liget, vel soluat Deus.*

¶ Sacerdoti uago celebrare non licere statuit Sancta Synodus Trid. Sacerdotes uero Christi Vicarios esse, præsidēs ac iudices, sacramentorum ministros, clauium ministerium habentes, Verbi Dei ministerium exercentes, à Christo fuisse institutos, seipso communicare, absq; præuia confessione, necessitate urgente, celebrare posse, quã primum tamen constiteatur; sacerdotes nõ posse laicos effici; sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per uirtutem spiritus sancti in ordinatione collatam, tãquam Christi ministros functionem remittendi peccata exerceat; eosq; prauē sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt, docuit eadem sancta Synodus. atq; eos, qui aliter aduersus prædicta dixerint, anathematis pena damnauit. Sess. xiiij. cap. viij. Sess. xiiij. cap. j. v. & vj. de instit. sacram. cap. iij. can. iij. & x. Sess. xxiiij. cap. ij. & iij. LEON. à LEGE.



1 **S**ACERDOS ¶ uerbum est compositum ex græco & latino, quali sacrum dans. 2. r. dis. c. clericos, eius officium est sacrum corporis, & sanguinis Dni conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei, ut dicitur in ca. perlectis. 2. s. dis. pnt fm Ray. baptizare, prædicare, penitentias dare populis, quã dare simplicem benedictionem. dis. 9. s. c. ecce, sed tamen cum celebrant præsentē Episcopo. debent ei inuenire, ut benedicat si uelit, & si nolit benedicat sacerdos. Item sacerdos habet conferre infirmis extremam unctionem. 9. s. dis. c. sed & illud. Et quamuis prædicta pertineant ad officium sacerdotis, tamen prædicare, & sacramenta administrare non pertinet ad omnes, sed solum qui ad hoc officium sunt instituti. de hære. c. cum ex iniuncto, & cle. religiosi, de priuile. sacerdotum Et ordo liberat à fortuna seruili, ut ascriptitia.

2 ¶ Primò, ¶ utrum appellatione sacerdotis ueniant solum presbiteri. Resp. quod in materia fauorabili nomine sacerdotis uenit presbiter, diaconus, & subdiaconus. facit text. in cap. primo. 1. s. quæstio. 5. secus in materia odiosa, quia solum uenit presbiter.

biter. facit c. si quisquam. de cohabitatio-
ne cle. & mulierum, & ibi Pa.

¶ Secundò, ¶ utrum possit ministrare sacra
peregrinis, & hospitibus consentientibus ad
ecclesiam suam. Ref. fm Pan. in c. 1. de cele.
mis. q. sic. vnde morientes ibi sine electio-
ne sepelitur sepeliuntur ibidem, aut si ali-
bi elegerint, debet ei quarta portio. Et de-
bet sacerdos parochialis visitare sæpe infir-
mos. c. 1. de cele. mis. Itẽ debet stare ieiunus
vsq; ad horam congruã celebrandi, & si ce-
lebrat non debet sumere purificationẽ pp
necessitatem, nisi habeat alium per quem
possit supplere, ut nota Pa. in d. c. 1.

¶ Tertio, ¶ utrum sacerdos volens recipere
eucharistiã sacrm, puta quia infirmus, uel
aliã impeditus à celebratione debeat hñe
oratorium siue stollam. Ref. q. sic, circa col-
lum, & super utrumq; humerum quod si-
gnum crucis præparet in suo pectore, sic ẽt
qñ vult celebrare, ut in c. ecclesiastica. 23.
tex. aperte clamat. Sed nunquid cum facit
officiũ diaconatus vteret stolla, sicut qñ
celebrat. Ref. q. non, ar. c. præcipimus, & qđ
ibi no. 63. di. sed vteret, sicut diaconus uti
solet, s. q. habeat stollam sup humerũ sini-
strum taliter, q. venit ante, & retro sub bra-
chio dextro, & humerũ dextrũ eũ eius bra-
chium sit liberum ad ministrandum sacer-
doti. 25. di. vnũ oratoriũ. intellige nisi aliter
habeat consuetudo, sicut nunc habent
fratres prædicatores qui in die cenæ oēs sa-
cerdotes cõicant sine stollis, & ẽt cum reci-
piunt viaticum. Quomodo existens in pec-
cato mortali, non possit exequi sicut offi-
ciũ sine peccato mortali. ver. correct. o. §. 4.

¶ Quarto, ¶ qualiter sacerdos dicatur solue-
re uel ligare. Ref. fm Ray. tribus modis. pri-
mò ligant, & soluant. i. ostendunt aliquem
ligatum, uel solutum esse à Deo. Nam si qs
apud Deum solutus sit: tñ in facie ecclesiã
non aliã solutus hñ, nisi p iudiciũ sacerdo-
tis. ar. p. di. 1. c. quantum quilibet. secundò li-
gant eum penitentibus satisfactioẽ impo-
nant, uel soluant, eũ de ea aliqđ dimittũt,
uel p eam purgatos ad communionem ad-
mittunt de par. di. 1. c. multiplex. tertio per
excommunicationem, uel absolutionem.

¶ Quinto, ¶ utrum quemcumque sacerdos
ligat uel soluit, liget & soluat Deus. Ref.
fm Ray. illa auctoritas quodcumque liga-
ueris, &c. non simpliciter intelligenda est,

sed tunc demum cum sacerdos iustè ligat,
uel soluit: nam iudicium triplex est. Primũ
est Dei, qui scilicet Deus mundat animã
per contritionem. Secundum est sacerdotis
qui auctoritate clauium ligat, uel soluit.
Tertium est curiã celestis approbantis, ita
que quodcumque ligaueris, &c. exponitur
iustè, in clauis non errante, erit ligatum,
& in cælis, scilicet per approbationem. 11.
q. 3. c. tunc vera, utrum missa mali tantum
valeat quantum boni. vide ver. missa. §. 53.

DE SACRAMENTO.

- 1 *Sacramentum quid importet.*
- 2 *Sacramenta nouæ legis quot sint.*
- 3 *Sacramenta reiterabilia quæ sint.*

¶ Sacramenta septem à Christo fuisse insti-
tuta, gratiã cõtinere, aliud alio tñ dignius,
in his conficiendis ministrorũ exigĩ inten-
tionem: sacra uero nouæ legis à sacramen-
tis antiquæ legis ualde differre: sacramentis
his, Baptismo, s. Confirmatione, & Ordine
imprimi characterem in anima, docuit
sancta Synodus Trid. anathematis pœna
damnans eos, qui aliter dixerit. Sess. de sa-
cramentis. per xij. can. Ex c. ad abolendã.
de hære. c. nihil. de cons. di. 2. c. multa. c. re-
missionem. c. Christus. eũ plur. seq. 1. q. 1.
& c. vlt. 15. q. vlt. LEO. à LEGE.

¶ Sacramentum, ¶ fm proprietatem voca-
buli vñ importare sanctitatem actiue:
ut dicatur sacramentum quo aliquid sacra-
tur, sicut ornamentum quo aliquid orna-
tur, sed quia actiones actiuorum debent ẽe
se proportionate conditionibus passiuorũ,
ideo in sanctificatione qua homo sanctifi-
catur debet esse talis sanctificandi modus
qui homini competat fm q. est rationalis,
quia ex hoc est homo, in quantum aut est
rationalis habet cognitionem à sensibili-
bus orram, vnde oportet q. sanctificet hoc
mò q. sua sanctificatio sibi innoscat, &
per similitudines sensibilium rerum, & fm
hoc inuenitur diuersa acceptio sacramenti.
Aliquando enim sacramentum importat
rem qua fit principaliter consecratio, & sic
passio Christi dicitur sacramentum, & hæc
est prima acceptio quam magister senten-
tiarum ponit. Aliquando autem includit
modum

modum consecrationis qui homini competit secundum, quod cause sanctificantes, & sua sanctificatio per similitudines sensibilibus sibi notificatur, & sic sacramenta noue legis, sacramenta dicuntur, quia & cōsecrant, & sanctitatem significant modo prædicto, & etiam primas sanctificationis causas significant, sicut baptismus, sanctitatem significat, & puritatem designat, & mortis Christi signum est. Aliquando etiam includit tantum significationem prædictarum consecrationum, sicut signum sanitatis dicitur sanum, & hoc modo sacramenta ueteris legis, sacramenta dicuntur, in quibus signant ea quæ in Christo sunt gesta, & etiam sacramenta noue legis. Sacramentum ergo noue legis, de quo solo intendimus est sacre rei signum, ut eius similitudinem gerat. & hæc est diffinitio Magistri sententiarum. Augustinus etiam in libro de doctrina Christiana diffinit sacramentum noue legis, dicens, quod est inuisibilis gratiæ uisibilis forma, ut imaginem gerat, & causa existat. In hoc enim, quod dicit, ut causa existat ponitur causa effectiua sanitatis, ponitur uerò modus competens homini quantum ad cognitionem in hoc quod dicit inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Et modus significationis, homini conuenientialis, scilicet ex similitudine sensibilibus in hoc, quod dicit, ut imaginem gerat. tertia diffinitio quam etiam ponit Augustinus est sacramentum est in quo sub tegumento rerum uisibilem diuina uirtus secretius operatur salutem, quæ datur quantum ad id quod est principale in ratione ipsius sacramenti. scilicet causare sanctitatem. scilicet instrumentè taliter, non enim sunt cause principales, ideo dicit sub tegumento, &c. Quarto diffinit Vgo. de san. in li. de sacramentis dicens, sacramentum est corporale elementum extrinsecus oculis suppositum ex institutione significans, ex similitudine representans, & ex sanctificatione inuisibilem gratiam continens. Et est eadem cum diffinitione Magistri. prima hoc excepto quod addit causam significationis, quæ est institutio, & causam efficièntem quæ est sanctificatio. hæc omnia ponit S. Tho. 4. di. 1. q. 1. art. 1. Et not. secundum eum. S. Thom. & Pet. de Pal. quod aliquid est sacramentum tantum, ut in baptismo ablutio sub forma uerbo-

Secunda pars.

rum. Aliud est sacramentum, & res sacramenti, ut caracter, seu ornatus. Aliud est res sacramenti tantum ut gratia. Et in omni sacramento sunt tria. scilicet materia, forma, & intentio applicantis, &c. Et in omni sacramento sunt tria. scilicet primū. i. passio Christi. secundum est id in quo continetur gratia. tertium est sanctificatio siue gloria, & omnia sunt danda cum signo crucis. Quo modo non sunt recipienda neque administranda ab existētibus in peccato mortali. uide uer. confessio sacramentalis. §. 41. & uer. correctio. §. 4. de necessitate sacramentorum. uerbi. communicare prin. & §. 1. & uer. absolutio. 1. §. 1.

2 ¶ Primò, ¶ quot sunt sacramenta noue legis quæ dicuntur sacramenta gratiæ, eo quod cōferant gratiā. Ref. l. m. S. Th. 4. di. 2. q. 1. ar. 2. q. sunt septem. scilicet baptismus cōsummatio, eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimoniū. Ista cōferunt gratiā non solum ex opere operante, sed et ex opere operato, & est opus operans usus sacramenti, opus uerò operatū est ipsum sacramentū l. m. S. Th. 4. di. 1. q. 1. ar. 5. quod 1. 2. uide baptismus. 6. §. 2. de quibus oibus in locis suis. Quomodo aqua benedicta non est sacramentum. uer. aqua. §. 2. & §. 5. à quo fuerunt instituta uer. absolutio. 1. §. 2.

3 ¶ Secundò, ¶ quæ sunt sacramenta quæ possunt iterari. Ref. sunt illa quæ non imprimunt caracterem. 3. 2. q. 6. 7. licet. 1. q. 1. quod quidam, & sunt pœnitentia, uel confessio, eucharistia, matrimoniū, & extrema unctio. Alia uerò tria. scilicet baptismus, ordo, & cōsummatio non reiterantur etiam si mortuus resuscitetur, unde postea accipere aliam uxorem etiam uiuente prima quæ habuit ante mortem, & secundum Vgo. si acciperet aliam. non esset bigamus.

DE SACRILEGIO.

- 1 Sacriligium quid dicatur.
- 2 Sacriligium an sit peccatum diuisum ab aliis speciebus peccatorum.
- 3 Sacriligii quot sunt species.
- 4 Sacriligii quæ sit pena.

1 **S**acriligium ¶ dicitur quasi sacri lēditū. i. sacrum lædens, & est sacre rei uiolatio, uel usurpatio, & secundum S. Sum. Tab. qq 3 Tho.

Th. 2. 2. q. 99. ar. 1. omne illud quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet ad iniuriam Dei pertinet, & habet sacrilegii rationem. Sacrum. n. dicitur ex eo q̄ ordinatur ad diuinum cultum, & sic efficitur quoddam diuinum, & sic ei quædam reuerentia debetur quæ refertur in Deum, cui sacrilegus irreuerentiam facit, unde accipitur ibi uolatio pro omni irreuerentia, & usurpatio pro illicita alienatione. Et ly rei, communiter sumitur pro ut continet, & personas, & loca, & signa, & res, ly sacre communiter etiam sumitur pro sacro subiectiuè, ut personæ, & effectiuè, ut sacramenta, contentiuè, vt loca, & vniuersaliter relatiuè ad diuinum cultum, ut uasa, vestes bona mobilia, uel immobilia.

2. ¶ Primò, ¶ utrum sacrilegium sit speciale peccatum conditum ab aliis speciebus peccatorum. Res. Em S. Th. ubi supra ar. 2. q̄ sic, quia hêt unam rônem formale, speciale conditum ab aliis speciebus. quæ est uolatio idest actio iniuriosa rei sacre per aliquam irreuerentiam, ideo est speciale peccatum, & opponitur religioni, ex eo. n. q̄ rem sacram uiolat contra reuerentiam Dei agit, & sic per irreligiositatem peccat.

3. ¶ Secundo, ¶ quot sunt species sacrilegii. Res. q̄ sacrilegium potest accipi dupliciter, primo modo per se, & propriè, secundo modo per accidens, seu similitudinariè. Si accipiat primo modo Em quod est species peccati distincta ab aliis sp̄ibus peccati, prout addit circumstantiam necessariam consistendam tali modo sumptum, tunc habet tres species prout dicit directè aliquà irreuerentiâ contra sanctificationem, & formaliter. prima species est contra personam sacram quæ habet etiam multas differentias ratione materiæ in qua reperitur, si. n. sit ratione luxuriæ, tunc uel abutitur persona coniuncta secundum sp̄ialem cognitionem, puta cum ea quam baptizauit, uel audiuit in confessione, & similia, & tunc habet rônem incestus. uide uer. impedimētum. 5. prin. in si. uel abutitur uirgine Deo sacrata in quantum sponsa Christi, & tunc est sacrilegium per modum adulterii, uel Em q̄ est sub spiritualis patris cura, & tunc erit stuprum. Sed quid si esset aliqua mulier cognita ab aliquo sacerdote religiofo qui eam audiuit in cōfessione, utrum istæ

sint tres differentie necessariæ, ut necesse sit consistere omnes tres. Res. Em S. Th. 2. 2. q. 99. ar. 3. ad tertium, q̄ licet diuersæ sanctitates unius personæ ex diuersis causis proueniant, ut hic ubi est sanctitas uoti, sacri ordinis, & paternitatis spiritualis, omnes tamen cōueniunt in hoc, q̄ est sanctitas personalis, & p̄pterea unius speciei sacrilegium constituunt, unde sufficit vnâ exprimere. Et si addatur uolentia ad præcedentia erit raptus, de his habes supra uer. luxuria. s. 5. Si autem sit ratio ire, ut iniuriam perferat personæ sacre, tunc committit sacrilegium uerberando personam sacra. Secunda species sacrilegii est qm̄ sit irreuerentia loco sacro, uel furando quod pertinet ad iniustitiâ, uel frangendo, uel in eo concubendo, uel aliter per emissionem feminis uiolando, uel aliquem de loco sacro uolenter extrahendo. Tertia species sacrilegii est quæ sit circa alias res sacras, quæ habet etiam diuersos gradus Em differentiam rerum sacrarum inter quas summum locum obtinent ipsa sacramenta quibus homo sanctificatur quorum præcipuum est eucharistia sacramentum quod continet ipsum Christum, unde sacrilegiū quod est contra hoc sacramentū est grauissimū, post sacramenta sunt uasa consecrata ad sacramentorum susceptionem, & ipsæ imagines sacre, & reliquæ sanctorum in quibus quodammodo personæ sanctorum uenerantur, & dehonorentur: deinde quæ pertinent ad ornatū ecclesiæ, & ministrorum: deinde ea quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum, siue sint mobilia, siue immobilia, quicunq; cōtra quodcunq; prædictorum peccat, crimē sacrilegii incurrit, q̄ possunt ad diuersas materias pertinere, uel luxurie, uel iræ, uel iniustitiæ, uel gula, puta si sacrum indebitè sumat. Distinguitur in c. quisquis. 17. q. 4. secundum q̄ aliquis aufert sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro uel sacrum de non sacro. Et est grauius quando res est dignior. Sacrilegium uerò per accidens, tunc largè, seu similitudinariè dictum, committitur multis modis. primò transgressor iuris publici, quia bonum commune gentis est quoddam diuinum, & ideo similitudinariè dicitur sacrilegium distinctè. prima eius publicum, sicut etiam sequentia. Secundo qui

Articulos fidei, uel aliquod mandatorum uoluntat, quod intelligit S. Thom. de hereticis, uel blasphemis legis uerba peruerit, & generaliter loquendo omne peccatum est sacrilegium. Si quis tamen sacram scripturam, prout est quoddam spirituale ordinis nos ad Deum uiolaret esset proprie sacrilegium. Tertio, qui disputat de iudicio principis, uel iudicat reuocando in dubium. Quarto, qui publica officia committit iudicis, de predictis habes. d. c. ius publicum. Quinto, qui quantumque rem ecclesie retinuerit, uel acceperit contra eius uoluntatem. 17. q. 4. c. si quis suadente. §. qui autem. idem dicit de similibus, ut dicit Iero. q. nugae in ore sacerdotis sunt sacrilegium. unde omne peccatum sacerdotis materialiter potest dici sacrilegium. haec omnia secundum S. Thom. ubi supra, & eo. lib. quæstio. 154. ar. 10. uide aliquid. uer. excommunicatio. §. casu. 28. §. 2.

¶ Tertio, quæ poena est sacrilegi. Respō. si iniuria sit atrox personæ ecclesiasticæ secundum leges est poena decapitatio. C. de episcopo. & cle. l. si quis in hoc: aliis uero iudicis arbitrio referuntur pro qualitate personæ, rei, temporis, & loci. ff. ad l. Iul. pecu. l. lege. §. 1. & l. sacrilegii: punitur etiã sacrilegus ultimo supplicio secundum leges, quando scilicet facit contra legem confugientium ad ecclesiam, ut supra uer. immunitas. §. 15. secundum canones duplex est poena, secundum Sanct. Thom. ubi supra ar. ultimo. una est spiritualis. scilicet excommunicatio. Nam pro sacrilegio in personam ecclesiasticam commisso, est maior excommunicatio. 17. q. 4. c. si quis suadente. de sen. exc. c. non dubium, & supra uer. excommunicatio. §. casu. primo pro sacrilegio in rebus est excommunicatio minor. 17. q. 4. c. si quis domum. & in aliquibus est maior, ut de fractione ecclesie cum spoliatione. uer. exco. catio. §. casu. 6. Alia est poena pecuniaria. 17. q. 4. si quis in atrio, & ca. si quis contumax in quibus ponunt diuersæ poenæ pecuniaræ, secundum quantitatem criminis, & locorum consuetudinis insigendæ. con. S. Tho. d. art. vlt.

DE SACRISTA.

¶ *Sacristæ officium quod sit.*

Sacrista siue custos ecclesie habet pulsare campanas ad horas iubente Archidiacono. Item custodire palas, seu linteamina altaris, & omnia utensilia ecclesie. Item lampades curare, ne supra modum lucendo oleum depereat cui minus lucendo obscurior sit ecclesia. Item providere de incenso, luminariis, pane & uino pro celebrando. Item oblationes, & decimas, secundum iussum Archidiaconi inter fratres diuidere. hæc not. in c. perlectis, quasi in fi. 2. §. dis. & de officio custo. per totum. Et debet deputari sacrista aliquis de sanctioribus.

¶ SACRITARIUS. uide uer. ars. §. 5.

¶ SALARIUM an debeat famulo infermanti. uide uer. familia. §. 2.

¶ SANCTVS quis debeat haberi. uer. canonizatio, & reliquæ.

DE SARACENIS.

Saraceni qui dicantur.

Saraceni si dicuntur qui nec nouum, nec uetus recipiunt testamentum, qui non ab Agar ancilla Abraham, de qua orti sunt, uoluerunt se nominare, sed potius à Sarra uxore libera, saracenos se appellauerunt, & inter eos sunt quidam Samaritani à Samaria ciuitate prouincie, qui receperunt solum quinque libros Moysi, alios respuerunt. hæc secundum Ray. Saraceni, & Iudæi qui dam heretici, qui uocantur Ciliarchæ, asserunt delectationes corporales esse de perfectione beatitudinis, qui etiam secundum Philosophum, non uidentur habere sanum affectum: sole enim delectationes spirituales, secundum ipsum sunt simpliciter delectationes, & propter se querendæ: & ideo ipse solum beatitudinem requirunt. hæc Sanct. Tho. 4. dist. 44. q. 1. art. 3. ad ultimum argum. totius articuli. Isti Deos Deasque collunt, immo Demones: horum templa precipiuntur claudi sub poena mortis, & amissione bonorum. C. de pagan. & saracen. & templis eorum. l. 1. & 2. & quasi per omnia quod ad prohibitiones: iudicis comparantur. C. eo. tit. l. ut profanos: & de iudic. & sarac. quasi per totum: & ideo uide supra uer. iudicis, quæ prohibentur.

Christianis erga ipsos: excipitur casus, quia cum saracenis christianis comedere uel habitare non prohibetur. 11. q. 3. c. ad mensam, sed bene cum Iudæis. 28. q. 1. c. ga Iudæi dant christianis, &c. quidam tamen tenent, q̄ nec cum saracenis licet comedere, quia in multis iudaizant, quod potest esse uerum, quando talia obseruāt ut iudæi, supra uer. iudæus. §. 1. Item Iudæis permittitur sinagogas, &c. secus de saracenis, ut dictum est. uide S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 11. supra uer. iudæus. §. 9. & uerfi. infidelitas. §. 9. neque permittitur eis inter christianos publicam inuocationem facere Macometi, neque peregrinatio ad aliquem suorum sicut ad sanctum, & Deum: qui hæc permittunt peccant mortaliter, quia contra eam unicam de Iudæis. Item quia cum Iudæis possunt Christiani habere commercium, sed cum saracenis extat prohibitio ne portent arma &c. ut patet supra. uer. excommunicatio. 6. de processu curiæ casu. 5. utrum liceat furari Christianos, q̄ detinetur apud infideles. uer. furtum. §. 7. uer. infidelitas. §. 11. circa fi. Quomodo debeāt induci ad fidem. uerfi. Iudæus. §. penult. & fin. & uerfi. baptismus. §. 7. 10. uide multa alia uerfi. Iudæus, quæ etiam pertinet ad saracenos.

DE S A T I S F A C T I O N E .

- 1 Satisfactio dupliciter potest intelligi.
- 2 Satisfactio quid sit.
- 3 Satisfacere an possit homo Deo pro peccato.
- 4 Satisfactio an fieri debeat per opera penalia .
- 5 Satisfacere an possit unus pro alio .
- 6 Satisfactoria ne sint flagella a quibus a Deo in hac uita puniuntur.
- 7 Satisfactionem si alter in se suscepit an moriendo statim euolabit.
- 8 Satisfactio an fieri possit per opera extra charitatem facta.
- 9 Pœnitentiam datam in confessione factam in peccato mortali an necesse sit reiterare.

1 **S**atisfactio potest intelligi dupliciter. uno modo prout fit homini scilicet satisficit ei de eo quod quis illi tenetur, & de hac sufficienter ea quæ dicta sunt supra. uerfi. restitutio. Alia est satisfactio qua satisficit Deo de peccatis, & de hac nunc dicendum est.

2 ¶ Primò potest satisfactio quid sit. Respond. secundum San. Tho. 4. dist. 15. q. 1. ar. primo quodl. prima, quod iustitia non ad hoc tantum tendit, ut in æqualitatem præcedentem auferat puniendo culpam præteritam, sed ut in futurum æqualitatem custodiat, quia secundum philosophum. 2. Ethic. pœnæ medicinæ sunt. vnde & satisfactio quæ est iustitiæ actus pœnam inferentis, & medicina curans peccata præterita, & præferuans a futuris, & ideo quando homo homini satisficit, & præterita recompenstat, & de futuris cauet, & secundum hoc potest satisfactio dupliciter diffiniri. vno modo respectu culpæ præteritæ quam recompenfando curat, & sic dicitur, q̄ satisfactio est iniuriæ illatæ recompenfatio secundum iustitiæ æqualitatem, & in idem dicitur redire diffinitio Anselmi qui dicit, quod satisfacere est Deo debitum honorem impendere ut consideretur debitum culpæ commissæ. Alio modo potest diffiniri secundum, quod præferuat a culpa futura, & sic diffinit eam Aug. de pœn. distin. 3. c. satisfactio dicens, q̄ satisfactio est, peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus additum non indulgere, in qua ponitur abscessio causarum. s. libidinis, & ex consuetudine, uel actu peccati relicta, & aliquæ reliquæ peccati præteriti, & exteriores occasiones: ut locus, societas mala, & huiusmodi, & tales causæ in hac uita per occasionem, tolluntur per determinationem liberi arbitrii contra peccatum. uide quid sit. uerfi. pœnitentia. §. 2. de necessitate eius. uer. pœnitentia. §. 5. utrum possit fieri de vno peccato sine alio. uerfi. pœnitentia. §. 13. Quomodo quis teneatur de pœnitentiam datam in confessione uer. confessio sacramentalis. §. 17. & se. Vtrum facta in charitate possint mortificari. uer. charitas. §. 26. utrum mortificata reuincat. uer. charitas. §. 27. & 28. Quorum debet esse. uer. contritio. §. 3. 4. & 5. utrum secundus confessor possit relaxare satisfactionem primæ confessionis. uerfi. confessio sacr. §. 21. utrum elemosina liberet ab inferno decedentem in peccato mortali. uerfi. elemosina. §. 15.

3 ¶ Secundò potest utrum homo possit Deo satisfacere pro peccato. Res. secundum S. Tho. ubi supra ar. 2. q̄ dupliciter homo Deo debitor est uno modo ratione beneficii acce-

pti. Alio modo ratione peccati commissi, & sicut gratiarum actio, uel latria, uel aliquid huiusmodi respicit debitum beneficii accepti ita satisfactio respicit debitum commissi. In his autem honoribus, qui sunt ad parentes, & ad Deos etiam secundum filosofum impossibile est æquiualens reddere secundum qualitatem, sed sufficit, quod homo reddat quod potest, ratio, quod non possit breuis est, quia quādo homo facit aliquid ut reddat gratias Deo etiam hoc habet à Deo, & ideo de nouo tenetur, & sic in infinitum amicitia autē non exigit nisi secundum, quod est possibile. Similiter ex parte satisfactionis. unde non potest homo satisfacere si. ly. satis, æqualitatem quantitatis importet: contingit autē si importet æqualitate proportionis, quia sicut se habet quod Deo est debitum ad ipsum Deum, ita hoc quod iste potest reddere ad eum, & sic aliquo modo forma iustitiæ seruetur, & sicut sufficit ad rationē iustitiæ ita sufficit ad rationem satisfactionis. Similiter sicut offensa habuit quandā infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis: ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinę misericordiæ, prout est gratia informata per quam acceptum redditur quod homo reddere potest, quidam dicunt, quod est ex parte meriti Christi quod quodammodo infinitum est, sed in idē redit cum eo quod dictum est, quia per fidem mediatoris gratia data est. Et quamuis æquiualens Deo satisfactio fieri non possit, potest tamen sibi sufficiens fieri.

¶ Tertiò ¶ utrum satisfactio habeat fieri per opera pœnalia. Respo. secundum S. Thom. ubi supra ar. 3. quodl. 1. quod sic: ubi ait Satisfactio habet respectū ad præteritā offensam pro qua recompensatio fit per satisfactionem, & est ad futuram culpam qua per eam præseruamur, & quantum ad utrunque exigitur, quod satisfactio per opera pœnalia fiat. Recompensatio enim offensę importat adæquationem quam oportet esse eius, qui offendit ad eum in quem offensa commissa est, adæquatio autem in humana iustitia attenditur per subtractionem ab uno qui plus habuit iusto, & additionem, ad alterum cui subtractum est aliquid. Deo autem, quamuis quantum ex parte sui est, nihil subtrahi possit: tamen pecca-

tor quantum in se est aliquid ei subtrahitur peccando, unde oportet ad hoc quod recompensatio fiat quod aliquid subtrahatur à peccatore per satisfactionem quod in honorem Dei cedat, opus autē in quantum huiusmodi non aufert aliquid à peccatore, sed deficit, unde subtractio non potest fieri per opus bonū nisi pœnale sit, & ideo ad hoc quod aliquid opus sit satisfactorium oportet quod si bonum ut in honore Dei sit & pœnale ut aliquid peccatori subtrahatur. Similiter autem pœna à culpa futura præseruat quia non facile homo ad peccata redit ex quo pœnam expertus, unde secundum philosophum pœnæ sunt medicinæ & quantum ad hoc aliquando minori peccato datur maior pœnitentia & e contra. Ista autem opera pœnalia principaliter sunt, oratio, eleemosina, & ieiunium primum est contra superbiam, secundum contra auariciam, tertium contra concupiscentiam, unde Tobie. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosina, & ad has reducuntur aliæ satisfactiones, nam omnia carnem affligentia reducuntur ad ieiunium, opera misericordiæ corporalia ad eleemosinam, spiritualia uerò ad orationem, de omnibus his uide in locis suis.

¶ Quartò, ¶ utrum flagella quibus à Deo in hac uita punimur sint satisfactoria. Respo. secundum S. Thom. ubi supra. ar. 4. quodl. secūda, quod si flagella quæ à Deo pro peccatis infliguntur fiant aliquomodo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt, sunt aut ipsius in quantum ea accipiunt ad purgationem peccatorum, eis utens patienter. Si autem ratio eis pro impatientiam dissentiat tunc non efficiuntur aliquomodo ipsius, & ideo non habent rationem satisfactionis sed uindictionis tantum: restituitur autem exigitur ad satisfactionem, non tamen est pars. Quomodo eleemosina est pars magis satisfactoria quàm oratio uel ieiunium. uer. eleemosina. 16.

¶ Quintò, ¶ utrum unus possit satisfacere pro alio. Res. s. m. S. T. 4. di. 20. ar. 2. quodl. tertia, quod pœna satisfactoria est ad duo ut dictum est supra. §. 1. scilicet ad solutionem debiti & ad medicinā pro peccato uitando in quantum ergo est ad remedium sequentis pec-

cati sic satisfactio vnus non prodest alteri, quia ex ieiunio vnus caro alterius non domatur, nec ex actibus vnus alius bene agere confuefcit, nisi per accidens: in quantum aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ quæ efficacissimum remedium est ad peccatū uitandū, sed hoc est per modū meriti magis quàm per modum satisfactionis. Sed quantum ad solutionem debiti vnus potest pro alio satisfacere dummodo sit in charitate per quam actus vnus efficitur alterius per quā omnes vnus sumus, ut opera eius satisfactoria esse possint, nec oportet, quòd maior pœna imponatur ei qui pro altero satisfactio quàm principali imponeretur, ut quidam dicunt hac ratione mori, quia pœna propria magis satisfactio quàm aliena, quia pœna habet vim satisfaciendi maxime charitatis qua homo ipsam sustinet, quia maior charitas apparet in hoc, quòd aliquis pro altero satisfactio quàm si ipse satisfaceret, ideo minor pœna requiritur in eo qui pro altero satisfactio quàm in principali requiretur. unde dicitur in uitis patrum, quòd propter charitatem vnus, qui alterius fratris sui charitate ductus penitentiam fecit pro peccato quod non commisserat, alteri peccatū quod commisserat dimissum est. Nec exigitur et quantum ad solutionem debiti, quod ille pro quo fit satisfactio sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens, alio satisfaciente pro ipso ipse à debito immunis esset, sed hoc requiritur in quantum pœna satisfactoria est in remedium, unde non est permittendum, ut aliquis pro alio penitentia faciat nisi defectus aliquis appareat in penitente, uel corporalis, uel per quem sit impotens ad sustinendū. uel spiritualis per quem non sit promptus ad portandum pœnam, non est tamen similis ratio de contritione, & confessione. unde vnus pro alio non potest conteri, uel confiteri, & similiter potest pro alio aliquis mereri salutem ex congruo, & tunc etiam magis meretur pro se: secus est de satisfactione, quia illa quantitas pœnæ non sufficit ad utrumque peccatum, tamen sibi meretur maius quid quàm sit dimissio pœnæ. sicut etiam uer. indulgentia. §. 14. Quidam dicunt, ut supplementum, quòd requiritur aliquis actus in penitente &c. sed non intellexit,

San. Tho. qui præsupponit contritionem, & confessionem, quæ non possunt esse sine tali actu.

7 ¶ Sexto ¶ sed nunquid ille cuius satisfactio nem aliter in se suscepit moriendo statim euolabit. Respon. q. non, sed oportet, quod primò ille qui eam suscepit impleat quia nemo paradysum ingreditur, nisi solueit omne debitum, ita quòd nec ipse, nec alius pro eo sit debitor.

8 ¶ Septimò ¶ utrum satisfactio possit fieri per opera extra charitatem facta. Respon. secundum. S. Tho. ubi supra. dist. 15. q. 1. arti. 3. quod. 2. quòd non. nam satisfactio est amotio offensæ, & restitutio amicitia. hæc autem non potest fieri nisi gratia, & charitate. unde primo Cor. 13. Si distribueris in cibos pauperum omnes facultates, &c. charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. talia enim opera non sunt accepta Deo, & licet homo non habeat certitudinem, quòd sit in charitate, & per consequens certus esse non possit de satisfactione, propter quod dicitur Eccle. 5. de propitiatio peccatorum noli esse sine metu, tamen sufficit certitudo probabilis coniectura, & non incurrit reatum omissionis ex satisfactione neglecta, sicut ille qui communicat &c. & si etiam Pe. essent incoacta in charitate, & non completa non satisfacerent, opus. n. quòd sit extra charitatem est mortuum. hæc. S. Th. conor. Pet.

9 ¶ Octauò ¶ utrum necesse sit reiterare penitentiam datam in confessione factam in peccato mortali. Respon. secundum. S. Tho. quòd aliquæ satisfactiones sunt ex quibus manet aliquis effectus post, sicut in ieiunio, corporis debilitatio, & ex elemosina diminutio substantia, & huiusmodi, & tales non oportet reiterari, quia ad illud quòd ex eis manet acceptæ sunt persequentem penitentiam. Illæ autem, quæ non relinquunt sicut oratio reiterandæ sunt similiter actus interior, puta dolor, uel contritio omnino trahit, & reiterari debet. Quidam tamē, ut Pe. uidetur dicere, quòd omnes sunt reiterandæ, quidam uerò ut Scoten. q. nullæ. Sed sententia. San. Thom. tenenda est. Quidam dicunt, quòd satisfactio est duplex scilicet sacramentalis quæ fit ex iniunctione sacerdotis & iur tuosa. prima potest fieri etiam in peccato mortali,

mortali, secus de secunda. Et sic inuunt q̄ penitencia data à sacerdote facta in peccato mortali nullo modo sit reiteranda quod directè uidetur esse contra S. Thom. quia ipse facit illam distinctionem scilicet quando relinquit effectum, loquens de satisfractione data à confessore, idco tene ut supra. Quomodo opera facta extra charitatem ualeant. ver. charitas. §. 27.

DE SCANDALO.

- 1 Scandalum quid sit.
- 2 Scandalum omne utrum sit peccatum.
- 3 Verba illa Saluatoris Matt. 18. *Necesse est ut ueniatis scandala, quomodo intelligantur.*
- 4 Scandalum an sit speciale peccatum ita quod puniat differentiam necessariam uel confessionem.
- 5 Scandalum utrum sit peccatum mortale.
- 6 Scandalum passiuum utrum possit cadere in uiros perfectos.
- 7 Scandalum actiuum utrum possit inueniri in uiris perfectis.
- 8 Bona spiritalia an sint propter scandalum dimittenda.
- 9 Scandali propter timorem an sint cessandura à pronuntiatione peccatorum.
- 10 Cessandum ne sit à predicatione sacrae scripturae propter scandalum.
- 11 Correctio fraterna utrum sit dimittenda propter scandalum.
- 12 Veritas uita, iusticie, & doctrine utrum sint dimittenda propter scandalum.
- 13 Peccata uenialiter an liceas propter uisandum scandalum.
- 14 Bona temporalia an sint dimittenda propter scandalum.
- 15 Bnum quodlibet an sit faciendum ne proximo scandalum reator.

1 Scandalum quid sit. Resp. s. Th. 2. 2. q. 43. ar. 1. quod est dictum uel factum minus rectum, præbens occasionem iuræ, quod sic declarat. Sicut Hier. dicit super Mat. 18. ca. scis quia fatissai, &c. Scandalum græcè apud nos dicitur offensionem uel ruinam uel impactionem pedis. Contingit enim quandoque quod aliquis obex ponitur alicui in uia corporali cui impingens disponitur ad ruinam, & talis

obex dicitur scâdalu. Et similiter in processu spiritali contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum uel factum alterius in quantum. s. aliquis sua ad monitione uel inductione aut exemplo alterum tradit ad peccatum & hoc proprie dicitur scandalum. Nihil autè s. m. propria ratione disponit ad spirituale ruinam nisi s. m. q̄ habet aliquem defectum rectitudinis, quod id quod est perfecte rectum, magis munit hominem contra casum quod ad ruinam inducat, & ideo conueniens est diffinitio posita in principio, unde occulta non habent ratione scandali: apparentia uero etiam si non sunt mala & habeant speciem mali possunt esse in scandalum, unde secundum apostolum oportet cauere ab omni specie mali nec potest esse causa perfecta peccati sed occasio.

¶ Primò, utrum omne scandalum sit peccatum. Respond. secundum S. Thom. ubi supra, quod dictum uel factum potest esse dupliciter alteri occasio peccati, uno modo per se, alio modo per accidens: per se quidem quando aliquis suo malo uerbo uel facto intendit alium ad peccandum inducere, uel etiam si ipse hoc non intendat & ipsum factum est tale quod de sui ratione habet quod sit inductiuum ad peccatum, puta cum aliquis publice facit peccatum uel quod habet similitudinem peccati, & tunc ille qui aliquid huiusmodi facit proprie dat occasionem ruinae, unde uocatur scandalum actiuum & est peccatum semper. Per accidens autem aliquod uerbum uel factum unius est alteri causa peccandi quando èt præter intentionem operantis & præter conditionem operis, aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta cum aliquis inuidet operibus aliorum hominum & tunc ille qui facit huiusmodi actus rectos non dat occasionem quantum in se est, sed alius sumit occasionem secundum illud ad Ro. 7. occasione aut accepta, &c. & ideo hoc est scandalum passiuum sine actiuo quia ille qui rectè agit quantum est de se non dat occasionem ruinae quam alter patitur, & isto modo non oportet quod sit peccatum in dante occasionem. Quandoque autem contingit quod sit simul actiuum & passiuum, puta cum ad inductionem unius alius peccat, quodque uero est scandalum actiuum sine passiuo, puta

puta cum aliquis inducit alium uerbo uel facto ad peccandum & ille non consentit, quandoque uerò est scandalum passiuum sine actiua sicut iam dictum est. Scandalum igitur passiuum in eo qui scandalizatur & actiuum in eo qui scandalizat dans occasionem ruinæ semper est peccatum. Non enim scandalizatur aliquis nisi inquam aliquo modo ruit spiritali ruina quæ est peccatum, potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius ex cuius facto aliquis scandalizatur, sicut cum aliquis scandalizatur de his quæ alius benefacit: similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum in eo qui scandalizat, quia vel ipsum opus quod facit est peccatum, uel etiam si habeat speciem peccati dimittendum est semper propter proximi charitatē de qua unusquisque tenetur salutem proximi prouidere & sic qui non dimittit, contra charitatem agit, facit de ui. & ho. ele. c. ubi ab omni. Potest tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius qui scandalizatur. i. qui patitur ut dictum est. Et sic aliquando est scandalum actiuum & passiuum simul sicut aliquando aliquis aliquid facit ut trahat aliud ad peccatum & ille cōsentit, aliquid est actiuum solum. s. qñ quis facit aliquid ut trahat aliud ad malum & ille non cōsentit aliquid est passiuum solum sicut qñ aliquis ex bonis operibus alterius ruit. Nota tñ q̄ scādulum de quo dicit Christus Matr. 7. non propria fuit scandalum neque peccatum quia processit ex pietate Petri, sed dicitur scandalum large pro omni impedimento quia Petrus aliquomodo uolebat impedire passionem. con. Alex. in 2. 2. & Ricar. in 4.

¶ Secundò, † Quomodo intelligitur illud dictum saluatoris Matr. 18. necessariū est ut ueniant scandala. Respon. secundum S. Thom. ubi supra ar. 2. ad primum ar. q̄ nō est intelligendum de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionali qua. s. necessitate est prescisa uel pronunciata à Deo euenire, si tamen coniunctim accipiatur. i. posito quòd Deus prouiderit necesse est euenire, uel necesse est euenire scandala secundum conditionem hominum qui sibi à peccatis non cauent, sicut si aliquis medicus uident aliquem in debita dieta uterem dicat necesse est talem infirmum quod intelligendum est sub hac conditione si die-

ram nō mutet & similiter necesse est euenire scandala si homines cōuersionem mala non mutant.

¶ Tertio, † utrum scandalum sit speciale peccatum ut ponat differentiam necessariam ad confessionem. Resp. s. m. S. Th. ubi supra ar. 3. q̄ ut dictum est. supra. §. 1. duplex est scandalum actiuum. s. & passiuum, passiuum quidē peccatum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto uel facto alterius aliquo modo rueret cōtingit s. m. quodcūque genus peccati nec hoc ipsum quod est occasio peccati sumere ex dicto uel facto alterius speciale rationē peccati constituit, quia non importat specialem deformitatem, speciali uirtuti oppositam, scandalum autem actiuum potest accipi dupliciter per se, secundo & per accidens, per accidens quidem quando est præter intentionem agentis, ut puta cum aliquis facto suo uel uerbo inordinato nō intendit dare alteri occasionem ruinæ, sed solum suæ satisfacere uoluntati, & sic etiā scandalum actiuum non est speciale peccatum, quia quod est per accidens non constituit speciem, per se autem est scandalum actiuum quando aliquis suo inordinato dicto uel facto intēdit alium trahere ad peccandum, & sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati, finis enim dat speciem in moralibus, unde sicut furtum est speciale peccatum aut homicidium propter speciale nocumentum proximi quod intenditur: ita etiam scandalum actiuum per se, est speciale peccatum propter hoc q̄ intēditur speciale proximi nocumentum, & opponitur directē correctio ni fraternæ in qua attenditur specialis nocumentum remotio. Et quamuis omne peccatum possit materialiter se habere ad scandalum, habet tamen quādam specialem rationem. s. uelle trahere proximum ad peccandum quæ potest esse sine omnia alio peccato, puta qñ aliquis facit aliquid quod de se nō est peccatum ut aliud trahat ad peccandum. Et isto modo. s. qñ est speciale peccatum ponit differentiam necessariam ad confessionem. Quiddā dicit esse aduertendū q̄ aliquis agens, dupliciter intendit, primò explicitē, puta quia illud cogitat & uult in se. secundò implicitē, quia uult illud solum in sua cā, sicut intēdens iræ per lūm, intēdit maledicere pedes, & sic cōcludunt q̄ utraque intendit

det specialitatem nè S. Th. videatur diminutè loqui, sicut èt dicit D. Arch. Flo. q. mulieri est mortale, quæ credit se turpiter ab aliquo amari, si non curans de eius ruina, siue causa offerat se eius conspectibus, licèt non intèdat eius ruinam, & sic per omnia idem fit si non intendat inducere, qñ factū de se est inductiuum. hæc ex illis, facit pro eis id quod dicit S. Th. 2. 2. q. 47. ar. 1. ad quartum, ut recitauit supra §. 1. Sed contra est Pifa. dicens Em mentem S. Th. q. prima intentio sola. s. qñ explicitè intendit, facit specialitatem huius peccati, non autem secunda, licèt faciat scādalum actiuū, sed est circumstātia sola qñ. s. facit in publico, hoc ex Pifa. hæc expositio Pifa. vñ magis esse Em mentem S. Th. Em, q. dictum est in p̄senti §. Sed pro concor. notandum, q. scandalum actiuū p̄t accipi tripliciter, primò qñ non intendit in ruinam trahere, nec factum est de se peccatum, tamen ex illo aliquis accipit occasionem ruinæ, & tunc nō habet propriè rationem scandalii, secundò qñ non intendit tō factum de se est tractiuum, & est factum publicè, & tunc est propriè scandalum, non tñ habet rationē specialem scandalii, vt sit speciale peccatum diuisum ab aliis, nec oppositum speciali uirtuti, & isto modo intelligitur S. Th. ut recitatum est in primo §. & D. Arch. Flo. & sic. verum dicunt isti. tertio potest accipi scandalū actiuum, qñ quis ex suo dicto, uel facto, intendit trahere ad ruinam, & sic solū scandalum est speciale peccatū, & isto modo intelligit Pifa. & debèt intelligi quæ dicta sunt in p̄senti §. Hanc uiam sequitur Reueren. Car. 12. q. 43. in primis articulis dicēs. Qui prouocat, uel inducit, ut impleatur uoluntas sua, uel alterius non propter hunc finē ut incurrat malum culpæ, non scandalii peccato speciale peccat, sed spectat sua indutio ad speciem peccati ad quod prouocat, puta furti. Deinde arguens cōtra se ex dictis Auctoris in primo ar. ad quartum ubi dicit, q. causa per se inducens ad peccatum est non solū intentio operantis, sed operis conditio mali, uel habentis speciem mali. In tertio aut̄ art. ponit tñ per se actiuum scandalū ex intentione operantis, & quod ex natura facti tñ scandalizat, ponit inter per accidens. Quæ duo uidentur contraria. Ref. q. nulla est contrarietas, quia in

1. ar. per se, & per accidens cadūt super causam peccatum alterius. In tertio aut̄ ar. per se, & per accidens cadunt super scandalizantem, & uult Auctor, q. per se causare peccatū alterius distinguitur in per se, & per accidens scādalizare, ita q. omnis scandalizans siue per se siue per accidens dat per se occasionem peccati, & in hoc non distinguit scandalizans per accidens à scandalizante per se. Sed in hoc, q. scandalizans per se tendit ad hoc ut alter peccet. Scandalizans uerò per accidens non ad hoc tendit, sed tñ conditio operis sui mali, uel Em mali speciem ad hoc tendit, & operans de hoc non curat suæ cupiens satisfacere uoluntati, patet autem hanc esse mentem Auctoris diligenter consideranti literam. hæc ille. uide aliquid ver. gula. §. 3. circa fi. Ex quibus patet, q. solū intendens, &c. & quod optimè est factum literæ. S. Tho.

¶ Quartò uerū scandalū sit peccatum mortale. Resp. Em S. Th. ubi supra ar. 4. q. sicut supradictū est, scandalū importat passionē quandā, per quā aliquis disponitur ad ruinā, & ideo scandalū passiuum qñque quidē p̄t esse peccatum ueniale quasi habens impactionem tñ, puta cum alienis ex inordinato dicto, uel facto alterius, cōmouetur motu uenialis peccati, quandoque uerò est peccatū mortale quasi habens cū impactione ruinam, puta cum aliquis ex inordinato dicto, uel facto alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum autem actiuum si sit per accidens potest esse quādoque quidem, peccatum ueniale, puta cū aliquis, uel actum uenialis peccati, uel actum, qui non est de se peccatum, sed habeat aliquam speciem mali cum aliqua leui indiscretione committit, quandoque uerò est peccatum mortale, siue quando cōmittit actum peccati mortalis, siue quando contemnit salutem proximi mortalem ut pro ea conseruanda non prætermittat aliquis facere quod sibi libuerit. Si uerò scandalum sit per se: puta cum intendit inducere alium ad peccandum, si quidem inducere ad peccandum mortaliter est peccatum mortale, & similiter si intendat inducere proximum ad peccandū uenialiter per actū peccati mortalis. Si uerò intèdat inducere proximum ad peccandum uenialiter per actū peccati uenialis est peccatum ueniale.

Quintò

¶ Quintoſcſcandalum paſſiuum poſſit cadere in viros perfectos. Reſp. ſecundum S. Th. ubi ſupra art. 5. q. non. Scandalum enim paſſiuum importat quandam commotionem animi à bono in eo qui ſcandalum patitur, nullus enim commouetur qui rei immobili ſermiter inhæret. Maiores autem ſunt perfecti ſoli Deo inhærent cuius eſt immutabilis bonitas: quia eſt inhærent ſuis prælatiſ, non inhærent eis niſi in quantum illi inhærent Chriſto ſecundum illud primæ Cori. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. vnde quantumcumque videat alios inordinate ſe habere dictis, vel factis ipſi à ſua rectitudine non recedunt ſecundum illud Pſal. Qui cœſi. in Do. ſicut mons Syon. &c. & ideo in hiſ qui perfectè Deo adhærent per amorem, ſcandalum nõ inuenitur ſecundum illud pſal. Pax multa dilit. le. tu. & non eſt illis ſcandalum. Et ſi aliquando in actibus exterioribus poſſint impediri in interiori tamen uoluntate non impediuntur, factis aliorum quo minus intendant in Deum, ſecundum illud ad Ro. 8. nec mors neque vita poterit nos ſeparare à charitate Dei. Et ſi aliquando ex infirmitate carnis incidant in peccata uenialia, nõ tamen ex aliorum dictis, uel factis ſcandalizantur ſecundum veram rationem ſcandali, ſed poteſt eſſe in eis quædam appropinquatio ad ſcandalum ſecundum illud: mei autem pene moti ſunt pedes. vnde Hiero. ſuper illud Matthæi. 18. Qui ſcandalizauerit vnum ex hiſ puſſilis ait. Nota, q. ſcandalizatus eſt paruulus, maiores enim ſcandala non recipiunt.

¶ Sextoſcſcandalum actiuum poſſit inueniri in uiris perfectis. Reſp. ſecundum S. Th. ubi ſupra art. 6. q. non ſcandalum. n. actiuum proprie eſt cum aliquis tale quid dicit, uel facit quod de ſe eſt tale ut alterum natum ſit inducere ad ruinam, quod quidem eſt ſolum id quod inordinate ſit uel dicitur ad perfectos autem pertinet ea que agunt ſcandalum ſecundum regulam rationis ordinare, ſcandalum illud primæ Cor. 13. Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem ſiant in uobis, & præcipue hanc cautellam adhibent in hiſ in quibus non ſolum ipſi offenderent, ſed etiam aliis offentionem pararent, & ſi quidem in eorum manifeſtis dictis, uel factis aliquid ab hac moderatione deſit hoc prouenit ex infirmi

tate humana ſcandalum à perfectione deſciunt, non tamen in tantum deſciunt ſed multum ab ordinatione recedatur, ut modicum, & leuiter ut rationabiliter non poſſit ab alio ſumi occaſio peccandi. quamuis Petrus aliquo modo fuerit reprehendiſſibilis, non tamen erat ita graue, ut deberent ſcandalizari.

¶ Septimoſcſcandalum bona ſpiritualia ſunt propter ſcandalum dimittenda. Reſp. ſcandalum S. Th. ubi ſupra art. 7. q. cum duplex ſit ſcandalum actiuum, ſc. & paſſiuum, quæſtione autem iſta non habet locum de ſcandalo actiuo: quia cum ſcandalum actiuum ſit dictum, uel factum minus rectum, nihil eſt cum ſcandalo actiuo faciendum, habet autem locum quod ſi intelligatur de ſcandalo paſſiuo. Considerandum eſt ergo quid ſit dimittendum ne alius ſcandalizetur. Eſt autem in ſpiritualibus bonis diſtinguendum. Nam quædam eorum ſunt de neceſſitate ſalutis quæ prætermitti nõ poſſunt ſine peccato mortali: manifeſtum eſt autem, q. nullus debet mortaliter peccare, ut uiter peccatum alterius, quia ſcandalum ordinem charitatis plus debet homini ſuam ſalutem ſpiritualis diligere quàm alterius, & ideo ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis prætermitti non debent propter ſcandalum uerendum. Si tamen eſſent iuris poſſitui deberent modificari ſcandalum Alex. In hiſ autem ſpiritualibus bonis, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, uidetur diſtinguendum, quia ſcandalum, quod ex eis oritur quandoque procedit ex malitia, cum ſcandalum qui uoluit impedire huiusmodi bona, ſcandalum concitando, & hoc eſt ſcandalum fieri ſcandalum qui de doctrina domini ſcandalizabantur, quod eſt contentendum Xps docet Matthæi. 18. quandoque uerò ſcandalum ſequitur ex infirmitate, uel ignorantia, & huiusmodi ſcandalum eſt ſcandalum puſſillorum, propter quod ſunt bona ſpiritualia occultanda, uel etiam interdum differenda ubi periculum non imminet quouſque reddita ratione huiusmodi ſcandalum ceſſet, ſi autem reddita ratione huiusmodi ſcandalum duret iam uerè ex malitia eſſe, & ſic propter ipſum non ſunt huiusmodi ſpiritualia opera dimittenda.

¶ Octauoſcſcandalum ſit ceſſandum à punitione peccatorum propter timorem ſcandali. Reſp. ſcandalum S. Th. ubi ſupra in reſponſione ad primũ argumentũ, q. ſic aliqui. Penarum infligtiõ nõ eſt propter ſe expectanda, ſed penarum infliguntur.

infiguntur, vt medicinæ quædã ad cohibendã peccata, & ideo in tñ habent rōnẽ iustitiæ in quantũ per eas peccata cohibentur. Si aut̃ per inflictionẽ pœnarum manifestũ sit plura & maiora peccata sequi, tunc pœnarum inflictio non continetur sub iustitia, vnde Aug. contra epistolã Petimiani ait, q̃ vbi schisma timetur, à punitione peccatorum cessandũ est, & tunc excoicationem ferre non pertinet ad veritatem iustitiæ. Aliquando enim permittimus minus malum, ver. præmissio. §. 1.

10 ¶ Nonõ, ¶ vtrum cessandũ sit à prædicatione sacræ scripturæ uel alterius ueræ doctrinæ pp scandalũ. Resp. fm S. Th. ubi supra in resp. ad secundũ arg. q̃ circa doctrinam duo sunt consideranda. i. veritas q̃ docetur & ipse actus docendi quorũ primũ est de necessitate salutis, ut. f. contrariũ ueritatis nõ doceat, sed ueritatẽ fm congruentiã temporũ & personarum proponat ille cui inebit docendi officium, & propter nullũ scandalũ quod sequi uideatur debet homo prætermilla ueritate falsitatem docere, sed ipse actus docendi inter spirituales eleemosinas computatur, & ideo eadem ratio est de doctrina, & de aliis operibus misericordię, de quibus in præcedentibus.

11 ¶ Decimõ, ¶ vtrum correctio fraterna sit dimittenda propter scandalum. Resp. fm S. Tho. ubi supra in resp. ad tertium arg. q̃ correctio fraterna ordinatur ad emendationem fratris. & ideo in tantum computanda est inter spiritualia bona in quantũ hoc consequi potest quod non contingit si ex correctione frater scandalizetur. & ideo si propter scandalum correctio dimittatur quod potest fieri iustẽ fm Aug. in 1. lib. de ciui. Dei non dimittitur spirituale bonũ. vide uer. correctio. §. 6.

12 ¶ Undecimõ, ¶ vtrũ ueritas uitæ, iustitiæ & doctrinæ sint dimittenda pp scandalũ. Resp. fm S. Th. ubi supra in resp. ad quartum arg. q̃ in his non solũ cõprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed et̃ id per quod perfectius peruenitur ad salutẽ fm illud 1. Cor. 14. Emulamini carismata meliora, vnde et̃ consilia non sunt simpliciter prætermittenda nec etiam misericordię opera propter scandalum, sed sunt interdum occultanda uel differentia pp scandalũ pusillorum, quandoque tamen consi-

liorum obseruatio & impletio operum misericordię sunt de necessitate salutis, quod patet in his quibus ex debito imminet defectibus aliorum subuenire uel in temporalibus, puta pascendo esurientem, uel in spiritualibus, puta docendo ignorantem siue huiusmodi fiant propter officium iniunctum ut patet in prælaris siue propter necessitatem indigentis & tunc eadem ratio est de huiusmodi sicut de aliis quæ sunt de necessitate salutis. Quomodo ad uitandum scandalum non sit faciendum peccatum ueniale. vide in §. sequenti.

13 ¶ Duodecimõ, ¶ vtrum propter uitandum scandalum liceat peccare uenialiter. Resp. fm S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 7. ad quintum, q̃ quidã dixerunt peccatũ ueniale cõmittendum esse pp uitandũ scandalũ, sed hoc implicat contraria: si. n. faciendũ est, iã nõ est malũ neque peccatũ. Nam peccatum non pot̃ esse eligibile: contingit tñ aliquid pp aliquã circumstantiã non esse peccatum ueniale qđ illa circumstantia sublata peccatũ ueniale esset, sicut uerbũ iocosum est ueniale qñ absque utilitate d̃r, si aut̃ ex causa rationabili proferatur non est ociosum neq; peccatum. Quãuis aut̃ p peccatum ueniale gratia non tollatur per quã est hominis salus, in quã tñ ueniale disponit ad mortale uergit in detrimentum salutis. Similiter aliquid quod aliã esset peccatum ueniale, puta comedere pomum ex sensualitate, ex quadam tamẽ animi pietate factum, puta ut traheret aliquẽ ad religionẽ, desineret esse peccatum. Posito igitur q̃ remaneat peccatũ. Non debet aliquis quocunq; modo, et̃ uenialiter peccare, ut fugiat mortem in se uel in alio, siue peccatum mortale alterius cuiuscunq;, imo et̃ si totus mundus deberet perire & damnari. Illud enim qđ de genere suo est malum, nunquã est eligibile, quia iam non esset malũ, eligibile. n. debet ex omni parte esse bonum. Nulla igitur de cã debet hõ peccare. Itẽ ad idẽ. Ad fugiendũ peccatũ, non inclinamur principaliter ex dãno proprio, quia hoc esset desistere à peccato timore pœnæ, sed inclinamur ne Deũ offendamus, cuius offensa est et̃ ueniale peccatũ, quãuis non ita magna ut mortale: nullus aut̃ debet offendere Deũ parũ, ne alius offendaẽ multũ quia hõ d̃r plus in infinitũ diligere Deũ q̃ proximũ.

vn de fm ordinē charitatis, plus debemus nobis diligere quā quicunq; alia p̄ter Deū, ergo potius debemus permittere q̄ omnia alia pereant & quod oēs separetur à Deo q̄ nos separemur, de quo vide S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 4. qualibet. n. offensa Dei est malum infinitum. vnde Philoso. 3. Ethic. dicit q̄ homo potius debet mori, quā sustinere peccatū, eo q̄ sit maximū malū vnde nullus debet velle saluare quodcuq; bonū cū offensa Dei, unusquisq; tñ tenetur plus diligere bonū cōe, quam suū, dūmodo priuatio sua non sit cū offensa Dei. hæc oīa ex S. Th. in diuersis locis con. Pa. in c. super eo. de usu. 2. 2. q. 2. c. si quis.

14 ¶ Decimotertiò, ¶ vtum bona temporalia dimittenda sint pp̄ scandalum. Resp. fm S. Tho. ubi supra ar. vlti. q̄ circa temporalia bona distinguendū est. Aut. n. sunt nostra, aut sunt nobis ad cōseruandū pro aliis cōmissa, sicut bona ecclesie cōmittuntur p̄latis, & bona cōia quibuscuq; rei publicæ rectoribus, & talī cōseruatio, sicut & depositorum imminet his quibus sunt cōmissa ex necessitate, & ideo, non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis, sicut patet de Beato Th. Cāturien. si. temporalia uerò bona quorū nos sumus domini dimittere, ea tribuēdo si p̄enes nos ea habeamus vel non repetendo si apud alios sint pp̄ scandalum quicquid debemus, quandoque aut̄ non. Si. n. scādalum ex hoc oriatur pp̄ ignorantiam vel infirmitatem aliorū quod supra diximus esse scandalum pusillorum tunc aut totaliter sunt dimittenda temporalia vel aliter scandalum sedandum. s. per aliquam monitionem, vnde Aug. dicit in lib. de sermone dñi in monte. Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat quantum ab homine credi p̄t, & cum negaueris quod petit indicanda ei iustitia, & melius ei aliquid dabis cum petentem iniuste correxeris, sic apostolus seminans spiritualia temporalia stipendia non accipit ne offendicū lū daret euangelio Christi. 1. ad Cor. 9. Il. lud. n. scādalu procedebat ex ignorantia, qui hoc non conseruauerit, vnde ad tēpus sustinendū erat ut prius instrueretur hoc esse debitum, & ex simili causa ecclesia abstinet de decimis exigēdis in terris in quibus non est consuetudo decimas soluere, vi

de uer. decimæ. §. 6. fm Alex. in 3. par. sum. c. de p̄ceptis p̄nitentiæ, si aliquis sit infirmus & timeret calum suum ex non repetitione rerum suarum potius debet fugere suum scādalu quam aliorum, & quāuis secundum iura ciuilia non sit curandū de scādalo repetendo sua, secus de iure canonico secundum Pan. in c. nihil. de p̄script. maximè qñ ualde fixa possent sequi. vide uer. ex cōsecratio 5. casu 1. §. 13. 14. & 15. Aliquando uerò scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Phariseorum, & propter eos qui sic scandala concitant non sunt temporalia dimittēda, quia hoc est noceret bona cōi: daretur enim malis rapiendū occasio, & noceret ipsis rapientibus qui retinendo aliena in peccato remanent: vnde Grego. dicit in moral. Quidam dum temporalia nobis rapiunt solūmodo sunt tolerandi, quidam uerò æquitate seruata prohibendi non sola cura ne nostra subtrahantur sed ne rapientes non sua, seip̄os perdant. Not. tamen quantum ad istum §. & p̄cedentes secundum Glo. Ray. nō debet quis facilis esse ad credēdum q̄ alii scādalizentur de bono opere, ne facile propter metum scādali debet à bono cessare, cum debeat p̄sumere de aliis potius q̄ sint boni quā quod sint mali, durante tamen conscientia quod alii scādalizentur ex illo bono non debet facere contra conscientiam. Cibis autem non est totaliter dimittendus propter scandalum, quia sumere cibum est de necessitate salutis, sed talis cibis bene propter scandalum uitandus est, secundum illud 1. Cor. 8. Non mā ducabo carnem in æternum ne fratrem meum scādalizem.

15 ¶ Decimoquartò, ¶ vtum quodlibet bonum sit faciendum ne proximus scādalizetur. Resp. aut bonum quod expetit proximus rationabiliter petit, puta quia pauper petit uestimētum & huiusmodi, & tūc si ad hoc teneor de p̄cepto casus est clarus. Si uerò aliās non teneor de p̄cepto sic debeat illi hoc, q̄ non teneor manifestare & quomodo illud rationabiliter non facio & tunc sufficit, & si scādalizatur sibi imputet quia scandalum est Phariseorū qui scādalizabantur, quia discipuli non lauabant manus: & tamen cum dominus satisfecisset scandalum accipieribus dixit.

Sinite

Sinite illos, &c. Matt. 1. 5. Si uerò non rōna biliter, tale opus omitto sic nec proximus scandalizet de mortali: teneor illud face re. facit tex. cum ex iniuncto. de noui ope. & ibi Pan. ult. no. aut qđ petit irrationabili ter expetit, & sic nō teneor, sed sufficit sa tisfacere p̄ posse ne scandalizet ex ignorā tia, uel infirmitate, & si non acceptatā est scandalū Pharisēorū, & sic s̄m Aug. expo nit illud, oī potēri se tribue, s. uel quantū ad uerbum rōnabiliter te excusando, uel quantum ad factū qñ rationabiliter tene ris, & sic patet quomodo debet intelligi il lud, facilius nasci scandalum permittitur, quā ueritas deseratur, scilicet ueritas ui tæ, quæ cōprehendit oīa p̄cepta, & consi lia, ueritas doctrinæ ad p̄dicandum, & ue ritas iustitiæ ad puniendum, quia loquitur eo modo quo dictum est. Quidā ē dicunt, q̄ ea quæ sunt de iure positio p̄cepta, sunt p̄mittenda qñ quis scādalizatur, ex infirmitate, uel ignorantia, non tñ sim pliciter, sed ad tempus, & hoc est quod di ctum est in §. 7. q̄ sunt moderāda, & de pu nitione in §. 8. Quomodo fama sit defen sanda ne alii scandalizētur. uide uer. fama.

DE SCIENTIA.

- 1 Scientia dupliciter accipitur.
- 2 Scientiam sacre scripturæ debent habere clerici, & aliarum literarum. & negociorum, ad sub ditorum animas informandas.
- 3 Scientia que requiritur in uinoquoque.

1 Scientia accipitur dupliciter, s. philoso phicè, & iuridicè, si accipiat s̄m phi losophos iterū accipitur tripliciter. Primo propriissimè s̄m q̄ diffinit philosophus in 1. Posteriorum, scilicet q̄ est rem per cau sam cognoscere, & qm̄ illius est causa, & non contingit aliter se habere, & eodē mo do accipitur 6. Ethicorum. Secundo modo accipitur propriè secundū q̄ est cognitio à posteriori necessaria, secundū quod ac cipit Philosophus primo poste. in c. sed qa. differt & propter quod. Tertio modo su mitur communiter pro omni cognitione intellectuā certa deducta ex alia cognitio ne. Si autem accipiat s̄m q̄ communi ter accipiunt iuristæ, tunc scientia est cog ni tio, quæ habetur per aliquem sensum cor poreum. s. per uisum, auditū, tactum, &c. & talis est scientia quæ requiritur in teste. s̄. de testi. l. testium fides. & 3. q. 9. c. testes.

Secunda pars

tam in text. quā in glo. credulitas tenet medium inter scientiam, & nescientiam, & cum credulitate potest esse titubatio, qñ scilicet non credit hoc, uel aliud ut si quæ ratur utrum ille uiuat, & respondeat non credo, non enim sequitur q̄ credat contra rium, sed potest titubare. uide glo. in uerbo q̄ sciat. c. 2. de testi. lib. 6.

¶ Primò, ¶ scientiā sacre scripturæ debēt ha bere clerici, & aliarū literarū, & negociorū ad subditorū animas reformādas. 26. dif. c. 2. & c. si quis uult. Seculares uerò scientias debēt scire ad eruditionē, ut possint discer nere uerū à falso, & p̄ eas habere aditū ad scientiā pietatis nō aut ad uoluptatē, & de lectione. 27. dif. c. s̄m ergo. pp̄ hoc statu tū est, ut in certis ecclesiis habeat doctor, & theologiæ. & artiū liberaliū. s. grāmati ca, dialectica, rethoricā, quia erudiunt ad sciētiā pietatis. 27. dif. c. si quis. q̄ aut teneā tur scire. uide uer. credere. §. 3. & uer. dubita tio. §. 1. & uer. opinio. §. 1. & 2. quid sit ars. & q̄ sunt prohibet. uer. ars. per totū. quō astrologia sit scientia, & quō est licita. uer. astrologia. per totū. De scientia requisita in clericis. uer. clericus 2. à §. 2. usque ad quin tum. Quomodo audientes phisicā, uel le ges sunt excōicati. uer. excom. 5. casu 22.

¶ Secūdo, ¶ q̄ scientia requiratur in uinoquoq; habes in locis p̄allegatis, potes tñ dicere, q̄ sp̄aliter à quocunq; exigitur illorū p̄cepto rū, & prohibitionū cognitio, q̄ ad eū perti net, uel rōne officii, aut status, aut alio mo do. Christiani aut cōiter tenentur scire ea q̄ pertinet ad fidē, quædā explicitè, & quædā implicitè. ut supra uer. credere. §. 3. vñ Aug. in c. uos aut oīa. de conse. dif. 4. dicit, q̄ pa trini debent docere quos tenuerunt in bap tismo, symbolū, & orationē dominicā. uñ de vī, q̄ parentes, qui non docent filios, & filias se signare, dicēdo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen. & Credo paruū, & decem p̄cepta legis, & Pater no ster: uidentur peccare, & forē si sit magna negligentia, ut illos non doceant, nec do cere faciant possent peccare mortaliter. Sif̄ non vñr excusari, qui nescientes talia non addiscunt si p̄nt cūm sint necessaria ad sa lutē. Aduerte tñ q̄ quis pōt scire p̄cepta in cōi, siue in habitu, puta interrogare utrū adorare Deos alienos sit contra p̄ceptū rñ deret q̄ sic, & idem de aliis. vñ de talis sciā

Sum. Tab.

I I. sufficit,

sufficit, quāuis non sciat ordinatē dicere, & idem posset dici de eo, qui nescit, Credo paruū, tñ si interrogaret, si Deus est unus, respōderet q̄ sic, & q̄ creauit omnia. Iesus Christus est eius filius, & sic de singulis: raderet q̄ sic, q̄ sufficit sibi, licet nesciret præfatū Credo, & idē dici pōt de Pater noster, q̄ qñ quis sit, q̄ est orandū, & petenda salus, & gratia, & remissio peccatorum, & h̄mōi, licet nesciret dicere Pater noster, q̄ excusaretur, licet consulendū sit omnibus, vt magis tam Pater noster, quā Credo addicant, hæc faciunt ad intelligentiā eorū quæ dicuntur supra uer. credere. s. 3. & 4. ubi habes quæ debet scire, & credere omnis Christianus.

DE SCHISMATE.

- 1 Schisma propriè quid sit.
- 2 Schisma an maius sit peccatum quā hærēsis.
- 3 Schismaticorum quæ sit pēna.

¶ Schismaticorū uanā fiducia, & ab omni pietate remotā, docuit sancta synod. Trid. qui dicit, neminē à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eū, qui certo credat se absolutū, & iustificatū esse, atq; hac sola fide absolutionē, & iustificationē p̄fici; quasi qui hoc nō credit, de Dei promissis, deq; mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nā sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorū uirtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum se ipsum, suamq; propriā infirmitatē, & indispositionē respicit, de sua gratia formidare & timere pōt; cum nullus scire ualeat certitudine fidei, cui pōt subesse falsum, se gratiā Dei consecutum. Sess. vj. cap. ix. & cap. 12. 13. & 14. Ex Paul. ad Timot. 3. L E O. à L E G E.

- 1 Schisma propriè s̄m S. T. 2. 2. q. 39. ar. 1. est separatio propria sp̄itē & intētiōne, ab unitate ecclesiæ, renuēs subesse papæ, & cōicere mēbris ecclesiæ: Schisma enim s̄m Isido. in li. Ethi. uocatur est à scissura animarū, scissio autē unitati opponit. vnde peccatū schismatis d̄r, quod directē, & p se unitatē opponitur. vnde est speciale peccatū ex eo q̄ intendit se ab unitate separare, quā charitas facit, q̄ non solūm alterā personā alteri unit spiritali dilectio-

nis uinculo, sed et totā ecclesiā in unitate spiritus: & ideo propriè schismatici d̄r, q̄ propria spontē, & intentione ab unitate ecclesiæ se separant, quæ est unitas principalis, & qui subesse summo Pontifici renuēt, & qui mēbris ecclesiæ ei subiectis cōicere recusant, & est uia ad hærēsim. vnde quicūque est hereticus, est et schismaticus, sed nō econuerso. hæc S. Th. Et 4. dist. 13. q. 2. ar. 1. Resp. ad secundū dicit, q̄ schismatici dicuntur, qui concordia nō seruant in ecclesiæ obseruantis, ut ecclesiæ prælati obediant, nolentes p se ecclesiā contuere singularē, & isti in prin. p̄uersum dogma nō habent, sed ab ecclesiæ fundamento recedētes in uaniloquiū uertuntur, & p̄uersum aliquod contingunt, & sic in fine in hærēsim labuntur. vnde Hiero. dicit, q̄ hærēsis, & schisma differunt, sicut genus & species. ar. 24. q. 3. c. in. er hærēsim. & q. 1. c. schisma, secundum. n. q̄ schismaticus dicit non esse obediēdū Romanæ ecclesiæ est hereticus: quia peccat in illū arti. Sanctā ecclesiā, & c. Nō. igit̄ s̄m p̄dicta, q̄ schismaticus d̄r tripliciter. Primò s̄m q̄ tū dicit separationē ab unitate ecclesiæ per peccatū mortale, q̄ separat ab unitate per peccatū in qua cōsistit fundamentū ecclesiæ. 1. 1. q. 3. c. audi deniq; & 24. q. 3. c. dixi. & isto modo d̄r schismaticus impropiè: quia quāuis separat se, & c. non tñ intendit illā separationē, & sic non oportet q̄ talis sit hereticus, vel ex cōicatus. Secundo modo sumitur schismaticus p̄ ex cōicato. 1. 1. q. 3. c. cū ex cōicato. & c. Et quāuis tales sint separati à cōione ecclesiæ, pp̄ q̄ possunt dici schismatici, non tñ spontē intendunt talē separationē, & ideo d̄r tales impropiè, & ex cōsequenti non oportet q̄ sint heretici, sed sunt in uia ad hærēsim, maximè qñ in uaniloquiū uertuntur, & p̄uersum aliquod cōtingunt, & istis duobus modis d̄r q̄ oīs hereticus est schismaticus, & non econtra, ita q̄ schisma est genus, & hærēsis species. Tertio modo sumitur schismaticus propriè. s. pro his, qui spontē intendūt se diuidere ab unitate Romanæ ecclesiæ, quod p̄t fieri dupliciter. Primò qñ diuidunt se cōstituendo aliā ecclesiā, ut faciunt Græci, uel dicunt Romano Pontifici non esse obediēdū, uel q̄ in eo non sit uniuersalis auctoritas, uel q̄ nō sit caput ecclesiæ, & similia: & tales sunt hærē-

fici contra dictū artic. Et unam sanctam ecclesiam, &c. & ex consequenti excoicati, & de talibus intelligitur quod dicitur schisma non est sine hæresi. vnde hæresis est genus, & schisma species. 24. quæstio. 3. inter hæresim & q. 1. schisma. Alio modo quādo non constituunt sibi aliā ecclesiā: imo credunt ecclesiā Ro. esse apud se ut cōtingit, quā duo uel plures contendunt de Papatu. Nā qui libet eorū credit ueritatē ecclesiæ, & illā esse apud se, nec impugnant Ro. ecclesiā. Et tūc si. q. sit dubia, & maximē quā casus consistit in facto intricato sicut in Pa. in rub. de schif. & in c. licet. de elect. sunt schismatici, non tū sunt hæretici, uel excoicati. Si uerō non cadit probabilis error, puta quā sciunt se non esse electos à duabus partibus Cardinaliū uel sunt diuisi à papa in dubitato, tūc sunt schismatici, & excommunicati: non tamē sunt hæretici, & sic intellige, quando dicitur, quod non omnis schismaticus est hæreticus. Et sic intellige tex. & dicta S. Th.

2 ¶ Primò, ¶ ut trū sit grauius peccatū, schismatis, quā hæresis. Respond. secundū S. Tho. ubi supra ar. 2. quod hæresis simpliciter est grauius, quia est contra ipsum Deū in seipso, prout est prima ueritas cui fides innititur. Schisma autem est contra ecclesiasticam ueritatem, quæ est minus, quā ipse Deus. Ex aliqua tamen circumstantia posset aliquis schismaticus grauius peccare quā infidelis, & hoc propter maiorem contemptum, uel propter maius periculū quod inducit, uel propter aliquid huiusmodi. uide uer. hæreticus. §. 26.

3 ¶ Secundò, ¶ quæ est pœna schismaticorum. Respond. secundū S. Tho. ubi supra ar. vlti. quod per quæ peccat quis per ea debet puniri ut dicitur Sapientiæ. 11. schismaticus etiam, ut patet ex dictis in duobus peccat. in vno quidem, quia separat se à communione membrorum ecclesiæ, & quantum ad hoc conueniens pœna est, ut excommunicetur. In alio uerò, quia recusat subdi capiti ecclesiæ, & ideo, quia coerceri nolunt per spiritualem ecclesiæ potestatem iustum est, ut potestate spiritali coercantur. vnde dicitur Numeri. 16. Recedite à tabernaculis impiorum hominum, qui, scilicet schisma fecerunt, & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum. Nec licet recipere

re baptismum ab eis nisi in articulo necessitatis, & secundū Raynal. leguntur multipliciter puniti: ut Datan, & Abyron, qui à terra aborti sunt. Numeri. 16. Item decem tribus, quæ Ieroboam ad hæserunt datæ sunt in dispersionem. 3. Reg. 12. ab homine quoque puniuntur per excommunicationem, uel depositionem. 23. dist. In nomine domini extra eod. capitu. secundo. Ber. nor. in gl. e. i. de schif. in uer. firmitate. Quia ecclesia quamdiu habet pastorem hæreticum uel schismaticum, uacare dicitur: vnde non ualent quæ à tali prælato fiunt in præiudicium ecclesiæ, si tamen acquirit talis prælatus ecclesiæ tenet, & hoc in fauorem ecclesiæ, & reuertuntur nullo dato precio. Panor. nota. in capitu. fin. eo. quis poterit dispensare cum recipiente ordinem, uel beneficia ab istis. Et dicit, quod in episcopatu solus Papa. capitu. quia diligentia. de electio. multo magis si dignitas sit empta. capitu. cum uenerabili. de consue. in aliis uerò ordinibus distinguendum est, quia si recipit scienter, uel ex ignorantia crassa solus papa, si uerò ex ignorantia probabili Episcopus dispensabit. argu. capitu. 1. & 2. de or. ab Episco. qui re. Non tamen ab illo, qui eum ordinauit, quamuis postea redierit ad unitatem, ut not. gloss. in dicto capitu. fin. quomodo sunt tales excommunicati. versicu. excommunicatio. §. casu. 4. §. penul. & fin. Item puniuntur pecunialiter. ar. 23. q. 7. c. quod autem. Item si necesse est manu etiam militari. 17. dist. c. nec licuit. Quomodo schismatici careant auctoritate spiritali. uer. excommunicatio. 1. §. 12.

D E S C R I P T V R A .

1 Scriptura quotupliciter dicatur.

1 Scriptura ¶ aliquando dicitur apodixia, & hoc fit inter partes. Aliquando dicitur epistola, & hæc quæ mittitur ad absentem, & communiter dicitur litera missua. Aliquando dicitur liber rationum, & hic est quem cōiter solent facere exercentes talenti artem, seu boni, & curiosi patres familiaris. Aliquando dicitur publica, & hæc est, quæ fit à publica persona scilicet notario cum publicis solemnitaribus requisitis.

Aliquā dicitur authentica, & hæc est illa quæ ad sui ualiditatem non requirit aliud: quomodo autem faciat fidem uide Panormi. in cap. scripta. de fide instrumentorum. & in c. i. eo. ti. & in c. post cessionem. de proba. & ibi dicitur, quod scriptura sigillata aliquo sigillo authentico cum subscriptione duorum, uel trium, plenam fidem facit. Et no. q. ubi ius scripturam exegit, si non extat, probabit qui sitat pro solemnitate secundum Inn. in c. innotuit. de eo qui fur. or. su. & ideo clericus probare habet, q. sit clericus si scripturam non habet. concord. 2. Pa. in c. quoniam contra. de probati. Et danda est fides scripturæ antiquorum secundum Pan. in c. cum causam. de proba. Et secundum Bar. in l. i. ff. si cer. pet. quod uerum est quando non tractatur de magno damno. Idem dic de scriptura in lapide, & uide diffusè Pan. ubi supra. utrum scriptura sit de substantia gratiæ, uerbo gratia. §. sexto. & uer. tabellio. §. 6. & litera, & uer. probatio. & uer. falsarius. §. ii. & seq.

DE CSRVPVLO.

1 *Scrupulus quid est.*

2 *Scrupulorum ad tristitiam, seu perturbationem uitandam quæ sint regulæ.*

3 **S**crupulus est motio, uel aliqualis aduersio rationis ad unam partem contradictionis, ex leuibus coniecturis, & multum debilibus qui aliquando dicitur suspicio, uel pusillanimitas spiritus uel dictum est. uersicu. dubitatio. princ. Scrupulosus autem est, qui sepe agitatur scrupulis, quod communiter fit tripliciter.

Nam quidam sunt timidi in recognoscendis peccatis præteritis, & uitandis futuris, & isti communiter bene terminant. Quidam sunt scrupulosi in recognoscendis præteritis, sed in cauendis futuris negligentis, & isti communiter male finiunt. Quidam sunt timidi in uitandis futuris, sed indeterminandis præteritis, uel alienis iudicandis sunt bonæ spei, & isti proprie dicuntur timorati, & magnifici. Scrupulositas igitur duorum primorum modorum causatur communiter. Primò ex complexionem timida, ut sunt frigidi, & malenconici. Secundò ex debilitate sensus iudicatiui, scilicet sensus communis, qui est in anteriori cellula capitis cum debilitate imaginatio- nis, quæ est in media cellula capitis. Ter-

tiò ex debilitate corporis, quæ procedit ex nimia abstinentia. Quartò ex societate, uel conuersatione cum similibus. Aliquando ex suggestionem diabolicam. Scrupulositas duorum primorum modorum mala est, & fugienda, & aliquando ducit ad desperationem, causando magnam perturbationem, & remouendo omnem consolationem spirituales. Nonnunquam ducendo usque ad interitum, unde modestè declinanda, per cautellas quæ ponuntur in sequenti §.

¶ Primò, ¶ regulæ ad uitandam perturbationem, seu tristitiam scrupulorum secundum Domi. Archiepi. Florenti. prima parte. tit. 3. cap. 10. prima post remedium generale, quod est remotio, uel mitigatio causæ, per medicinas, & moderatas recreationes, est recursus ad Deum, per bonam conuersionem, dar enim dona sua petentibus se fideliter, & perseveranter, quando ipse seipsum expedire. Secunda est continuatio deuotæ orationis, quo similes raro utuntur. Tertia & optima est simplex obedientia non solum ad prælatos, sed et ad sapientes formando conscientiam super consiliis eorum, & adhærendo eis, & multotiens faciendo contra proprios scrupulos, & ex eorum iudicio, ut ex consuetudine assuefiant, & fiant robustiores contra causas scrupulositatis. Et hoc potest facere tuta conscientia, imò etiam si esset falsa opinio quæ consultitur secundum Domi. Archiepi. Florenti non peccat, nisi expresse esset contra manifestam determinationem scripturæ, uel ecclesiæ. Nec ualet quòd in dubiis tutior uia sit eligenda, quia hoc non est præceptum, sed consilium, contra quod non est inconueniens aliquid facere ex rationabili causa, ut in proposito. Nec propter hoc se exponit periculo, sed fugit periculum. Et quamuis bonarum mentium sit, ibi culpam agnoscere, ubi non est, non tamen formidare oportet ubi non est timendum. Et si quis dicat, q. si esses in articulo mortis non ueller sic agere. Resp. primò quòd etiam si sic ageret, quòd esset securus. Secundò quòd ille est casus particularis, & non est dubium q. Deus multa tunc supplet maximè in electis. unde ego hoc expertus sum in quodam scrupuloso supra modum, qui in illo extremo simplici

simplici obtemperavit consilio, & sic quiete obdormiuit. Tunc enim non sunt magni iudicii, sed ut prius erant ita operantur. Conclude igitur, quod hoc est optimū consilium, acquiescere consiliis, & quietare mentem, sic enim iam erit capax alienius consolationis spiritualis, quod minimè esse potest sequendo scrupulos. vide aliquid. *De. simonia. §. 70.*

DE SCVRRILITATE.

2 *Scvrrilitas quid est.*

1 **S**cvrrilitas, quæ est filia gulæ est iocularitas quædam proveniens ex defectu rationis, quæ sicut non potest cohibere verba, ita non potest cohibere exteriores gestus. unde ad Eph. 5. super illud. Aut stultiloquium, aut scvrrilitas dicit gloss. quod à stultis scvrrilitas dicitur, id est iocularitas, quæ risum mouere solet, quamuis possit ad utrumque referri ad verba in quibus contingit peccare, vel ratione superfluitatis, quod pertinet ad multiloquium, vel ratione inhonestatis, quod pertinet ad scvrrilitatem. Et procedit scvrrilitas ex actu gulæ, non autem est actu luxuriæ, sed ex eius uoluntate: & ideo ad utrumque uicium potest pertinere, & est sicut peccatum si proprie summas, potest tamen summi pro quadam urbanitate sermonis, & hoc improprè & tunc si ad sit finis debitus, ut cōseruatio amicitie, vel remotio tristitiæ, uel accidit non est peccatum, dummodo non fiat per uerba turpia, ubi est notandum, quod tam gestus, quàm uerba inhonesti, dupliciter exerceri possunt. Primum in ordine ad peccatum mortale, operis, vel delectationis, exemplū primi. Si quis diceret uerba inhonesti, ut prouocaret ad fornicationem, uel ad uindictam. exemplū 2. si quis diceret uerba inhonesti, ut delectaret, uel quia delectat uindicta, uel fornicatio de qua sit sermo, & sic proculdubio est peccatum mortale. Alio modo quia delectant, uel ut delectent ipsi inhonesti gestus, id est ipsa inhonesti locutio, & sic hilariter transeunt, & hoc proprie uidetur ad scvrrilitatem pertinere, & turpitudinem, de quibus Apostolus loquitur ad Eph. 5. Et sic non sunt peccata mortalia, sed uenialia ualde periculosa. Scriptum est enim. *Corrum.*
Secunda pars

punt bonos mores, colloquia praua. unde Apostolus præcipit, nec nominari hæc inter Christianos. Et quod non sint mortalia, suadetur ratione, & autoritate. Nam huiusmodi peccata non sunt contra bonum proximi, sed ad delectationem directè ordinantur. Constat quoque non esse contra bonum diuinum, aut proprium, qui illa committit, nec quantum ad bonum animæ, aut corporis, aut exteriorum. Apostolus quoque ibidem gloss. notauit, & bene. Prohibet multa uicia, dum dicit. Fornicator, & omnis immunditia, & auaritia, nec nominetur in uobis, nec turpitudine, uel stultiloquium, aut scvrrilitas, quæ ad rem pertinent. Et deinde subiungens pœnam criminum esse exclusionem ab hæreditate regni Dei, non reasumit nisi tria prima uicia dicens. Intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem, & cætera. Ex hoc insinuans, quod alia tria non excludunt à regno Dei, quod etiam de scvrrilitate insinuauerat dum dixerat, quæ ad rem non pertinent. Declarans per hoc deformitatem eius existere in uanitate, & tanquam quid uanum, sed inuile, esse ueniale. uide supra uer. gula. §. 5.

¶ **SECRETVM** quando quis debeat reuelare. uide uersicu. confessio. delicti. & uerbo confessionis cellatio. §. secundo, & 3. & uer. accusatio. §. tertio. & 12. circa medium.

DE SEDITIONE.

1 *Seditio quid sit.*2 *Seditio utrum sit peccatum mortale.*

1 **S**editio quid sit, & quomodo est peccatum speciale, & à quibus differt.
Respond. secundum Sanctum Thomam secunda secundæ. quæst. 41. articu. 1. quod seditio est quodam speciale peccatum, quod quantum ad aliquid conuenit cum bello, & rixa, quantum autem ad aliquid differt ab eis, conuenit cum eis in hoc quod importat quandam contradictionem, differt autem ab eis in duobus. primum quidem quia bellum, & rixa important mutuum impugnationem in actu, sed seditio potest dici, siue fiat huiusmodi impugnatione in actu, siue sit per
Sum. Tab. II 3 parauo

paratio ad talem impugnationem. unde gloss. 2. ad Cor. 12. dicit, qd seditiones sunt tumultus ad pugnam, cum scilicet aliqui se præparant, & intendunt pugnare. Secundò differunt, quia bellum propriè est contra extraneos, & hostes quasi multitudinis ad multitudinem. Rixa autè est unius ad unum, vel paucorum ad paucos. Seditio autem propriè est inter partes unius multitudinis inter se dissentientes, puta cù una pars ciuitatis excitatur in tumultu cõtra aliam, & ideo qd seditio habet speciale bonu cui opponitur, scilicet vnitatè, & pacem multitudinis, ideo est speciale peccatù, quod non solum est in eo, qui discordiã seminar, sed etiam in eis, qui inordinatè adinuicem dissentiunt, differt autem à scisma in duob. Primò quidè qd scisma opponitur spirituali vnitati multitudinis. s. vnitati ecclesiasticæ, seditio autè opponitur tẽporali, vel seculari multitudinis vnitati, pura ciuitatis, vel regni. Secundò quia scisma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalem, sed solum importat dissensionem spirituales. Seditio autem importat præparationem ad pugnam corporalem & tam seditio, quàm scisma continentur sub discordiã, utrunque enim est discordia.

2. Primò, ¶ utrum seditio sit peccatum mortale. Resp. secundum S. Th. ubi supra ar. 2. qd sic ex suo genere, eò qd opponitur iustitiæ, & communi bono, & tantò grauius, quantò bonum commune, quod impugnatur per seditionem est maius, quàm bonum priuatum, quod impugnatur per rixam: peccatum autem seditionis primò quidem & principaliter pertinent ad eos, qui seditionem procurant, qui grauissimè peccant. Secundò autem ad eos, qui eos sequuntur perturbantes bonum commune. Illi uerò qui bonum commune defendunt eis resistentes non sunt dicendi seditiosi, sicut illi, qui se defendunt non dicuntur rixosi, similiter qui multitudinè à potestate tyrannica liberant non sunt seditiosi, quia tyrannicum regimen non est iustum, nec ordinatur ad bonum commune, sed ad bonum priuatum, regentis, ut pater per Philosophum in 3. Poli. & in 8. Et hincorũ. & ideo perturbatio huiusmodi regiminis non habet rationem seditionis nisi fortè quando sic inordinatè per-

turbat tyranni regimen, quòd multitudine subiecta maius denimètum patitur ex perturbatione consequenti, quàm ex tyranni regimine, magis autem tyrannus seditiosus est qui in populo sibi subiecto, & discordias, & seditiones, & partialitates mittit ut tuius dominari possit, hoc enim tyrannicum est, cum sit ordinatum ad bonum proprium præsentis cum multitudinis nocumento. hæc S. Thomas.

DE SEGNIETIE.

1 Segnities quid est.

1 Segnities ¶ est fuga operationis causata ex timore laboris grauantis naturam. I 2. q. 41. ar. 4. uide supra ver. negligentia priu. circa fi.

DE SEM.

1 Sem quis fit.

1 SEM ¶ s̄m hebræos fuit primogenitus Noe, quando occurrit Abraham reuerenti à ege: & c. ut dicitur Genesis. 14. habebat annos. 399. & scriptura nominat eum Melchisedech, & erat rex salem, & sacerdos. hæc ponit S. Th. in expositiõne Epistolæ Pauli ad Hebræos. 7. cap. prin.

DE SENSUALITATE.

1 Sensualitas unde dicatur.

2 Sensualitas utrum obediat rationi.

3 Peccatum an esse possit in sensualitate.

1 SENSUALITAS. ¶ nomen sensualitatis uideretur sumptum à sensibili motu, sicut ab actu. sumitur nomen potentia; ut à uisione, uisus motus autem sensibilis est appetitus apprehensionem sensitiuam consequens. unde per sensualem motum intelligitur operatio appetitiuæ uirtutis, operatio uerò apprehensiuæ uirtutis assimilatæ quieti, quia est operatio immanens, sicut uidere manet in oculo, unde sensualitas est nomen appetitus sensitiui, & sic sensus pertinet ad sensualitatem, quasi præambuli: appetitus uerò sensitiuus. s. irascibilis, & concupiscibilis non sunt vna potentia

tentia numero, sed vna genere, & diffinitur esse appetitus rerum ad corpus pertinentens, hæc S. Tho. prima par. q. 81. arti. 1. Et Magister secundo sentent. dist. 24. diffinit sensuualitatem dicens, q̄ est quædam vis animæ inferior ex qua est motus qui intenditur in corporum sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. unde aliquid pertinet ad sensuualitatem antecedenter sicut omnes potentie apprehensivæ siue interiores, siue exteriores à quibus moventur, aliquid essentialiter scilicet appetitus sensibilis. Aliquid verò ob securitatem scilicet potentia motiva.

2 ¶ Primò, † utrum sensuualitas obediat rationi. Respon. secundum S. Tho. ubi supra ar. 2. q̄ sic dupliciter. Primò quantum ad rationem inquantum ratio imperat appetitui, & appetitus ei obedit sicut quilibet in se ipso experiri potest, applicando enim aliquas uniuersales consideraciones mitigatur ira. Aut timor, aut aliquid huiusmodi, uel etiam instigatur. Secundò subiicitur uoluntati quantum ad executionem, quæ fit per uim motiua, in homine enim non statim mouetur irascibilis, uel concupiscibilis, sed expectat imperium uoluntatis, quæ est appetitus superior, ut consentiat. Hoc est quod filosofus dicit in tertio de anima. quod appetitus superior mouet per appetitum inferiorem, & isto modo irascibilis et concupiscibilis rationi subdunt. Ista tñ subiectio nõ fit de iure despótico. i. totali subiectione. sicut subiicitur seruus dño suo quò manus, & pes obediunt uoluntati, sed domino politico in quo non simpliciter mouetur, sed aliquando resistit, & sic sensuualitas aliquando resistit uoluntati, sicut aliquando experimur.

3 ¶ Secundò, † utrum in sensuualitate possit esse peccatum. Respon. secundum S. Tho. secundo sententiarum di. 24. q. 1. arti. 1. & 2. quod in sensuualitate. i. in appetitu sensitiuo potest esse peccatum ueniale subiectiue, mortale uerò non potest esse nisi dispositiue. ubi notandum secundum eundem q̄ in nobis & triplex appetitus scilicet naturalis quem nõ imaginatio gignit, sed ipsa qualitarum naturalium dispositio, quibus uires naturales, suas operationes exercet. hic autem motus in nullo rationi subiacet nec obedit: unde nec in eo peccatum

esse potest, & ideo prætermittitur hic, & similiter dimittitur appetitus rationalis, qui est uoluntas in qua potest esse peccatum omnibus modis, appetitus uerò sensitiuus idest sensuualitas est ille qui ex præcedenti imaginatione, uel sensu sequitur, & hic uocatur motus sensuualitatis, qui est duplex. Primus est naturalis, qui scilicet nullo modo potest impediri à ratione qui causatur à dispositione naturali organi, & iste ab aliquibus dicitur motus. primò primus, & iste nullo modo est peccatum, & dicitur motus sensuualitatis. secundò primus qui causatur ab imaginatione delectabilis, uel tristabilis in rebus illicitis qui potest impediri à ratione, & non impeditur, non tamen in illum consentit, & iste proprie dicitur motus sensuualitatis, & semper est peccatum leuissimum secundum Aug. 1. ueniale, & est subiectiue in appetitu sensitiuo, si autem ratio huic delibere te consentiret tunc esset peccatum mortale de re illicita, & talis motus magis dicitur esse motus irascibilis, uel concupiscibilis & non sensuualitatis. Ille enim appetitus, qui est sensuualitas dicitur irascibilis, uel concupiscibilis s̄m q̄ natus est dirigi à ratione in quo potest esse uirtus. s. temperantia, & fortitudo, & peccatum mortale. Et not. quod quamuis uoluntas non possit prohibere omnes istos motus, quia quando prohibet unum alius insurgit, tamen potest prohibere quemlibet diuim propter hoc habet rationem peccati: uide aliquid uer. primi motus.

D E S E N T E N T I A .

- 1 Sententia quid est.
- 2 Sententia quocumplex sit.
- 3 Sententia diffinitiuua qualis esse debeat.
- 4 Sententia à quo dari debeat, & quando. m. mero. 5.
- 6 Sententia utrum duret post mortem sententianis.
- 7 Sententia si lata sit iniusta an ille pro quo data est, cognita iniustitia teneatur restituere quicquid habuit.
- 8 Sententias diuersas si prosperant duo iudices, que teneat.
- 9 Sententia inter alios lata an aliis preiudicet.

10. *Sententia quibus auxilijs subleuatur.*

11. *Sententia effectus quis sit.*

munera sacerdotii. i. officii sacerdotalis, quod impedit, sicut Hier. dicit super Micheam, quod munera quaedam exhibebantur bonis prophetis ad sustentationem ipsorum non quasi ad emendum prophetiam vsum, quare tunc pseudo prophetae retorquebant ad questum. unde ista verba Ray. debent intelligi quo ad forum contentiosum, quia iudicaretur simonia si exigeret ante factum quam tenetur, vel quando non indiget attribueretur avaritiae. Quando ergo dicitur, sacerdos recipit pro officio ecclesiam ad tempus. ly pro. denotat causam adminiculatiam non appreciativam officii, quod impedit, vel laboris quo laborat in ipso officio, quod nec vendi debet, nec locari, sicut nec ipsum officium, quia si quis horum alterum vendit sine quo alterum non provenit, neutrum inveniendum derelinquit. 1. q. 3. cap. si quis deiecerit. Et seculares qui dant, vel dimittunt certam quantitatem pecuniae pro missis, seu anniversariis, de quibus in §. precedenti, in intentes mores patrie quamvis in huiusmodi ex simplicitate taliter loquantur ac si uellent emere. videtur secundum D. Arc. Flor. quod pie sit interpretandum pactum eorum, quod dant per modum elemosinae tamen sunt adinuendū de hoc ut non dant tanquam precium missae.

¶ Decimononō tertio queritur utrum liceat dare, vel accipere pecuniam, ut quis orat, vel laudet Deum pro eo, vel pro praedicatione. Resp. secundum S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad secundum, quod illi, qui dant elemosinam pauperibus, ut orationum ab ipsis suffragia impetrent non eo tenore dant quasi intendentes orationes emere, sed per gratuitam beneficentiam pauperum animas prouocant ad hoc, quod pro eis gratis, & ex charitate orent. Et 4. dist. 25. q. 3. ar. 2. quod 2. ad secundum dicit, quod oratio est actus spiritualis, primo, & secundo modo. i. ex parte principii, & finis, quia ex spirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid spirituale debet in ea petri. unde nullo modo debet sub precio poni, nec illi qui dant pecuniam pauperibus, ut pro eis orent, orationem emunt, sed animos pauperum aliciunt ad orandum pro se, & eos sibi faciunt debitores. Praedicationibus et temporalia debentur ad sustentationem praedicationis, non autem ad emendum praedicationis verbum. Et quod 2. ar. 20. ait

haberet oculi ad terrena contingit dupliciter: vno modo sicut ad mercedem, vel premium principaliter, & sic praedicatori non licet habere oculum ad terrena. & in quarto dicit, quod stipendia debentur praedicatoribus ad sustentationem uictus ne cogatur derelinquere verbum Dei, non autem debentur eis quasi precium. unde super illud 1. Th. 5. Qui poenae praesunt presbyteri, &c. dicit gl. necessitas est accipere unde uiuitur, charitatis est praebere, non tamen ueniale est euangelium, ut pro his praedicatoribus: si. n. sic vendunt, magna re uolunt vendere precio: similiter et aliqua temporalia dantur Deum laudantibus non quasi precium, sed quasi sustentationis stipendium. Si autem huiusmodi pacto interueniente fiant, aut et cum intentione emptionis, vel venditionis, simonia esset, quare ab ecclesia posset puniri. haec ille, sunt. n. tales actus spirituales, primo, huiusmodi modo dictis supra §. 15. unde secundum aliquos qui praedicator principaliter, ut laudem, vel fauorem consequatur humanum, vel lucrum est simoniacus saltu mentalis. 1. q. 4. c. non solum. unde S. Tho. 4. vbi supra de collectis factis in praedicatione ait, praedicator pro pecunia supple. colligenda potest intelligi dupliciter. vno modo ut pecunia sit premium praedicationis, & sic nullo modo licet, alio modo ut pecuniae datio sit res quaedam praedicatoris, & ita potest aliquis praedicator pro pecunia sicut pro aliis operibus meritoriis in quantum meretur danti, & subleuatur defectus recipientis, & sic Apostolus 1. Corin. vlti. pro collectis faciendis praedicator, non tamen in pecuniae collatione ponendus est praedicationis finis. haec ille. Et si seculares loquerentur illo modo &c. dicit ut in §. precedenti in fi. Et nota secundum Pe. de pal. quod est eadem ratio de lectione theologiae sicut de praedicatione quod intelligo si est lectio sacerdotis, vel prelati.

¶ Vigesimo quarto queritur utrum canonicus uadens ad horas canonicas pro distributionibus sit simoniacus. Resp. Host. in c. olim. de verb. sign. & sequitur Io. And. de cle. non refi. c. unico. lib. 6. tenet, quod non est vera simonia, quia nulla expressa pacto intercedit, sed quod grauiter peccat, & mortalem simoniam committit, sed per solam penitentiam satisfacit. cap. tuos. de simonia. Intellege quando hoc principaliter facit propter pecuniam, secus si secundario

dariorum etiam quando non iuret si non daretur pecunia, aliquando enim causa est sine qua, & secundaria, sed non principalis, & hæc valent ad præcedentia, & sequentia aliquid infra. §. 21. & supra. §. 6.

22. Vigesimo primò ¶ qui utro queritur utrum dare aliquid temporale pro operibus spiritualibus, ad quæ ipse non tenetur, sit simonia. Ref. fm S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad tertium, quod ille cui committitur spiritualis potestas ex officio obligatur ad usum potestatis sibi commissæ in spiritualium dispensatione, & est pro sua sustentatione statuta stipendia hæret ex redditibus ecclesiæ, & id si aliquid acciperet pro usu temporalis præstatis non intelligeretur locare operas suas quas ex debito suscepti officii debet impendere, sed intelligeretur vendere ipsum spiritualis gratiæ usum, & pro hoc non licet pro quacunque dispensatione aliquid accipere, nec est per hoc, quod vires suas committat, nec per hoc, quod subditos suos corrigat, vel à corrigendo desistant, licet tamen eis accipere procuraciones quando subditos uisitant, non quia si precium correctionis, sed quasi debitum stipendium, & debita ex ordinatione ecclesiæ sibi. Ille autem qui habet scientiam, & non suscipit cum hoc officium ex quo obligetur aliis usum scientiæ impendere, licet potest precium suæ doctrinæ, vel consilii accipere, non quia si veritatem, vel scientiã vendens, sed quasi operas suas locans. Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipsam vendere veritatem: unde grauius peccaret, sicut patet in illis qui instituuntur in aliquibus ecclesiis ad docendum clericos ecclesiæ, & alios pauperes pro quo ab ecclesia beneficium recipiunt, à quibus non licet eis aliquid recipere, nec ad hoc quod doceant, nec ad hoc quod aliqua festa faciant, vel prætermittant. hæc S. Tho. facit dictum Ray. & dictum S. Tho. de quarto sententiarum quæ posita sunt supra. §. 18. Et idem doctor. S. 4. di. 25. q. 3. ar. 2. quodlibet. 2. in responsione ad nonum argumentum dicit, quod iudex ex officio suo tenetur iudicium reddere, similiter etiam quilibet tenetur ex hoc, quod est iudicio subditus ad uerum testimonium reddendum, sed aduocatus non tenetur patrocinium suum causæ præstare, nec iuris peritus dare consilium, & id sicut dicit Aug. ad Macedonium non debet iudex

vendere uerum iudicium, aut testis uerum testimonium, quia aduocatus uendit iustitiam patrocinium, & iuris peritus uerum consilium. Non. n. aduocatus uendens iustitiam patrocinium uendit iustitiam quæ est spiritualis, sed actum suum, & similiter dicendum est de consilio iuris periti, sed iudex uendendo uerum iudicium simoniam committit si sit spiritualis iudex, vel à iudice spirituali habitus fm D. Arc. Flo. aliàs non committit simoniam, sed grauius peccat: similiter dicendum est de teste. hæc ille uer. iudex. §. 17. Nota etiam fm quod recitat Angelica uer. simonia 2. §. 6. de hoc, quod sacerdos possit aliquid pro celebratione ad quam aliàs non tenetur recipere, sunt opinioniones, & magis placet Pa. in c. significatum. de præben. illa opinio quæ dicit, quod sic quæ sequuntur Ricar. Goff. Hosti. & Inn. in c. quoniam an præla. u. su. idem de aliis spiritualibus administrandis dummodo non intendat recipere pro spirituali, & aliàs non tenetur. Ray. etiam limitat, quod non habeat aliàs sumptus necessarios dicit etiam Pan. in c. sua eo. quod qui habet sumptus, tamen potest aliunde honestè victum querere, quod non debet accipere, & si sic etiam non potest plus, sed debet sibi prouidere &c. vide §. seq.

23. Vigesimo secundo, ¶ pro declaratione eorum, quæ dicuntur in præcedenti §. & in aliis supra ad 11. usque ad præsentem, & pro concordia doc. Notandum, quod quando datur uel accipitur temporale pro spirituali, possumus loqui dupliciter: primo modo in foro conscientie. Secundo modo in foro cõtentionis seu in foro ecclesiæ. Si loquatur primo modo, uel intendit quis dare, vel accipere temporale principaliter pro spirituali, ita quod illa dictio, pro, denotet appreciationem, uel cõmutationem rei spiritualis ratione spiritualitatis, & dicitur principaliter quod illud spirituale datur pro temporalis, uel contra, ita quod non est aliud principaliter, & tunc semper est simonia, & si sit solum in mente est mentalis, quæ non punitur ab ecclesiâ, nec tenetur ad restitutionem rei acceptæ nisi in iure specialiter prohibeatur, sicut de uisitato. d. c. eum dilectus, nec ualet secundum S. Tho. siue hoc non faceret. ergo facit principaliter, pura sacerdos hodie non celebraret nisi moueretur ab aliquo qui dar sibi grossum ut celebret, & tamen celebrat principaliter

cipaliter propter amorē Dei. Si uerò sit eſt pacto ſic incurrit pœnas iuris, & tenetur ad reſtitutionē ſm q̄ infra, uel non intendit dare principaliter pro re ſpirituali, ſed rōne charitatis, uel liberalitatis, uel ad ſuſtentionem miniſtrorum, uel pro reuerentia rei ſpiritualis, uel ut ſeruetur conſuetudinem, & ſimilibus. ſupra. §. 7. & tunc nunquam eſt ſimonia coram Deo, ſiue ſit ſolum in mente, uel etiam in pacto. Et ſi quis dicat, q̄ aliqui ſeculares credunt dare principaliter pro precio rei ſpirituali. dic ut dictum eſt ſupra §. 17. in fi. Si uerò loquamur in foro eccleſiæ, ſeu contentioſo, tunc uel tenetur ad illud, uel non. Si non tenetur uel habet principium ſpirituale, ſicut eſt celebrare miſſam, cantare euangelium, celebrare exequias mortuorum, audire cōfeſſiones, & ſimilia, quæ ſunt de primo uel tertio modo dictis ſupra §. 15. uel non habet principium ſpirituale ſicut ſunt actus aduocati, notarii, lectorum artium. Pa. in c. 1. ne prælati. ſu. addit uicarium qui p̄t locare operas, quia non tenetur quis ſuis ſtudiis militare. c. cum ex officio. de præſer. addit etiam aſſeſſorem cui etiam datur ſalarium, in c. ſtatutum. §. aſſeſſorē. de reſc. li. 6. & aduocatum qui licitè uendit patrocinium ſuū. 1. 4. q. 5. non ſanē. Si ergo non habet principium ſpirituale, & non tenetur, tunc poteſt locare operas ſuas, & non eſt ſimonia, dum modo non intendat principali ter id quod eſt ſpirituale. ſ. uendere ueritatē uel uerum conſilium, ſed pro labore, &c. & ſic intellige uerū dicere doctores, qui dñt, q̄ aliquando poteſt locare operas ſuas. Si uerò tenetur, & principium non eſt ſpirituale, tunc non poteſt accipere, & quamuis non ſit ſimonia niſi in re ſpirituali, tamen procedit ex auaritia. Si uerò principium eſt ſp̄iale. ſ. primo uel tertio modo dictis in d. §. 15. tunc uel tenetur, uel non. Si nō tenetur ut puta qñ non tenetur celebrare uel ire ad proceſſionem funeris, tunc quidam dicunt, q̄ poteſt locare operas ſuas, quidam dñt contrariū quod v̄r uerius. arg. 1. q. 3. c. ſi quis obiecerit. ubi dī, q̄ quiſquis alterū horū uendit ſine quo alterum non prouenit, neutriū inueniendum dereliquit. nec s. T. admittit locationem niſi in præcedenti mō. ſ. qñ principium non eſt ſpirituale, ut de lectore. Ad doc. dicentes contrariū

Secunda pars

poteſt dici ſm mentem s. T. q̄ poſſunt locare. i. patrocinium accipere non quaſi precium miſſæ, ſed quaſi uiræ ſuſtentionem, ut dictum eſt ſupra §. 15. facere autem pactiōne de miſſa celebranda eſt ſimonia cum ſp̄ ſm S. Th. & iſto modo debent intelligi doctores dicentes, q̄ qñ non tenetur poteſt locare, & c. ut ſ. præcedenti. Si uerò tenetur ad hoc, tunc uel uult dare liberè, & non præceſſit tractatus. cap. cum dilectus. el ſecundo, & ſic poteſt accipere niſi in iure ſpecialiter prohibeatur ſicut de uſitatore cui prohibetur recipere munera. in dicto cap. cum dilectus. ubi habetur qñ non præceſſit tractatus, q̄ poteſt accipere, uel nō uult dare, & tunc uel conceditur ſpecificè in iure, ut dicitur in §. ſequenti, & ſic poteſt pacifici, uel non conceditur ſpecificè, & tunc uel uult eum cogere ante dationem operis ſpiritualis, & non poteſt quia iudicaretur ſimoniaus, uel poſt dationem, & ſic auctoritate ſuperioris quando ille poteſt dare debet cogi ad ſeruandas piās conſuetudines.

24. ¶ Vigefimotertiū, ¶ utrum epiſcopus cum conſecrat. uel uiſtat poſſit recipere procurationem. Reſpon. q̄ ſic. de cenſ. ca. cum Apoſtolo. & de ſimonia. c. cum ſit Romana. de præſcript. c. cum ex officio. & 10. que ſtio. tertia. c. relatum. intellige moderatam, & non recipit iſtam procurationem ſecundum Ber. & Innocen. pro aliquo ſacramento: quia illud eſſet ſimoniaicum, nec ratione laboris. ca. uenerabili. de cenſi. ſed quia permiſſa eſt à iure, ſiue ex ordinatione eccleſiæ ſecundum San. Thom. 4. di. 15. q̄. 3. ar. 2. quodl. 2. ad ſextum, ſcilicet in conſecratione, ſicut in uiſitatione. Si tamen eccleſia propter paupertatem non poteſt, epiſcopus ſuis ſumptib. conſecrabit. 10. q. 3. c. cauendum conc. S. T. ubi ſupra. dictū eſt ſupra §. 20. addens q̄ non recipit quaſi precium correctionis, ſed quaſi debitum ſtipendium. Et no. quia quod iure permititur poteſt in pactū deduci. ut in c. olim. el. 1. de reſti. ſpol. & ibi Pan. unde & idem Pa. in c. 1. de eo qui mit. in poſſeſ. dicit, q̄ quamuis ſpiritualia non accipiant æſtimationem, tamen in teſſe ex eis protentione bene poteſt eſſe æſtimabile, & ſuper eo tanquam ſuper temporali procedi poteſt, ut dicitur gloſſa. in coram. de off. dele. infra §. 36.

Sum. Tab. RS. 15 de

de uisitato. uer. uisitatio. §. 3.

- 25 § Vigesimoquarto, † utrum tpalia possint dari pro uita æterna, uel pro remissione peccatorū, & uideatur q̄ sic, q̄ dicitur Daniel. 4. Peccata tua elemosinis redime. Grego. dicit, q̄ tm̄ ualet quantum habes. Res. sm̄ S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad tertium. q̄ regnum celorum dicitur emendum quādo quis dat quod habet propter Deum, largē sumpto nomine emptionis, sm̄ q̄ accipitur pro merito quod tamen non pertingit ad perfectam rationem emptionis, tū quia non sunt condignæ passionis huius tpis, nec aliqua nostra dona, uel opera ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis, ut dicitur ad Ro. 8. tum quia meritum non cōsistit principaliter in exteriori dono, uel actu, uel passione, sed in interiori affectu, vñ illæ locutiones sunt metaphoricæ per similitudinem de emptione loquentes, ipsum meritum, emptionem uocantes, quod quidem emptio nō est: quia Deo ex nostro merito nihil accrescit, nec meritum nostrū est æquiuallens præmio, unde dantur talia per modum elemosinæ, uel liberalitatis, ut sit sensus: quia ego habeo meritū, quod quodammodo offero Deo ideo ipse liberaliter per modum cuiusdam elemosinæ dat mihi præmium.
- 26 § Vigesimoquinto, † utrum offerens bona sua ecclesie, ut efficiatur canonicus, & ex illis bonis postmodum instituitur sibi præbenda sit simoniacus. Res. q̄ sic. text. est in c. tua nos. eo. secus si purē, & liberaliter donasset, & post humiliter peteret admitti in canonicum, & retinere prædicta in præbenda, & clerici purē consentirent, quia tunc liceret. §. 13.
- 27 § Vigesimo sexto, † pone q̄ statuto caueatur, q̄ nouiter receptus in canonicum, uel monachum teneatur soluere certum quid, utrum sit simonia post receptionem illud soluere. Respon. secundum Pan. in c. dilectus. el secundo. in ultim. no. q̄ sic, ex quo inferat quæst. istam. Est statutum in ecclesia, ut nouiter receptus in canonicū, uel monachum teneatur certum quid soluere, quidam receptus sine aliqua exactione soluit, nunquid licitè hoc recipiatur, & dico quod non per istum text. quia ex quo præcessit taxatio, illa oblatio uideatur facta uirtute illius taxationis, facit 1. q. 3,

c. ex multis. hæc Pan. facit etiam dicto. c. dilectus. & c. ueniens. eo. tit. quod limitant alii qui uerūm, quando tale solutū cedit in uilitatem priuatam, aut canonicorum, secus si solueretur pro fabrica ecclesie, uel aliis ad diuinum cultum pertinentibus secundum Hosti. ar. de consti. c. cum omnes. & c. ex parte. Nam laudabilis consuetudo dēc. fetuari. c. ad apostolicam. eo. & c. significatum. de præb. non tñ debet retineri præbēda in pignus. ar. d. c. significatum. uel etiam potest retineri si consuetudo sit, q̄ non assigetur præbenda quousq; tale quid soluerit. In hoc. n. casu fit permutatio spiritualis sm̄ Angelicā. uer. simonia. 2. §. 5. ad spirituale, quod licet, de rerum commu. c. questiones. Pa. tamen in c. Iacobus, eo. tenet q̄ si statutum imponit tale onus recipiendo, uel recepto de nouo, ut teneatur soluere certum quid etiam ecclesie, uel ad cultum Dei, quod non ualet sine simonia, & facit dictū cap. ex multis, cum aliis. Si uerō statutum imponit onus præbendæ, sic ualet in fauorem cultus diuini. ar. cap. significatum. de præbend. & cap. unico. ut eccle. bene. & ar. in cap. si propter tua debita. de rescript. lib. sexto. & hæc uideatur uerior quamuis prima non sit damnanda. Quid si in fundatione ipsius ecclesie fiat talis constitutio, quicumque dederit tantum in redditiis, uel tantam quantitatem quod possint emi possessiones talium reddituum, recipiatur in canonicum, & quod dederit habeat in præbendam, nunquid est constituto licita? Respon. secundum Guiliel. si fiat ita quod non duret in perpetuum, sed ad tempus, nec fiat in fraudem simoniæ, & ea sit intentio constituentis, quod non pro rebus dandis, sed principaliter propter cultum diuinum augmentandum, & propter deuotionem dantis recipiatur ad spiritualia, potest tollari, dum tamen ille qui recipitur sit dignus. Si uerō aliquis daret bona sua cum pacto ut efficiatur canonicus est simonia secundum Innocentium, secus si liberè daret, & etiam retineret. uide infra. §. 38. fin. & supra §. uigesimoquarto. Vtrum faciens notum Deo, ut scilicet obtineat quid temporale sit simoniacus. Vide infra uersiculo uotum secundo. §. primò circa finem.

28 ¶ Vigefimofeptimò, ¶ utrum temporalia
 poffit dari pro redimenda uexatione fua
 in fpiritalibus. Refp. fecundùm S. Tho.
 2. 1. q. 100. ar. 2. ad quintum. q̄ antequam
 alicui acquiratur ius in epifcopatu, uel pre-
 benda uel quacunque dignitate, uel pro-
 uifione, fuae collatione, fimoniaco effet
 aduerfarii obitacula pecunia redimere,
 fci enim per pecuniam pararet fibi uiam
 ad rem fpiritualem obtinendam, fed post-
 quam alicui ius acquifitum eft, licet per pe-
 cuniam iniufta impedimenta remouere.
 hæc S. Tho. Pan. uerò in c. dilectus. el primo.
 eod. titu. comprehendit totam hanc
 materiam dicens, q̄ aut quærimus in tem-
 poralibus, aut fpiritalibus. primo cafu li-
 citè redimitur uexatio tam pro iure qua-
 fito, quàm pro iure quærendo, fed reci-
 piens pecuniam fic iniuftè quaefitam tene-
 tur ad refitutionem. l. 1. & l. generaliter.
 ff. de calumnia. & l. 4. §. quotiens. ff. de con-
 di. ob. tur. cau. In fpiritalibus uerò pro iure
 quærendo non eft licitum aliquid dare
 etiã, ut ceflet impedimentum, quia uide-
 tur ifte ambitiofus dando pecuniam, ut fa-
 cilius acquirat illud, & fic propriè loqui-
 tur. c. Mattheus. eo. titu. nec tunc propriè
 redimitur uexatio, fed dat, ut facilius ac-
 quiratur ius fpirituale. Pro iure autem ac-
 quifito, aut eft in poffeffione illius iuris,
 & fi molefter de facto licitum eft aliquid
 dare, ut probatur in d. capitu. dilectus. licet
 recipiens teneatur ad refitutionem. Si uerò
 iuftè uexatur, puta quia epifcopus uult
 eum deponere iuftè, uel alius iuftè accusa-
 re, uel forè prætendit ius in beneficio, fed
 eft dubius, & tunc uexatio non licet aliquid
 dare, quia non redimitur tunc uexatio fa-
 cti. ut nota. in c. nemo. eod. titu. facit. cap.
 nifi. cum ibi nota. de præbend. & cap. nifi
 cum pridem. de renun. aut non eft in pof-
 felfione illius iuris tam quaefiti, & tunc aut
 habet poffeffionem etiã illicitè detenta-
 tam, & non licet aliquid dare, ut notat. In
 nocen. in cap. ad aures. eodem. titu. & ten-
 et gloff. decimale prima. quaefitio. 7. c. deci-
 mas nam poffeffio eft quid fpirituale. hinc
 eft, quòd non cadit in laicum. de refcrip. c.
 caufam, uel faltem eft connexa cum fpiri-
 tualibus propter adminiftrationem, quæ in
 de fequitur. prima quaefitio. tertia. c. Si quis
 obiecerit. uide infra. §. 49. puto tamen, q̄

fi propter potentiam aduerfarii, uel impo-
 tentiam fuam non poffet de facili illam cõ-
 fequi apud fuperiorem, quòd tunc ut eui-
 tet magnum præiudicium licitè dare po-
 teft pecuniam, ficur in fimili de abfolutio-
 ne ab excommunicatione obtinenda dicit
 Ioan. Andr. in capitu. ad aures. eod. titu.
 hæc ille. Dom. Archiepifcopo. Flor. fecun-
 da parte. titu. 1. cap. 5. §. 13. qui incipit. De
 redemptione. in fin. dicit post. Vueruan.
 quòd fi ecclefia mea, uel præbenda me re-
 moto alteri fuerit assignata fi pro precio
 eam recupero uel redimo fimonia eft, fuae
 iuftè, fuae iniuftè fuerim ammotus, & alius
 inftitutus, fed bene licet ei tueri ius fuum,
 & probare fi poteft iniuftam eiectionem,
 ut fibi reflituat, & etiã ante priuationem
 liceret cum iuftè teneri, redimere uexatio-
 nem fuam. hæc ille hoc ultimum confir-
 mat Pifanel. Ad hoc igitur ut poffit redi-
 mere quis uexationem, requiritur Primò,
 quòd iam quaefierit ius. Secundò fecun-
 dùm Angelicam debet elle certus, quòd
 acquifuerit. cap. cum pridem. de pact. &
 ibi Panormita. Tertiò debet elle in poffelf-
 fione. Quidam etiã limitant, quando eft
 eiectus, elle uerum, fi fit eiectus ab aliquo
 prælato fuperiori, fecus effet fi ab aliquo
 uicario, quia tunc uidetur, quòd etiã
 post remotionem poffit dare. Eodem mo-
 do de electo & non confirmato, quia non
 poteft dare pecuniam contradicenti, fuae
 contradicar de iure, fuae de facto. argum.
 in cap. significasti. de electione, quia pro
 iure quærendo non eft licitum dare pecu-
 niam etiã ad redimendum uexationem,
 in capitu. Mattheus. eodem titulo. & ibi
 Panormita. Et fi pecunia datur Epifcopo
 ut non conferat fimoniacè fecundùm Pa-
 normita. in capitu. cum in ecclefia. eod.
 eft fimonia ex parte recipientis, fed non
 ex parte dantis. Si capitulum daret aliquid
 alicui impediendi ne electione fimpliciter
 fiat. fi fit notum, quòd in electione nullum
 ius habet ut defiftat, non effet fimonia-
 cum, fed impediret ne ifte, uel ille elige-
 reretur, fic non poffet dare, ficur nec il-
 le cuius electionem impediret fecundùm
 Rodo. Not. in d. capitu. cum pridem. quòd
 non eft licita pactio, ut litigans renunciet
 liti fuper beneficio, & confequatur aliquid
 temporale etiã fi illud recipiat nomine

expensarum, nam posset in se continere simoniam, quia si renuncians habet ius in beneficio v̄renunciare iuri spirituali pro temporali, nec obstat, q̄ nomine expensarum dicatur recipere, quia hoc posset fingi in fraudem. Item, quia iuri spirituali debet quis liberè renunciare, ut in c. exparte. & quod ibi no. de of. dele. In eo tñ. c. no. in gl. q̄ iudex ex officio suo posset providere ut una pars cederet liti super spiritualibus, & pro bono pacis reciperet expensas quas faceret ab alia parte. Item posset provideri ut alia pars daret sibi pensionem annuatim, ut est tex. in d. c. nisi. de præb. nam præsumendum est, quod iudex non mandaret dare pecuniam pro iure spirituali, sed quia videt partem non fouere iustam causam potest eam inducere ad renunciandum liti, & pro bono pacis providere sibi de aliquo temporali, sed inter partes sine iudice non licet. Quando autem pars habet ius, & est notum, tunc non est simonia, sed redemptio vexationis, ut dicitur ibidem, in glo. sequenti ubi dicitur, quod si sum certus me habere ius in aliquo beneficio non pecco si do pecuniam ei qui mouet mihi litem, ut desistat ab illa vexatione, secus si non sum certus. vide ver. renunciatio. §. 4. & §. 5. Sed v̄, q̄ nemini liceat redimere vexationem suam in spiritualibus, quia offerendo temporale pro spirituali dat occasionem illi à quo redimitur committi iniustum, uel fortè et simoniam: dū enim offert temporale inducit illum ad iniuste accipiendum, uel ad vendendum spirituale, sicut Iacob redimendo vexationem suam ad Esau. Gene. 25. induxit Esau ad vendendam primogenituram, dicens vende mihi: &c. Respondi quod in tali redemptione sunt duo. Alterum licitum quod petitur redemptori, puta dari sibi beneficium debitum uel simile. Alterum iniquum quod non petit, nec velle ipse qui redimit, sed patitur, uel permittit, illo vtendo ad bonum quamuis per modum petentis se habeat, quia offert materiam illius iniquitatis parato ad iniquitatem, fortè maiorem, puta dat pecuniam ut det beneficium, uel ut non det sibi impedimentum, hoc enim quod est dare sibi pecuniam de se non est malum, & hoc vult ipse redimens, sed accipere iniuste, est malum quod

habet ortum à praua voluntate volentis accipere, & non ab oblatione dantis sed vtitur illo: &c. Ita dicitur de Iacob, qui secundum S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 4. ad tertium. redimit vexationem suam: obtulit enim ipsi Esau prandium dicens vende: &c. dum enim dicit vende mihi sensus est. redde mihi primogenituram, mihi debitam, & hoc erat bonum, & accipe prandium, quod erat etiam bonum: q̄ autem Esau voluerit vendere, hoc erat malum quo ipse Iacob utebatur, & permittebat, cuius motuum primū fuit concupiscentia ipsius Esau, & sic patet ad arg. vide ver. v̄sura. 8. §. si.

29 §. Vigesimo octauo, vtrum liceat presbytero pecuniam dare pro baptismo, quando non vult aliter baptizare. Respondi secundum S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad primū. q̄ in casu necessitatis quilibet potest baptizare, & quia nullo modo est peccandū pro eodem est habendum si sacerdos absq̄ precio baptizare non velit, ac si non esset qui baptizaret. vnde ille qui gerit curam pueri in tali casu licitè potest eum baptizare, uel à quocūque alio facere baptizari, posset tamen licitè equam à sacerdote emere, quæ est purum elementum corporale. Si autem esset aduultus qui baptismum desideret, & immineret mortis periculum, nec sacerdos vellet eum sine precio baptizare, deberet si posset per alium baptizari: q̄ si non posset ad alium habere recursum, nullo modo deberet pro baptismo precium dare, sed potius absque baptismo recedere, suppleretur enim ei ex baptismo flaminis quod ei ex sacramento decisset. hæc ille. Idem dicit in 4. dist. 5. q. 2. ar. 2. quodl. 5. ad secundum. & dist. 25. q. 3. ar. 2. quodl. 1. ad tertium. Idem habes supra ver. baptismus. 6. §. 3. ubi habes de redemptione vexationis. Pan. concor. satis cum S. Tho. in c. cum in ecclesiæ. eo. rit. dicens, quod si iste baptizandus est, aduultus non debet aliquid contribuere, sed potius baptismum relinquere, quia ex quo credit, & non relinquitur per eum quo minus baptizetur habetur pro baptizato. ar. in c. debitum de baptismo. & c. 2. de presbytero non baptizato. Item dic q̄ potest facere se baptizari à laico. Si verò est infans tunc sunt opiniones, quidam. n. dicunt nihil esse tribuendū, sed potius infanti dimitte dū sine baptismo, quia non debet quis

peccare, ut infans acquirat uitam æternam. 14. di. c. quod debet ait Loth. & ibi gl. Alii dicunt, q̄ licet non deberet dari tamē potius quā dimittere infantē sine baptisimo pecunia esse danda, & hoc intellige, quando non reperitur alius, qui sciat baptizare, & possit, putarem, q̄ licitē possit hoc casu dari pecunia, licet illicite recipiatur, quia iste, qui donat ductus necessitate donat, non vt emat spirituale, sed potius vt tollat impedimentum illicite præstitum. hæc ille. Et nor. quod non dicit ad redimendam vexationem, quia proprie nō est redemptio vexationis, ut dictū est. in §. 3. clarius tñ est, quod dicit S. Tho. vt emat aquam etiam si esset sanctificata. vide in d. §. 3. secus esset secundūm. D. Archi. Flor. de aliis sacramentis, quæ possunt differri, & non sunt tantæ necessitatis.

30 ¶ Vigesimo nono, ¶ utrum licitē detur pecunia pagano, ut se baptizari permittat. Respond. in gloss. 1. q. 2. c. quam pio. recitantur opiniones, sed opinio Pa. in c. cum in ecclesiæ. eo. videtur probabilior, qui dicit, quod si propter paupertatem timeret veniri ad fidem, tunc licet ei aliquid dare ut veniat. Si uerō non habet uoluntatem uenire nisi nisi propter cupiditatem, tunc non licet quia baptisus ei parum prodesset. 15. q. 1. c. non est. immo peccat quia abutitur bono, & similiter dantes. ar. 23. q. 5. c. ad fidē. nisi probabiliter præsumeret, q̄ postea mutabit uoluntatem.

31 ¶ Trigesimo, ¶ utrum pro aliis sacramentis liceat dare, uel accipere pecunias. Rñ. fm S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 2. quod sacramēta nouæ legis sunt maximē spiritualia in quā sunt causa spūalis gratiæ, quæ precio æstimari non potest, & eius rōni repugnat q̄ non gratis detur; dispensantur aut sacramenta per ecclesiæ ministros quos oportet à populo sustentari fm illud apostol. 1. Cor. 9. Nescitis qm̄ qui in sacrario operantur quæ de sacrario sunt edunt, & qui altari deseruiunt cum altari participant. Sic ergo dicendum, quod accipere pecuniam pro spirituali sacramentorū gratia est crimen simoniæ, quod nulla cōsuetudine licet excusari, quia cōsuetudo nō præiudicat iuri naturali, uel diuino. Accipere aut aliqua ad sustentationem eorum qui sacramenta Christi ministrant fm or-

dinationem ecclesiæ, & cōsuetudinis approbatas non est simonia neque peccatū, non aut sumitur tanquam precium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis. vnde Augu. Accipiat sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Deo. hæc S. Th. Et debet cauere ab omni specie mali. cum ab omni. de uit. & hone. cle. vide supra. §. 7.

32 ¶ Trigesimo primo, ¶ utrum pro absolute liceat aliqd accipere. Res. fm S. Th. vbi supra ad tertiu. q̄ pecunia nō exigitur ab eo qui absoluitur quasi precium absolutionis hoc. n. esset simoniacū, sed quasi pena culpæ præcedētis pro qua fuit excoicatus. hæc ille. nec pro pœnitentia seu confessione debet aliquid exigi. 1. q. 1. c. quicquid. & sacer dotes audiunt principaliter & c. committit simoniam supra. §. 20. & 21. Sacerdos etiā qui non vult dare licentiam suo parochia no alteri confitendi nisi pro pecunia, simoniam committit secundūm Ray. quem sequitur. Arch. Flo. & dicit Hostien. vt recitat Pis. q̄ in Francia, & in quibusdam aliis locis est cōsuetudo, uel statutum, q̄ excommunicatus, qui parere noluisset propter contumaciam antequam absolueretur pro quolibet mense pro quo excommunicatus extiterit certam debeat dare pecuniæ quantitatem, & hanc dicit iationabilem. Si tamen ueniret ad manus exigentis haberet speciem mali, unde in hoc casu absolutio deberet precedere. idem intelligendum de suspensione, & aliis censuris.

33 ¶ Trigesimo secundo, ¶ utrum pro matrimonio possit aliquid exigi. Respon. secundūm S. Th. vbi supra ad sextum, quod quidam dicunt, q̄ pro matrimonio licet pecuniam dare, quia in eo non confertur gratia. 1. q. 1. c. quicquid in glo. sed hoc nō est usque quaque uerum, ut dictum est supra uer. matrimonium. 2. prin. & aliter dicendum, quod matrimonium nō solum est ecclesiæ sacramentum, sed etiam naturæ officium, & sic nomine dotis licitum est, in quantum uerō est ecclesiæ sacm̄ est illicitum, & ideo secundūm iura prohibetur ne pro benedictione nuptiarū aliquid erigatur. hæc ille. ar. c. cū in ecclesiæ. eo. ti. V. uer. fm q̄ recitat Arc. Flo. dicit, q̄ si sacerdos aliquis ad quem spectat benedictio nuptiarum non vult dare licentiam alteri

sacerdoti, quòd benedicat nuptias nisi pro pecunia si quidem non intendat vendere licentiam benedictionis, sed prouidere sibi de portione oblationum eum contingere, non est simonia: si tamen ex certa scientia maiorem exigat summam, quam præsumeretur debere ualere portio ipsum contingens meritò præsumi potest quòd ipsam licentiam uendere uoluit.

34. ¶ Trigesimotertio, ¶ utrum pro sacro ordinis liceat aliquid recipere, uel dare. Respon. fm D. Arch. Fl. ubi supra, q̄ maximè prohibetur exigi pecunia, & exacta persolui. l. q. 1. cum ordinaretur, & extra de simo. ca. in ordinando. super. quo cap. dicit D. Ant. de But. not. tres personas, quæ in ordinatione requiruntur. scilicet episcopus, minister, & notarius, nota. etiam, quòd sicut principalis ordinatio debet esse gratuita: ita & omne accedens, & de episcopo clarum est. l. q. 2. quam pio. & ca. sicut episcopus, quinimmo si detur pecunia episcopo, ne ordinet per simoniam est simonia ex parte episcopi, sed non ex parte dantis fm Tancre. l. q. 1. nullus. Minister autem de quo loquitur decretalis illa in ordinando, uel est Archidiaconus, qui habet examinare promouendos, uel est ille, qui uocat promouendos secundum Doct. uel ille qui respondet in scrutinio ordinandi secundum formam. c. 2. de seru. uel est ille minister, qui legit euangelium. s. cum fit ordinatio. secundum Goffre. & quilibet horum si pecuniam reciperet pro illo ministerio simoniam committeret.

35. ¶ Trigesimoquarto, ¶ de notario q̄ scribit promouendos, & postmodum facit literas ordinis collati an liceat ei exigere pecuniam pro tale actu, circa de hoc variz sunt opinioniones, quidam dicunt q̄ nō licet q̄n habet salariū de publico Lau. dicit, q̄ si t̄n nihil recipiat de publico nil t̄n debet recipere p̄ tali scriptura, quia simonia est. Sed si non hac intentione accedit credit gloss. quòd laicus possit accipere, prima. q̄o. 1. c. sicut episcopum. Inn. dicit, quòd potest aliquid accipere pro suo salario dum tamen sit iustum. D. Anto. ait, tu dic clarus, quia quando aliquid spontè offertur non concurrente aliquo pacto, statuto, uel consuetudine, tunc licet. d. c. dilectus. el secundo. eo. quando uero aliquid accipitur vigore pacti, con-

stitutionis, uel consuetudinis, & recipiens est salariatus de publico in tali casu non licet. ut in cap. 1. de magi. Si autem non est salariatus tunc distingue, quia aut officium est de substantia ordinationis Panormi. in cap. primo. eod. titu. dicit, quòd non uidet quomodo possit esse de substantia, & sic non licet aut non est de substantia, & tunc si salariū solum prouenit scribenti, considerato labore, & negotii qualitate licet recipere, ratio quia non debet cogi suis stipendiis: & c. ca. cum ex officiu. de prescript. Si autem salariū est immoderatum non licet, & recipiens committit simoniam: tamen pro notariis facit stilus curiæ Romanæ in qua taxata sunt omnia beneficia secundum qualitatem ipsorum. hæc ille. Pa. uerò in cap. 1. de simonia. tenet cum glo. ibidem, & communiter Doct. q̄ notarius, qui habet salariū de publico non potest accipere, secus de illis, qui non habet salariū, quia recipere potest pro suo labore solum considerata qualitate negotii non ordinis, sicut faciunt, qui pro clericatu tantum, pro diaconatu plus, & huiusmodi, quia sic simonia. ar. 10. q. 2. c. præclare. Idem dic, quòd est simonia exigere aliquid pro sigillo nisi expensas ceteræ, & sigillationis, & clericorum ad hoc deputatorum, intellige super re spirituali, & in iurisdictione ecclesiastica, cum nihil sit nisi quedam testificatio iudicis super illud.

36. ¶ Trigesimoquinto, ¶ utrum liceat recipere aliquid pro crismate, habito respectu ad liquorem. Respon. Pan. in c. ca. quæ de auaritiæ. eod. titu. quòd non sine simonia quia crisma in quantum sacramentum est, non solum est spirituum, sed etiam in quantum liquor consecratus. 1. q. 1. c. placuit. el secundo. Similiter nec pro pane benedicto, uel candelis benedictis intelligi, quando uenderet ratione benedictionis cuius signum esset ut plus uenderet: nummi t̄n, qui dicuntur criminales eò quòd pro criminate dantur, non excusantur à crimine si moniæ, qui nomen, & tempus solutionis mutantur nummos quos criminales uocant eò quòd pro criminate, seu crismatione darentur. Secundo pascales, & tertio per consuetudinē mediæ quadragesimæ nūcupant.

37. ¶ Trigesimosexto, ¶ utrum promittens nihil petere ab ordinatore uel præsentato-

te, usq; ad tot annos sit simoniacus. Resp. fm Pa. in c. per tuas. el terzo. quod sic, quia ex quo ordinator tenetur assignare isti post ordinationem portionem, quæ cõsideratis fructibus est quid tpeale, talis remittit tpeale pro spũali cõsequendo, & ideo simonia est. De simonia in creatione magistrorum, uel legendi. & c. uerfi. magister. §. 4. & seq.

38 ¶ Trigesimoseptimò, ¶ de cautione, uel promissione in collatione ordinis beneficiorum, uel aliorum spũalium. dicit D. Ar. Flo. q. oēs Doc. in hoc concordant, quod post ordinationem factã per electionẽ potest exigi, & fieri cautio, & promissio ab electo, uel ordinato per superiorem, & per capitulum, siue electores, absque uitio simoniæ nisi procederet illa promissio ex pactione facta ante electionem, quia tunc induceret simoniã. 8. q. 3. c. Arraldus, & dicunt Host. & Vl. q. post electionem ante consecrationem, & confirmationem possunt superiores requirere ab electis cautiones debitas, & honestas. c. significatũ. de elect. potest etiam tam capitulũ, quàm superior post electionem ex causa inuenire nouas cautiones, & promissiones dummodo sint iuste, & utiles, & eas exigere ante consecrationes, uel etiam uacante beneficio possunt aliquid statuerẽ, & electus tenetur illud seruare, & Pa. in c. significati. post glo. soluit dicens, q. ea quæ tacite insunt, possunt exprimi in traditione spũalium sine aliquo uitio simoniæ, & hanc solutionem tanquam ueris simam, & quotidiè allegatã acceptat iuncto text. in c. olim. de restit. spol. & in ca. ad audientiam. de præscript. hæc enim est regula iuris, q. si ea quæ tacite sunt exprimantur ut inerant, nihil operantur in l. 3. ff. de leg. & in l. conditiones. ff. de conditio. & demonstr. & intellige quando exprimuntur ut insunt, aliàs secus, hæc Pa. uide aliquid supra. §. 1.

39 ¶ Trigesimo octauò, ¶ utriũ uasa sacra possunt uedi. Rñ. fm S. Th. 4. di. 2. §. 3. art. 2. quod 3. ad primũ. q. uasa sacra nullo modo ratione consecrationis uendenda sunt ut. f. pro consecratione aliquid plus exigat tamẽ in necessitate ecclesiæ possunt uendi ex parte eius quod est in eis non spũtuale. sc. materia auri, & argenti, & tunc si uenduntur ecclesiasticæ personæ possunt in-

tegra uendi. Si autem non uenduntur aliis non ad usum ecclesiæ debent prius frangi præmissa oratione, ne sancta ab aliis traherentur, quàm à ministris ecclesiæ. hæc S. Thom. Idem dicendum est de uestibus sacris. 10. q. 2. c. castellas. §. hoc ius porrectum Per. de pal. dicit, q. idẽ de reliquiis, quæ gratia auri, & argenti uendi possunt, & obli-gari non aliter, quia nemo martyres distrahatur, nemo mercetur. C. de sa. san. eccl. l. nemo. uide uer. emptio. §. 7.

40 ¶ Trigesimononò, ¶ utrum sepultura, capella, ecclesia, uel huiusmodi uendi possunt. Respon. secundũ S. Th. 4. di. 25. q. 3. ar. 2. quod 3. ad secundũ. quod uenditio sepulturæ, & similia potest intelligi dupliciter. uno modo, quod uendatur terra consecrata in sepulturam, & de hoc est similis ratio, sicut de uenditione sacrorum uasorum, quia cõmeterium consecratum potest uendi ratione terræ in necessitate ecclesiæ, sicut & calix ratione materie: non autem potest uendi ratione consecrationis, ut scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur. hæc S. Thom. Et si quis alleget, quod sepultura uel tumba marmorea seu lapidea facta religiosa non possunt uedi. 1. 3. q. 2. c. quæsta. & c. postquam. & multi alii text. & doct. ut est D. Ar. Flo. & multi alii. Respon. quod omnes debent intelligi fm distinctionẽ S. Th. f. q. ratione materie possunt uendi in nõ ratione spũtualitatis, q. autẽ hæc distinctio sit bona patet, q. in d. §. hoc ius porrectũ dicitur, q. calix consecratus potest integer uendi alteri ecclesiæ, & hoc ratione materie. uide in §. præcedenti. Materia in istorũ. sc. sepulture, calicis, paramentorũ, & similia possunt indifferenter uendi ante consecrationẽ. Si autem sepultura accipiatur pro officio ecclesiastico, quod impenditur sepelendis, & hoc, quia spũtuale est, quomodo possint uendi: uide supra. §. 15. Not. igitur secundũ Doc. Arch. Flo. quod pro exequiis mortuorum nihil debet exigi, sed pax debent consuetudines seruari. extra eo. ad nostram, & cap. ad apostolicam. quod si clerici aliquod corpus sepelire non uellent nisi fiat cautio ab hæredibus defuncti de redemptione eorum, quæ ueniunt cum finire, simoniam committunt, & multò magis, quando hoc exigunt nolentes aliter sepelire. 13. quæ.

fiio. secunda. c. quarta. Si autem faciunt pactionem de redimendo lectum, pannos, & huiusmodi, etiam ante deportationem ad ecclesiam per hoc tantum non est simonia, sed licitum, cum illa sint temporalia, dummodo per hoc non negetur sepultura, vel immisceatur ius sepulchrae, & si non uellet post sepulturam heredes facere quod debitum est, clericus potest agere contra eos, ut dictum est. d. §. 15. & dicto c. ad apostolicam. De profectionibus, vel anniverfariis quae fiunt pro mortuis, uel statutis de huiusmodi. uide supra §. 16. & uer. sepultura. §. primo. Si autem apud ecclesiam sint diuersa coemeteria, taxetur pro quanta pecunia quis ponatur in tali coemeterio, secundum Ho. est simonia. extra eo. c. audiuius. & ca. sicut. uide supra §. 25. & intellige ut ibi.

41 ¶ Quadragesimo, ¶ utrum possit fieri permutatio beneficiorum sine simonia. Respon. secundum Sanctum Thomam. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad secundum. quod permutatio praebendarum, & beneficiorum non potest fieri auctoritate partium absque periculo simoniae, sicut nec translatio, sicut iure determinant, possunt tamen praelati ex officio suo permutationes huiusmodi facere pro causa utili, uel necessaria. haec ille. & 4. dist. 25. quaestio. 3. ar. 3. ad octauum. sic ait. In permutatione beneficiorum, & dignitatum est simonia si pro aliquo terreno commodo utriusque, uel alterius talis commutatio fiat. Si autem pro aliquo spirituali utpote quia hic in illo loco melius possit Deo seruire non est simonia. unde tunc potest fieri commutatio ex auctoritate episcopi dioecesei. haec ille. De hac commutatione, & quomodo potest addi pecunia in recompensationem. uide supra uer. beneficium 3. a §. 1. 4. usque ad 16. De renunciatione beneficiorum quomodo committatur simonia. uide uer. renunciatio. §. 3. & se. Quid quando renunciat, ut alteri detur. uer. beneficium 2. §. 11.

42 ¶ Quadragesimoprimum, ¶ utrum ratione consuetudinis possit aliquid accipi pro spirituali sine simonia. Respon. secundum S. Tho. 2. 2. quaestio. 100. ar. 2. ad quartum quod consuetudo non praedicit iuri naturali, uel diuino quo simonia prohibetur, & ideo si aliqua ex consuetudine exigantur

quasi precium rei spiritualis cum intentione emendi, uel uendendi, est manifeste simonia, praecipue si ab inuito exigatur. Si uero exigantur quasi quaedam stipendia per consuetudinem approbatam, non est simonia, si tamen desit intentio emendi, uel uendendi, sed in tentio referatur ad solam consuetudinis obseruantiam, & praecipue quando aliqui uoluntarie soluit. In his tamen omnibus sollicitudine cauendum est quod habet speciem simoniae, uel cupiditatis. secundum illud Apostoli. ad Thess. ultimo. Ab omni specie mala abstinete uos. haec ille. Quomodo possit introduci consuetudo obligans in huiusmodi. uide uer. consuetudo. §. 15.

43 ¶ Quadragesimosecundum, ¶ utrum perceptio decimarum, fructus beneficiorum, oblationes altaris: panis oblati, uel cera, granum, & huiusmodi. uendi possint sine simonia. Respon. quod ius percipiendi huiusmodi spirituale est, & ideo uendi non potest sine simonia, sed bene fructus. unde Panor. in cap. 1. ne prael. uices suas. dicit, quod praelatus bene potest uendere obventiones iurisdictionis tanquam fructus secundum gloss. ibidem, tamen secundum Innocent. non debent uendi exercenti illam iurisdictionem, quia propter contumacitatem uidentur uendere ipsam iurisdictionem. 1. quaest. 2. cap. Si quis obiecerit. Similiter alii fructus ecclesiae uendi possunt secundum Hostiens. cum sint corporales. Intellige uerum a beneficiario, quamdiu ipse uiuit, non a praelato, qui habet ius conferendi. ar. cap. vnici. §. fina. ut eccle. bene. Not. secundum Innocent. quod cum locatio sit ultra tempus uiae locantis si quidem sit facta nomine ecclesiae, & utiliter, successor tenetur ad illam. extra de solut. cap. 1. Si autem locatio facta est nomine ipsius cuius est ecclesia, & non intendebat ecclesiam obligare non tenetur successor, sed si conductor, sine emptor iam aliquid soluit tunc secundum Hostiens. tenetur successor habere ratum in quantum pecunia uersa est in utilitatem ecclesiae. Et nota. quod licet rector ecclesiae possit quandoque eam locare ultra tempus uiae, nunquam tamen canonicus potest ultra uitam locare praebendam suam, uendere panem benedictum ratione benedictionis, puta si plus uenderet, est simonia.

Et similiter dicit Panor. in c. fina. ne prel. vi. su. q. possunt locari laico obuentiones ecclesie dummodo ponat clericum loco sui pro colligendis, ne presumpuos ad altare accedat, ubi sunt oblationes. ar. ca. 1. & 2. ne cle. uel mo. potest uendere ad tempus modicum. ca. si. ne prel. ui. su. Sed ad totum tempus quo uenditor tenet beneficium non est prohibitorium, non tamen est honestum. Cui debeantur decime. uer. decima. §. 1. utrum possint dari in feudū. ibi. §. 2. utrum laicus possit transferre in alium laicum ibidem. §. 16.

44 ¶ Quadragesimotertio, ¶ utrum episcopi, uel alii prelati possint concedere uices suas sub annuo censu. Respon. q. non, extra ne prel. ui. su. c. 1. 2. & 3. cum enim tale ius sit spirituale non est dubium quod pro eo aliquid dare, uel accipere simonia est, sed quod episcopus committat alicui & simpliciter uices suas sub censu annuo & tali uicario constituat salarium non est peccatum secundum Host. sicut pro commissione iurisdictionis non licet recipere certam pecunie quantitatem, ita minus licet recipere quotam. i. partem prouentus. Et sicut eundem, prelatum uel rectorem ecclesie presbyteris illis quos ipse conduxit, uel locat fructus ecclesie potest etiam committere curam animarum dummodo gratis & auctoritate episcopi fiat de officio. ui. c. ad hoc. sine autem auctoritate episcopi, imminente opportunitate necessaria, posset committi ad modicum tps per unum, uel paucos dies, sed non diu, quia nec peregrinari potest sine licentia episcopi, de cons. di. 7. c. non oportet, q. si pro pecunia committeret, uel locaret, simonia est. Nota et q. cum prelatum uendit omnes obuentiones ecclesie, commodum iurisdictionis transit cum aliis nisi fuerat excepta iurisdictione, per se tamen uendi non potest secundum Hostien. Nota etiam q. si quis uendat aliquam administrationem que habeat aliquam spiritualitatem est simoniacus si uendat illam spiritualitatem, sicut est prepositura, œconomatus, & huiusmodi. Et sicut Panor. in c. ad nostram, dans aliquod ut seruiat tanquam uicarius in ecclesia est simoniacus, intellige si intendat quo ad spirituale.

45 ¶ Quadragesimoquarto, ¶ uendens uillam

& ius patronatus quod habet in ea est simoniacus secundum Panor. in c. querelam, de simonia, quia copulatiua facit uenire copulatum principaliter, & non accessiue secus si dicatur, uendo illam cum iure patronatus; & sic intelligendum est Ioan. And. in ca. 1. de usu pali. lib. 6. secundum conscientiam autem recurrendum esset ad intentionem si intendat uendere ius patronatus specialiter, cuius signum, quia plus uendebat. Patronus autem siue habens ius presentandi quicquid recipit pro presentando est simoniacus secundum Panor. in c. ueniens. el primo de testi. & cap. preterea. de transac.

46 ¶ Quadragesimoquinto, ¶ utrum spirituale pro spirituali possit commutari, sine simonia. Res. Panor. in c. sepulture, de uoto q. sic, allegat. cap. ad questiones, de rerum permu. ut puta unus debet dicere primam missam, alter secundam, & conueniant adiutricem, q. unus dicat missam pro alio. nota tamen q. intentio non est referenda ad spirituale, sed ad adminiculacionem, ut vnus quisque dicat gratis: ita q. illa dictio. pro. non dicat appreciationem rei spiritualis, quauis. n. deficiat una causa que sit iniusta uenditio, remanent tamen duæ, quæ positæ sunt supra §. 2. unde non esset sine specie simoniae si unus diceret baptizo te hoc pacto, ut baptizes me intendens ipsum obligare ad hoc, in talibus enim debet cessare pactio, uel conuentio. c. tua nobis. cod. tit.

47 ¶ Quadragesimosexto, ¶ utrum remittens debitum temporale pro spirituali consequendo sit simoniacus. Res. secundum Panor. in c. ueniens. el primo. de testi. q. sic, quia remittere idem est q. donare. ut in gl. predicti. cap. in rellige sicut glo. ibidem quando parti ex tali remissione applicatur aliquid commodum, limitat etiam Panor. ibidem q. remittere est dare quando debitum est liquidum, sed quando est dubium tunc dicitur potius facere quam donare, ut cum dimittitur dubius euentus litis, ut dicitur in transacione. uer. transacio. §. 2. & 3.

48 ¶ Quadragesimosextimo, ¶ utrū dans pecuniam, ut quis non ordinetur, uel eligatur, uel electio non confirmetur, aut ecclesie non consecratur, & huiusmodi, sit simoniacus? Res. q. sic, extra. cod. tit. c. nemo. Idem dicitur quando per gratiam consanguinitatis

vel affinitatis, vel penitentem non reconciliat, vel minus penitentem absoluit, vel peccatum celat, ut in d.c.nemo. dicit tamen In. ibidem, quod uerum est similitudinarè, dicitur simoniacus talis per gratiam sic faciens, quia sic puniatur, ac si simoniacus esset Pa. & gl. in d.c.nemo. tenet qd est simonia.

49 ¶ Quadragesimo octauò, ¶ utrum corrumpens iudicem, uel testè in causa spirituali propter pecuniã, sit simoniacus? Rñ. Pa. in c. tua nos. eo. ti. cum Hof. q. sic, per quãdam connexitatem quam habent cum spiritualibus, uel est quasi simonia. ar. d. c. nemo. secus in causa merè temporalis.

50 ¶ Quadragesimononò, ¶ utrum aliquid accipere pro inuestitura ecclesiarum sit simonia. Respon. quod sic. text. est in c. cum tantum. cod. & ibi dicit Pan. qd non tantum p inuestitura iuris, sed etiã facti, scilicet pro inductione in corporalem possessionem, et si ibi sit consuetudo. uide aliquid supra §. uigesimo sexto.

51 ¶ Quinquagesimò, ¶ quid de dantibus primos fructus beneficii in curia, & solventibus taxam bullam, & cetera secundum stylum curiæ. Respon. quod non sunt credendi simoniaci, quia talia non soluuntur pro spiritualibus, sed pro sustentatione curiæ, & officialium, & sic tene, quia illa de uoluntate papæ sunt ordinata, sed secus uideatur in curiis episcoporum, & aliorum prelatorum habètibz unde uiuant secundum decentiam, non secundum pompam, quia simoniacum est tales taxas facere pro dispensationibus absolutionibus & huiusmodi. i. q. 3. c. ex multis. secus si propter uitus decentiã quam alijs non habent, hoc facerent. uide infra §. 75.

52 ¶ Quinquagesimo primò, ¶ utrum reges, uel principes, & alii recipientes pecuniã, ut consentiant electioni, seu promotioni ad aliquam dignitatem, uel prelatorum sint simoniaci. Respon. fm Pan. in c. de hoc. eo. tit. quod sic, & tenentur restituere illi ecclesiæ de cuius prelatura agebatur, licet non essent de bonis ecclesiæ. ut patet in eod. c. de hoc. Et ille qui recipit promissionem beneficii prestandi pro uoce electionis danda, est simoniacus. cap. de hoc. eodem tit. Idem dic si recipitur pro electione non impedienda, siue ante, siue post: dummo-

do nondum sit ius acquisitum, nam tunc licet redimere supra §. 26.

53 ¶ Quinquagesimo secundo, ¶ quid de canonico, qui conuenit cum aliis canonicis, ut complacent sibi de aliquo canonico recipiendo, & postea ipse eis complacebit de alio. Respon. qd simonia est, eam quam pio. i. que fitio. 2.

54 ¶ Quinquagesimo tertio, ¶ quid si dicat aliquis eorum nunquam consentiam, qd aliquis fiat canonicus nisi mihi consentiat de meo. Respon. fm Rain. simoniacus est. Si tñ consuetudo esset, qd qñ uisus fuit exauditus in una, qd alter postea exaudietur in alia, posset tunc talem consuetudinem rogare seruandam. ar. 63. dist. c. quia igitur. de consti. c. cum omnes. Si unus canonicus diceret alteri fuisse exauditus in una petitione, & ego debeo exaudiri in alia. fm Ray. si preces sunt spirituales non est simonia. Si uerò sunt carnales, uel ex pacto quòdam facto, uel nunc faciendo, simonia est.

55 ¶ Quinquagesimo quarto, ¶ utrum promouendus in rectore alicuius ecclesiæ, & pacifscens, ut soluat pensionem maiorem collatori sit simoniacus? Respon. fm Pa. in ca. cum clerici. de pactis. q. sic. Similiter & si promouendus propria auctoritate obliget se ad pensionem, & non tenet collatio fm Pa. ibidem, licet lo. An. teneat, qd tenet.

56 ¶ Quinquagesimo quinto, ¶ quid de presbitero qui uendit officium portandi aquam benedictam per suam parochiam. Rñ. fm Guil. qd licet potest fieri si uendit emolumenta sibi ex consuetudine provenire conuenerit. Si autem uendit tale officium non est simonia, sed turpe lucrum. supra §. 22. circa fi.

57 ¶ Quinquagesimo sexto, ¶ quid si clericus pro precio uigilet ad defunctum, & dicat psalterium. Respon. fm Ho. qd si fecit pactum pro eo legere psalterium simonia est. Si autem uigilaret non est simonia, licet sit tacite, qd debeat legere psalterium. ar. c. significatum. de preben. quia sic uendit laborem ad quem non tenetur.

58 ¶ Quinquagesimo septimo, ¶ quid si maior crux nõ portet, nisi pro certo precio. Rñ. fm Ho. qd est signum auaritiæ, & inducit signum simoniacæ. c. audi uimus eo. Similiter est simonia qñ taxatur pro quantà pecunia quis ponatur in tali sepultu-

- ra cum ibi sunt plures secundum Hostien.
- 59 ¶ **Quinquagesimo octavo**, ¶ utrum sit simonia ex pacto dare aliquid pro calicibus, vestibus, linteaminiibus benedicendis, pro benedictione abbatum, uel abbatissarum, uelamine virginum, aqua benedicta, & huiusmodi. Respond. secundum Pet. de Palu. quod sic. concord. Goff. & Hostien. quibus Raim. uideatur dicere contrarium, sed primum melius per capit. sicut. cl. 3. de simonia.
- 60 ¶ **Quinquagesimononò**, ¶ utrum præterdens sanctitatem quam non habet, ut promoueat ad ordinem, uel dignitatem committat simoniam. Resp. secundum S. T. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 4. q. non, quia hypocrita ut est iste non dat aliquid spirituale propter laudem, sed solū demonstrat, & simulando magis furtiuè surripit laudem humanam, quam emat, unde nō uideatur pertinere ad iudicium simoniæ. Et in 4. ait. emptio, & uenditio in quibus simonia consistit sunt uoluntarie commutationes, quia ex consensu utriusque fiunt, sed hypocrita per ea que facit fauorem humanum sibi usurpat per modum furti, quod est inuoluntaria communicatio, & ideo propriè loquendo simoniam non committit. hæc ille, sed debet agere penitentiam, & mandatum eo. Sed quid iuris de adulatore, qui impetrat beneficium ex adulatione. Respond. Angelica. uers. adulatio. §. 2. post. Ale. tenet quod est simoniacus, & tenetur renuntiare, & reducitur ad munus ab obsequio, sicut qui seruit in turpi obsequio, hoc idem uideatur tenere d. Ant. post. Inn. ut recitatum est supra §. 11. circa medium. D. Ar. Flo. 2. tit. 1. c. 4. §. 4. consentit q. sit simoniacus, sed non tenetur renuntiare, quod est, quando non est pactalis.
- 61 ¶ **Sexagesimo**, ¶ utrum recipiens aliquam promissionem spiritualitatis, puta beneficii, uel huiusmodi, pro aliquo negotio promouendo apud sedem Apostolicam sit simoniacus. Resp. secundum Pan. in e. cum essent. eo. titu. q. sic. Et ille qui debitori suo aliquid spirituale dat, ut recipiat suum committit simoniam secundum eundem.
- 62 ¶ **Sexagesimoprimum**, ¶ quando episcopus recipit clericum ad seruitium spirituale, & temporale præstandum sibi compromissione, q. annuatim soluet sibi certum salarium donec prouiderit sibi de aliquo beneficio, nam licet hoc secundum Hostien. dum specialiter non se obligauerit ad seruitium temporale præstandum, nec committitur simonia postmodum remittendo salarium cum conferret beneficium, quia salarium erat sub conditione, & facta collatione beneficii expirat conditio. Insti. de uerbo. oblig. §. omnis. secus si promissio salarii fuisset pura, & perpetua. ar. ca. ueniens. eod. ti. quod quidem. Panormita. in cap. cū essent. eod. credit uerum, q. licet, quando prælatus non inducitur principaliter propter seruitium, quia ille meretur, aliter si causa finalis sit seruitium non licet. ar. c. graue. de præb. secus si causa impulsua, & non principalis. uide supra §. 7. & 17. Et si pro pecunia recipiatur aliquis ad seruicium hospitali, & huiusmodi, secundum Guliel. in prædictis si nō sequatur, aliquid spirituale, sed solū ut seruiat non est simonia, aliàs tamen turpe est dare, uel accipere pro talibus. uide aliquid supra §. duodecimo.
- 63 ¶ **Sexagesimosecundò**, ¶ circa ingressum religionis. utrum intrans monasterium cum pacto de dandis temporalibus sit simoniacus. Respond. quod sic. ca. non satis. & cap. ueniens. eo. ubi dicitur q. recipere pecuniam pro receptione monasterii etiam prætextu consuetudinis est simonia, & c. quoniam. eo. ubi prohibentur recipi sorores pro precio etiam prætextu paupertatis, & secundum Pa. idem de monachis, & non excusantur ratione paupertatis, quia non debent plures recipere nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria sustentari, & si secus actum fuerit irritum decernentes. cap. unico. de sta. regu. libr. sexto. dicunt tamen doc. q. si monasterium esset tenue quod possent dicere uolenti intrare, si uiuere mecum porta tecum, quia licet te liberent recipere uellemus, tamen bona nostra non sufficiunt. panormitan. in capitu. non satis. concord. glo. in dicto capit. non satis. quæ hoc dicit cum dicto Innocen. in cap. tua. eo. qui uideatur dicere contrarium dicens, q. non deducatur in pactum, sed per modum insinuationis, sic intelligitur gl. Inn. uerò intelligit q. nō deducatur in pactum. Do. Feli. in cap. non satis

latis ponit aliquas regulas post Bar. prima si pater dicat in testamento, promittit centum monialibus si uoluerint recipere filiam meam; non ualet, sed debet dicere rogo ut recipiant filiam meam, & ista est cautela. Item si pater dicat promitto centum si recipiatis filiam meam est simonia, secus in matrimonio carnali. Sed debet dicere supplico uobis, ut accipiatis filiam meam, & ego providebo de uictu. Item filia post ingressum potest petere dotem. Itē per uiam simplicis protestationis nō pacti, licet aliquid exigitur. Itē si pater ponit super altare centum, conferat dātū pro legitima. hęc Fe. Nota eundem Felī. secundūm q̄ dicitur, supra eundem. §. si. in fi. & sic per modum insinuationis pnt aliquid recipere. Quod declarat. S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. in responsione ad quartum argum. pro ingressu monasterii nō licet aliquid exigere, uel accipere quasi precium, licet tamen si monasterium sit tenue q̄ non sufficiat ad tot personas nutriendas gratis quidem ingressum monasterii exhibere, sed accipere aliquid pro uictu personę quę in monasterio fuerit recipienda si ad hoc non sufficiat monasterii opes. Similiter etiam licitum est si propter deuotionem quam aliquis ad monasterium ostendit largas elemosinas faciēdo facilius in monasterio recipiatur, sicut etiam licitum est aliquem econtrario prouocare ad deuotionem monasterii per temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad monasterii ingressum, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare, uel recipere pro ingressu monasterii, ut habetur. 1. q. 2. c. quā pio. hęc S. Thom. Et 4. di. 2. §. q. 3. ar. 2. quod. secunda in responsione. ad septimum ait. Quando possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, tunc potest exigi ab eo qui in loco uult Deo seruire, non quasi precium religionis, sed ut habeat monasterium, unde ei possit providere, & iō non committitur simonia. Si autem sine grauamine ecclesię potest recipi, simoniacum est aliquid pro receptione exigere. hęc ille. Panor. etiam in ea. non satis. eod. tit. ponit duas practicas, prima q̄ quando aliqua puella recipitur in monialem, ut non detur aliquid ex pacto, sed purē pro deuotione sua, & sic conficiatur instrumen-

tum: secunda practica est, ut si hoc contingat ex defectu facultatem reddituum monasterii, q̄ per uiam cuiusdam protestationis siue intimationis dicatur uolenti intrare, ut secum aliquid apporret, unde possit uiuere, non autem debet duci in pactum, & ita intelligo Inno. in c. tua. eo. hęc Panor. & idem Panor. in d. cap. quoniam ait. Per uiam pactionis, uel conditionis non debet aliquid accipi, sed per uiam protestationis simplicis, & in c. tua. eo. dicit liberaliter potest dari etiam tempore receptionis. Et fm Host. nota q̄ moniales possunt agere contra parentes pro alimentis filię post ingressum quando monasterium est tenue nec potest priuari legitima pro ingressu nisi ipsa renuntiaffet iuri suo. Si autem esset taxatum quantum unaquęque dare debeat et post factū non exigetur sine simonia, & reprobatur ista taxatio secundūm Host. Idē si facit pactū de seruanda cōsuetudine. d. c. ueniens. Idē si gratis recipiatur deinde cōpellatur seruire cōsuetudines. c. Iacobus. eo. ti. fortē q̄ posset cōpelli per superiores ad seruandas cōsuetudines. c. ad apostolicā. uide uerū. cōsuetudo. §. fin. in fi. Et not. secundūm Vuerua. q̄ si fuit pactio de recipiendo, sed antequam recipiatur recedat à pacto, & postea recipitur non est simonia. Item secundūm eundem si promittatur alicui dicendo, si didiceris talem artem, uel tales literas recipiemus te, non est simonia nisi habeatur intentio ad lucrum temporale habendum ex illa arte.

64 ¶ Sexagesimo tertio, † ex his omnibus possunt poni istę conclusiones, prima quod quādoque dantes, uel recipientes dant, uel recipiunt aliquid temporale pro ingressu monasterii, uel pro iurisdictione accipiendi illa, quę de iure possunt accipere monachi, uel moniales. ita quod illa dictio. pro. significet appreciationem, semper est simonia, patet quia datur spirituale pro temporali, uel econuerso uide supra. §. 21. secunda conclusio quod quādo fit aliqua conuentio qua significatur quod temporale detur pro tali spirituali secundūm ecclesiam iudicatur simonia, etiam si intentio esset ad aliud, tertia q̄ nunquam est simonia q̄ liberaliter datur & accipitur, siue ante, siue tempore receptionis siue post detur. Quarta quod si monasterium ha-

- bet facultates sufficientes, ut commodè possit nutrire suos & etiam recipiendos nihil debet recipere nisi liberaliter, aliter ecclesia iudicaret simoniam. quinta quod quando monasterium non habet facultates potest exigere pro victu personarum per modum intimationis, etiam de quantitate, sexta quod si ut sit statutum, siue consuetudo quæ cogat aliquod dare siue ante, siue post reprobantur, & ab ecclesia iudicantur simoniaca, & sic intellige. d. c. veniens. septima quod si fuisset aliqua consuetudo introducta sine coactione posset post receptionem cogi per superiore ad seruandam illam. ver. consuetudo. §. si. in fi. octava quod licitum est facilius recipere illi qui facit largas elemosinas. nona quod licitum est per aliquod temporale puocare ad ingressum. decima quod iura quæ videntur dicere quod nihil recipitur etiam pretextu paupertatis debent intelligi, in foro contentioso, ubi iudicatur secundum extrinsecam, vel quando fit ratione ingressus, vel quando pretenditur in fraudem.
- 65 § Sexagesimoquarto quod queritur quia in 4. & quinta conclusione fit mentio quod monasterium habens facultates sufficientes pro recipientibus & receptis non potest petere, sed quando non habet, potest queritur igitur quando dicatur habere sufficientes facultates, Tex. in d. c. vnico, dicit quod non debet recipere in sorores nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria sustentari, si secus actum fuerit irritum decernentes. Et glo. ver. absque penuria dicit, quod penuria continet egestatem, ita quod aliquis potest sine penuria sustentari, qui non potest commodè. Nam penuria habet in se egestatem, indigentiam, & defectum necessarium. In ver. verò commoditate, in spicere consuetudo regionis & qualitas personarum, ita quod canonicus Bononiensis non posset commodè uiuere cum 100. Florenis. viueret tamen sine penuria cum 25. quando igitur dicitur in tex. d. c. vnici, quod receptio non teneat debet intelligi abundantia, quando possunt sine iniuria, & defectus quando non possunt sine penuria, quando verò dicuntur doc. sicut S. Tho. quod quando non sufficienti possunt petere, &c. debet intelligi quando non possunt commodè uiuere, quod pater, quia docto. non
- vtuntur hoc nomine penurie, sed graamine quod fit quando non possunt commodè uiuere, grauarum enim qui non commodè uiuere nec ita strictè debet sumi sicut quando dicitur quod receptio non ualeat. Sic ergo intellige quando monasterium habes tales facultates quod potest commodè uiuere etiam recipiendo illum qui petit intrare tunc nihil potest petere, ut dicitur in quarta conclusione. Si uerò non haberet tales facultates, ut posset commodè uiuere, tunc potest petere, ut dicitur in alis conclusionibus. Vtrum committatur simonia quoad aliquis sit monachus, ut fiat abbas, uel accipit ordines, ut habeat beneficium vide ver. beneficium. 3. §. 17.
- 66 § Sexagesimoquinto quod de pena simoniaci quæ est quadruplex, & prima est suspensio de qua queritur, utrum omnis simoniachus in ordine recipiendo sit suspensus ipso iure. Res. fm Pa. post Inn. in c. tanta, & c. per tuas. el. 2. co. tit. quod sic, & quod ad se & quod ad alios, ita quod non potest celebrare diuina, nec alii possunt sibi celebrare, & non solum quod ad ordinem sic susceptum, sed ab omnibus aliis ordinibus est licitè receptis, & per consequens est remotus ab administratione temporalium beneficiorum suorum. facit gl. a. q. 1. c. reperiuntur. & uide gl. in de. cupientes. de penis. nec cum eo potest dispensari nisi per papam. r. q. 1. c. gratia, & hoc siue sit occultus siue manifestus. Nec prodest renunciare beneficio. hæc Pa. quando alius dedit pro eo uide supra. §. 8. concor. S. Th. 2. 2. q. 100. ar. fi.
- 67 § Sexagesimo sexto quod de eo qui committit simoniam dando ordinem. Res. fm Pa. in d. c. per tuas. quod doc. videntur uarij, sed concludit quod ipse est ipso facto suspensus perpetuè ab ordinibus. tex. est iuncta gl. c. si quis à simoniaci. facit tex. in d. c. per tuas. & 33. dist. §. verum.
- 68 § Sexagesimo septimo quod verum simoniachus in beneficio sit suspensus. Resp. secundum Pa. in d. c. tantam. & c. per tuas, quod sic, sed si est occultus est suspensus quo ad se non quo ad alios, sed suspendendus. ar. 1. q. 3. cap. 1. & 2. unde si renunciat beneficio taliter acquisito, potest uti ordine suo post peractam penitentiam. ar. in c. inquisitionis. de accusati. Si uerò est manifestus ita quod de eo constet per sententiam, uel confessionem.

cessionem in iure factam, uel per rei euidē-
tiam quæ nulla possit tergiversatione clari-
ri, tunc est suspensus quo ad se & quo ad
alios, ipso iure. d. §. uerū, unde quamuis re-
nunciat beneficio iterum indiget dispensa-
tione, sicut qui libet notorius criminolus.
ut in c. si. de temp. or. sed eps pōt dispensa-
re dūmodo non sit ille, cū quo commisit si-
moniam. ut no. 1. q. 5. c. p̄sentium. limita-
prædicta, qñ simonia est commissā eo scien-
te, secus si eo ignorante, puta per patrē, uel
amicos, quia tunc non est suspensus quo ad
alios nec quo ad se nisi in ordine & benefi-
cio sic habito, non autem in aliis ordini-
bus susceptis, aut beneficiis habitis, uel ha-
bendis. c. de simoniace. eo. ti. hæc Pa.

69 ¶ Sexagesimo octauo, ¶ sed quis potest dis-
pensare in simoniaco in ordine uel benefi-
cio. Resp. fm Pa. post alios in c. de simo-
niace, q̄ in simoniaco in ordine solus pa-
pa, qñ scienter. Sed qñ eo ignorante com-
missa est, tunc eps dispensat. 1. q. 5. c. præsen-
tium, de quo supra §. 8. & fm aliquos pōt
episcopus dispensare cum tali, licet qñ hoc
sciuit non renunciauit, sed ministravit in
ordine suscepto, aut ad alios ascendit. In
simoniaco uerò in beneficio scienter, solus
papa pōt dispensare fm Ray. in illo benefi-
cio, siue in alio quocunque fm gl. & Ioan.
And. in d. c. de simoniace, fm in Hosti. pōt
episcopus dispensare in simplici beneficio.
Pan. uerò in d. c. de simoniace, tener q̄ pe-
test etiā in curato, ut illud habeat in alia
ecclesia etiam cum executione ordinum si
modo sp̄te renunciet, sed ad illud benefi-
cium in quo fuit simonia commissā, ut il-
lud habeat non potest nisi per papam fieri.
Item in ecclesia emptā nō potest ex dispen-
satione episcopi habere nisi simplex benefi-
cium & cum executione minorum ordi-
num solum. Si uerò expectat sententiam
cōdemnatoriam, tunc nullo modo eps pōt
dispensare in illa nec in alia, ut habeat
quodcunque beneficium. In eo uerò qui
ignoranter est promotus ad beneficiū non
potest nisi solus papa, ut illud habeat, sed
in aliis potest eps, ut no. in d. c. præsentū,
& in c. sunt, & c. nobis. eo. rit. Tancre. in c.
sicut nobis, eo. ut. tenet q̄ et in beneficio
illo in quo fuit promotus pōt eps dispen-
sare si ipse eps non fuit in culpa. Et not. q̄
idē iudicium est de mediatoribus quo ad

suspensionem & quo ad dispensationem
per regulam, accessorium. de regul. iuris.
lib. 6. uide supra §. 3.

70 ¶ Sexagesimo nono, ¶ utrum episcopus pos-
sit dispensare cum simoniaco circa officia
mortuorum, benedictiones nubentium, se-
pulturæ, crisma, benedictiones uasorū, &
huiusmodi? Resp. fm Host. q̄ sic, post pera-
ctam penitentiam, quia non prohibetur.
ar. c. nuper. de sent. excom. nec obstat c. et-
ga. 1. q. 1. quia loquitur de simoniaco in di-
gnitate.

71 ¶ Septuagesimo ¶ quid de prælato, qui pro-
misit beneficium alicui pro pecunia, & re
integra reuocat pactiōnem. Resp. q̄ talis
peccauit grauitur faciendo pactum, quia
tamen ad effectum non peruenit non in-
currit penas supra §. 13.

72 ¶ Septuagesimo primo, ¶ utrum ordinatus
ab episcopo quem audiuit simoniacū pos-
sit ministrare. Respon. q̄ potest in suscepto
ministrare, sed non poterit alios recipere
nisi deponat conscientiam. d. cap. per tuas.
ubi dicit Panor. q̄ non debet uenire quis
contra conscientiam, sed debet eam for-
mare, & non debet quis facile credere infam-
iam in præiudicium alterius. Et Hosti.
ponit 5. not. primum q̄ ex uariis dictis in
alterius præiudicium non est conscientia
formanda. Secundum q̄ sic formata est ad
consilium prælati deponenda. Tertium q̄
si deponi non potest ab omnibus modis se-
quenda. Quartum quoddam est uirtus cum cō-
sciētia scrupulosa sit bona, & in melius in-
formatur, & eōtrario est debilitas animi,
& nimia simplicitas. Quintum quod in
indifferentibus potest uniusquisque pro ut
sibi placuerit conscientiam informare, unde
talis debet ministrare, & conscientiam
deponere, concordat Archie. Flo. uide uer.
scrupulus per totum.

73 ¶ Septuagesimo secundo ¶ secunda pœna
contra simoniacos est depositio, & infam-
ia, & hæc imponitur si de hoc in iudicio
constiterit. 5. q. 3. c. sanē, & de accu. cap. in-
quisitionis.

74 ¶ Septuagesimo tertio ¶ tertia pœna est
excommunicatio papalis. Nam Marti-
nus in consilio Constantiensi in extrava-
gantū multæ, ita inquit, Sacro approbante
concilio declaramus quod ordinati simo-
niacē ab executione suorum ordinum sint

ipſo iure ſuſpenſi. Electiones, autem poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacæ eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatum, officiorū, & beneficiorum, quorumcunque deinceps factæ nullæ ſint ipſo iure, nullumque per illas ius cui quàm acquiratur, nec promoti confirmati, aut prouiſi faciāt fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem tãquam iniuſtè ablatorum teneantur, ſtatuentes inſuper, q̄ dans, & recipiens ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat etiam ſi pontificalis, aut cardinalatus refulgeat dignitate. In alia extrauaganti facta anno 2. ſui Pontificatus, Mantuæ data, quæ incipit, Damnabilem. Confirmat omnes excommunicationes, ſuſpenſiones, priuationes, & interdicta, & alias cenſuras latas à ſummis pontificibus contra ſimoniacos, quas vult incurrere ipſo facto omnem ſimoniacum occultum, uel manifeſtum ubicunq; ſimoniam commiſerint cuiuſcūque ſtatus etiã ſi Episcopatus, aut Cardinalatus, aut quauis alia eccleſiaſtica, uel temporalis præfulgeat dignitate, dictarum excoicationū, ſuſpenſionum, & pœnarum ipſarum abſolutionem ſibi reſeruans, niſi in mortis articulo, nec vult, quòd uirtute conſeſſionis indulti, aut cuiuſcunq; facultatis abſoluedi conſeſſæ, uel concedendæ à ſede apoſtolica poſſint abſolui niſi ſpecialiter de peccato ſimoniz auctoritatem abſoluedi cõteineant. Hoc idem Eugenius in alia extrauaganti, quæ incipit, Cum deteſtabile. Data Romæ apud S. Criſogonum, anno ſui pontificatus quarto. Paulus ſecundus, in proceſſu quem in die Iouis ſanctæ fecit, excommunicat omnes ſimoniacos, tam in ordine, quàm etiam in beneficio, & abſolutionē reſeruat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis præter quàm in mortis articulo, nec vult ſicut, & Martinus, quòd poſſint abſolui ex quacunq; conſeſſione niſi faciant mentionem de ſimonia. Idē fecit Sixtus quartus. Et ſic tenendum eſt, quòd omnes ſimoniaci in ordine, & beneficio ſolum, ſunt excommunicati. Alii uerò ſimoniaci non, ſed ipſo facto cedunt in pœnas contra ipſos latas ab ipſo iure, de quibus dictū eſt ſupra hic à 64. §. vlt. que ad ſequentem. Nec facit contra. c. reperiuntur. l. q̄. i. ſimiliter cap. quicunq; ibidem. & cap. placuit. Similiter c.

ex multis. prima quæſtio. ſecunda. quia licet ſub anathema prohibeant, tamen loquuntur ſolum de ordine & beneficio, & ſic in nullo iure intuentur ſub pœna excommunicationis prohibita omnis ſimonia niſi in ordine & beneficio.

75 ¶ Septuageſimoquarto ¶ quarta pœna ſimoniacorum eſt quòd præcipitur ſub pœna excommunicationis late ſententia omnibus cuiuſcunq; dignitatis aut ſtatus quòd ſi ſunt præſentes in Romana curia teneantur reuelare Papæ, uel eius apoſtolice ſedis camerario aut ſuo uices gerenti in unius uel duorum teſtium præſentia infra duos dies naturales poſtquã ſciuerint aut ad eorum notitiam peruenerit aliquem commiſiſſe ſimoniam à qua non niſi per Romanum Põrificem poſſunt præterquam in mortis articulo abſolui, & hoc per prædictam extrauagantem Martini, damnabile, cui Eugenius in d. extrauaganti. Cum deteſtabile, addit quòd non ſolum, qui ſciunt aliquem ſimoniam commiſiſſe, uel procuraffe, ſed etiam qui ſciunt illos qui fuerunt mediatores teneantur reuelare papæ, uel eius camerario, uel cui ipſe duxerit committendum per ſe, uel per alium quem citius, & quòd non poſſint abſolui donec reuelauerint, quòd uideretur intelligendum quando commodè poſſunt, & ſi ſciunt ueraciter, & non per ſuſpitiones, & fortè quòd hodie non ligat cum uideatur arrogata per non uſum, & ſic tenet Angelica. uer. ſimonia ſexta. §. ſina. & Roſella. co. §. 14. Quid de taxis factis in curia. ſupra §. 49. & Roſella uer. ſimonia ſexta. §. 15. utrum autem episcopi poſſint huiusmodi facere. Reſp. ſecundum Roſellã ubi ſupra §. 17. quòd ſi habent ſufficientes redditus ſecundum decentiam ſui ſtatus non poſſunt l. q. 3. c. ex multis, ſecus ſi non haberent, & exigerent poſt factum ratione conſuetudinis. d. §. 50. uide ſupra uer. excommunicatione 7. caſu. i. ubi melius.

76 ¶ Septuageſimoquinto, ¶ de reſtitutione eorum quæ acquiruntur per ſimoniam utrum de neceſſitate ſint reſtituenda. Reſpond. ſecundum Panormitan. in capitulo. ſin. eod. tit. & communiter doct. ibidem q̄ in ſimonia mentali non ſunt de neceſſitate reſtituenda, & ibi eſt tex. expreſſus, quidã tñ diſtingunt de ſimonia quæ eſt de iu-

re diuino, & in tali teneatur restituere, secus in simonia quæ est de iure positio. S. Th. Io. And. & Pan. in d. c. tenent uniuersaliter quod non tenetur, & ita dicit ibi text. sine distinctione. Quare in usura mentali teneatur, & non in simonia mentali. Doc. in d. c. si. assignant diuersas rationes, sed non est aliqua efficax, unde sufficit sic iure esse declaratum. Quidam dicunt quod hoc non est bene dictum, quia iura non declarant sine ratione, addunt ipsi rationem, dicentes, quod ea quæ restituenda sunt ratione simoniæ non sunt restituenda necessario uigore naturalis; uel diuini iuris, sed de consilio solum, quia si dans non dedit turpiter, dedit uoluntariè & liberè, & sic iam non debentur sibi, & similiter si dedit turpiter, unde non habent nec habuerunt ex quo data sunt dominium certum, & sic non sunt necessario restituenda, si qua autem obligatio ad restituendum est ex lege humana, est quæ non disponit de interioribus, uel est ex dispositione habentis qui per poenitentiam potest se disponere: secus in usuris, hæc illi. Et quamuis hæc sint subtiliter dicta & noua, in qua difficile est defendere quod prohibitio usuræ sit magis contra ius diuinum quam simonia, ideo tene ut dictum est. ad argumentum dicitur quod aliquando iura determinant aliqua in quibus non sunt rationes aperte ad terminandas discordias in quibus necesse est sic dicere secundum communiter doc. In simonia uero pactali tenetur, uide supra uer. restitutio. §. 15.

77 § Septuagesimo sexto ¶ qui restitui debet acceptum simoniacè pro ingressu monasterij, uel ecclesiæ. Resp. secundum Pan. in c. de hoc. eo. tit. Si loquimur de ecclesia seculari tunc si ille qui dedit non habet unde uiuat restituatur ei. ar. c. ueniens. eo. titu. Si uero habet unde uiuat tunc si omnes de ecclesia deliquerunt debet dari ecclesiæ & criminosi expelli. Si autem non expellantur debet dari fisco Papæ secundum Host. qui distribuat in pias causas. Turpia enim lucra à fisco extorquentur. l. fiscus. ff. de iure fisci. Si uero non omnes deliquerunt, sed solus prælatus, uel particularis, tunc dabitur ecclesiæ in cuius ignominiam erat datum, si loquimur de ecclesia regulari si omnes deliquerunt datur ei qui dedit, ut iniret monasterium secundum, ut in d. c.

ueniens, cum non possit stare in primo, ut in c. quoniam. eo. titu. Si uero particulares deliquerunt tunc pecunia dabitur secundo monasterio quo ad usufructum tantum & mortuo ingresso redibit ad primum, & sic intellige gl. in d. c. de hoc & concordat cum prædictis Host. & Do. Ant.

78 § Septuagesimo septimo ¶ cui debet restitui datum pro ordine habendo. Resp. vñ quod ecclesiæ cathedrali in cuius iniuriam uel datum si non est ordinatus ad titulum alicuius ecclesiæ. Si uero sit ordinatus ad titulum alicuius beneficii, uel ecclesiæ illi dabitur.

DE SIMPLICITATE.

1 *Simplicitas quid dicatur.*

1 **S**implicitas ¶ secundum S. Thom. 2. 2. q. 109. ar. 2. ad 4. argumentum dicitur per oppositum duplicitati, qua scilicet aliquis aliud habet in corde & aliud ostendit exterius, & sic simplicitas pertinet ad ueritatem quæ est uirtus quæ excludit duplicitem, qua homo unum præterdit & aliud intendit, & quamuis sit idem realiter quod ipsa uirtus ueritatis, differt tamè ab ea secundum rationem: quia ueritas dicitur secundum quod signa concordant signis, sed simplicitas dicitur èm quod non tendit in diuersa, ut scilicet aliud intendat interior & aliud præterdat exterius. Et not. secundum Pan. in c. dilecti. de iudi. quod duplex est simplicitas, quedam contraria discretioni & hæc reprobar. 39. dif. c. Petrus diaconus, & 16. q. 1. si cupis. Quedam est contraria dolo sitati, & hæc amplectenda de qua dictum est in principio & dicitur in Euangelio. Estote simplices sicut columbæ, & bonus tex. cum glo. in c. ueritatis, de iure iur. & de hac dicitur Insi. de legi. agna. succ. §. ad feminas, simplicitatem amicam legibus amplexantes, &c. & directe èm S. Th. ad simplicitatem pertinet se præferuare à deceptione.

DE SIMVLATIONE.

- 1 *Simulatio omnis an sit peccatum.*
- 2 *Simulatio an sit occultare peccatum.*
- 3 *Hypocrisis an sit idem quod simulatio.*
- 4 *Religiosus portans habitum sanctitatis, & est peccator*

peccator an sit hypocrita.

5 Simulatio vel Hypocrisis an apponatur virtuti veritatis.

6 Simulatio siue Hypocrisis an sit peccatum morale.

1 Simulatio † vtrum omnis simulatio sit peccatum. Res. secundum S. Th. z. z. q. 3. art. 1. q. ad veritatem quæ est virtus pertinet, ut quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora qualis est signa autem exteriora non solum, sunt verba, sed etiam facta, sicut ergo veritati opponit, q. aliquis per verba exteriora aliud significet quam habeat apud se quod ad mendacium pertinet, ita etiam veritati, quod aliquis per aliqua signa factorum, vel rerum aliquid significet contrarium eius, quod in eo est quod proprie simulatio dicitur. unde simulatio proprie est mendacium quoddam in exteriorum factorum signis consistens. unde cum omne mendacium sit peccatum, ut supra ver. mendacium. §. 3. consequens est ut omnis simulatio sit peccatum. Quo autem Christus qui finxit se longius ire Lucæ ultimo, & Abbraam Gen. 22. secundum, q. dicit Ambr. captiosè loquebatur cum seruulis cum dixit, Ego, & puer illuc usque properantes postquam adorauerimus, & reuertemur ad vos, & similia in sacra scriptura non sint peccata: declarat. S. Tho. ubi supra in responsione ad primum dicendo, q. sicut Aug. dicit in lib. de questionibus euangelii, non omne quod fingimus mendacium est, sed quando id fingimus quod nihil significat tunc est mendacium. cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Sic ergo dominus in euangelio finxit se longius ire quia composuit motum suum quod est uolentis longius ire ad aliquid figuratiue significandū. s. q. ipse ab eorum fide longè erat ut Greg. dicit. Abbraam etiā figuratiue locutus est. unde Ambro. dicit, q. prophetauit quod ignorabat, ipse. n. solus disponebat redire immolato filio, sed dñs p. os eius locutus est quod parabat. unde patet, quod neuter simulauit.

2 Primò † vtrum sit simulatio, quando quis occultat peccatum suum. Res. 2m. S. Th. ubi supra. in responsione ad quartum argumentū, q. sicut aliquis mentitur quando signi-

Secunda pars

ficat quod non est: non autem quando taceat quod est, quod & aliquando licet, ita est & simulatio est quando aliquis exteriora signa factorum, vel rerum significat aliquid quod non est, non autem si aliquis pretermittat significare, quod est. unde aliquis potest peccatum suum occultare absque simulatione, & laudabiliter, scilicet ne alii inde scandalizetur. uide uer. mendacium. §. 3. & uer. Abbraam. §. 1.

3 Secundò † vtrum Hypocrisis sit idem, q. simulatio. Res. 2m. S. Th. ubi supra. art. 2. q. sic: non tñ omnis simulatio est Hypocrisis, sed solum illa qua quis simulat personam alterius, sicut cum peccator simulat personam iusti. unde Isido. in lib. Ethimologiarum Hypocrita græco sermone, in latino simulator interpretatur qui dum intus malus sit bonus se palam ostendit, Hypocritam falsum, crism iudiciū interpretatur, & sic in omni uita humana qui se uult uideri quæ non est hypocrita est, simulat. n. se iustum, & non exhibet. Et qñ aliquis facit aliquod opus, quod ex suo genere ad Dei seruicium pertinet, & non facit, ut Deo placeat, sed hominibus, simulat mendaciter rectam intentionem, quam non habet, quamuis non simulet aliquid rectū opus quod non agat. Et ista est Hypocrisis quam prohibet dñs. Matt. 6. dicens cum facis elemosinā noli ruba canere ante te sicut hypocrite faciūt.

4 Tertiò † vtrum religiosus qui portat habitum sanctitatis, scilicet religionis, uel clericatus, & est peccator, sit hypocrita. Res. secundum San. Tho. ubi supra in responsione ad secundum, q. non, nisi assumeret illum habitum ut se iustum ostentaret: talis enim habitus significat statum quo quis obligatur ad opera perfectionis, & ideo cū quis habitum perfectionis assumit intendens ad statum sanctitatis transire si per in similitudinem deficiat, non est simulator uel hypocrita, quia non tenetur manifestare suū peccatum, sanctitatis habitum deponēdo, de hoc habens diffuse. uerfi. religio. §. 4. circa fi. Et nota, q. in simulatione sicut in mendacio duo sunt. vnum quidem sicut signum, & aliud sicut signatum, mala ergo intentio in hypocrisis consideratur sicut signatum, quod non respōdet signo, exteriora autē, uel uerba, uel opera, uel quæcunque sensibilia considerantur in omni simula-

Sum. Tab.

u u tione

tionem, & mendacio sicut signa. vñ dñ Mat. 23. q̄ omnia opera sua faciunt, ut ad hominibus uideantur. Et Gre. 3. 1. mor. dicit, q̄ nunquā quid agant, sed quō de actione qualibet hominibus possint placere considerent. Et sic in Hypocriſi opera exteriora de natura sua sunt bona, intentio tñ interior est, mala, quia solūm querunt placere, uel apparere hominibus, & dum querunt ostendere bonam intentionem cū sit mala, ideo simulant.

¶ Quarto ¶ utrum simulatio, uel Hypocriſis apponatur uirtuti ueritatis. Resp. s̄m S. Tho. ubi supra ar. 3. q̄ sic directē. indirectē tamen sine per accidens potest opponi cuiuscunque uirtuti. ubi sic ait. Simulatio siue Hypocriſis potest opponi alicui uirtuti dupliciter. uno modo directē, alio modo indirectē. Directa quidem oppositio eius siue eius contrarietas est attendenda secundū speciem actus quæ accipitur s̄m propriū obiectum. unde cū Hypocriſis sit quædam simulatio qua quis simulat se habere personam quam non habet, consequens est q̄ directē opponatur ueritati p̄ quam aliquis exhibet se talem uita & sermone, qualiter est ut dicitur quarto Ethicorum. Indirecta autem oppositio siue contrarietas Hypocriſis potest attendi secundū quodcunque accidens. puta secundū aliquem finem remotum, uel secundū ali quod instrumentum actus, uel quocunque; aliud hmōi. Simulat. n. per quocunque; opera uirtutis, & quamuis semper sit ibi simulatio contra ueritatem, tñ sunt diuersa. puta ieiunium elemosina, & hmōi. Et lucrū & gloria sunt finis remotus simulationis, sicut & mendacii, & à tali fine non recipit speciem, sed ex fine proximo qui est ostenderet se alium quā sit. unde quandoque cōtingit, q̄ aliquis fingit de se magna nullius alterius gratia, sed sola libidine simulandi, sicut philosophus dicit. 4. Ethicorū est Hypocriſis.

¶ Quinto ¶ utrum hypocriſis siue simulatio sit peccatū mortale. Resp. s̄m S. Tho. ubi supra ar. 4. q̄ in Hypocriſi duo sunt. scilicet defectus sanctitatis, & simulatio ipsius. Si ergo hypocrita dicatur ille cuius intentio fertur ad utrunque, ut scilicet aliquis non curet sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere sicut conuenit accipi in sacra scriptura.

sicut Iob. 1. non ueniet in conspectu eius omnis Hypocrita. Et Matt. 23. Væ uobis hypocritarum sic manifestum est, q̄ est peccatū mortale. Nullus. n. priuatē totaliter sanctitate nisi p̄ peccatū mortale. Si at dicatur Hypocrita ille qui intendit; mulare sanctitatem à qua deficit per peccatū mortale, tunc quāuis sit in peccato mortali ex quo priuatur sanctitate, non tñ ipsa simulatio est ei peccatum mortale, sed quandoq; ueniale, quod discernendū est à fine qui si repugnat charitati Dei, uel pximi erit mortale. puta cum simulat sanctitatem, ut falsam doctrinā disseminet, uel ut adipiscatur ecclesiasticam dignitatem indignus, uel quæcunque; alia temporalia bona in quibus finem constituit. Si uero finis intentus non repugnet charitati erit peccatum ueniale, puta cum aliquis in ipsa fitione delectatur de quo dicitur. 4. Ethicorum, q̄ magis uidetur uanus quā malus, eadem n. ratio de mendacio, & simulatione contingit, tñ quandoq; q̄ aliquis simulat perfectionem sanctitatis quæ non est de salutis necessitate, & talis simulatio nec est semper peccatum mortale, nec semper est cum peccato mortali, uide supra. uer. mendacii §. 5. Angelica dicit uer. simulatio. §. si. in. si. q̄ si fiat ad laudem Dei ut proximus ædificetur, q̄ est meritorium, sed hoc est impossibile. scilicet q̄ sit simulatio, uel hypocriſis, & sit meritorium. Nam fingere bonam intentionem, & non habere bonam, impossibile est, q̄ sit meritorium, & similiter omne mendacium est peccatum: igitur, sed omnis simulatio, & omnis hypocriſis est mendacium, ut dictum est supra principio. Similiter id quod opponitur uirtuti ueritatis nō potest esse meritorium, secus autem esset si taceret, uel non significaret quod non est simulatio ut dictum est. §. 1.

DE SOBRIETATE.

¶ Sobrietas quid dicatur.

¶ Sobrietas. ¶ Nomen sobrietatis secundū S. Tho. 2. 2. q. 149. att. primo sumitur à mensura, dicitur enim aliquis sobrius quasi briam id est mensuram seruans, & ideo illam materiam specialiter sibi sobrietas ascribit in qua maximè laudabile

DE SODOMIA.

Laudabile est mensuram seruare, huiusmodi autem est potius inebriare ualens, quia eius usus mensuratus multum confert, & modicus excessus multum laedit. quia impedit usum rationis magis etiam quam excessus cibi, uide Eccl. 31. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus, uinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit, & ideo specialiter sobrietas attenditur circa potum non quemcumque, sed eum qui sua fumositate natus est caput commutare, sicut uinum & omne quod inebriare potest. Contra autem nomen sumendo potest in quacumque materia dici ita quod omnis mensura maxime in pertinentibus ad temperantiam uendicat sibi nomen sobrietatis propter quod, nomine sobrietatis temperantia significatur, sed modicus excessus in potu plus nocet quam in aliis, & ideo sobrietas specialiter est circa potum & eius specialem uirtus ad remouendum speciale impedimentum, uini inebriantis, sua fumositate turbantis cerebrum. Sobrietas maxime est necessaria iuuenibus, quia in eis uiget concupiscentia. Mulieribus autem quia in eis deficit ratio. i. robur mentis. Senibus uero & episcopis & omnibus ministris ecclesiarum & regibus propter officia & operationes eorum. De ebrietate sibi opposita uide supra eo, & ibidem quomodo circa uel contra eandem peccetur mortaliter.

¶ SOCIETAS, uide quæ scribuntur. uer. usura tertio per totum, & uer. pecuniam. §. 27. & se. & uer. collegium.

DE SOCRATE.

¶ Socrates quis fuit.

Socrates fuit ille Thebanus homo quondam diuissimus cum ad philosophandum Athenas pergeret magnum auri pondus abiecit, nec putauit se posse simul diuitias & uirtutes possidere, hæc Hieronimus ad Paulinum, hic desperans de ueritate capienda, totum se ad philosophiam moralem dedit, & fuit magister Platonis & discipulus Archelai, auditoris Anaxagoræ, & ipse & Plato fuerunt de iuuuencibus, supra ceteros philosophos. hæc S. Th. in diuersis locis ut habet in tabula doctrinæ suæ.

¶ Sodomia quid est.

Sodomia fuit uitiū contra naturam, quod ex corruptione peccati originatus, humanum genus circa tempora Abrahamæ, usque ad profundissima peccatorum uenerat, infidelitatem, in turpissimum uinum contra naturam, & ideo tunc temporis primo conueniebat promissionem fieri manifestum de semine nascituro, in quo omnes gentes benedicerentur & à peccatis mundarentur, tunc etiam oportebat in significationem aliquod exemplum fidei hominibus proponi contra infidelitatem, tunc signa castitatis dare contra turpissimam concupiscentiam, & ideo Abrahamæ primo data est circumcisio in signum paternitatis ut ex quo nasciturus erat peccatorum destructor, etiam in signum fidei & distinctionis ab infidelibus & in signum castrationis & munditiæ. hæc Sanct. Thom. 4. dist. 1. q. 2. art. 1. quod. 2. tertia. Nota, tamen quod qui committit sodomiam cum proprio germano uel germana non committit incestum per se loquendo, quia aliud motiuum habet puer, aliud mulier per se. Quomodo autem species luxuriæ, & quomodo diuidatur & quomodo sit grauisimum & de pena eius. uer. luxuria. §. 7. & 8. uide supra uer. Abraham per totum.

DE SOLICITVDINE.

¶ Sollicitudo quid est.

¶ Sollicitudo bona est octuplex.

Sollicitudo fuit studium adhibitum ad aliquid consequendum quod maius est ubi est timor & minus est ubi est securitas, & dicitur sollicitus quasi solers citus uel quasi solers totus, quia ex solertia animi uelox est ad profequendum agenda, & pertinet ad prudentiam, cuius precipuus actus est circa agenda precipere de consiliatis & iudicatis, unde secundum Philosophum 6. Ethico. oportet operari quidem uelociter consiliata, & est idem quod uigilantia. hæc S. Tho. 2. 2. q. 47. ar. 9.

¶ Primo, fuit Sollicitudo bona est octuplex, scilicet prelationis, predicationis, discretionis, compassionis, deuotionis, circumspectionis,

actionis, & provisionis, & hoc non est peccatū, immo laudabiliter, & dicitur sollicitudo prudentiæ, hæc S. Tho. sup. Paulū. 1. ad Cor. 7. Et ibidem dicit q̄ triplex sollicitudo dissuadetur scilicet ad uxore, uerē, & butsam. Et secunda secundæ q. 5. ar. 6. dicit quod sollicitudo temporalium rerum tripliciter potest esse illicita, uno quidē modo parte eius de quo sollicitamur temporalia tanquam sine queramus, & sic intelligitur Mat. 6. Nolite solliciti esse, &c. & sic v̄ peccatum mortale. s. ponere ultimum finem in temporalibus. Alio modo propter superfluum studium quod apponitur ad temporalia procuranda propter quæ homo à spiritualibus quibus principaliter inseruire debet, retrahitur. vñ Mat. 13. Sollicitudo seculi suffocatur uerbum, tertio modo ex parte timoris superflui, quando. s. aliquis timet quod debet, necessaria sibi deficient, & hoc dominus remouet, tum quia maiora dedit, tū quia alius animalibus prouider, tū ratione diuinæ prouidentæ quam gentes ignorant. Et similiter dominus prohibet sollicitudinem de crastino. i. de futuro nisi immineat tempus eorum. hæc S. Tho. ubi supra ar. 7. Et istis modis cōter est ueniale, posset tamen esse mortale qñ ex tali sollicitudine dimitteret necessaria ad salutem, & reducitur ad primum modum, qñ s. ponit ultimum finem in temporalibus. Alia est sollicitudo spiritualiū de qua Mar. 6. primum querit regnum Dei, & hæc de se est laudabilis nisi forte per accidens, qñ propter hoc dimitteret necessaria.

DE SOMNO.

1 *Somnus est sexplex.*

1 **S**omnus fess sexplex. s. naturæ, mortis, negligentie, culpæ, contemplationis, & gloriæ. Quid sit causa somni. uer. communicare. §. 33. 34. 35. & 36. Soporari dicitur qui multum & profundè dormit, dormire uerò qui parum.

DE SORTE.

1 *Sortes quid dicantur.*

2 *Sortes ad quem finem ordinentur.*

3 *Diuinationis quorū sunt species.*

4 *Diuination que fit absque D.emonum inuocatione expressa, in duo genera diuiditur.*

5 *Diuination que fit sine expressa D.emonum inuocatione quomodo fiat.*

6 *Sortium usus an sit licitus.*

7 *Sortilegorum que fit pena.*

8 *Breuiā quomodo sunt superstitiosa.*

9 *Sacerdotes si orent ut aliquis moriatur, quomodo puniri debeant.*

1 **S**ortes † propriè dicuntur cum aliquid sit ab homine ut eius euentu considerato, aliquid occultū innotescat. hæc s. T. 2. 2. q. 9. 5. ar. fi. & in opusculo de sortibus. ca. 1. dicit q̄ fors non habet locum in necessariis, sed utuntur homines sortibus ad aliquid inquirendū in rebus humanis qui ad se ipsos uel ad amicos pertinent quæ p̄ propriam prudētiā cognoscere nō possunt.

2 **¶** Primò, † ad quem finem sortes ordinentur. Res. s. T. in d. optusculo. c. 1. quia in his aliquæ sorte requiritur q̄ pertinent ad usum uitæ humanæ ut dictū est, necesse est q̄ ad hoc inquisitio sortis tendat. s. m. q̄ res aliquo modo accommodatur usui uitæ humanæ. Circa ea uerò quæ ueniunt in usum humanū primò quidē sollicitantur homines ut ea qualitercunq; habeant. secundò ut habitis utantur. tertio, ut futurū euentū usus cognoscāt, & res, uitæ nostræ deseruientes in nostros usus assumere non possunt nisi eas aequaliter habeamus, res autē s. m. sui naturæ cōes sunt omnibus, necesse fuit ad hoc q̄ eis homines distindēt uti possent ut per aliquē modum inter homines diuiderentur, quandoq; autē communium rerum diuisio ex humana industria & uoluntatum concordia potest ad effectum perducī, & tunc sortibus non indiget; sed quando humanus sensus nō sufficit ad cōcorditer diuidendum, tunc consueuerunt sorte diuidere, secundū illud Prouer. 18. Cōtradictiones cōprimunt fors. Sicut autē est distinctio facultatū ita est bonorū & dignitatū, vñ qñque contingit q̄ aliqui nō ualēt cōcorditer eligere aliquē cui dignitas aliqua cōferatur, forte hoc requirendū existimant, sicut dicitur Lucæ. primo. Sorte exiit ut incensum poneret. Saul etiam sorte fuit electus in regem, primi. Re. 10. Sicut autem contigit dubitari circa distinctionem bonorum, ita & pœnarū. Et ideo

si creda-

si credatur aliquis puniendus ignoret autem quem puniri oportet, forte hoc aliquibus inquirendum uideatur, sicut de Iona. Sic igitur uno modo fors ordinatur ad inquirendum quis sit habiturus uel possessionem uel dignitatem uel pœnam, & hæc uocari potest fors diuisoria, quia per eam diuiditur id quod ignoratur qualiter sit distribuentum, unde & uerbum sortiendi à sortibus sumptum esse uidetur. Sicut autem contingit dubitare quis rem aliquam sit habiturus, ita contingit dubitare utrum re aliqua sit utendum, & utiliter utrum expediat aliquid agere. Nam omnis actionis usus aliquis est, uel sui ipsius, uel alterius. Cum igitur talis occurrit dubitatio circa agenda, siquidem circa humanam prudentiam huic satisfactioni satisfieri possit ad humanum consilium recurrendum opinamur. Sed quia ut dicitur sapientiæ. 9. Cogitationes mortaliū timidæ & incertæ pro uidentis nostris, ubi humano consilio plenariæ occurri non potest ad sortium inquisitionem recurrit, hoc exemplum legimus in Hester, ubi dicit quod missa est fors in urnam, quo die & quo mense gens iudeorum deberet interfici, & quia huiusmodi fors succedit loco consilii potest dici fors cōsultoria quasi ad consultadū ordinata. Sollicitatur et plerūque homines de futuris euentibus ex quorū cognitione homo in pluribus agēdis uel uitadis potest dirigi & tñ futurorū cognitio excedit humanā industriā sicut illud Eccl. 8. Multa hominis afflictio qui ignorat p̄terita, & futura nullo scire potest nuntio: unde homines ad aliquid de futuris euentibus cognoscendū interdum putant esse recurrendum ad sortes, & huiusmodi sortem diuinatorem uocare possumus, diuini enim dicuntur qui aliqua de futuris p̄noscent quasi sibi attribuentes quod est proprium Dei, secundum illud Isaïæ. 41. Annuntiate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis uos. Et sic est triplex fors. scilicet diuisoria, consultoria, & diuinatorem.

3 ¶ Secundo, ¶ Quot sunt species diuinationis. Resp. sicut supra, ubi multipliciter aliqui exquirunt cognitionem eorum quæ humanam excedunt industriam. Quidam enim manifesta responsa depolcunt, uel à Deo, uel à dæmonibus, quorum pri-

um. scilicet à Deo pertinet ad profeticos uiros qui quadam priuilegiata familiaritate Deo coniuncti ab eo merentur instrui de futuris euentibus aut de quibuscunque supernaturalibus rebus secundum illud Amos, 3. Non faciet dominus Deus uerbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Reuelat autem interdum uigilantibus per manifestam uisionem, interdum per somniū. Et de isto primo nihil aliud ad p̄sens quæ est alterius negotii, uide tñ aliqua pulchra. uersic. fides. §. 2. circa f. sicut uerò. scilicet quā petitur à dæmonibus pertinet ad nigromanticos, & dicitur sortilegiū cōmunitur siue in diuinatione quod communiter sumitur in malū quod quibusdā incantationibus, & sacrificiis uel alio dæmonū cōsilio, uel auxilio utuntur quod quidē uel expressè imploratur uel p̄ter intentionem hominis, se occultè dæmō ingerit ad p̄nūtiandum futura quædam, quæ hominibus sunt ignota, eis autem cognita. Dæmones autem expressè inuocari solent futura p̄nuntiare multipliciter. Quandoque quidē p̄stigiōsis quibusdam apparitionibus, se aspectui & auditui hominum ingerentes ad p̄nuntiaandum futura, & hæc species uocatur p̄stigiū ex eo quod oculi hominum p̄stinguntur. Quandoque autem per somnia, & hæc uocatur diuinatione somniorum. Quandoque uerò per mortuorum aliquorum apparitionem uel locutionem & hæc species uocatur nigromantia, quia ut dicit Isido. in lib. erhimo. Nigron græcè mortuus, manchiā uerò diuinatione nuncupatur, quia quibusdam p̄cantationibus adhibito sanguine, uidentur resuscitati mortui diuinare & ad interrogata respondere. Quandoque uerò futura p̄nuntiant per homines uiuos, sicut in arrepticiis pater & hæc est diuinatione per Fitones ut Iudorus dicit, Fitones, à Fitone A polline sunt dicti qui dicebantur esse auctor diuinationis. Quandoque uerò futura p̄nuntiant per aliquas figuras uel signa quæ in rebus inanimatis apparent, quæ quidem si appareant in aliquo corpore terrestri, puta in igne, uel ferro, uel lapide polito uocatur geomantia. Si autem in aquam, idromantia, si autem in aere, agromantia, si autem in igne piromantia, si autem in uisceribus animalū, immolatorū.

in aris demonum vocatur auspiciū .

¶ Tertio, ¶ Diuination quæ fit absq; expres-
sa demonum inuocatione in duo genera
diuiditur, quorū primū est cū ad prænosce-
dam futura aliquid cōsideramus in disposi-
tionibus aliarū rerū qđ dicitur auguriū, &
si quidē aliquis conetur futura præcogno-
scere, ex cōsideratione situs vel motuum
cælestiū, hoc pertinet ad astrologos qui &
genæticū dicuntur propter nataliū cōside-
rationes dierum. Si uerō per motus vel vo-
ces auiū, seu quorumcūque animaliū siue
per sternutationes hominum vel membro-
rum saltus, hoc pertinet generaliter ad au-
guriū quod dicitur à garru auium sicut
auspiciū ad inspectione auiū, quorum pri-
mū pertinet ad aures secūdū ad oculos. In
auribus enim hæc præcipuē considerari so-
let. Si uerō huiusmodi cōsideratio fiat
circa uerba hominū absque intentione
dicta qua quis retorquet ad futurum quod
uult cognoscere, hoc uocatur omē. Si au-
tem considerentur aliqua dispositiones fig-
urarum in aliquibus corporibus uisui oc-
currentes, erit alia diuinationis species. Nā
ex lineamentis manus consideratis, sum-
pta diuination, chiromantia uocatur, quasi
diuinationo manus, chiros enim græcē dicitur
manus, diuinationo uerō ex quibusdam
signis in spatula alicuius animalis apparē-
tibus, spatulamantia uocatur.

¶ Quarto, ¶ Ad secundum diuinationis
genus quod est sine expressa demonum
inuocatione pertinet diuinationo quæ fit ex
cōsideratione eorum quæ eueniunt ex
quibusdam quæ ab hominibus serio fiunt
ad aliquid occultum inquirendum, siue per
protractionem punctoriū quod pertinet ad
artem geomantiæ, siue per cōsideratio-
nem figurarum quæ proueniunt ex plum-
be liquefacto in aqua proiecto, siue ex qui-
busdam cedulis scriptis uel non scriptis in
occulto repositis dum cōsideratur quis
quar u accipiat uel etiā ex fellucis in qua
libus, propositis quis maiorem uel minorē
accipiat, uel etiā ex taxillorum projec-
tione, quis plura puncta proiciat, uel etiā
dum cōsideratur quid apperient librum
occurrat, quæ omnia sorium nomen ha-
bent. Sic ergo patet triplex diuinationis
genus quorum primū est per manifestam
demonum inuocationem quod pertinet

ad nigromāticos. secundum autem est per
solam cōsiderationem dispositionis uel
motus alterius rei, quod pertinet ad augu-
res. tertium est dum facimus aliquid ut no-
bis manifestetur aliquid occultum, quod
pertinet ad sortes, sub quolibet autem ho-
rum multæ species continentur ut patet
in his trib. §. Et quamuis in omnibus præ-
dictis sit eadem generalis ratio peccandi
non tamen eadem specialis. Multo enim
grauius est dæmones inuocare quā aliqua
facere quibus dignum sit ut se dæmones in-
gerant uerū. ars. §. 1. & 2. quomodo sunt
tria genera. Pro notitia autem eorum quæ
in isto. c. dicuntur, & uerū. alchimia, & uerū
sic. ars. & uerū. arrepticii, & uerū. astrologia,
& uerū. augurium, & uerū. diana, & uerū. sa-
tura, & uerū. fatum, & uerū. inuocatio dæ-
monum, & uerū. superstitio, & uerū. malef-
cium, & uerū. mathematici. Notandū est qđ
istā omnia aliquo modo conueniunt & ex
consequenti id quod dicitur in uno istorū
dicitur etiam aliquando in alio loco, unde
secundū est notandum quod ut dicitur su-
pra uerū. ars. prin. in si. prosequendo &
præsupponendo totum id quod ibidem di-
citur, quod ars mechanica dicitur illa quæ
regit operationes quæ excurrunt ad extra sicut
domificare, scribere, &c. Istæ autem artes
sunt in triplici differentia. Nam quædam
sunt quæ habent bonum principium, me-
lius medium, & optimum finem, ut sunt
ars agriculturæ, ars fabrilis, & similes, ha-
bent enim pro principio ingenium huma-
num & naturam, pro medio operationes
humanas, pro fine cōseruationē naturæ,
humanæ. Quædam uerō sunt quæ habent bo-
nū principium, & bonum mediū sed multo
tius malū finem, & de istis habetur uerū.
ars. §. 3. & 4. & uerū. ornatus. Quædam alie
sunt quæ habent malū principium, peius
medium & pessimum finem, sicut sunt ar-
tes magicæ quæ aliquando dicuntur com-
muni nomine, diuinatoriæ, siue nigra-
māticæ, seu mathematicæ, uel consultores dæ-
monum, & istæ habent malum princi-
pium scilicet inuocationem dæmonum, pe-
ius medium scilicet reuelationem dæmo-
num, & pessimum finem quod est peccatū
mortale. Istud autem genus. s. ars magica,
&c. est species superstitionis quæ supersti-
tio hæt quatuor spēs, prima est cultus Dei
inor.

ordinatus. Secunda est idolatria. Tertia diuination. Quarta obseruatio vana. De tercia nunc est sermo quæ diuiditur etiam in tria genera. primum est quando fit diuination per expressam inuocationem, & de ista habetur supra. §. 2. & vocatur nigromantia, secundum est quando est inuocatio implicita per dispositionem aliarum rerum, & vocatur augurium, de quo. ver. eo. & hic supra. §. 3. tertium est quando fit in diuination per implicitam inuocationem per ea quæ ab homine fiunt, & istæ dicuntur sortes de quibus agit in isto. c. & maxime. §. 4. quæ diuiditur in diuinatoriam, consultoriam, & diuinatoriam vt supra. §. 1. vtrum istæ artes magicæ sint appetendæ. ver. ars. §. 1. vtrum sint prohibite. ver. ars. §. 2. & ver. astrologia per totum, & ver. alchimia. vtrum vsus istarum sit peccatum. ver. ars. §. 2. & ver. augures. §. 1. & ver. superstitio. §. 1. & 4. & ver. inuocatio demonum, & infra. §. sequentibus. De astrologia vtrum sit prohibita, vel quid potest cognoscere. versu. cod. & versu. futura. §. 1. & versu. fatum. vtrum alchimia sit prohibita. ver. eo.

6 ¶ Quinto ¶ vtrum vsus sortium sit licitus. Resp. Em S. Tho. ubi supra 2. 2. q. 9. ar. 8. q. actus hominum qui requiruntur ad sortes non subditur dispositionis stellarum, nec etiam euentus ipsorum. vnde si quis ea intentione sortibus vtratur quasi huiusmodi actus humani qui requiruntur ad sortes secundum dispositionem stellarum sortientur effectum. vana, & falsa est opinio, & p consequens non carens demonum suggestione. ex quo talis diuination erit superstitiosa, & illicita, videtur. versu. superstitio. §. 2. hac causa remota necesse est actum expectetur euentus, vel ex fortuna, vel ex aliqua spiritali causa dirigente, & si quidem ex fortuna quod locum habere potest in diuinatoria sorte, non videtur habere nisi fore vitium vanitatis, sicut si aliqui non ualentes aliquid concorditer diuidere uelint sortibus ad diuisionem uti quasi fortunæ expONENTES, quisquam partem accipiat. Si uero ex spiritali causa expectetur sortium iudicium quandoque quidem expectatur à demonibus, & tales sortes sunt illicitæ, & Em canones prohibent. c. qui sine. 26. q. 2. Quandoque uero expectatur à Deo Em illud Pro. 16. sortes mittuntur in sinum, sed

à dño temperantur, & talis fors Em se non est malum vt Aug. dicit, & est rex. cum gl. in c. 1. 26. q. 2. potest tamen in hoc quadrupliciter peccatum incidere. primò quidē si absque vlla necessitate ad sortes recurratur hoc enim vñ ad Dei tentationem pertinet. secundò si qui est in necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum nisi mediatis orationibus, & precibus, videant hoc ipsos apostolos nisi in collecto fratre ceteri, & precibus ad Deum suis egisse Em Bedi super actus apostolorum. tertio si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur Em Aug. quartò si in electionibus ecclesiasticis, quæ spiritu sancto fieri debent aliqui sortibus vtrantur, probantur in c. si de sorte. Secus autem est in secularibus dignitatibus quæ ad terrenam dispositionem ordinantur in quarum electione plerumque hoies sortibus vtrantur sicut, & in temporalium rerum diuisione. sed posset circa hoc dubitari, quia istæ electiones sic factæ posset esse in præiudiciū rei publicæ quæ aliqui posset res publica gubernari p malos, & indignos. Res. q. hoc posset esse dupliciter. primò promiscue, ut unusquisque de populo bonus, & malus aptus, & ineptus sorti subit ad principatum, vel regimē obtinendū, & sic peccatum esset, non superstitiosis, sed fatuitatis, & iniquitatis cōtra bonū cōe. Alio modo contingit uti sortibus in dictis dignitatibus. post nominatos multos, qui pro idoneis ad huiusmodi officia cōiter habentur sic, q. sup illos tm nominatos seu cōscriptos, sortes cadere pnt. Et sic sortes Em S. Th. in dignitatibus secularibus licitæ sunt. Si uero necessitas imminet licitum est cū debita reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare Em Aug. in epistola ad honoratum. vide ver. ars. §. 1. & 2. & ver. augures prin. & §. 1. & 2. & ver. inuocatio. hic quomodo est peccatum mortale. ver. electio. 1. §. 18.

7 ¶ Sexto ¶ quæ est pena sortilegorum. Res. secundum leges debent decapitari, & si ad domos aliorum vadunt debent igne cremari. Item bona eorum publicari, ut l. nullus, & l. nemo, & l. culpa. C. de male. & mathe. secundum canones si est occultum imponitur penitentia 40. dierum. c. i. eo. ti. si notorium est, sunt infames, & etiam qui ad eos concurrunt. 2. q. 8. c. quisquis, & de

testi. c. testimonium, si clericus, debet depo-
ni, & in monasterio detrudi. 26. q. 5. c. nō
opporret. & c. si quis episcopus. & c. si laici.
Si sunt ferti, verberibus subiiciuntur. Si li-
beri sunt, intrusione digna deturndendi. 26.
quest. 5. c. contra idolosum, & omnes tales
efficiuntur irregularis si sit notorium. ta-
mē episcopus potest dispensare secundū
Ber. in c. 2. eo. tit.

8 ¶ Septimō ¶ de breuibz verō secundū Mo-
nal. vt recitat Pisanella ver. sortilegium. 2.
§. 2. dicendū, q̄ est superstitiosum si creda-
tur, q̄ minoris, vel maioris virtutis, sint q̄
scribuntur post euāgelij lectū, vel aliquid
hmōi, quod ex se non habet uirtutem, &
sic nisi fiant ad reuerentiā euāgelij, uel ha-
beant ex se uirtutem naturalem sunt super-
stitiosa, & illa in quibus scribuntur quidā
characteres, & quædam nomina inuisitata
quasi nomina Dei ineffabilia, & illis in q̄-
bus dicitur quicunque super se portauerit
nō periclitabitur, uel sic uel sic, aut illud
bonum sibi euenit procul dubio reproba-
da sunt, nec portanda, & peccant qui scri-
bunt, uel docent esset portanda. Si tamen
essent simplices possent excusari antequā
sint moniti. hzc ibi. Et secundūm. S. Tho.
2. 2. q. 96. arti. 5. Illa quæ ad sanitatem, uel
alium effectum accipiuntur nisi habeant
uirtutem naturalem, uel sint à Deo, sunt
suspecta. uide uer. reliquæ. §. 4.

9 ¶ Octauō ¶ quid de sacerdotibus qui pro
uitis quos odiunt cantant missam defun-
ctorum, uel in medio ponunt feretrum, &
faciunt officium mortuorum, ut illi citius
morianur, uel similia. Resp. si fuerint tales
deieci deponi debent, & ad agendam pœ-
nitentiam tam sacerdos quam qui incita-
uit debent ergastulo perpetui exilii relega-
ri. 26. q. 5. c. quicunque.

¶ SPECTACULA uide uer. ludus.

DE SPE.

- 1 Spes est duplex.
- 2 Spes que est passio distinguitur ab aliis passionibus.
- 3 Spei causa quid est.
- 4 Spes Theologicè sumpta est uirtus ab aliis uirtutibus distincta.
- 5 Spes que est uirtus Theologica est distincta à fide, & charitatē.

1. Spes uirum fit in beatis.

1 **S**pes ¶ est duplex: quedam que est passio
subiectiuē existentis in irascibili. Alia
est uirtus theologica causata à Deo per
infusionem, subiectiuē existens in uolunta-
te, sed de prima primò dicendum est.

2 ¶ Primò ¶ spes quæ passio distinguitur ab
aliis passionibus. primò distinguit à timo-
re, quia spes non est nisi de bono, timor ve-
rò de malo. secundò differt à gaudio, quia
spes solum est de futuro, gaudium uerò de
bono presentē. tertio differt à desiderio,
uel cupiditate, quia spes est de bono ar-
duo cum difficultate adiscibili: non. n. ali-
quis dicitur sperare aliquid minimū quod
statim est in sua potestate ut habeat, desi-
derium uerò siue cupiditas est de bono ab-
solutè, & sic sunt in concupiscibili. quartò
differt etiā desperatione, quia spes est de
possibili adipisci, non. n. aliquis dicit sperare
id quod omnino adipisci non potest sicut
quis desperat de eo quod adipisci non po-
test. Spes igitur passio est de bono futuro
arduo possibili adipisci: dicit. n. quandam
extensionem ipsius irascibilis in quoddam
bonum futurum arduum, possibile conse-
quentem apprehensionem, & per hoc ul-
timum differt ab his quæ sunt in sensu. Et di-
citur expectatio s̄m illud apostoli Roma.
8. Per patientiā expectamus, quādo spera-
mus cū ad ueriorē alterius, & dicitur aliq̄
fiducia per respectū ad cognitionē præcedē-
tem, ita q̄ fiducia dicit spem s̄m, q̄ sequit̄
ad cognitionē s̄m, q̄ cognoscitur obiectū
ut possibile, & credit se posse adipisci. Et
est spes nō solum in hominibus, sed etiam
in brutis. Si. n. canis uideat leporem aut
accipiter auem nimis distantem non mo-
uetur ad ipsam quasi non sperans se eam
posse adipisci, mouetur autem q̄ sperat,
in quo aliquo modo sperat, & apprehen-
dit fururum, & contrariatur desperationi.
sicut accessus contrariatur recessui.

3 ¶ Secundò ¶ quid causa spei. Respon. q̄ ali-
quid potest esse causa spei dupliciter. pri-
mò quia homini esse possibile, uel quia fa-
cit eū existimare esse possibile, primo mo-
do est causa speciei oē illud quod auget po-
testatē hominis sicut diuitiæ, & fortitudo,
& inter cætera et experientia. nam p̄ expe-
riētiā hō acquirit facultatem aliq̄ de fa-
cili

eilii faciendi, & ex hoc sequitur spes, unde
 Vegetius dicit in lib. de re. militari. Nemo
 facere metuit quod se bene didicisse confi-
 dit. Alio modo est causa spei omne illud
 quod facit existimationem alicui quod ali-
 quid sit sibi possibile, & hoc modo, & do-
 ctrina, & persuasio qualibet potest esse
 causa spei, & sic etiam experientia est cau-
 sa spei quando fuit expertus, quod potest
 consequi, secus si per experientiam aliter
 cognosceret sicut in senibus. Iuuentus ue-
 rò est etiam causa spei propter tria, ut Fi-
 losofus dicit in 2. retoricorum, & hæc tria
 possunt accipi secundum tres conditiones
 boni quod est obiectum spei, quod est futu-
 rum, & arduum, & possibile. Iuuenes enim
 multum habent de futuro, & parum de præ-
 terito, & ideo quia memoria est præteriti,
 spes autem futuri parum habent de memo-
 ria, sed multum uiuunt in spe. Iuuenes etiã
 propter caliditatem naturæ habent multos
 spūs, & ita in eis cor ampliatur, ex amplitu-
 dine autem cordis est quod aliquis ad ardua
 tendat, & ideo iuuenes sunt animosi, & bo-
 næ spei. Similiter etiam illi qui non sunt
 passi repulsam, nec experti impedimenta
 in suis conatibus de facili reputant aliquid
 sibi possibile, unde iuuenes propter inexpe-
 rientiam impedimentorum, & defectum
 de facili reputant aliquid sibi possibile, &
 ideo sunt bonæ spei, duo etiã istorum sunt
 in ebris scilicet caliditas, & multiplicatio
 spirituum propter uinum, & iterum inconsi-
 deratio periculorum, uel defectum, & pro-
 pter eandem rationem etiam omnes stulti,
 & deliberatione non utentes, omnia tenta-
 nt, & sunt bonæ spei, & quamuis spes im-
 portet quandam firmitatem quæ non est se-
 cundum ueritatem in ebris, & stultis, est tñ
 in eis secundum existimationem. hæc omnia
 recedentia habentur, ex S. Tho. 1. 2. q. 40.

4 ¶ Tertiò, ¶ spes secundo modo sumpta, ut
 dictum est in principio est uirtus theologi-
 ca distincta ab aliis uirtutibus, ut ponit S.
 Tho. 2. 2. q. 17. quod sit uirtus patet, quia
 actus eius attingit ad Deum tanquam ad
 propriam mensuram ex qua redditur bonus,
 & facit bonum habentem, ut enim spe-
 ramus aliquid, ut possibile nobis per diu-
 num auxilium, spes nostra attingit ad ip-
 sum Deum cuius auxilio innititur & ideo
 patet quod est uirtus cum faciat actum ho-

minis bonum, & debitam regulam attinge-
 rem, quod autem sit theologia patet,
 quia habet Deum pro obiecto in quo con-
 sistit ratio uirtutis theologicæ, attingit e-
 nim ipsum Deum tanquam supremam regu-
 lam humanorum actum, & sicut primam
 causam efficientem in quantum eius auxi-
 lio innititur, & sicut ultimam causam fina-
 lem in quantum in eius fruitione beatitu-
 dinem expectat. & sic patet quod spes in-
 quantum est uirtus, principale eius obiectum
 est Deus.

¶ Quarta, ¶ utrum spes, quæ est uirtus
 theologica sit distincta à fide, & charitate.
 Respon. secundum Sanct. Tho. 2. 2. q. 17.
 at. 6. quod sit, ait enim sic uirtus aliqua di-
 citur esse theologia ex hoc, quod habeat
 Deum pro obiecto cui inheret, potest autem
 aliquis alicui inhaerere dupliciter. uno
 modo propter seipsum. alio modo in quan-
 tum ex eo in aliud deuenitur. Caritas ergo
 facit hominem Deo inhaerere propter
 seipsum, mentem hominis uniens Deo
 per affectum amoris: spes autem, & fides
 faciunt hominem inhaerere Deo, sicut
 cuidam principio, ex quo aliqua nobis pro-
 ueniunt, de Deo autem prouenit nobis, &
 cognitio ueritatis, & adeptio perfectæ boni-
 tatis: fides ergo facit hominem Deo adhæ-
 rere in quantum est principium nobis cogno-
 scendi ueritatem, credimus enim ea uera esse
 quæ nobis à Deo dicuntur. Spes autem facit
 Deo adhære, prout est in nobis principium
 perfectæ bonitatis, in quantum. I. per spem
 diuino auxilio innititur ad beatitudinem
 obtinendam. Spes igitur facit tendere in
 Deum sicut in quoddam bonum finale ad-
 piscendum, sed caritas proprie facit ten-
 dere in Deum, uniendo affectum hominis
 Deo, ut scilicet homo non sibi uiuat, sed
 Deo. Et ordine naturæ siue quantum ad mo-
 tum fides præcedit spem, quia prius apprehen-
 dimus ipsam beatitudinem, & adiutorium di-
 uinum. Secundò speramus illa. Tertiò in fi-
 ne unimur. Et sic quamuis in ordine perfe-
 ctionis, & in termino motus caritas sit pri-
 ma, & maior, ut apostolus dicit, tamen est
 ultima in ordine naturæ. Et quamuis pos-
 simus sperare secundariè in aliquam crea-
 turam, primo tamen & principaliter tan-
 quam in ultimo sperato solum speramus
 ipsum Deum sicut ultimam finem, & similiter
 spera.

speramus solùm adiutorium ab ipse Deo sicut à prima causa.

¶ Quintò ¶ utrum spes sit in beatis. Respõ. secundùm S. Tho. 2. 2. q. 18. art. 2. q. non. Subtracto enim eo quod dat spem rei, remouetur ipsa res, sicut remoto rationali remouetur homo: spes autem recipit speciem à suo obiecto principali, sicut & ceteræ uirtutes: obiectum autem principale spei est beatitudo æterna secundùm quod est possibilis haberi ex auxilio diuino, & arduum. Quia igitur bonum arduum possibile non cadit sub ratione spei secundùm quod est futurum, ideo cum beatitudo iam non fuerit futura, sed præsens non potest ibi esse uirtus spei, & ideo spes sicut & fides euacuabitur in patria, & neutrum eorum in beatis esse potest. In Christo autem non erat uirtus spei quæ respicit fruitionem diuinam, sed poterat esse in eo quædam spes qua sperabat impassibilitatem corporis, & gloriam immortalitatis. Illi etiam qui sunt in patria amore charitatis possunt sperare gloriam amicorum. Et hoc quod sperant unionem corporis non ponit propriè in eis rationem spei, quia non est sibi arduum eo quod habeant iam causam unionis. Non potest etiam esse in damnatis, quia ad conditionem miseræ damnatorum pertinet, ut ipsi si sciant quod nullo modo possunt damnatione euadere, & ad beatitudinẽ peruenire. unde dicitur Iob. 1. 5. Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucẽ. unde patet quod non possunt apprehendere beatitudinẽ, ut bonum possibile sicut, nec beati, ut bonum futurum, & ideo neque in beatis, neque in damnatis potest esse spes, sed in uiuatoribus, siue sint in uita ista siue in purgatorio potest esse spes, quia utrobique apprehendunt beatitudinem, ut futurum bonum arduum possibile. Videtur, quod diabolus habeat spem, quia dicitur Iob. 4. 1. Ecce spes eius frustra bitur eum. Ad quod respondet, San. Tho. tibi supra ad primum dicens. Primò quod hoc dicitur de membris eius, uel si intelligatur de ipso diabolo potest referri ad spem, qua sperat se de sanctis uictoriam obtinere secundùm illud quod supra præmiserat, habet fiduciam quod Iordanis in fluat in os eius, hæc autem non est spes de qua loquimur. Et quamuis fides informis

possit poni in damnatis, quia secundùm August. est malarum, & bonarum rerum, & præteritarum, & præsentium, & futurarum, & suarum, & alienatarum, non tamen ponitur in eis spes informis, quia non est nisi rerum bonarum futurarum ad se pertinentium, bona autem diuina non sunt eis futura possibilis, sed sunt eis absentia. Pro declaratione huius not. quod fides etiam informis, est duplex. prima quæ mouet intellectum ad assentiendum ex ordine uoluntatis ad bonum, & sic credere est actus laudabilis. Alia est quando intellectus conuincitur, & cogitur ad hoc quod iudicet esse credendum his, quæ dicuntur sicut sit in angelis malis, si accipiatur fides informis primo modo sic negatur à damnatis, sicut S. Tho. 2. 2. q. 5. art. 2. negat illam à dæmonibus. Si uerò accipiatur secundo modo sic est in dæmonibus, & in damnatis, in hoc enim non apparet differentiam in illis. Corruptur enim uel de finit esse fides informis primo modo siue pra in damnatis tam angelis quàm animabus, propter statum in termino simpliciter, ubi habeant plenitudinem malitiæ, & miseræ cum qua non stat aliquis actus, bonus gratuitus. Inclinat enim fides informis ad credendum secundùm aliquem affectum boni gratuiti, quod non conuenit plenitudini miseræ, unde satis rationabile est, ut Deus subrahatur habitum fidei in suis adueniente statu in quo non potest amplius exire in actum, uide aliquid. uer. fides. §. z. circa fi.

DE SPONSALIBUS.

- 1 Sponsalia quid sint.
- 2 Dispositio. c. cum inhibitis, de clandest. an hæc beat locum in sponsalibus de futuro.
- 3 Sponsalia dupliciter contrahuntur.
- 4 Sponsalia absoluta multis modis contrahuntur.
- 5 Aetas quæ requiratur in sponsalibus.
- 6 Sponsalia quis possit contrahere.
- 7 Sponsalia qui contraxit an teneatur contrahere matrimonium.
- 8 Sponsalia an sit si promissio sit incerta.
- 9 Sponsalia si cum pœne appositione contrahantur non ualent.
- 10 Sponsalia quibus modis soluuntur.
- 11 Sponsalia an soluantur per simplicem uotum.

Sponsalia sunt futuram nuptiarum promissio. 30. q. 5. c. nos rates, unde S. Th. 4. distinct. 27. questio. 2. art. 1. ait, consensus in conjugalem copulam, per verba de futuro non faciunt matrimonium sed matrimonii promissionem, & hæc dicuntur sponsalia à spondeo, ut dicit Isidorus. hæc s. Thom. & secundum Pa. in Rubrica despon. Inde dicitur sponsus quasi promissus & sponsa quasi promissa, unde post matrimonium contractum non proprie dicitur sponsus, sed vxor & maritus, quia adimpleta est promissio etiam ante copulam, nam solus consensus animorum facit matrimonium. 27. q. 2. c. sufficiat, & ideo si legatur alicui certum quid si contraxerit matrimonium illico sibi debetur quod contraxit per verba de presenti licet non sit consummatio. l. cum fuerit. ff. de condi. & demons. quandoque tamen appellatione matrimonii comprehenditur matrimonium consummatam duntaxat ut in ca. ex publico. de conuer. coniug. unde ante copulam possunt improprie appellari sponsi, quia videtur promissa respectu copulæ, & sic possunt intelligi iura quæ tales nuptias appellantur sponsalia per verba de presenti ut in c. penul. de spon. unde secundum subiectam materiam appellatione matrimonii quique comprehenditur matrimonium contractum solo consensu quique carnali copula consummatum ut not. Pa. in d. c. ex publico. Ex his potest solui. q. qñ statutum dicit mulier maritata non admittatur ad successione patris cum fratribus quidam decessit relictis filiis masculis & filia desponsata per verba de futuro. Nunquid ita debeat excludi à successione paterna & dicendum quod non, quia ex quo agit de odio appellatione maritatz non venit sponsa, nec si ageretur de favore. 27. q. 1. c. in principio. Unde aliter esset si diceretur de filia dotata quod non succederet quia inest doti, in indifferentiis vero nomine maritatz non veniet sponsa nec contra. hæc Panor. Notandum tamen quod ubi verba sunt qualificatiua, tunc debent accipi secundum illam qualitatem vel materiam subiectam. Unde idem Pan. in d. capitu. ex publico ex illo tex. concludit nota, quod si statutum dicat uxore decedente sine filiis, maritus lucretur dimidiam partem dotis, contingit iuuenem contra-

xisse matrimonium per verba de presenti cum quadam puella quæ decessit matrimonio non consummato, queritur utrum sponsus debeat lucrari dimidiam dotis: multis dicentibus contrarium ut ibi patet, concludit ipse Pan. ex illo tex. quod non: quia est materia odiosa ubi sponsa sine causa perdit dimidiam dotis. Ideo debemus intelligere in potiori significato quod est quando matrimonium est consummatum, & non aliter, est enim magis firmum, ut ibi dicit tex. ¶ **¶** Primò de modo contrahendi sponsalia. Et queritur primò utrum dispositio e. cum inhibito. de clan. de spon. locū habeat in sponsalibus de futuro. ubi dicitur, quod cum matrimonia sunt contrahenda debent per presbyteros in ecclesia edicta proponis assignato termino infra quæ quæ voluerit proponat impedimentū, & si probabilis coniectura fuerit de impedimento interdicitur matrimonium donec de hoc cognoscatur, & si in gradu prohibito matrimonium clandestinè vel contra hoc interdictum contractū fuerit et per ignorantes, nati ex illo matrimonio, sunt illegitimi. Idè est si parètes sciunt impedimentū licet in conspectu ecclesie contrahant & sacerdos qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus etiam regularis, qui interfuit per triennium à beneficio suspenditur, & si culpa exegerit et grauius puniuntur. Ipsi et contrahentes contra hoc c. et alias licitè puniuntur, & tam clerici quam seculares presentes huiusmodi clandestini peccant, & deberet esse presbyter parochialis, vel de conscientia sua fieri, & idem in casu innotens de denunciatis. hæc in d. cap. Queritur igitur utrum ista dispositio teneat in sponsalibus. Ad quod Respon. Pa. in d. c. cum inhibito. dicens, quod Doc. dicunt ex mente literæ esse idem, nam sponsalia in multis casibus transeunt in matrimonium ipso facto. ut in c. is qui. de spon. Ideo ne occurrat difficultas contra prohibitionem ecclesie debet etiam in sponsalibus adhiberi hæc solennitas, facit oratio. ff. de spon. ubi dicitur, quod prohibito matrimonio videntur prohibita sponsalia, quæ sunt præambula ad matrimonium. Ex quo nota, quod contrahentes sponsalia clandestinè peccant, & quod iudex loci potest illa interdicare. sed est aduertendum, quod in

multis locis non seruatür huiusmodi denuntiatio. Vnde posset quæri utrum matrimonium, uel sponsalia contracta sine ista denuntiatione dicatur clandestina. Respon. secundum Pan. ibidem in glo. in uer. clandestinis, quod si fiat coram multitudine secundum consuetudinem loci, non dicitur clandestinè contrahere, sed in faciem ecclesiæ, & hoc habetur pro inducitur, ubi non est consuetudo quod mittantur edicta, sed ubi est consuetudo dubitat utrum pœnæ huius cap. habeant locum si quis contraxit, in faciem ecclesiæ non premisis istis denuntiationibus, & potius credit quod non: licet illa glo. sentiat oppositum, quia pœna est apposita contra contrahentes clandestinè, & isti non contrahunt clandestinè, sed in faciem ecclesiæ, maximè cum officium denuntiandi sit sacerdotis & non contrahentis. Vide uersu. matrimonium. 2. §. 10. & uer. filius. §. 5.

3 ¶ Secundo, ¶ notandum est, quod sponsalia contrahuntur dupliciter, scilicet absolute, & cum conditione: conditiones autè eodem modo intelliguntur sicut in matrimonio, de quibus uer. matrimonium. 2. §. 11. Et notandum, quod ante aduentum conditionis sponsalia non sunt, nec oritur publicæ honestatis iustitia, ut in c. unico. de spon. lib. 6. nisi per factum à conditione recedat, puta cognoscendo eam, uel contrahendo matrimonium de præsentis. c. de illis. de cõdi. appo. sed quærit hic Pa. utrum contractus de præsentis conditionatus, sufficiat, & quamuis quidam dicat quod sic, ipse post Inno. & Io. An. sentit appositum, & dicit quod ille debet intelligi de contractu & de consensu de præsentis pure præstito, sicut autè S. Th. ubi supra distinguendū est, quia aut est cõditio honesta, ut tunc dicitur si parètibz placebit, & sic tenet, aut inhonesta, & hoc dupliciter, quia aut est contraria bonis matrimonii, ut dicendo, si acceptis uenena causa sterilitatis, & tunc non contrahuntur sponsalia, aut non est contraria, ut si dicam accipiam te si consenseris furtis meis, & tunc stat promissio, sed tolenda est cõditio.

4 ¶ Tertio, ¶ sponsalia absoluta multis modis contrahuntur. Primo, nuda & simplici promissione, ut dicendo, ego accipiam in meam, & e contra. Secundo, per fidei dationem, uel iuramentum: isti duo modi

habentur. c. si inter uirum de spon. Tertio quando impuberes siue ambo, uel alter contrahant per uerba de præsentis: iuris, n. interpretatione sunt sponsalia de futuro. c. unico de spon. impuberum lib. 6. & c. si. eo. ti. quod intelligitur quando fuerunt maiores septennio, & non fuerunt propinqui pubertati, ita quod prudentia non supplebat ætatem d. c. si. Quarto per anuli subarrationem. 27. q. 2. c. si quis desponsauerit. Quinto per arrarum donationem, ar. re. autem dicuntur, anulus, pecuniæ, siue aliarum res datæ sponsæ quarum datio subarratio uocatur, quæ non secuto matrimonio debent restitui hoc modo, si matrimonium non fuerit secutum absque alterius culpa, puta propter superuenientem mortem, uel religionis ingressum, & huiusmodi, debent restitui simpliciter, si uerò fuerit propter culpam dantis perdit arras, si propter culpam recipientis, restituetur in duplo. C. de spon. l. arras, & l. si. & hoc de duplo intelligitur in foro contentioso, & quando est maior uigesimo quinto anno. De istis autem duobus ultimis modis dicit Panor. in c. si. de despon. impub. quod possent sic significare matrimonium sicut sponsalia, ut in c. femina. 30. q. 5. & ideo aduertendum, quod si præcesserint uerba apta ad matrimonium sunt matrimonium. si uerò ad sponsalia sunt sponsalia, si uerò nulla iudicabuntur secundum consuetudinem, & si nulla sit consuetudo nihil probant, quia sunt æquiuocata: si uerò solum uerba unius præcesserunt, tunc immisio anuli, & acceptio arrarum denotant consensum alterius expressum, & tunc erunt sponsalia uel matrimonium secundum uerba, ut no. glo. in c. pen. de spon. in dubio tamen pro matrimonio iudicabuntur, quia est fauorabile, ut in c. literis de presump. 1. 2. 4. & 5. modos ponit Sanct. Thom. ubi supra & d. Ar. Flo. 3. parte tituli. 1. cap. 18. §. 1. ponit quinque primos modos addens, quod si quis accipiat manum, & dicit do tibi fidem de accipiendo te, & illa nihil respondeat, nec aliquomodo ostendat se acceptare non sunt sponsalia, quia non debent claudicare, ille tamè qui promissit debet seruare fidem, uide uersicul. ara. §. secundo.

¶ Quarto, ¶ de ætate requisita dicit S. Th. ubi supra articu. 2. quod post septennium

rationabiliter à iure institutum est eo q̄ tunc incipit homo aliquomodo uti ratione ut apprehendat futura & quia tunc incipiunt nuptiæ complacere. cap. unico. de de spon. impub. lib. 6. & c. literas. eo. ti. & non est differentia inter uirum & uxorem, sicut in matrimonio est, quia accipitur hoc tempus solum ratione discretionis, sed in matrimonio accipitur etiam ratione motus naturæ qui præcedit in muliere. hæc S. Th. ubi supra ibi etiam dicit q̄ in sponsalibus etiam si appropinquant contrahentes ad tempus septennii contractus sponsalium habet robur quia s̄m Philosophum. secundo Phisicorum quod parū deest nihil deesse videtur, hæc autem propinquitas à quibusdam determinatur sex mensium, sed melius est q̄ terminetur s̄m conditionem contractuum, quia in quibusdam magis acceleratur vsus rationis, quam in aliis. hæc S. Tho. Sciendum tamen q̄ in iure non est hoc clarum. vnde Angelica in ver. sponsalia. §. 5. dicit, q̄ debet complesse, & Pa. in c. literas de spon. impub. dicit q̄ oportet complesse eo q̄ text. ibi dicit compleuit septimum, sed S. Thom. considerauit rationem tex. qui dicit quòd ex tunc sponsalia incipiunt placere quæ complacentia acceleratur. Pa. verò considerauit uerba quæ solum ponderant ætatem & nullam considerationem faciunt de prudentia quæ fortè in illo non fuit accelerata, sed intentio legis præiudicat uerbis, Ar. Flor. Host. Inn. Pis. uer. sponsalia. §. 3. & gl. in c. sponsa de spon. all. tex. in c. iuuenis. eo. titu. ubi D. Ant. & communiter doc. tenent cum S. Tho. ut dicit ipse Panor. ibidem, facit capitu. fraternitati. de eo. qui cog. consang. Si autem alter uel ambo sit minor septennio, & ipsi uel parentes contrahant nihil ualent: ipse tamen qui maior est septennio & contrahit cum minori licet non tenuerint etiam ex parte maioris, quia non debent claudicare, tamen debet expectare ne frangat fidem. Notandum secundum eum. Pa. in d. capitu. de illis de spon. impub. primò, quòd contractus sponsalibus inter puberem & impuberem, impuber cum peruenerit ad pubertatem potest contradicere, pubes autem qui consensit nunquam potest contradicere, ille tamen impuber non potest contradicere ante pubertatem, quia

in toto illo tempore iudicatur eodem modo. Notandum etiam, quòd secundum quosdam quando duo impuberes contrahunt primus qui sit pubes non potest contradicere quousque alius sit etiam pubes, sed uerior est contraria opinio uide supra uer. ætas prin. & ver. matrimonium. 2. §. 6. ¶ Quintò ¶ possit contrahere sponsalia. Respondeo quilibet, qui potest contrahere matrimonium secundum canones, imò infantes post septennium possunt contrahere sponsalia, & non matrimonium de de spon. impub. cap. unico lib. 6. de quo in §. præcedenti, etiam possunt contrahi per nuncium, uel per litera. l. sufficiat. ff. de spon. uel per procuratorem pater, & mater pro filiis, imò quilibet pro quolibet dummodo ille pro quo sunt prius scierit, & consenserit, uel postea ratificauerit, differentia, tamen est de patre, & matre, quia si ipsis præsentibus, & non contradicentibus contrahunt lex habet pro contractis. d. c. unico. de aliis autem non nisi expressè consentiant. Pa. in c. primo de mat. cōtrac. contra inter eccle. Idem esset de fratre. Item si procurator est reuocatus antequam illæ, uel illa ad quem mittitur consentiant, etiam si ipse nuncius ignoraret nihil est factum. Et breuiter nunquam sunt sponsalia secundum Deum nisi mutus consensus, & simul, uel actu uel uirtute, id est q̄ in uno præcessit, & durat, & ratio omnium quia sponsalia, sicut etiam matrimonium per consensum causantur uide S. Tho. 4. dist. 29. in litera.

¶ Sextò ¶ utrum qui contraxit sponsalia teneatur contrahere matrimonium. Respondeo secundum San. Thom. ubi supra. quòd ex tali promissione obligatur vnus alii ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non soluens promissum nisi legitimum impedimentum interueniat. puta quia fuerint nulla, uel quia soluntur licite aliquo casu. ut infra. §. nono. & secundum, hoc etiam ecclesia cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato. capitu. uer. despon. & capitu. primo de spon. duorum. Tamen in foro contentioso non compellitur, quia matrimonia coacta consueuerunt malos exitus habere nisi fortè iuramentum interueniat, quia tunc cogendus est, ut quidam dicunt, quamuis aliis non uideatur

deatur propter causam prædictam, præcipue si de vxoricio timetur. hæc S. Tho. quæ confirmantur omnino per Pa. in c. ex literis, et secundo de spon. & c. requisivit. ep. Ad idem Pan. in 3. nota, quod ecclesia eodem modo compellit pro simplici promissione, quia fit ratio e peccati, & eodem modo peccat mortaliter, & sic ecclesia compellit pactum nudum iuramentum, ut in c. 1. 2. 3. de pactis, & in c. iuramentum. 2. q. 5. ubi dicitur, q. Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem promissionem nam utroque casu peccat mortaliter, & dicit ad iura, quæ dicunt esse compellendum ubi est iuramentum, quod narrat factum, quomodo hoc fit ne um. vide infra. §. 8. & ver. pactum. §. 2. & ver. iurare. §. 3. 1. ubi habes Pan. dicentem aliter dicit etiam Pan. circa si. in gl. quod si sponsus, vel sponsa præcisè iessit, & non vult contrahere, & vehementer abhorret, non debent compelli ne habeant malum exitum, ut supra, & c. requisivit, de spon. Si tamen contrahit cum alio, vel alia, et verba de præsentis, tenet matrimonium, & imponitur poenitentia de promissione facta. d. c. sicut. Quid autem esse dicendum si contraheret cum secunda sponsalia de futuro. Resp. quod prima tenent etiam si secunda essent iurata. d. ca. sicut. Notandum quod semper ex sponsalibus sequitur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, etiam si sint nulla dummodo non sint nulla ratione consentus. c. unico. de spon. impub. lib. 6. de quo infra. ver. impedimentum loco suo, & c. unico. de spon. lib. 6.

- 8 ¶ Septimo, si quid si aliquis promissit accipere vnam ex multis. vel pater promissit dare vnam de suis, vel quocunque alio modo fiat promissio incerta, etiam cum iuramento. Respond. quod non sunt sponsalia neque est contractum impedimentum, nisi forte una earum consenserit. cap. unico. de spon. lib. 6. pater tamen, qui sic promissit tenetur facere quod in se est, & si vnam proposuit est liberatus, si aerò omnes præter vnam mortantur tenetur dare illam, & si una earum in eum consensit, non potest alias accipere, nulla etiam tenetur si non vult, nisi semel consenserit, nec pater debet eam cogere, sed sufficit quod faciat quod in se est. Sed quid dicen-

dum quando aliquis promissit desponsare, vtrum sint sponsalia. Respond. si intendebat promittere desponsationem, i. matrimonium sunt sponsalia, si verò intendebat promittere desponsationem de futuro, nõ sunt sponsalia, sed promissio sponsalium vnde non debet frangere fidem, si autem sit dubium quid intenderet, tunc est recurrendum ad consuetudinem, scilicet ubi est consuetudo quod contrahant sine sponsalibus, tunc illa erunt sponsalia. 1. promissio contrahendi de præsentis, ubi verò est consuetudo, ut præcedant sponsalia, secus est, quia tunc videtur promittere, quod contrahet sponsalia de futuro, si verò non constaret de consuetudine esset recurrendum ad intentionem, & si etiam de ea non constaret recurrendum esset ad verba de quibus, etiam si non constaret esse securus iudicare, quod essent sponsalia.

¶ Octavo, si queritur de poenis apposis in sponsalibus. Resp. secundum S. Th. ubi supra, q. si positæ sunt ratione poenæ non ualet. c. gemma de spon. quia matrimonia debent esse libera. c. requisivit. eo. si autem ratione dotis tenent, nec remouet libertatem, si quis tamen uellet sponsalia firmiter ligare det secundum Hosti. magnam pecuniam pro artis, & stipulerit ipsam in quadruplum, non enim potest in plus, & tunc tenebitur. C. e. l. si. §. quæ omnia. cessat tamen poena arrarum in quibusdam casibus, ut scilicet si tempus appositum lapsum sit, tunc enim is per quem non stetit impunè nabet. Item si sponsus fuit impeditus, & non dedit causam. Item si de iure matrimonium non potest sequi. C. eod. l. ultima. §. patrem. Panoritan. multa dicit circa istud caput gemma. sed causa breuitatis dimitto. Sed queritur de quodam casu qui accidit Saonæ de quo sui interroga tus dum essem prior Ianuæ in sancta Maria de castello. 1509. quædam matrona habens filiam nouem annorum conuenit cum quodam iuvene viginti annorum, qui illi puellæ atinebat in tertio gradu afloatatis cum iuramento utriusque partis sub poena. 400. ducatorum, & peruii, quod ueniente puella ad debitam ætatem omnino contraherent, & illa pars, quæ recte arer tenere ad dictam poenam sub dicto iuramento. Querebatur, ergo

verum illa pars quæ non faceret quod in se
 est incurrat dictam pœnã sub pœna periurii.
 Et ex vna parte videbatur quod non.
 primò, quia matrimonia libera esse debet,
 text. est expressus in cap. gemma. de spon.
 vbi dicitur, merito talis stipulatio propter
 pœnæ interpositionem reprobatur, ubi dicit
 gl. quod libera esse debent ab omni coactio-
 ne, facit cap. cum locum, & cap. requisi-
 tione. eo. titu. & Barto. in l. fin. de spon. in 2.
 col. ubi dicit, quod pœnæ adiectio in con-
 tractibus sponsaliorum est nulla, & libera
 potestas esse debet, & est text. in l. neque, la
 secunda, & ibi glo. in uer. ad necessitatem.
 C. de nuptiis, ibi liberam facultatem con-
 trahendi, & Bart. in l. Titio centum, ff. de
 condi. & demon. vbi matrimonium debet
 esse liberum à pœna damni. Et S. Thom.
 4. dist. 27. q. 2. arti. 1. in response ad quar-
 tum ar. ait in fin. quandoque apponitur
 conclusio pecuniæ per modum pœnæ, &
 tunc quia matrimonia debent esse libera,
 talis conditio non stat, nec potest exigi pœ-
 na illa ab eo qui non vult matrimonium
 complere. hæc S. Tho. Et liberè quis facere
 potest, qui sine alterius suffragio, uel licen-
 tia facit, ut not. Gem. in cap. licet Episco-
 pus, de præben. lib. 6. Secundò ad idem, iu-
 ramentum contra legem interpositum est
 nullum. c. si diligenti. de foro compe. & l.
 non dubium. C. de legi. sed lex prohibet
 matrimonia, seu sponsalia usque ad quar-
 tum gradum. cap. non debet. de consan. &
 affini. igitur in casu nostro illud iuramen-
 tum, tanquam contra legem fuit nullum:
 ergo non obligat. Ex alia parte uidetur
 quod sic, quia quodlibet iuramentum quod ser-
 uatum non uergit in interitum salutis æter-
 næ, est seruandum, text. est in c. cum contin-
 gat. de iure iur. & c. licet mulieres. eo. titu.
 lib. 6. & cap. quamuis, de pactis. eo. lib. facit
 text. in cap. si uerò. de iur. iuran. ita tenet
 Alexand. de Imo. 1. volumine consil. 59. 2.
 colum. & est text. in authen. sacramenta pu-
 berum. C. si aduer. vendi. quod autem pœ-
 na possit exigi est glo. vltima, in vers. pote-
 stas, & in uerticu. diffinitionem in l. fin. C.
 de spon. & in l. Titia. ff. de uerb. obliga. &
 quamuis quæstio sit difficilis & valde du-
 bia, credo tamen istam secundam partem
 esse securiorem, & ueram omnino in foro
 cõscientiæ cum ad hoc intenderent se obli-

gare, & probabiliorem in foro contentio-
 so, scilicet quod teneantur seruare. Moueor pri-
 mo propter text. in ca. ex literis, et secundo,
 de spon. vbi dicit text. quia periculosum est
 contra suum iuramentum venire, manda-
 mus quatenus cum moneas, & si non ac-
 quieuerit monitis, ecclesiastica censura cõ-
 pellas. hæc ibi, & loquitur de matrimonio
 contrahendo, ut est in proposito. secundò
 moueor, quia Panor. in d. cap. ex literis, in
 2. col. ibi, potest dari alia solutio, &c. dicit
 quod iuramentum habet vim clausulæ. Si
 non ualeat quod ago ut ago, ualeat ut ua-
 lere potest, in cap. quanto, & in cap. ad no-
 stram. de iur. iur. & nota. in l. cum pater. §.
 filius matrem. ff. de leg. 2. Ideo in propo-
 sito debemus interpretari, quod promittit se
 curaturum facere quantum in eo erit, & uide-
 tur æquissimum esse secundum Panor.
 ibidem, hoc obseruari in omni materia ca-
 nonica. ar. in cap. dilecti. de iudic. naturale
 enim est, ut fides seruetur. Ad contraria
 quando dicitur, quod matrimonia debent
 esse libera. Respond. quod omnia iura ad
 hoc alleg. debent intelligi quando fiunt
 sine iuramento: secus ubi cum iuramen-
 to. d. cap. ex literis, ubi Papa iubet serua-
 re iuramentum in simili casu, & Panormi.
 ibidem ait, licet quis promittit cum iura-
 mento contrahere, & tenetur obseruare,
 & in tertio not. ait, ubi non est iuramen-
 tum ecclesia nõ cogit seruare spõsalia, &c.
 Et si quis dicat, quod tunc non erunt li-
 bera. Respon. quod simpliciter debent esse
 ubi non præcessit iuramentum, aliàs secus.
 Notandum tamen secundum Panormi. in
 d. cap. gemma, in tertia col. quod aliter est,
 quando contrahentes iurant, aliter quan-
 do parentes, aliter quando remoti, nam in
 primis requiritur maior libertas quàm in
 secundis, & in secundis quàm in tertiis.
 Et si quis arguat per capitulum requisit.
 de spon. vbi in simili dicitur monendi
 sunt potius quàm cogendi. Respon. gl. ibi-
 dem, quod sic debet exponi: prius monen-
 da est, & postea cogenda propter iuramen-
 tum suum, conformiter. d. cap. ex literis.
 Ad secundum quando dicitur, quod iura-
 mentum contra legem est nullum. Respon.
 Panormi. in d. c. cum contingat. tertia col.
 ibi formaliter, &c. ubi ait, dico, quod quan-
 doque lex aliquid prohibet propter bo-

nos mores conseruandos, & tunc iuramentum in contrarium nihil ualet, ut in regula non est obligatorium. de re. iur. lib. 6. ratio quia talis lex est fundata super æquitate naturali quæ est indispensabilis, & inuariabilis, secus de ciuili tantum quæ est uariabilis & dispensabilis, ut in cap. non debet. de consangu. & affini. Nemo enim dubitat quin lex reprobanda pactum legis commissoriarie in pigrobus sit fundata super bonis moribus ciuilibus, & æquitate ciuili, & tamen iuramentum in contrarium ualet, ut in c. significante. de pigno. hæc illæ. ita est in proposito, ut patet d. c. non debet. Et si quis arguat iterum, quia in d. c. ex literis, dicitur, nisi rationalis causa obstitit, sed hic uidetur rationalis causa, scilicet prohibitio ecclesiæ. Resp. q̄ debent facere quod in se est, ut habeant dispensationem, vt uidentur se uoluisse obligare cum iuramento secundum Pan. in d. c. ex literis, in r. glo. ad talem pœnam tenentur nisi faciãt quod possunt. Concludendum est igitur secundum S. Thom. ubi supra in responsione ad secundum articulum, ubi sic ait formaliter. Ex tali promissione obligatur, unus alii ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non soluens promissum nisi legitimum impedimentum interueniat, & secundum hoc etiã ecclesia cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato, tamen in foro contentioso ecclesia non compellit, quia matrimonium coacta consueuerunt malos exitus habere, nisi forte iuramentum interuenit, quia tunc cogendus est, ut quidam dicunt quamuis aliis non uideatur, propter causam prædictam præcipue si de uxoricidio timeretur. hæc S. Tho. Ex quibus, & aliis prædictis eliciuntur. primo quod pœna posita per modum pœnæ sine iuramento ad illam non sunt cogendi maxime in foro contentioso. secundum q̄ ecclesia cogit seruare promissiones seu sponsalia in foro tamen contentioso non cogitur. Tertio quod quando fit cum iuramento secundum omnes tenetur in conscientia, nisi superueniat legitimum impedimentum, uel propter causam rationabilem dimittat, puta propter timorem uxoricidij, uel adulterij, uel guerræ, uel simili secundum arbitrium boni uiri. c. ex literis, el secundo. de spon. Quarto, quod quando

est cum iuramento secundum aliquos cogitur etiam in foro contentioso, secundum alios non, sed prima est uerior & securior. Et nota secundum Pan. in d. c. gemina, q̄ quando aliquis promittit pro alio sub pœna, quod alius contrahet, si facit, quod in se est non incurrit pœnam, sicut promittens cum iuramento, si facit quod potest euitat perituri glo. in d. c. ex literis secundo. & c. sicut de spon.

10. ¶ Nono, ¶ quibus modis soluantur sponsalia. Respō. primò per ingressum religionis secundum S. Th. ubi supra ar. 3. in responsione ad primum, ubi dicit quod talis promissio soluitur per mortem spiritualem, eo quod est spiritualis, & probatur per tex. in cap. commissum. de spon. ubi dicitur q̄ qui iurauit cum aliqua contrahere, si uult religionem intrare, debet primò contrahere, ut iuramentum seruet, & ante copulam monasterium ingredi poterit. ubi glo. adducit tres solutiones. prima quod est necesse primò contrahere ut seruetur iuramentum. secunda quod hoc est solum ad bene esse pro reuerentia sacramenti, & ista magis placet Panormi, eo quod est minus, & c. tertia est Innocen. quod hoc factum fuit, quia nolebat immediatè ingredi, q̄ possit etiam fieri si fuisset per uerba de presententi. patet cap. uerum, de conuersi. coniuga. & cap. ex publico. eod. titu. hic habes quod potest etiam si in contemptum alterius faceret, uel causa leuitatis, & recuperat arras, quas dedit, & restituet quas recepit solum in simplum. C. de episcopis & cleri. l. Deo nobis. & similiter soluantur propter sacrum ordinem superuenientem, eo quod est maius uinculum, & alterius rationis, de quo San. Thom. ubi supra ad septimum solueret etiam matrimonium de presenti, de quo uersicu. impedimentum voti. §. 2. de uoto simplici infra §. 10. ar. c. scripsit. 27. quæstio. 2. Ioan. And. in rubrica de spon. Secundò soluntur secundum S. Tho. ubi supra in responsione ad secundum quando alter non comparet tempore statuto ad matrimonium perficiendum, unde si ex parte eius non deficit quin matrimonium completeret, potest licitè alteri nubere sine aliquo peccato: si autem per eam fecit quod matrimonium non est completum, debet agere pœnitentiam

de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti si interuenit, & contrahere cum aliquo si uult iudicio ecclesie, hæc ille. in c. autem. de spon. dicitur quod si sponsus de futuro ante copulam ad remota se trāsfert, sponsa libera cum alio contrahit, si tamen per eam sterit quo minus perficeretur matrimonium, tibi pœnitentia imponitur, ubi Pa. no. q. potest hoc facere sine alio iudicio ecclesie, eod. q. dicitur in text. liberè, non enim esset liberum si oporteret petere alterius licentiam, ut no. in c. de multa. de præbend. & c. licet episcopus, eod. titu. lib. 6. Ex quo etiam not. idem Panormi. quod non est necesse expectare biduum, quod est secundum leges, secundum enim canones hic dicitur liberum esse sponsæ transire ad alia uota, si sponsus transiit se ad alias partes: non enim est liberum sponsæ, si renetur expectare biennium, uel per triennium, & fortè papa considerat periculum fornicationis, & intellige rex. quando non est spes de proximo reditu, & hæc secundum ius canonicum, secus enim esset secundum leges ciuiles. Nec obstat capiu. si. eut. eod. titu. quia secundum Panormita. ubi supra fuerat terminus appositus, qui debet seruari. Hostien. tamen qui sequitur leges ciuiles, uidelicet quando non est positus terminus, debet expectare per biennium, dicit, quod iudex poterit breuiare propter periculum incontinentiæ. Tertio soluntur secundum eundem Sanctum Thomam, ubi supra ad tertium, si ante contractum matrimonium aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos sunt contracta sponsalia, quæ ipsum nimis debilitet, ut epidemia, uel paralisis, aut eum deforme, ut abscessio nasi, uel orbitas oculorum, uel aliquid huiusmodi, aut quæ sunt contra bonum proles, ut pox, lepra quæ solet prolem inficere, possunt sponsalia dirimi nè sibi inuicem displiceant, & matrimonium sic contractum, malum exitum forcietur, nec pro pœna punitur, sed ex pœna, damnum importat quod non est inconueniens. hæc San. Th. in cap. literas. de coning. lepro. dicitur, quod sponsalia de futuro præcisè non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superueniente, hæc ibi. Idem dicitur de alia infir-

mitate enormi: quia in obligatione generali de matrimonio intelligitur, nisi quicquam turpe, &c. de iurciruran. c. quemalmodum. & norandum secundum Pan. ibi dem, quod quamuis tex. uideatur ibi intelligere etiam de contracto per uerba de presenti, tamen contrarium est uerum: quia non inuenitur q. soluatur nisi per ingressum religionis. c. ex publico. de conuer. cõ iug. tex. uerò intelligitur de consummato largè, scilicet ratione consensus, & hoc intelligitur etiam si fuissent iurata. d. c. quena admodum. Quarto ratione affinitatis si sponsus cognouit consanguineam sponsæ, uel e contra, tunc debent sponsalia dirimi, & ad hoc probandum sola fama sufficit propter scandalum uitandum. c. super eo. de consa. & affi. Causæ enim quæ in futurum expectant effectum suum, impediuntur à suis effectibus non solum ex eo quod est, sed etiam ex eo quod futurum est: unde sicut affinitas si esset tempore contractus sponsalium impediuisset contractum illum: ita si interueniat ante matrimonium, quod est effectus eius, nec per hoc aliquid detrahitur alteri imò ei confertur, quia ab eo, qui per fornicationem Deo se odiosum reddidit. hæc Sanct. Thom. ubi supra ad quartum. In capim. 2. de eo qui cog. consan. dicitur, affinitas superueniens etiam per illicitum coitum dissoluit sponsalia de futuro. ad idem ar. 7. q. 1. c. quidam. & secundum Hosti. unius testis sufficit ad probandum. Sed quid dicendum si superuenit impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, dicendum quod non frangitur, quia non est malus quod sequitur. Quinto soluntur sponsalia si se mutuo absoluunt, unde San. Tho. ubi supra ad quintum. sic ait. Quidam non recipiunt istum casum, sed contra eos est dec. quæ expressè ad instar inquit eorum, qui societatem fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, potest in patientia tollerari si mutuo se absoluunt, qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicitur, quod ecclesia magis tolerat hoc ne peius eueniat, quam hoc si de iure, sed hoc non uideret exemplo eos uenire, quod decretalis adducit. Et ideo dicendum, quod non semper est leuitas retractare quæ prius firmata sunt, quia incertæ sunt prudentiæ nostræ. hæc San-

Sus Thomas. in c. præterea. de spon. quæ
 est dec. alle. à D. S. dicitur, sponsalia de fu-
 turo soluntur si sponsi se dissoluant etiã
 si fuerint iurata: ubi Panormita. circa fi-
 nem dicit, quòd est communior opinio per
 rationem S. Tho. Iuramentum enim fuit
 factum pro utilitate alterius quod ille po-
 test dimittere sicut si iurasset sibi dare cen-
 tum. c. primo. de iureiuran. idem sentit In-
 no. Sextò soluntur propter fornicationem:
 ita quòd ille qui non est in culpa potest pe-
 tere solutionem. vnde S. Tho. ubi supra ad
 sextum ait. Ex hoc efficiuntur sibi inuicem
 suspecti de non seruanda fide in futurum,
 & ideo potest sibi præcauere, unus contra
 alium sponsalia dirimendo. hæc ille. In c.
 verò quem ad modum. de iureiuran. in tex.
 sic dicitur si quis iurauerit se durturum ali-
 quam in vxorem, non potest ei fornicationem
 opponere præcedentem, sed sub-
 sequentem, ut illam non ducat in coniu-
 gem, quia in illo iuramento talis debet
 conditio subintelligi si ualer illa contra
 regulam dispensationis non uenerit, alio-
 quin si post huiusmodi iuramentum publi-
 ca meretrix fieret, teneretur eam ducere
 in vxorem, quod est pœnitens absurdum] hæc
 ibi in text. formaliter. Si uerò fuit uio-
 lenter cognita, non debet illam dimittere,
 quia non fuit in culpa secundum Hostien-
 sem, & hoc est magis æquum quam uis ali-
 qui contra, eodem modo potest si fieret hæ-
 retica, uel si cognosceret illam non esse uir-
 ginem, quam credebat, & similia. Septimò
 soluntur quando sequitur contractus
 cum alia per uerba de præsentem, uel per uer-
 ba de futuro cum copula, & talis debet fa-
 cere pœnitentiam de fide mentita. vnde
 Sancti Thom. ubi supra ad septimum. di-
 cit. Iste contractus secundus, eo quòd est
 alterius rationis à primo, & fortior ideo te-
 net in capitu. primo. de spon. duorum. di-
 citur in text. si primò contraxit per uerba
 de futuro. Secundò per uerba de præsen-
 ti, adheret secundæ. & secundum Panor-
 mita. & Hostien. istud capitu. idem dicit
 quod capitu. sicut. & capitu. penul. de spon.
 In isto capitu. primo. in glo. habetur quòd
 si fuerint, prima de futuro, & etiam secun-
 da, & sequitur copula cum secunda, quòd
 illa secunda habentur pro matrimonio, se-
 cus si copula præcederet, Panormita. in ca-

pitu. ueniens. el secundo. de spon. c. penult.
 habetur quòd etiam si prima fuissent iura-
 ta, idem erit, scilicet quòd secunda sine iu-
 ramento de præsentem, uel cum copula te-
 nent. in c. sicut. habetur quòd secunda de
 futuro etiam iurata non præiudicant pri-
 mis de futuro non iuratis, intellige nisi ra-
 tione copulæ secutæ. Et hoc sequitur Ho-
 stien. & Pano. & debet imponi pœnitentia
 de fide fracta in d. c. sicut. ratio quare iu-
 ramentum sequens non præualet, est quia
 non debet esse uinculum iniquitatis. cap.
 quem ad modum. de iureiuran. & quia non
 uariatur secundum contractum. Octauò
 soluntur sponsalia quando impubes, qui
 contraxit sponsalia, uenit ad annos nubi-
 les, & petit absolui à uinculo sponsalium,
 & dari licentiam nubenti, similiter si ante
 septennium contraxerunt sponsalia, illa
 sunt nulla c. literas. de despon. impu. & c.
 unico. eod. titu. lib. 6. & Sancti Thom. ubi su-
 pra ad octauum. dicit, quòd quamuis non
 fuerint uera sponsalia, tamen fuit ibi qui-
 dam modus sponsalium: & ideo ne uideam-
 tur approbare ad annos legitimos uenien-
 tes debent petere solutionem sponsalium
 iudicio ecclesie faciendam propter bon-
 num exemplum, hæc uerba D. S. intelli-
 guntur solum de secundo dicto, scilicet
 de contractis ante septennium, & similiter
 iura allegata: quantum autem ad primum
 dictum est in cap. de illis. el primo. de de-
 spon. impube. & capitu. sequen. ubi sic di-
 citur. Si maiores septennio contrahere
 sponsalia neuter ante pubertatem resilire
 potest, & ille qui primò fit pubes alterum
 expectabit secundum unum intellectum
 glo. sed uerius secundum Panormi. ibidem
 non tenetur expectare, & si tempore contra-
 ctus alter erat pubes non ille, sed alter fa-
 ctus pubes resilire potest nisi copula carna-
 lis interuenerit, & nota quòd idem iudi-
 cium est si ante pubertatem contrahere
 sponsalia siue matrimonium de præsentem,
 cap. unico. de despon. impube. lib. sexto. &
 notat Panormita. in dicto capitu. à nobis.
 Not. etiam secundum eundem Panormi.
 in dicto cap. de illis. el primo, quòd quan-
 do ueniunt ad annos, ut possint petere se-
 parationem, ut dicitur in isto octauo mo-
 do possunt petere etiam si nullam causam
 allegant, & hoc concessit ius, quia contra

terunt in illa ætate in qua non habent perfectum sensum ad consentiendum indissolubiliter de futuro, prædictos omnes modos ponit Ray. & Host. qui addit. nonam. si fama habet q̄ inter eos sit canonicum impedimentum, & de fama doceatur, iste casus ponitur in c. cum in tua, ubi dicitur quod debent impediri ne contrahant, & non dicit q̄ soluantur, sed debet inquiri de impedimento Pif. nota in ver. sponsalia. §. decimotertio circa fi. q̄ in primo. quando transit ad religionem & in septimo, quando contrahit cum alia, & in sexto. secundum Hosti. quando sequitur fornicatio, & est not. solvantur ipso iure, sine auctoritate superioris, supplementum ibi addit quartam. allegat. c. accessit. de despor. impube. quod capitu. citius facit in contrarium. Panormitan. in capitu. de illis. ec. addit. secundam scilicet quando alter non comparat. quia textum ibi dicit liberè secundum Hostien. in aliis debet fieri secundum iudicium ecclesiæ. argumen. in c. duo pueri. de despon. impu. si tamen causa esset notoria videtur deficere ratio. d. capitu. duo pueri. si etiam essent sponsalia secreta, quia talia non debent publicè agitari, maxime quando solutionis causa est clara. Et forte quoddam capitu. duo pueri. loquitur quando recedunt sine aliqua istarum causarum, quæ sit clara, unde post factum non iudicarem de mortali. Secundum S. Thom. ubi supra in omnibus debet fieri iudicio ecclesiæ præter primum & septimum qui potest exponi quando non sunt publica, uel causa non est clara. Potest addi decimus terminus quando contractum appositus terminus, post terminum enim liber est. capitu. sicut ex literis. eod. Potest etiam addi undecimus quando scilicet post sponsalia oritur inter contrahentes, vehemens inimicitia propter rationem. capitu. secundum di. de spon. & propter magnam scuitiam sponsi, & c. ueniens. qui cle. vel vo. secundum Panormi. quando post factum accessit maxima scuitia. Potest addi duodecimus scilicet propter conditionem honestam positam in contractu de conditio. appo. c. de illis.

11 Decimo ¶ de uoto simplici utrum soluat sponsalia Angelica ver. sponsalia. §. 40. tenet q̄ sic allegat. c. ueniens. qui cle. uel vo.

quod em Pa. ibidem in gl. est contra. Ar. uero Flo. 3. tit. 1. c. 18. §. fin. tenet contrarium adducens dir. iur. allegat. Inn. allegat. etiam quandam Henricum, posset dici q̄ posset obseruare uotum intrando religionem aliàs uideretur quod non soluat, ut dicit ipse Henr. quia sunt uincula æqualia, & hoc expressè dicit Pan. in d. c. ueniens, q̄ sit opinio uerior. in gloss. in uer. de seueritate. quæ glo. idem tenet Pet. de pal. 4. dist. 32. ar. primo. dicit q̄ potest uotere, & tunc tenetur intrare religionem, & dicit q̄ non frangunt sponsalia præcedentia, quia sic posset remanere in seculo seruando castitatem, nec teneretur ad contrahendum quod est absurdum, quia secundum eundem Pet. ecclesia cogit ad contrahendum, uel religionem intrandum, eo quod non repetiatur in iure q̄ uotum simplex frangat sponsalia. S. Tho. 4. dist. 38. q. 1. ar. 3. quodl. 2. ad primum dicit q̄ uotum simplex habet similem modum obligandi sicut sponsalia, unde quando quæritur utrum sponsalia debent frangi ad hoc dicitur quod debent frangi, ut seruet uotum, non tamen dicit quod sint fracta, uel de necessitate debeant frangi, & si quis all. capi. rursus. qui cle. uel vo. dicitur q̄ ibi tex. loquit de eo q̄ prius fecerat uotum, & postea contraxit sponsalia de hoc supra uer. impedimentum uoti. §. 3. Ex his quæ hic & alibi dicuntur, & maxime in d. 3. §. Notandum primo em. D. Archie. Flo. q̄ sunt duæ regulæ, prima q̄ quotiescū que contrahuntur duo uincula æqualis potentie, in compossibilia primum præiudicat, secundo, secunda regula quotiens contrahuntur duo uincula disparis potentie in compossibilia, fortius repellit minus fortem. secundò notandum quod uotum simplex, & sponsalia sunt uincula æqualis potentie. Et ideo si uotum simplex præcedit, sponsalia sequentia etiam cum iuramento sunt soluenda. capit. rursus. qui cle. uel vo. eodem modo dicit quod sponsalia præcedentia frangunt sequentia. Si uero sponsalia præcedunt uotum simplex non dirimuntur ab eo, sed cogitur uel intrare religionem, & sic uotum solenne franget sponsalia, etiam præcedentia uel contrahere, & consummare matrimonium. Sed nunquid peccabit iste contrahendo post uotum simplex. Respond.

quòd si fecisset uotum religionis omnino peccabit, quia debet seruari. Si uerò fecisset solum uotum castitatis, puta quia uoluit se solum obligare ad seruandam castitatem in seculo remanendo, tunc uidetur ex quo non franguntur sponsalia, & ab ecclesia cogitur contrahere, q̄ non peccet.

DE STATVTO.

- 1 Statutum quis facere possit.
- 2 Statutum ordinarij Episcopi, uel sinodale, an liget alienos, & ignorantes uel exceptos.
- 3 Constitutio laicorum ordinans de reb. ecclesiasticis an liget.
- 4 Statutum an respiciat præterita.

¶ Statuta ecclesiastica, quæ simoniacæ labis aut fordidæ auaritiæ suspicionem præ se ferunt, damnauit sancta Synodus Trid. Sess. xxiij. de refor. c. xiiij. Sess. xxj. de refor. c. 1. L E O. à L E G E.

- 1 Statutum, † quis potest facere statuta, & utrum sit conueniens q̄ fiat, & qualia esse debent. Resp. q̄ eadem est ratio statutorum, & legis. de quibus uide uer. §. 17. 18. 19. & 20. & uer. cōstitutio. §. 1. & 2.
- 2 ¶ Primò, † utrum statutum ordinarij, uel episcopi, uel sinodale liget alienos, uel in alieno territorio, uel ignorantes, uel in loco exempto, uel exemptos. uide uer. excommunicatio 4. à primò §. usque ad finem.
- 3 ¶ Secundò, † utrum constitutio laicorum ordinans de rebus ecclesiasticis liget. uer. cōstitutio. §. 2. & 3. utrum statutum laicorum circa funeralia teneat: ita q̄ non sit contra ecclesiasticam libertatem. uer. excommunicatio. 6. casu 20. §. 4.
- 4 ¶ Tertiò, † utrum statutum respiciat præterita. uide uer. lex. §. 2. 1. Et quomodo postea remoueat præcedens. uer. sic. lex. §. 2. 2. Quomodo obligat in foro conscientie. uer. lex. à 23. §. usque ad 27. & uer. cōstitutio. §. 6. Quomodo in statutis intelligatur concessum quod non est prohibitum. uer. lex. §. 3. 1. Quomodo in penalibus non fiat extensio uer. lex. §. 3. 2. uer. sic. argumentatio. §. 9. De conscientibus statuta iniqua. uer. lex. §. 3. 4. Quomodo actus factus contra statuta ualeat. uer. lex. §. 3. 5. Quomodo ligat ignorantes. uer. cōstitutio. §. 1. uer. ex

communicatio. 7. §. primo. Quomodo constitutio papæ quæ non acceptatur liget. uer. sic. cōstitutio. §. 4. Quomodo statutum factum à maiori parte capituli teneat. uer. sic. electio. §. ab 8. usque ad duodecimum. De materia statutorum uide uer. sic. cōstitutio. & uer. cōsuetudo. & uer. sic. lex. Quomodo contraueniens statuto iurato, & confirmato per superiorem sint periuri, uel non. uer. iurare. §. 4. 4. Hic in præcedentibus §. habes multa pertinentia ad statuta maximè iurata.

DE STELLIONE.

- 1 Stellio quid sit.

1 S TELLIO † animal est simile lacertæ, maculis plenum, & transumptiuè dicitur is qui est inconstans animo, & uariis uerbo, uel facto, sicut qui rem obligauit alicui, & deinde impignorat alii, quod crimen in ciuilibus, dicitur stellionatus, in criminalibus uerò dicitur dolus, unde secundum Azo. Crimen stellionatus dicitur à tali reptili, & habet etiam locum quando in criminibus, deficiente alie speciali actione, æquum est aliter subuenire contra delinquentem: quia sicut in pecuniariis actio datur, de dolo in subsidium, ita in criminibus quibuscunque, ubi deficit titulus criminis, crimen stellionatus obijcitur, ut si quis uendidit massam electri pro argento.

DE STIPVLATIONE.

- 1 Stipulatio quid sit.

1 S TIPULATIO † est quedam uerborum cōceptio quando aliquis interrogatus promittit se aliquid daturum, uel facturum. ff. de uerb. obli. l. quinta. §. stipulatio, ut si dicatur, promittis hoc, & tu respondes, promitto, uel similia consensus indicatiua. ibi. Et actus stipulantis debet esse continuus, quia si post interrogationem diuertit ad alia nihil proderit, licet eodem die promississet. l. continuus. ff. de uerb. obligatio. Et quando potest per alium impleri, transit ad hæredes. l. veteris. C. de contrahend. & comit. stipu. Et quando sit
absol-

absolutè, & sine cõditione obligat eodem die quamuis non possit peti eodem die. In stiru. de verbor. oblig. §. omnis stipulatio. vide supra uers. peccatum priuic.

¶ **STOLLA** quomodo sacerdos, vel diaconus debeat uti stolla uers. sacerdos. §. 3.

¶ **STRIGAE.** vide uers. Diana. §. 2. & seq.

¶ **STVDIOSITAS.** vide ver. curiositas.

DE STVDIO.

1. *Studium ubi regi debeat.*

¶ In gymnasijs publicis lectione sacrae scripturae instituendã esse, præcepit sancta synodus Trid. quæ etiã statuit, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam publice, quã priuatim admittendũ esse, qui prius ab Epõ loci de vita, moribus, & sciẽtia examinatus, & approbatus non fuerit. Studio rũ uerò publicorũ priuilegia confirmauit. sess. x. de refor. c. 1. sess. xxv. de refor. c. vi. Ex c. super specula. ne cler. vel mon. LEO. à L.

1. **S**tudium ¶ uiriusque iuris diuini, & humani, canonici, & ciuilib, regi debet in curia Romana, & studentes ibi gaudent priuilegijs, libertatib. & immunitatibus: quibus gaudent studentes in studijs generalibus, & recipiunt integrè suos fructus, & prouentus ecclesiasticos, de priuileg. c. cum de diuersis. lib. 6. uide ad materiam. uersic. magister.

DE STVL TITIA.

1. *Stultitiæ nomen unde sumptum.*

2. *Stultitia an sit peccatum.*

3. *Stultitia quæ est peccatum an sit filia luxuriæ.*

1. **S**tultitiæ ¶ nomen fm S. Th. 2. 2. q. art. 1. à stupore uideretur esse sumptũ. vnde Isidorus in lib. Ethimologiarũ. Stultus est qui pp stuporem nõ mouetur & differt stultitia à fatuitate, sicut ibidẽ dẽ quia stultitia importat hæbetudinem cordis, & obtusionẽ sensuum: fatuitas autẽ importat totalem spiritualis sensus priuationẽ, & ideo conuenienter stultitia sapiẽtiæ opponitur. Sapiens .n. ut ibidem Isidorus dicit dicitur est à sapore, quia sicut gustus est actus ad

Secunda pars.

discrecionẽ saporum ciborũ, sic sapiens ad dignoscentiam rerum, atq; causarum. unde patet, q stultitia opponitur sapiẽtiæ sicut contrarium: fatuitas autẽ sicut pura negatio nam fatuus caret sensu iudicandi: stultus autẽ habet sensum, sed hæbetati, sapiens autẽ subtilem, & perspicacẽ. In sapientia uidetur idẽ q stultitia nec dicitur stultus quando deficit in aliquo modico, sed quando deficit circa causam altissimam. Et sicut est quædam sapientia mala, quæ dicitur sapientia seculi, quia recipit pro causa altissima, & sine ultimo aliquo bonum terrenum: ita etiã est aliqua stultitia bona huic sapientiæ malè opposita per quam aliquis terrena contemnit de qua Apostolus primæ ad Cor. 3. Si quis inter uos sapiens esse uidetur, in hoc seculo stultus fiat.

2. **¶** Primò, ¶ utrum stultitia sit peccatum. Respon. secundum S. Tho. ubi supra artic. 2. quod stultitia, ut dictum est in §. præcedenti, importat quandam stuporem sensus in iudicando, & præcipuè circa altissimam causam quæ est finis ultimus, & summum bonum circa quod aliquis potest pati stuporem in iudicando dupliciter. vno modo ex dispositione naturali sicut patet in ameb. tibus, & talis stultitia non est peccatum. Alio modo in quantum immergit homo sensum suum rebus terrenis ex quo redditur eius sensus ineptus ad percipiendum diuina secundum illud primæ ad Corint. 2. Animalis homo non percipit quæ Dei sunt. sicut etiam homini habenti gustum in seculo malo humore non sapiunt dulcia, & talis stultitia est peccatum: consistit enim in immersione mentis ad terrena, & quamuis nullus uelit stultitiã, uult tamen ea ad quæ sequitur esse stultum, scilicet abstrahere sensum suum à spiritualibus, & immergere terrenis sicut etiam in alijs peccatis. Nam luxuriosus uult delectationem sine qua non est peccatum, quamuis non simpliciter uelit peccatum, & opponitur stultitiã præceptis, quæ dantur de contemplatione ueritatis.

3. **¶** Secundo, ¶ utrum stultitia quæ est peccatum sit filia luxuriæ. Resp. fm S. Tho. ubi supra. art. 3. q sic: prouenit enim ex hoc, quod sensus spiritualis hæbetatus est, ut nõ sit aptus ad spiritualia iudicanda. Maxime autẽ sensus hois immergitur ad terrena

per luxuriam, quæ est circa maximas delectationes quibus anima maximè absorbetur, & ideo stultitia quæ est peccatum maxime nascitur ex luxuria, vide aliquid supra uer. luxuria. §. 4.

DE STVPRO.

1 *Stuprum quid propriè sit.*

1 **S**uprum † propriè dictum est illicita virginum defloratio sub cura parentum existentium, & est species determinata luxuriæ habens deformitatè ex parte puellæ quæ ex hoc quod uiolatur nulla pactione cõiugali præcedente impeditur a legitimo matrimonio consequendo, & ponitur in uia meretricandi a quo retraheretur nè signaculũ uirginitatis amitteret. Ex parte uerò patris habet deformitatem, qui de eius custodia sollicitudinem gerit secundum illud Eccl. quadragesimo secundo. Super filiã luxuriosam confirma custodiam ne quando faciet te in opprobrium uenire inimicis. Et quamuis iniuria quæ sit puellæ, & patri in hoc crimine uideantur ad iniustitiam pertinere, tamen peccatum luxuriæ sit deformius ex tali iniustitia, quia uideatur concupiscentia fieri inordinatior, quæ a delectabili non abstinet, ut iniuriã uiter, & ex hoc habet maiorem grauitatem, & est alterius speciei. hæc secundum Sanctum Thomam. secunda secundæ. quæ. 154. ar. 6. Et norandum quòd stuprum habet locum in masculo: ita quòd si masculus uirgo cognoscat meretricem non est stuprum, eò quòd ratio stupri in ea non reperitur: non enim masculi quantum ad hoc sunt sub custodia sicut femine, nec perdidit signaculum quo siant minus nubes sicut femine. Nec etiam quando mulier uirgo polluit seipsam per molitiam est stuprum, sed longè grauius, scilicet contra naturam, tolens irreparabiliter uirginitatem. unde est falsum quod in muliere tollatur solùm uirginitas per stuprum. Et si aliqua mulier perdidit uirginitatem per molitiam, & postea aliquis homo concubet secum, committeret stuprum, quia ibi saluatur propria differentia stupri, quia auferitur signaculum uirginale patris cuiusmodi commissum, quo reddebatur habi-

lis ad coniugium. Et ista est differentia stupri ab aliis speciebus. uide aliquid uer. sic. luxuria. §. quinto. de deflorante uirginem. uide uer. sic. restitutio. §. uigesimo secundo. Quomodo est grauius. uer. luxuria. §. quinto.

¶ **SVBARRATIO.** uide supra uer. arra. §. 1. & uer. sponsalia. §. 3. in 3. modo. & §. 8. princ.

¶ **SVBDELEGARE.** uide supra uer. sic. delegare. §. 1.

DE SVBDITO.

1 *Subditus dupliciter dicitur.*

1 **S**ubditus † dicitur tripliciter. Primò ratione domicilii. Secundò ratione originis propriæ uel paternæ. cap. 3. de tempo. ordin. lib. 6. & talis tenetur ad onera personalia si ibi reperitur licet alibi transfulerit domicilium de quo per Barto. in l. assumptio. ff. ad muni. Fallit in muliere, quæ contraxit cum uiro habente aliud domicilium quæ non potest conueniri in loco originis. de quo in l. fin. §. itẽ. ff. ad muni. Tertio ratione delicti, sed largè ut dicit glo. in c. nuper. de sentent. ex commu. non autem propriè licet forratur forũ. Not. gl. in clem. unica. de fo. compe. quod facit ad statuta, & alia odiosa facientia mentionẽ de subditis, ut non comprehendatur forensis delinquens in territorio. Idẽ de contrahentibus in c. nuper. & in c. proposuisti. de foro compe.

¶ **SVBDIACONVS.** uide uer. ordo 1. §. 7. & uer. ordo 2. §. 9.

DE SVBORNATIONE.

1 *Subornatio quid est.*

1 **S**ubornatio † secundum Car. in cle. testibus de testi. est de aliquo falso exprimendo, & uerò tacendo in testimonio testi. per aliquem facta informatio, & dicitur subornare quasi subter in aures aliquod malum ornare, & sub colore ponere, ut in Authent. de testi. §. quia uerò. unde talis si sit ex proposito, & rei alicuius impor-

Impotentia, uel in iudicio uideretur peccate mortaliter,

¶ **S V B S A N A T I O .** uide uersic. derisio. per totum.

DE S V B S T I T V T I O N E .

- 1 *Substitutio quid est.*
- 2 *Substitutionum quot sunt species.*
- 3 *Substitutio directa quid est, & quis eius effectus. 4.*
- 5 *Substitutio hec quando expiret.*
- 6 *Substitutio pupillaris que dicatur, & quibus fiat.*

Substitutio ¶ est secundaria conditionalis institutio, nam substitutio continet in se institutionem, & ideo institutus dicitur primus gradus etiam si multi fuerint instituti, & substitutio secundus gradus, & est cum quis instituit heredem sic. Talis est mihi hæres, & si non eris, uel decesseris, Titium substituo. Iste Titius dicitur substitutus. l. i. ff. de uul. & pup.

¶ **Primo**, ¶ quot sunt species substitutionū. Resp. q̄ duplices, una indirecta alia directa. Indirecta substitutio siue obliqua siue fideicommissaria, siue precaria est illa per quam quis capit hæreditatem alio hærede mediante, ut cum testator fideicomiserit. A. hæredi, ut hæreditatem. P. restituat, & dicitur obliqua ea ratione, quia per alium capit. Item fideicommissaria, quia olim committebatur fidei hæredis in totum: nō enim cogebatur restituere, sed hodie sic per l. pen. C. ad Trebell. Item precaria, quia si uerbis precariis, id est rogatoriis, ut puta A. hæredem instituo, & rogo, & c. uerba autē huius indirecte substitutionis sunt, uolo, mando, rogo, & huiusmodi, ut restitutionas hæreditatem. Sunt tamen quedam uerba cōmunia quæ possunt trahi ex proprio significato ab substitutionem directam, & indirectam, ut uerbum substituo, uel uerbum moriatur tali: habent enim duplicem sensum, ut quod moriatur tali, id est quod talis sit hæres merè, uel quod moriatur tali, id est ad utilitatem talis in effectū, ut capiat hæreditatem de manu lo. hæredis. Idem dic de uerbo succedat, & uerbo accipiat, licet uerbo per fideicommissum P. sit substitutū

A. debet hæreditatem adire, & aditam P. restituere, & sic A. mediante, & operante peruenit hæreditas ad P. Et not. quod si adierit spontè hæreditatem, reuocabit quam Trebellianicam, & tres restituat P. instituto. ff. de fideicommissis hæred. §. in primis. & ff. ad Trebellian. l. nam quod. §. qui compulsus.

¶ **Secundò**, ¶ Directa uerò substitutio est qua quis capit hæreditatem defuncti ex dispositione testatoris nullo alio mediante, uel sibi cooperante, ut cum dicit testator A. mihi hæredem instituo, sed si ipse non erit hæres, C sit hæres. & sic C substitutus est directè, & hæc si per uerba merè directæ, & ciuilia, ut uerbum hæres esto, uel hæres sit, uel uerbum instituo hæredem. Aliquando etiam fit uel per uerba cōmunia, ut dictum est in §. primo. Aliquando per uerba geminata sic A. filium meum impaberem mihi instituo hæredē, & si in pupillari ætate decesserit B. substituo, hæc substitutio est directæ, si A. morietur in pupillari ætate propter uerba geminata; sed si post pubertatem, erit fideicommissaria, ut cōmuniter tenetur. Et si diceret, hæres sit. Diuiditur autem in quintuplici differentia, quarum prima dicitur substitutio uulgaris, & hæc duplex, una expressa quæ fit per illam negationem, non, hoc modo uidelicet, instituo mihi hæredem A. & si ipse noluerit, uel non potuerit hæres esse, P. sit hæres, uel P. substituo. Alia tacita, quando scilicet negatio non exprimitur, sed includitur, ut cum dicitur A. & P. mihi hæredes instituo, & eos inuicem substituo, tacitè subintelligitur quod si alter eorum hæres non fuerit scilicet quæ noluit, uel non potuit quando decessit ante aditā hæreditatem aliter sit hæres in solidum. ut ff. de hære. insti. l. cum in testamento. §. hæc uerba. & dicitur uulgaris, quia à quolibet de uulgo. l. testatore fieri potest, & cui libet siue pupillo, siue minori, & c. Et de hac habes Insti. de uulga. substitui.

¶ **Tertiò**, ¶ effectus huius substitutionis est ut bona testatoris tantum quæ debebant uenire ad institutum ueniant ad substitutum non bona instituti. Insti. de pupilla. substiti. §. quo casu. uide intra uer. testamentum. §. 20.

¶ **Quartò**, ¶ quando expiret hæc substitutio

tio. Respond. quàm cito institutus adierit hereditatem, siue postea decedat cum liberis, siue sine liberis, C. de impube, & aliis substi. l. post aditam, & hoc non solum quàm do expressè sit per negationem, sed etià quàm tacitè, unde licet Titius & Sempronius fuerint instituti hæredes & ad inuicè substituti si tñ Sempronius uel Titius adierit hereditatè expirat substitutio, ut in d. l. post aditam.

6 ¶ Quintò ¶ secunda directa substitutio dicitur pupillaris, quia fit soli pupillo vel pupillis, nec pòt tps excedere pupillare sed expirat ad introitù pabertatis, pòt etià fieri in minus tēpus ut si dicatur. Si filius meus infra quartum, vel quinquatum annum decesserit, sit P. hæres, & hæc est duplex. scilicet tacita quæ non habet formam pupillans substitutionis, sed sub eius uerbis includitur, ut cum dicitur. A. filium pupillum meum hæredè mihi instituo, & si ipse mihi hæres nò fuerit, P. sit hæres, & hæc ex expressis est uulgaris, ex tacitis est pupillaris, unde siue sit A. hæres siue non in ætate pupillari decesserit hereditas directo iure peruenit ad P. sed ex uulgaris succedit tātum in bonis testatoris, ex pupillari uerò succedit in bonis testatoris, & pupilli. Alia est expressa quæ fit per uerbum affirmatiuum, & facit expressè mentionem, de pupillari ætate, & sub ea includitur uulgaris tacita, ut instituo, de uulg. & pup. substi. §. 1. & ff. de uulga. & pupill. substi. l. iam hoc iure, & fit, cum dicitur filiū meum hæredè mihi instituo, & si ipse fuerit mihi hæres, & in ætate pupillari decesserit. P. sit hæres, uel substituo, & in ista requiruntur duo. scilicet uerborum affirmatio, & temporis pupillaris comprehensio.

7 ¶ Sextò ¶ quid requiritur ad istam substitutionem pupillarem. Respond. quatuor. Primò quòd ille cui fit substitutio sit de liberis testatoris, & accipiuntur liberi non solum filii, sed etiam nepotes. Secundò quòd sit impubes. Tertio quòd sit in potestate testatoris. Quarto quòd ille cui fit substitutio instituat, uel exheredetur, & pòt fieri non tantum impubera filio iam nato, sed etiam posthumo, si tamen nascendo esset sub potestate testatoris, si uiueret ipse testator, & etiam nepoti, si tamen sit relictus in potestate patris sui post mortem aui, ff. de uulga. & pupill. sub l. secun-

da §. posthumus.

8 ¶ Septimò ¶ quis est effectus huius substitutionis. Resp. est ut non solum sit P. hæres iure directo, & capiat bona, & hereditatè utriusque si A. decesserit in ætate pupillari, sed etiam excludit matrem ita quòd etiam legitimum petere non poterit. ut not. Bar. & doc. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio testa. & omnem aliam personam quæ ipsi pupillo ab intestato succedere potuisset. ff. de uul. & pu. sub. l. Lucius. Ex hoc uerum est in expressa. In tacita autem habet locum quando alter filius testatoris frater pupilli substituitur, sed si sit extraneus substituit, sed mater admittitur & substitutus repellitur. l. precibus, & l. cum quidam. C. de impu. & ali. sub. nisi in quatuor casibus. primus quando pater expressè prohibet ne aliquid habeat, secundus quando reliquit aliquid uxori, & uult esse contentam, tertius si fuit inimica patri, quartus quando frater impuberis est substitutus. Nota quòd in hac tacita extraneus non excludit fratrem, ex utroque parente coniunctum.

9 ¶ Octauò ¶ quomodo euanescit hæc substitutio. Resp. quòd primò per aduentù pabertatis. Secundò si hereditas patris non sit adhuc adita, quia cum nullus appareat hæres testamentum paternum uideretur destitutum, & sic euanescit etiam pupillaris. l. sed si piores. §. sed si ex alle. ff. de uul. & pu. sub. Tertio si nascitur postumus de quo mētio non est facta in testamento. ff. de uul. & pu. sub. l. si pater filium. Quarto si pariat, pupillus capitis diminutionem maximam, mediam, uel etiam minimam. ff. de adop. l. nec ei. Ratio quare est inuenta, est, quia cum filius in pupillari ætate testari non possit permittitur patri ipsi filio testamentum facere, & de hærede prouidere durante tali ætate tantum. d. §. quo casu.

10 ¶ Nonò ¶ tertia directa substitutio, dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillarum, sed differt ab illa. Primò quia illa fit tantum à parente qui eum habet in potestate, hæc autem fit nedum à patre, sed etiam à matre, filio futuro, uel mente capto non existente in eorum potestate. Secundò quia illa tantum fit pupillis. Ista adultis uel maioribus. Tertio quia in illa potest substitui quilibet quem uoluerit, in ista

illa non, sed certo ordine sic, ut si habet liberos ei substituantur. Si uero non habet tunc fratres substituantur, q̄ si non habet nec filios nec fratres, tunc quem uoluerit substituet. C. de impu. & ali. sub. l. humanitatis. Quarto quia illa expirat adueniente pubertate, sed hæc solum adueniente sana mente. Quinto illa solum impuberi, hæc adulto tantum. Sexto illa fit impuberi siue sit sanæ mentis, siue sit furiosus, hæc solum fit furiosis & mente captis, hæc probantur. Insti. de pu. sub. §. qua rōne. Et fit isto modo. A. filium meum fuciosum mihi hæredem instituo, & si decesserit antequam sanus mente fiat talem eius filium, uel fratrem, uel alium, puta uirium ei substituo, & sic bona utriusque transibunt ad substitutum, & si uterque ualde & furioso, & mentecapto, pater ut possent prouidere de substitutione.

11 § Decimo ¶ sed quid si aduenit sana mēs & nullo testō facto iterum reuertitur in furiam. Resp. q̄ non euanescit substitutio. ar. l. quod fauore. C. de legibus, & uideretur uerius, licet aliqui dicant nihilominus expirare. ar. l. quod quisque. ff. de re. iur.

12 § Decimo primo ¶ quarta directa substitutio dicitur compediōsa, quia sub compediō huius aduerbi quæcunq; fit & continet tacitā pupillarem, quæ alias fit prolixiori bus uerbis, & licet hæc dictio, quæcunq; se extendat ad oēs tps, tamen restringit ad tps pupillare solū uirtute horū uerborum. P. fit hæres: quia per hmōi uerba directa uideor uoluisse filio meo infra tps pupillare prouidere de hēde, quod intra aliud tps mihi facere non licet. d. §. 8. quo casu. Forma huius est. A. filiū meū hēdem instituo, ueruntā quæcunq; dictus filius meus decesserit, P. fit hēs, & sic in tps pupillare uideretur uoluisse procurare filio de substituto siue hærede. d. l. precibus.

13 § Decimo secundo ¶ a quo potest hoc fieri. Rñ. q̄ à milite, & quō, non exprimo, quia nō est in usu. Itē à pagano. i. à quolibet nō milite, sed oportet ut fiat filio pupillo, & in præc. exñi. Et continet pupillare explsam, quia hęc eundē effectū, & iō solūm filio pupillo, & in præc. exñi, ut dixi, uerū tñ licet hæc substitutio sit directa, de sui natura simplr, pnt tñ apponi in ea uerba, uel dictiones, uel aliqua mutari quæ cā in

fideicommissum conuerteret, & ad ius, & ad naturam fideicommissi reduceret. ut in §. se. 14 § Tertiodecimo, ¶ quo modo hæc substitutio compediōsa potest ad naturam, & ius fideicommissi deduci. Res. q̄ quatuor modis sicut sub quatuor formis potest fieri. primō sic. A. mihi instituo hæredem, & si quando conuect decesserit. A. substituo. P. Nam hoc uerbum substituo, trahit hanc substitutionem ad fideicommissū ut uult gl. in d. l. precibus, & l. centurio. ff. de vul. & pup. sub. & in ca. Raynuius. de testam. & prædictum aduerbitum in hoc casu seruat propriam significationem, & respicit omne tempus, & rem omni tempore sua det ualere. l. quotiens. ff. de rebus dubiis. hinc est, quod quocunq; tempore moriatur siue in pupillari, siue in maiori etate uirtute huius uerbi, substituo, uideor rogatus esse à testatore per fideicommissum post mortem suam restituere hæreditatem, & bona testatoris substituo. unde ipso instituto moriente, mater, & quicunque successores, siue ex testamento uel ab intestato adhibent hæreditatem, & additam substituo restitunt iure fideicommissi. Instituit. de fideicommiss. hære. §. sed quia stipulationes: disalcabunt tamen, & retinebunt legitimam ipsius, quæ est tertia pars totius hæreditatis testatoris secundum communioem opinionem si ipse erat de liberis ipsius testatoris ad quos legitima spectat, quia in hac testator eum grauare non potuit. C. de inoffi. testam. l. quoniam. de reliquis uerō defalcabunt tertiam Trebellianicā, & sic habebunt median hæreditatem. Alteram uerō mediā restituit substituo iure fideicommissi, & retinebunt sibi et omnia bona ipsius. A. qua testator de suis tantū rogasse intelligitur. non hæredis. Si uerō. A. non erat de liberis defalcabunt tantū Trebellianicā, & habebit etiam bona quæ ipse aliunde quasiuit. Et hæc substitutio, quia ius fideicommissi si habet, potest fieri cuiusque hæredi, & à quocunq; testatore. Insti. de fideicommiss. hære. §. in primis. & §. se. Et aduerte, q̄ licet in præfata forma non addatur, quoadocunq; decesserit sine liberis. Si tamen A. erat de liberis testatoris intelligitur hæc clausula sine liberis, quia pro regula est, quod quoadocunq; quis rogat aliquem de

Liberis suis alteri hæreditatem restituere post mortem suam semper intelligitur tacite hæc conditio scilicet si decesserit sine liberis: quia non est credendum, quod aliquis exclusa prole filii soluerit ad alterum peruenire hæreditatē, sed in extraneo, hære de non in est talis tacita conditio nisi addatur expressē. C. de Insti. & Substi. sub con di. fac. l. generante. §. ultimo. Secundo fit sic. A. filium meum impuberem mihi hære dem instituo, sed si dictus. A. quandoque decesserit sine liberis. P. sit hæres, & tunc si moritur infra tempus pupillare, ualet iure directo & sic substitutus capiet totam hære ditatem sine deductione alicuius quantæ. d. l. cetero. & c. si pater. de testa. libro. 6. Si uerò moritur in pubertate s'm opinionem Io. And. erit totaliter fideicommissaria, quæ licet per istam dictionem, sit hæres, uideat directa, tamē per istam dictionem sine liberis trahuntur ad fideicommissum, ut probatur in l. scquola. ff. ad trebel. quia illa ad ditio innuit q̄ in quocunque tempore de cesserit sine liberis in pubertate ex præsumpta uoluntate testatoris uideretur rogatus per fideicommissam restituere hæreditatem post mortem, ut probatur in d. l. precibus, & quocunque tempore moriatur in pubertate sine liberis, mater aut quicunque successores restituunt hæreditatem substituto deductis supradictis. ff. de ualg. & pupil. sub. l. cohæredi. §. cum filia & sic tene, licet communis opinio legistarum teneat q̄ nunquam obligatur, sed ex pirat per aduētum pubertatis. Tertio fit sic. A. mihi hæredem instituo, sed si dictus. A. quandoque decesserit sine liberis, P. substituo, & hæc omni tempore est fideicommissaria, & idem ius & eundem effectum habet per omnia sicut prima prædicta, tum ratione uerbi substitutio tum ratione sine liberis & ideo dic ut de illa. Quarta sic fit. A. filium meum hæredem mihi instituo, si tamen filius meus decesserit in pupillari ætate, uel postea quandoque sine liberis Petrus sit hæres, uel substituo: sub hac forma comprehenduntur tres substitutiones, una pupillaris expressa per hoc q̄ dicitur si decesserit in pupillari ætate & hæc resultat tacita uulgaris quæ sub pupillari expressa continetur, ut dictū est, & hanc non potest facere nisi pa-

ter pupillo propter pupillarem expressam quando fit directē nisi sit miles. d. l. centurio, tertia fideicommissoria est propter illud quod dicitur, uel postea quandoque sine liberis. Sed si uult q̄ clarius istæ tres resurgant dicat testator. P. pupillari-ter, uulgariter & per fideicommissum substituo, & unaquæque istarum habet suum effectum. Nam si. A. sit hæres & in pupillari ætate decesserit substitutus uocatur iure directo exclusa matre & aliis legitimis successoribus, & hoc propter effectum pupillaris expressæ, quæ matrem repellit & substitutum admittit. l. Lucius. ff. de uulg. & pu. sub. Si A. non sit hæres, uel quia nolit, uel non possit, tunc substitutus erit hæres iure directo propter tacitam uulgarem quæ etiam surgit ex pupillari ut dictum est. Si uerò A. hæres erit deinde factus pubes quandoque sine liberis morietur habebit locum fideicommissoria, unde eo moriente sine liberis successores restituent hæreditatem cum defalcatione ut dictum est, & ut dixi istæ quatuor formæ substitutionem non possunt fieri nisi filio familias pupillo per pupillarem expressam quæ continetur in ea, unde bonum consilium esset notariis quando aliquis habet filium impuberem cui uult substituere non solum in pupillari, sed quâdocunque ut faciat quamlibet per se, primò pupillarem sic. A. filium meum mihi hæredem instituo ueruntamen si dictus. A. filius meus mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit. P. hæres sit, uel fratres eius superstites hæredes sint: deinde faciat fideicommissariam hoc modo. Si uerò dictus. A. pubes factus postea quandoque decesserit sine liberis substituo ei per fideicommissum superstites fratres eius & præmortuorum fratrum eius liberos in stipites & non in capita. Si testator uult quòd usque ad ipsos uadat. Nam scias quòd uerba substitutionis non extenduntur ultra illos quos testator expressit. Si enim institutis tribus, uel pluribus filiis ita adiciatur, & si aliquis eorum decesserit sine liberis substituo superstites: tunc si decedit vnus eorum relicto filio deinde moriatur sine liberis. filius illius qui primò decessit non admittitur cum patris, uel sine patris, ad fideicommissariam hæreditatem illius filii

- testatoris q sine liberis decessit, qā nō exi-
tit conditio substitutionis in psona patris
eius. Illos tātūmodo testator instituit qui
superueniēt illi, & adde si testator sic vult.
- 15 ¶ Decimoquartō ¶ quīnā directā substitū-
tio dī breuiloqua qā in breui cōtinet sub-
stitutiones. s. duas pupillares expressa, &
duas vulgares tacitas. prima pupillaris est
vnius alteri, secūda alterius alteri. vñ si A.
fuerit hāres, & in pupillari etate decesse-
rit, B. superueniēs erit hāres iure directo,
& ecōuerso, & in vtroq; excludunt mater,
& ceteri uiuentes ab intestato p effectum
pupillaris expressæ, quo uerō ad effectū, li-
cēt non, quo ad uerba ex eisdē uerbis duæ
tacitæ vulgares ēt resultant, qā si vnus illo-
rū non fuerit hāres, quia noluerit, uel non
potuerit. alter est in solidū hāres. Et si hoc
mō. Testator habēs duos filios, uel plures
impuberes sub sua p̄tate potest facere hoc
mō. A. & B. filios meos impuberes mihi hē
redes instituo, & eos inuicē substituo. hāc
substitutionē lex appellat reciproca. ut. ff.
de vul. & pu. sub. l. i. hoc iure. Nō pōt aut
hāc substitutio fieri nisi instituti sint filij
pupilli in p̄tate testatoris, alias nō esset sub-
stitutio breuis, sed tacita vulgaris, & ad-
uerse q; uerbū, substitutio, non conuertit
oēm substitutionē in qua ponitur ad fidei-
cōmissariā sed naturæ illius se coaptat sub-
stitutionis in qua ponitur, & eam indire-
cto iure conferua: excepta sola compēdio
sa, in qua si ponatur statim eam ad fidei-
cōmissariā conuertit, ut patet ex dictis.
- 16 ¶ Decimoquintō, ¶ quō ingrediēs religio
nem excludat substitutū supra. uer. hāres.
§. 10. & se. & de legitima uia uer. legitima.
- 17 ¶ Decimosexto, ¶ substitutio talis cōditio-
nis si sine liberis decedat alter sit hāres eua-
nescit ēt si naturales hēt secus si addat legi-
timi nō aut si filios hēt, sed p̄mouit. Nam
vñ sine liberis decedere, si autē dicatur
sine hārede decesserit noīe hāredis, soli fi-
lij intelligunt. Itē si non hēt filiū, sed ne-
potē ex filio substitutio euanescit. uide gl.
in c. presentia. de p̄ba. ubi hāc ponuntur.
- 18 ¶ Decimoseptimō, ¶ quid si quis ex descen-
dentibus per rectā lineā sit rogatus purē re-
stituere hēreditatem nulla facta mentione
de liberis. Res. q; si postea habuerit filios,
uel nepotes, uel pronepotes, &c. substitū-
tio euanescit de proba. in p̄tata in gl.

in l. cum acurissimi C. de fideicommissa.

- 19 ¶ Decimooctauō, ¶ ille cuius industria est
electa non potest alium substituere. c. si. de
offi. deleg. lib. 6. l. a. n. a. §. ne autem. C. de
cadu. tol. l. statu liberis. ff. de sta. liber. fallit
nisi uelit substituere filium. secundum Lau-
ui. de Ro. in suis not.
- 20 ¶ Decimonoū, ¶ an quis per substitutum
pos sit deservire. Res. q; nō, tex. est in l. nul-
lus qui nex. C. de decur. l. 10. & l. sciendū
§. lega. i. ff. de lega. fallit fm Ludo. ubi su-
pra, nisi se abentes electus pro utili sibi,
& necessaria causa, quia tunc potest, ut si
uadat ad balnea. l. si absente. ff. deleg. & l.
de pollicitationibus. ff. de pollici.

DE SVCCESIONE.

- 1 *Successio ab intestato quot modis dicatur.*
- 2 *Ab intestato quis succedat tam in secularibus, quam in clericis.*
- 3 *Naturales filii an patri succedant ab intestato.*
- 4 *Consanguineorum sibi inuicē succedentis sunt tres linee.*
- 5 *Testamentum ecclesiastici nel ingredientis religionem an sit irritum ex p̄tatione legitimo haredis.*
- 6 *Descendentes quomodo succedant.*
- 7 *Instituere an teneatur quis omnes filios & filias quas habet. & in quota parte.*
- 8 *Filius hāres institutus an possit repudiare hāreditatem reserua legitima.*
- 10 *Casus aliquis an sit in quo possimus p̄tatione non rumpat testamentum.*

¶ Successorē nō teneri stare locationi, quę
anticipatis solutionibus facta sit, quā nul-
latenus in p̄tatione dicitur successoris ualidam
intelligi, declarauit sancta synodus Trid.
Quę ēt ora, quę hāreditarię successioneis
imaginē referunt, detestata, prohibuit ac-
cessus, aut regressus, ēt de consensu, ad be-
neficiū ecclesiasticū cuiuscunq; qualitatē
concedi posse; nec hactenus concessum su-
spendi, extendi, aut transferri. Sess. xxv. de
refor. c. vij. & xj. Et c. qui in uiuorum. de
concef. p̄zb. c. ad decorē de instit. c. 2. de
p̄tata. c. de precariis. l. i. q. 2. l. 30. à L. G. R.

- 1 *Successio ¶ ab intestato, quot modis
dicitur aliquis decedere ab intestato
uel intestatus. Respond. quod multis
modis. Primō si nullum testamentum fe-
cit, uel quia noluit, uel quia non potuit,*

vel quia filius familiars, uel pupillus erat, vel aliquid simile iuris impedimentū habebat. Secundò, quia etsi testamētū fecit, non tñ iure. s. quia non habuit legitimum numerū testiu, vel affuit alia solemnitas legitima. Tertiò, quia etsi testamētū fecit, illud tñ postea fuit ruptum. s. post omni generationē de quo in testamento nulla est facta mentio. vt ff. & C. de inoff. testa. per totū. Quartò, & si testamētū ex omni parte sit legitimè factū, nullus tñ ex eo hæres apparet, quia. s. vel institutus esse, noluit et viuo testatore, aut etiam ante additam hæreditatem decessit, uel conditio sub qua institutus erat destitit. probātur isti quatuor modi. Institui. de hæret. quæ ab intesta. in prin. Quintò si filius nominatim, & cū cā legitima sit ex hæredatus, & post mortē testator proposita querela inofficiosi testamētī, & hærede causam ingratitudinis nō probante, testamētū per sententiā est rescisum. Sextò si testamētū de iure prætorio per cōtra tabulas rescindatur, & his duob. ultimis modis dē quis ex post facto testamēto decedere intestatus. C. de colla. l. ut liberis.

1. ¶ Primò, ¶ quis succedat ab intestato tam in secularibus, quàm in clericis, & religiosis. vide versic. hæreditas à 1. §. vsque ad 6. 7. & 8. Quis excluditur de iure communi. ibi. §. 9. Quis succedit dantis ibi. §. 11. & 12. vsque ad fi. vide infra. §. 2. & 4.

2. ¶ Secundò, ¶ utrum naturales filii succedat patri ab intestato. Res. si legitimi non supersunt nec legitima coniunx, tñ naturales succedunt ab intestato in duab. viciis: ita tñ, q. si mater superest vitalis ei portio de ipsis datur, & fm Azo. licet uxor nō capiat, vel succedat. tamen facit ne naturales possint capere, vel succedere, sicut & faciunt legitimi filii qui succedunt, & repellunt naturales, sed ubi repelluntur naturales propter legitimam sobolem, vel legitimam coniugē, debent ipsi naturales pasci à succedentibus arbitrio boni viri. Sicut autem, & in quantum, & qñ succedunt liberi naturales pariteribus: ita & intatū totiens debet succedere parētes naturales filii naturales. vt par pietas seruetur eis, & quæ dicta sunt de naturalibus filiis, & de naturalibus nepotibus, & pronepotibus. seruāda sunt. Ex testamēto autē filii naturales succedunt sic. Nam si iste pater naturalis

habet filios legitimos, vel nepotes, licet ei dare vel relinquere naturalibus eorum quæ matri viciā vnā non vltra vel soli concubine semitiam non vltra, quod aut vltra datum est applicatur legitimis filiis, vel nepotibus. Si autē nō habet legitimos filios, vel nepotes, vel descendētes, sed habeat ascendentes legitima parte relicta ascendentibus reliquū inter naturales distribue re pōt. Si autē nec descendentes, nec ascendentes habeat legitimos, licet eos constitutere in solidum hæredes. hæc Azo. Qui verò sūt ex damnato coitu, ab omni prorsus beneficio excluduntur, vt C. de na. li. aut. licet. & in authen. ex cōplexu. C. de incept. nup. Et glo. ibi in ver. indigni, dicit, & matrina, quod verum est quando coitus per legem poterat accusari, aliās non. vt ex metretice, quo casu matri non patri succedit, de hoc super ver. filius. in prin. §. 1. & 2. Si consuetudo esset, q. spurii succedant matri seruanda est.

3. ¶ Tertiò, ¶ notandū pro declaratione præcedentium, & sequentium, q. tres sunt lineæ consanguineorum sibi inuicem succedentium. s. ascendentiū, siue parentū descendentiū, siue liberorū, & collateralīū, testator autem quamdiū habet aliquē de descendentiibus tenetur illum vel illos: tenetur enim omnes siue masculos, siue feminas hæredes instituere, vel exhæredare, & si illū hæredē instituat non tenetur de aliquo ascendentiū mētionem facere in institutione, ipsi enim in infinitū cæteris præferuntur. Institui. de hære. quæ ab inte. in prin. deficientibus aut descendētib. legitimis tenetur suos ascendentes quos habet, hæredes constituere, uel exhæredare. C. ad se. consul. or. l. quotiens, collaterales autem nūquā tenetur instituere, uel exhæredare, sed deficientibus ascendētib. uel descendētib. legitimis pōt quos uult hæredes instituere, nulla facta de collateralibus mētionē.

4. ¶ Quartò, ¶ sed nunquid testamētum ecclesiasticū, uel ingrediētis religionem erit irritum ex præteritione legitimæ hæredis. Respo. q. non, per uerbum liberè positum in c. quia nos. extra eo. ti. etiam quia sunt milites sicut not. glo. in le. pe. de testa. mili. & ideo sicut non rumpitur testamētum militis ex præteritione legitimarum personarum, sic nec istorum. hoc apertè tenetur

tit Bart. in auth. si qua mulier. C. de sa. fan. eccl. de ingrediente religionem, & Pa. in d. c. quia nos. de ambobus. Item uolens intrare religionem potest sine legitimo numero testium testari, & pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus, sicut miles potest per text. Authen. de monachis. §. id quoque, tamen petere poterunt legitimam legitimi præteriti uigore auth. si qua mulier. C. de sa. fan. eccl.

6 ¶ Quinto, ¶ quomodo succedunt descendentes. Resp. in successione ab intestato prima causa est causa descendentium, ut dictum est. Nam in successione mortui patris filius. liberi eius si sunt omnibus aliis præferuntur. primi quidem gradus æqualiter, nepotes uerò, & posteriores in stirpes, non distinguendo sexum, uel patriæ potestatis, succedunt primi filii si sunt, siue masculi siue femina æqualiter, nepotes autem succedunt in stirpes. i. in eam partem quam parentes eorum habituri erant si uiueret. C. de su. & l. hære. l. 2. & in successione ibi posita. Quomodo, tñ in descendentibus, quàm ascendentibus, uel collateralibus, uel alio modo succedant aliqui. uide supra uersu. hæreditas à primo. §. vsque ad sextum.

7 ¶ Sexto, ¶ sed pone, quòd quis habet filios, & filias tenetur ne omnes influere. Resp. quòd sic omnes legitimos, uel ex hæredate si quem non uult, & habet causam. Insti. de exhære. liber. in prin. etiam filias dotatas, sed secundùm aliquos sufficit instituere in dote. Alii ut Azo. dicunt, quòd oportet ut instituatur in aliquo modico præter dotem, & est tutius, & etiam professos in religione. C. de epif. & cleri. l. fi. §. hoc etiam cognitum. Et idem die in nepotibus, quando filii præmortui sunt. Insti. de hæret. quæ ab intestato dese. §. ita demum, & etiam in posthumis. cap. de posthum. hære. insti. quod certatum est.

8 ¶ Septimò, ¶ in quota parte tenetur instituere tales. Res. in quota uoluerit quantumque minima, licet postea talis ager ad supplementum legitimæ, tñ testamentum nõ rumpet, & dummodo sit institutus hæres non legatarius, puta quia dicat instituo tale meum heredem in tali, quia si diceret lego si lio meo talè domum non ualeret, quia esset præteritus. l. quotiens. C. de hære. insti.

9 ¶ Octauò, ¶ utrum filius institutus hæres

possit repudiare hæreditatem, retenta legitima. Resp. Pa. in d. c. Raynurius. q. non, & hoc tenet Bart. in l. gerit pro hærede. ff. de acq. hære. & Bal. in l. vnica. C. quando non petentium partes. Et eadem ratione dic de patre. l. decedete ab intestato, quia non potest pro parte agnoscere hæreditatè, & pro parte repudiare. ar. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hære. insti.

16 ¶ Nonò, ¶ utrum sit aliquis casus in quo posthumus præteritus non rumpat testamentum. Resp. q. sic. si in testamento matris quæ decedit in puerperio, sed succedet cum aliis fratribus, uel nepotibus æqualiter. Si tamen mater instituisset extraneum ager de inofficioso testamento, & rumpet. C. de inoffi. testa. l. si mater.

DE SVFRAGIIS.

- 1 Suffragia quando habueris originem.
- 2 Tarditas executorum an nocet defunctis.
- 3 Suffragia facta pro defunctis an possint etiam facienti.

1 SUFFRAGIA ¶ consuetudo suffragiorum ecclesie pro mortuis incepta ab apostolis. uide Sancti Thom. 4. distin. 45. questio. 1. arti. 1. quod l. 2. dicit August. in lib. de cura pro mortuis agenda. Non parua est uniuersæ ecclesie, quæ in hac consuetudine clarer auctoritas, ut in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur locum suum etiam habeat commendatio mortuorum, quæ quidem consuetudo ab ipsis apostolis inchoauit, ut dicit Damascen. in quodam sermone de suffragiis mortuorum sic dicens. Misteriorum discipuli saluatoris, & sacri apostoli in tremendis, & uiuificis misteris memoriam fieri eorum qui fideliter dormierunt sanxerunt, quòd etiam patet per Dion. in ultimo cap. ecclesie hierar. ubi ritum commemorat, quo in primitiua ecclesia pro mortuis orabatur. ubi etiam Dion. asserit suffragia uiuorum mortuis prodesse, ergo hoc indubitanter credendum est. hæc Sanctus Thomas. Et quòd proficit existentibus in purgatorio habes supra uersu. indulgentia principio. & §. 12. 13. & 20. quòd autem non ualeant existentibus in inferno uel limbo supra uersu. eleuatiua

§. 1. §. & ver. Macarius, & ver. Macabzi.

2. ¶ Primò ¶ vtrū tarditas executorū noceat defunctis. Resp. fm S. Th. 4. dist. 4. q. 2. ar. 2. quodl. 2. ad quartū, ubi ait, dico q̄ q̄ cito motiēs disponit aliqua suffragia sibi fieri præmiū suffragiorū plenè consequitur ante et quàm fiant quantū ad efficaciam suffragii, q̄ est ex opere operato, uel ex opere operante principalis agentis. Sed quantū ad efficaciam suffragiorum quæ est ex opere operato, uel ex opere operante exequentis non consequitur fructū antequam suffragia fiant, & si prius contingat ipsū à pœna purgari quantum ad hoc fraudabitur suffragiorū fructū quod redundabit in illos quorum culpa defraudabitur, non. n. est inconueniens q̄ aliqui fraudantur in tēporalibus per culpam alterius: pœna autē purgatorii temporalis est quamuis quantū ad æternam retributionem nullus defraudari possit nisi per propriam culpam. vide supra uer. executor. §. 16.

3. ¶ Secundò ¶ vtrū suffragia facta pro defunctis profint facienti. Rñ. fm S. Th. 4. ubi supra q̄ opus suffragii quod pro altero fit p̄t considerari dupliciter. vno modo vt expiationum pœnæ p̄ modū cuiusdam recōpensationis, & hoc modo opus suffragii reputatur quasi eius, pro quo fit, & ita absoluit eū à debito pœnæ suæ, quod non absoluit facientē à debito pœnæ propriæ. fm, & pro quāto applicatur ab ipso faciente. Alio mō pōt considerari inquantū est meritoriiū iustitæ æternæ, quod hēt inquantū procedis, ex radice charitatis; & fm hoc non solū prodest ei pro quo fit, sed et facienti magis, vñ in psalmo. Oratio mea, in sinu meo cōuertetur, & 10. Damal. in sermone de his, qui in fide moriuntur dicit, quicumq; pro proximi salute agonizat primum sibi prodest deinde proximo. Quō unus pro alio pōt satisfacere, vide uer. indulgentia. §. 1. 4. & 18. & uer. satisfactio. §. 9. Quomodo suffragia non valent existenti in peccato mortali. uer. indulgentia. §. 2. 3. 4. & 5. Similiter facta in peccato mortali nō satisfaciunt. uer. satisfactio. §. 7. Et ad quid ualeant. uer. meritum. §. 1. & 2. Quæ sunt suffragia, & quæ sunt potiora. uer. elemosina. §. 11. Quomodo suffragia facta pro pluribus non æqualiter proficiunt sicut si fierent pro uno solo. vide uer. restitutio. §. 11. utrum missa de san-

cto tm ualeat defuncto quantum missa de requiem. vide uer. missa. §. 5. utrum requiratur q̄ faciens suffragia pro alio sit in gratia. uer. indulgentia. §. 18. & seq. & uer. satisfactio. §. 5. utrum dans indulgentiam necesse sit esse in gratia. uer. indulgentia. §. 9.

D E S V P E R B I A.

- 1 Superbia dupliciter accipi potest, quæ iterum tripliciter subdividitur.
- 2 Superbia tertio modo dicta an sit spirituale peccatum.
- 3 Superbia an sit peccatum mortale.
- 4 Superbia an sit gratis scriptum peccatum.
- 5 Superbiæ species quot sunt.
- 6 Superbia an sit uitium capitale.

1. S V P E R B I A ¶ dupliciter accipi potest: vno modo secundū q̄ denominatur simpliciter à super excessu, & fm hoc omne super excessū potest denominari superbia, unde repromittitur à Deo Isaiæ 60. Pōnam te in superbiām seculorum gaudium in generationem & generationem, & ita repromittitur a Deo quasi quidam excessus bonorum, unde & glo. Hie. dicit ibidē q̄ est superbia bona, & mala quamuis etiā dici possit q̄ superbia ibi accipitur materialiter pro abundantia rerum de quibus possunt homines superbire. Secundò dicitur superbia ex eo q̄ supergreditur regulā rationis, & sic dicimus eam esse peccatum, & isto modo sumpta dicitur iterum tripliciter. Primò secundū q̄ dicitur quandam generalem inclinationem ex corruptione naturæ ad hōi supergressum regulæ rationis, & sic ponitur initium omnis peccati. Ecl. 10. Secundum modo accipitur fm q̄ importat quēdam actualemente contemptum Dei quantum ad hunc effectum qui est nō subdi eius præcepto, & sic est generale peccatum, ita q̄ includitur in omni peccato. Nam in omni peccato cōtemnitur aliqualiter Deus. Tertio modo sumitur secundū q̄ significat inordinatam appetitū propriæ excellentiæ, & sic est speciale peccatum, & de isto dicendum est in sequentibus.

2. ¶ Primò ¶ vtrum superbia. tertio modo dicta sit speciale peccatum. Respon. secundū S. Thom. 2. 2. q. 162. art. 1. & 2. q̄ sic. Superbia. n. nominatur ex hoc, q̄ aliquis

per uoluntate tendit super id quod est. vñ dicit Iſido in lib. Ethic. superbus dictus est, puta super vult uideri q̄ est. Qui. n. vult supergredi quod est, superbus est. Habet aut̄ hoc rō recta, ut uoluntas uniuscuiusque se ratur in id quod est proportionatam sibi, & ideo manifestū est, q̄ importat aliquid quod aduersatur rationi recte. hoc aut̄ facit rationē peccati quod d̄ malum est anime s̄m Dio. s. q̄ est præter iōnem esse. vñ de manifestum est, q̄ superbia est peccatū. vñ de s̄m Aug. est peruersæ celsitudinis appetitus. Et habet propriam speciem ex ratione proprii obiecti, quod est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, & sic est speciale peccatum.

¶ Secundò, ¶ vñ superbia sit peccatū morale? Resp. s̄m S. T. ubi supra ar. 5. q̄ sic s̄m genus suū: superbia. n. humilitati opponitur, humilitas aut̄ ppriè respicit subiectio nē hominis ad Deū. vñ de econtrariō superbia propriè respicit defectū huius subiectio nis s̄m. s. q̄ aliquis se extollit super id quod est sibi præfixū s̄m diuinam regulā, vel mensuram contra id quod Apo. dicit, Nos aut̄ nō in immensum gloriamur, sed s̄m mēsuram quā mensus est nobis Deus. Et ideo d̄ Eccl. 10. Initium superbiæ hominis est apostatare Deo, sed in hoc radix superbiæ consideratur, q̄ homo aliqualiter non subicitur Deo, & regula eius. Manifestū est aut̄ q̄ hoc ipsum, quod est non subici Deo hēt rōnem peccati mortalis, hoc. n. est auerti à Deo. vñ de cōsequēs est, q̄ superbia s̄m genus suū est peccatū morale, quidam tamen motus superbiæ sunt peccata venialia propter imperfectionem actus, dum. s. eis ratio non consentit.

¶ Tertio, ¶ vñ superbia sit grauiſſimum peccatū. Rñ. s̄m S. T. ubi supra, q̄ sic. s̄m suū genus. put cōstat in auersione à Deo. In peccato. n. duo at̄ d̄ntur. s. cōuersio ad cōmutabile bonū quæ materialiter se hēt in peccato, & auersio à bono incōmutabili, quæ est formalis, & cōpletua rō peccati. Ex parte aut̄ cōuersio nis non hēt superbia, q̄ sit maximū peccatorū, quia celsitudo quam superbus inordinate appetit s̄m suam rōnem non habet maximam reptigantiam ad bonum uirtutis. Sed ex parte auersionis superbia habet maximam grauitatē, quia in aliis peccatis homo à Deo

auertitur, vel ppignorantiam, uel propter infirmitatem, siue propter desiderium cuiuscunq; alterius, sed superbia habet auersionem à Deo ex hoc ipso q̄ nō vult Deo, & eius regulæ subici. vñ de Boc. dicit, q̄ cum omnia uitia fugiāt à Deo, sola superbia se Deo opponit, pp quod ēt specialiter d̄ Iaco. 4. q̄ Deus superbis resistit, & ideo auerti à Deo, & eius p̄ceptis, quod est quasi consequens in aliis peccatis, per se ad superbiā pertinet, cuius actus est Dei contemptus, & quia id quod est per se potius est eo, quod est per aliud, consequens est q̄ superbia sit grauiſſimū peccatum secundū genus suum, quia excedit in auersione, q̄ formaliter complet peccatum.

¶ Quarto, ¶ quot sunt spēs superbiæ. Resp. s̄m S. Greg. 23. moral. q̄ sunt quatuor vbi sic ait. quatuor quippe sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demōstratur. s. cum bonum aut à semetipsis h̄re se existimant, aut si sibi datum desuper credunt, suis hoc accepisse meritis putant. Aut cum iactant se habere quod non habent. Aut despectus ceteris singulariter uideri appetunt h̄re quod habent. Superbia. n. importat immoderatum excellentiæ appetitum, qui. s. non est s̄m rationem rectam. Est aut̄ considerandū, q̄ quælibet excellentia consequitur aliquod bonū habitū quod quidē potest tripliciter considerari. vno modo s̄m se. Manifestum est. n. q̄ quantō magis est bonum quod quis habet tantō per hoc excellētiam maiorem consequitur, & iō cum aliquis attribuit sibi maius bonum, quā habeat, consequens est q̄ eius appetitus tendat in excellentiam propriam ultra modum sibi convenientem, & sic est tertia species superbiæ cum. s. aliquis iactat se habere quod non habet. Alio modo ex parte cause, prout. s. excellentius est, q̄ aliquod bonū inſit alicui à seipso, quā inſit ei ab alio, & ideo cum aliquis existimat bonum quod habet ab alio, ac si haberet à seipso, fertur per consequens appetitus eius in propriam excellentiam supra suum modum. Est autem dupliciter aliquis causa sui boni. vno modo efficiens. Alio modo meritorie, & s̄m hoc sumuntur duæ species primæ superbiæ. s. cum quis à semetipso existimat h̄re q̄ à Deo hēt, uel eū propriis meritis ei datū desuper credit.

Tertio modo ex parte modi habēdi pro ut excellētiōr aliquis redditur ex hoc, quōd aliquod bonum excellētiōr ceteris possidet, unde ex hoc etiā fertur inordinatē appetitū in propriam excellētiā & secundū hoc sumitur quarta species superbiæ quæ est cum aliquis aliis despectis singulariter vult videri.

- 6 ¶ Quinto ¶ verum superbia sit vitium capitale. Resp. fm S. Th. ubi supra, q̄ superbia dupliciter considerari pot̄: vno modo fm se, prout. sc̄ est speciale peccatū. Alio modo fm q̄ habet quandam influentiā in omnia peccata, capitalia aut̄ vitia ponuntur quædā specialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur, & ideo quidā considerātes superbiā, fm q̄ est speciale peccatum, connumerauerunt eam aliis vitis capitalibus. Gte. verō considerans vniuersalem eius influentiā, quam habet in omnia vitia, ut dictum est, non connumeravit eā aliis vitis capitalibus, sed posuit eam reginam omnium vitiorū & matrē, vnde idem Greg. in 31. moral. dicit. Ipsa vitiorum regina superbia cum deuictum ple nē cor cepit, mox illud septem principibus vitis quasi quibusdā suis duobus deuastandū tradit, ex quibus vitiorum multitudines oriuntur. Non est autē idē quod inanis gloria, sed causā eius. Nam superbia inordinatē excellētiā appetit, sed inanis gloria appetit excellētiā manifestatiōem. De gradibus superbiæ, qui sunt duodecim oppositi gradibus humilitatis. vide ver. humilitas. §. 2. Quomodo conueniat, vel differat ab inani gloria, vel ambitione, vide in eisdem. ue. ambitio. §. 1. Quomodo superbia sit peccatum primi hominis, ver. Adam. §. 1. Quomodo Adam & Angelus appetierunt diuinā similitudinē, ibidem §. 2. de grauitate peccati Adæ. ibidem §. 3.

DE SVPERSTITIONE.

- 1 Superstitio quid est.
- 2 Superstitio, id est indiuinatio, quæ sit per inuocationem demonum an sit licita.
- 3 Diuinatio quæ sit per acta, an sit licita.
- 4 Diuinatio ex somniis an sit licita.
- 5 Diuinatio quæ sit per auguria an sit licita.
- 6 Supradicta, vel similia quando sint superstitiosa.

1 ¶ Superstitio est quædam protestatio inſidelitatis, & est vitium religioni oppositum fm excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum quā vera religio, sed quia exhibet cultum diuinum, vel cui nō debet, vel eo modo quō non debet. hæc S. Th. 2. 2. q. 9. ar. 1. vide supra ver. idolatria, princip. & §. 1. Species eius sunt quatuor. sc̄ cultus Dei inordinatus, idolatria, diuinationis, & obseruatio vana. Quæ & quot sunt species diuinationis, ver. sortes. §. 2. 3. & 4. Quomodo quis possit appetere istas artes, vel usum earum ver. ars. §. 1. & 2. & ver. sortes. §. 5. Quæ sit poena istorum artificū, ver. sortes. §. 6. Quomodo usus earum est peccatum mortale, ver. inuocatio.

2 ¶ Primo, ¶ verum superstitio. i. indiuinatio quæ sit per inuocationem dæmonum, sit licita. Respō. fm S. Thom. 2. 2. q. 97. ar. 4. q̄ non, tum ratione principii quod est pactū initum cum dæmone, & adhuc grauius est sc̄ h. sacrificium, vel reuerētia demoni inuocato exhibeat, tum ratione finis, quia dæmones quamuis aliquando vera dicāt, tamen semper intendunt decipere & assue facere, ut sibi credant, nephas est. n. ut cum adit nobis scriptura diuina à diabolo infirmamur & nulla utilitas potest comparari detrimens spiritualis salus quod imminet ex inquisitione occultorū per dæmonum inuocationem, cōfirmatur Deuter. 18. Non inueniatur qui ariolos sc̄ sciteur neque Phitonēs consulat. Er ad id quod habetur Mar. 5. q̄ Christus interrogauit quod notandum sibi ierat. Resp. S. Th. ubi supra ad primum, q̄ non velut inficius domus inquit, sed ut consilia peste quam tolerabat, virtus curantis grauior emiearet. Aliud autē est inquirere aliquid à dæmone sponte occurrente, quod quandoq; licet propter utilitatem aliorum maxime, cum diuina uirtute potest compelli ad vera dicenda, & alium dæmonem inuocare ad cognitionem occultorum inquirendo ab ip̄o, sed de apparitione Samuelis. Reg. 8. ad Saulē & Phitonissam, dicit San. Thom. post Aug. q̄ potuit esse quædam diuina & occulta dispensatiōe eū percussura, ut Sam uel apparuerit, vel Samuelem appellat sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari, facta quodā fantasmate, & illusione imaginaria diaboli

diaboli machinatione facta. vide uer. in uocatio. §. 1. hic melius.

3 **¶** Secundò, ¶ uerū diuiniatio quæ fit per astra sit licita. Res. s. Th. ubi supra q. nō: ubi post magnam declarationē ait. Si quis cōsideratione astrorum utatur ad præcognoscēdū futuros casuales, uel fortuitos euentus, aut etiam ad cognoscendū per certitudinē futura opera hominū, procedit hoc ex falsa & uana opinione, & sic operatio dæmonis se immitcet, unde erit diuiniatio superstitiosa, & illicita. Quidam limitant hanc determinationem qñ quis utitur nostris actibus, tanquam absolute subiectis. Et nō qñ quis utitur eisdem, uel non, uel delibetis, & tanquā non humanis, uel ut aliquali ter celo subditis quo ad inclinationem ad illa tñ quæ celo subsunt. Quoniam primo modo est ibi falsitas, secundo at non est certa falsitas, & propterea non est damnanda, sed uitanda ac timenda, & iuxta hunc sensum intellige uerba S. T. tertio contra Ge. c. 1. §. 4. cum dicit, de somniis, & c. q. reduce se ea in corpora celestia habet medicam rationem: & ideo existimandum est q. ab aliquo cognoscente fiant. Accipe hæc, ut dicta pro tutiore parte ad consulendū quæ sanioris doctrinæ sunt, non ad damnationem defendentium. hæc fieri quandoque à celo. Et hæc dixerim, ut qui legunt, aut docent non sint præcipites, sed caueant sibi & aliis. Non damnent tamen eos qui seruatis superioris dictis, causatum sibi de celo promittunt. Aut expectatur euentus sortium à celo ratione talis temporis, puta quia occurrat tunc tempus suæ exaltationis s. m. astrologiam, & propterea sperat quòd omnia in quibus agitur de ipso, cœlum inclinabit secundum suas uires in exaltationē ipsius, & sic fortè cadet fors super illum, illa hora, consolatio quippè ista licet leuis sit, damnanda tamen nō est, & hæc omnia toleranda præcipue sunt, qñ sortes nō sūt præcisè propter cœlestem actionem, sed partim à fortuna, partim à celo, partim à diuina providentia speratur, hæc illi. Et quia ista influentia cœlorum quòd ad ista est minima, & communiter tales recurrunt ad dæmones, ideo dic, ut dicit s. T. si uerò aliquis utatur consideratione astrorum ad præcognoscendū futura quæ ex cœlestibus emanantur in corporibus, puta licitates, &

pluuias, & alia huiusmodi, non erit illicita diuiniatio nec superstitiosa. Quòd autem astrologi frequenter uera prænuuntiant cōtingit dupliciter. uno quidem modo quia plures hominum passionēs corporales sequuntur, & ideo actus eorum disponuntur ut in pluribus secundum inclinationē cœlestium corporū, pauci at sunt. i. soli sapientes, qui ratione huiusmodi inclinationes moderentur, & ideo astrologi in multis uera prænuuntiant, & præcipue in cōmunitibus euentibus, qui dependent ex multitudine. Alio modo propter dæmones se immiscentes secretè secundum Aug. in 2. super Gen. ad decipiendos homines.

4 **¶** Tertio, ¶ uerū diuiniatio ex somniis sit licita. Res. secundū s. T. ubi supra post multa quæ adducta sunt alibi, concludit dicendū q. si quis utatur somniis ad præcognoscendū futura secundum q. somnia procedunt ex reuelatione diuina, uel ex causa naturali intrinseca siue extrinseca quantum potest se uireus talis extendere nō erit illicita diuiniatio, si autem huiusmodi reuelatio causetur ex reuelatione dæmonum cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocatur, uel tacita quia huiusmodi diuiniatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit diuiniatio illicita, & superstitiosa. Si uerò fiat à casu sicut communiter accidit erit uana.

5 **¶** Quarto, fuerim diuiniatio quæ fit per auguria. s. per motum, uel garritionem auium, uel per quascunq. dispositiones huiusmodi in rebus consideratis, sit licita. Res. secundum s. Th. ubi supra ar. 7. q. omnis huiusmodi diuiniatio si extendatur ultra illud ad quod potest pertinere secundum ordinem nature, puta si quis ex hoc q. cornicula frequenter croccat, prædicat pluuiam cito esse futuram uel diuinæ providentiæ, sicut Gedeō iudi. 7. obseruauit reuerentiam & expositionem somni accipientur pro homine quasi ordinata ad sui instructionem à diuina providentia, & similiter Heliezer attendit uerba puella oratione pmissa ad Deū, est superstitiosa, & illicita.

6 **¶** Quinto, ¶ si quis querat quando ista, uel similia sint superstitiosa. Res. secundum San. Th. ubi supra & in li. contra Gen. q. cōsiderandū est utrum naturaliter uideantur posse tales effectus cauere pro quibus cau-

sandi quis uult uti, & si sic, non erunt superstitiosa, licet. n. causas naturales ad inducendos effectus proprios adhibere: si uero non pnt causare tales effectus naturaliter, consequens est quod non adhibeantur ad hos effectus cauandos ut causa, sed tm ut signa, & nō ut signa diuina sicut sunt sacramentalia signa, sed tantum, ut signa uana & uacua, & sic pertinent ad pacta signationum cum dæmonibus inita, & sic superstitiosum: corpora. n. naturalia ex suis formis agunt, artificialia aut non agunt ex suis formis, unde cum nihil aliud nisi compositio & ordo, ut dicitur secundo Fisico. non possunt naturalem uirtutē habere ad agendum, & idē est, q. ex impressione corporū cęlestiū, s̄m q. sunt artificialia, nullā sortuntur uirtutē, sed s̄m materiā naturālē, & sic patet q. qui faciunt anulū in tali constellatione, uel imprimunt imaginē, ut ualeat ad febres, uel aliquid aliud, q. cum nō pnt ealia naturaliter, necesse in alia reducere, sed non pnt reduci in aliquid naturale, seu corporale ergo in spirituale, sed non est uerisimile q. reducat in Deū, uel bonos angelos, quia Deos, uel boni angeli non præstant auxiliū similibus: ergo necesse est reduci ad auxiliū dæmonū: ergo sunt superstitiosa, & prohibētur in primo pcepto, s. Vnū cole Deum: de diuinatione per phitones. uide uer. arreptiui per totū. uide ad istā materiā. uer. fors per totum, & uer. ars. §. 1. 2. & 3. & uer. reuocatio per totum.

DE SVSPENSIONE.

- 1 *Suspensio est censura ecclesiastica.*
- 2 *Suspensio triplex est.*
- 3 *Suspensio tertio modo dicta est multiplex.*
- 4 *Suspensio qualiter & quando priuatur facultate iurisdictionalia, & alia exercendi, & n. me. 5.*
- 6 *Suspensio, depositio, & degradatio differunt.*
- 7 *Suspensio maior in quibus casibus à iure incurritur.*
- 8 *Omnis qui potest excommunicare potest etiā suspendere.*
- 9 *Suspensio an suspendi possit per appellationem.*
- 10 *Suspensionis effectus quis sit.*
- 11 *Suspensio quomodo relaxatur.*
- 12 *Abfoluere uel relaxare quis possit.*

- 13 *Suspensio à suspensore in tribus casibus restitui non potest.*
- 14 *Sententia suspensionis lata per quoscumque prelatos contra fratres predicatores, & contra indulta priuilegiorum suorum, sunt ipsos facto irritæ, & inanes.*

¶ *Suspensio à suis ordinibus, seu gradibus, uel dignitatibus ecclesiasticis, nulla contra ipsius prælati uoluntatē concessa licentia de se pmoueri faciēdo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates siue honores restituito suffragetur, ita statuten sancta synodo Trid. sess. xiiii. de refor. cap. 1. Ex c. ad aures. de temp. ord. LEON. à LEGE.*

1 *Suspensio test censura ecclesiastica, ut dicitur est supra uerū. ex cōdicatio. 1. prin. q. ēt aliqui dicitur ex cōdicatio. 1. q. 1. c. repetitur, & s̄m Guil. & Duran. oīs irregularis est suspensus q. suspensio est inhabilitas ad ordinū, officiorū. uel iurisdictionis executionē ex aliquo impedimento proueniens ex institutione ecclesiæ habens robur, & q. uis cōiter t̄gat solū clericos, quandoq. t̄m & laici suspenduntur ab aliquo actu, ut ab officio aduocandi, quæ est magis pœna q. peccatū. uide in gl. in ca. ad reprimendā. de offi. or. & in cle. cupientes. de pœnis.*

2 *Primo, s̄nor. q. triplex est suspensio. prima d̄ minor, quia q. d̄ suspensus, quo ad se t̄m, quā quis incurrit ex duobus. Primo ex quocunq. peccato mortali, in quo quis existens antequā peniteat est suspensus ab oī sacrorum participatione, ut in c. quæsitū, de coha. cle. & si exercet executionē alicuius ordinis solēnter, peccat mortaliter. vñ s. Th. 4. dif. 2. q. 1. ar. 3. quodl. 5. sic ait, lex p̄cipit. f. naturalis, ut hō iuste, ea q. sunt iusta exequatur: & ideo quicunq. hoc q. sibi cōpetit ex ordine, facit indignē, quod iustum est, in iuste exequitur, & contra præceptū legi facit, ac per hoc peccat mortaliter quicunq. aut cū peccato mortali aliqd. sacrorū officiiū præstat, nō est dubiū, quin indignē illud faciat, vñ patet q. peccat mortaliter. hec ille. & ibidē in respōsione ad quartū arg. sic ait, quandocunq. quis exhibet se in aliquo actu, ut ministru ecclesiæ, existens in peccato mortali, peccat mortaliter, & totiens quotiens huiusmodi actum facit, quia ut dicit Dionysius in 1. c. ce. his*

zar. immundis nec symbola. i. sacramentalia signa tangere fas est: vnde qñ tangunt res sacras, quasi suo officio vtentes, peccant mortaliter: secus aut̄ esset si in aliqua necessitate aliquod sacramentum contingerent, uel exequerentur in illo casu in quo et laici liceret, sicut si baptizaret in articulo necessitatis, uel si corpus Christi proiectū in terram colligeret. hæc ille. & ibidem ad tertium ait. Quando minister ecclesiæ qui est in mortali ab ecclesia substinetur, ab eo sacramenta recipere eius subditus debet, quia ad hoc est obligatus, sed tñ præter necessitatem articulum non esset tutum, quæ cum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum, durante tali conscientia, quod ille in peccato mortali esset, quam tñ deponere posset, quia in instanti homo à diuina gratia emendatur. hæc ille. de publico concubinario uide supra ver. clericus 2. §. 13. & ver. confessio sac. §. 10. & 41. hic habes, quoniam confessio est necessaria. uide modificationem præcedentis conclusionis in mediata. ver. correctio. §. 4. in si. secundò est suspensus quod ad se per excommunicationem minorem, isti tñ siue primi, siue secundi, si celebrant non efficiuntur irregulares, ut in cap. si celebrat. de cle. exco. mi. nec tenentur subditus talem uita-re, uel quicumque alius et si sciret peccatum suum. di. 18. c. si. & de coha. cle. & mu. c. uestra. Secunda suspensio est qua quis est suspensus quo ad alios, sed non quo ad se, quæ proprie suspensio non potest dici, & ista ligantur clerici peregrini. ut in c. 1. de cle. pre. nam tales non possunt celebrare in publico antequam fidem certam fecerint de eorum ordinatione, sed bene in secreto. c. 3. de cle. peregr. si tñ celebrarent non per hoc essent irregulares, ut not. Pan. in d. c. si celebrat. Tertia est suspensio proprie dicta quæ est diffinita in prin. quæ conuenit cum excommunicatione, & interdicto, quia omnes sunt censuræ ecclesiasticæ. c. querenti, de uerb. sig. conuenit etiam cum excoicatione, quia sicut Pan. in c. apostolicæ, de excep. absolutio ad cautelam eodem modo debet fieri, de qua conuenientia. uide diffu. se. uer. si. interdictum 1. prin. de dña autem eorum uide ibidem. §. 1. & not. quod appellatione suspensionis in genere intelligitur de maiori suspensione: an. c. si quæ. de sen. exc.

¶ Secundò, notandum quod suspensio tertio

modo dicta est etiam multiplex, & operatur sicut Pa. in c. apostolicæ, de exce. ad limites suspensionis, & S. Th. 4. di. 18. q. 2. art. 2. quod l. 3. sic ait. Suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea quæ sunt ordinis, sed potest ea quæ sunt iurisdictionis, & e contra uerso si suspensus à iurisdictione, & non ab ordine, si aut̄ ab utroque tunc neutrum potest, & excommunicatus est priuatus usu utriusque. hæc S. Th. & iterum Pa. ubi supra suspensio operatur ad limites suspensionis, unde suspensus ab officio, & beneficio, non potest agere nomine proprio, tanquam beneficiarius pro iuribus ipsius beneficii, & suspensus a beneficio non debet habere redditus beneficii, modicum tñ sustentationem habere poterit, si non habet unde uiuat, sed cum mulier, uel iniuste est suspensus, debet recuperare fructus, secus si iuste sicut Fel. in d. c. apostolicæ. Et si recipit fructus non facit illos suos, tamen non amittit beneficium, nisi lex hoc exprimat, & nulla suspensio causat irregularitatem, si celebrat nisi sit suspensus à diuini. hæc Feli. Item sicut Pan. ibidem suspensus à beneficio tantum potest eligere, quia ius eligendi annexitur ordini, seu officio à quo non reperitur suspensus, eligi autem in illa ecclesia in qua est suspensus, non potest, omnia uero alia quæ pertinent ad officium poterit exercere, siue spiritualia, siue temporalia. Suspensus ab officio tñ non potest eligere, nec eligi, nec alia quæ spectant ad ordines, potest aut̄ ea quæ pertinent ad beneficia, ut prosequi iura beneficii nisi taliter sit suspensus ab officio, ut trahatur ad beneficium. ut in gl. cle. cupientes. §. uero nouam de penis. quod intellige, ut in §. sequenti.

¶ Tertio, notandum ad maiorem declarationem eorum quæ dicta sunt quod Pan. in c. cum dilectus, de consue. in glo. in uer. à suspensus, conclusiue post disputationem sic ait. Conclude sic, quod aut quis est suspensus minori suspensione quæ insigitur propter participationem cum excommunicatione, & illa non priuat facultate exercendi, iurisdictionalia, nec facultate eligendi, sed solum participatione passiuæ sacramentorum, & propter hunc effectum non potest eligi in prælatum, de hoc est tex. in c. si celebrat. de cle. exco. mi. Aut est alicui interdictus ingressus ecclesiæ, & tunc solum

est priuatus potestate exercendi ordinem in ipsa ecclesia, unde si celebrat interim in ipsa ecclesia efficitur irregularis, ut est tex. in c. is cui. lib. 6. unde si extra ecclesiam celebraret non incurreret poenam nec priuatur hoc interdictionem facultate exercendi iurisdictionalia, uel eligendi, ad hoc cap. sacro, de sen. ex com. c. ab excoicato, d. rescrip. aut suspenditur Episcopus à pontificalibus, & tunc solum censetur suspensus ab illis, quæ dependent ab ordine pontificali, & non ab aliis, ut uolunt doc. hic. Et Io. An. in c. 1. de sen. exc. lib. 6. ait quare puto, quod sic suspensus potest exercere iurisdictionalia, quia ut dixi sunt separata, ab his quæ sunt ordinis Episcopalis, ut in c. transmissa, de elec. & in c. aqua, de conse. eccl. & al. de hoc infra. c. ca. §. 9. Quandoq; quis suspenditur à beneficio, & non intelligitur suspensus ab officio, uel à iurisdictione, unde canonicus suspensus à suis beneficiis potest eligere, ut probatur in c. cum uionensis, iuncto c. cū in cunctis, de elec. Quandoq; suspenditur quis ab officio, & beneficio simul, & suspenditur simpliciter, & tunc siue sit suspensus ab homine siue à canone inferentem poenam, ut in casu. c. 1. de re iudi. li. 6. dicitur, quod talis suspensus priuatur facultate exercendi iurisdictionem spirituales, & conferendi beneficia, & eligendi quod intellige durante suspensione, nam, quia ista sunt fundata super ordine ecclesiastico, laicos non potest ista exercere. ut in c. 2. de iudi. & §. 6. dist. 6. quia sancta. bene quidē, & §. ue sum. Si ergo quis suspenditur à fundamento uel suspensus ab omni officio quod est supra fundamentum, ut 1. q. 1. c. cū Paulus, & sic p̄ saluari opinio Ioan. An. dum dicit mixtura in si. sui apparatus, officii & iurisdictionis quæ habet spiritualis iurisdictione ad officium. i. ordinem. Nam considero, quod uerbum officii est ualde latum: nā quicquid habet electus est officii p̄ter beneficium, ergo suspendendo te ab officio, uideor te suspendere nedū ab ordine, sed ab omni officio clericali, si ergo suspensio fieret simpliciter ab ordine, tunc diceret quod aut quis suspenditur ab ordine Episcopali, uel pontificali, & credo illū solum suspensum ab illis, quæ sunt ordinis Episcopalis, non aut ab his quæ sunt iurisdictionis, aut quis simpliciter est suspensus ab ordine, & tunc dicerem p̄p̄ quandā

consequentiam, quod censetur facta suspensio ab omnibus quæ sunt fundata super ordinem, à iurisdictione spirituali, & omnibus similibus, & facio istam considerationem ueltra alios quod suspensus ab officio censetur directè suspensus à iurisdictione spirituali, & facultate eligendi, & conferendi per quādam consequentiam, nec obstat quod abbatifsa, & moniales sint capaces ordinis, quia sunt personæ religiose, unde religio facit eas capaces, sed in non religiosis potestas ecclesiastica est fundata super ordine. hæc Pa. fm uerō. D. Ar. Fl. suspensio multipliciter cōtingit. Aliquū simpliciter, & ab omni, & ex toto. Ab omni. s. officio ordinis, aliquū ab uno ordine, & non ab alio, aliquando simpliciter, aliquando ad certum tempus, aliquando non ab ordine, sed ab aliquo alio, ut ab ingressu ecclesie, uel actū prædicationis, & huiusmodi, & fm. e. dicitur suspensus propriè quod ad se, & quod ad alios quū. s. per suam canonis, uel hominis est suspensus ab officiis suis, & talis tenetur abstinere ab officio etiam post contritionem, & confessionem quousq; sic relaxata sententia suspensionis per eum, qui potest, aliās suspensus à diuinis, uel officio uel celebratione, & hmodi, si contrafaciat peccat mortaliter, & efficitur irregularis secundum In. c. æterni, de re. iudi. li. 6. etiam fm In. si extra ecclesiam dicat horas officiiando populum sicut in exercitu, si irregularis, secus si non officiiando dicat cum uno, uel duobus, & alii tenentur eum uitare secundum Vter. quando celebrat, uel officium dicit officiiando. uide aliquid uer. excommunicationo. 1. §. 11. & infra eo. c. §. 6.

¶ Quarto, ¶ Item ad maiorem declarationem no. D. Gaspar. de cal. in cle. cupientes, dicens, quod aut quis est suspensus ab officio, aut beneficio, aut utroque, si à beneficio solum, siue à iure, siue ab homine non est suspensus ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium, sed e contra. Si autem est suspensus ab officio, aut per dictionem, tatum aut simpliciter, si primo modo planum est quod non est suspensus à beneficio, si secundo modo uel est ab homine, uel à iure. Si à iure, aut propter crimen, aut propter infamiam, uel contumariam. Si propter crimen tunc puto, quod suspensus ab officio sit etiam à beneficio, ut capitu,

not. & ea. si quis sacerdotum. 81. di. Si autē propter infamiam uel contumaciam sit suspensus ab officio, non est suspensus à beneficio, ut in ea. presbiter. 2. q. 5. Si autem ab homine est suspensus ab officio, si hoc est propter crimen graue, tunc est suspensus etiam à beneficio, secus si propter leue uel infamiam uel contumaciam. Si autem est suspensus ab utroque aut hoc est per dictionem, & tunc planū est, aut per dictionem, uel, & tunc puto quod talis sententia non ualeat propter incertitudinem secundum Gof. hęc ille. Inno. dicit simpliciter quod suspensus ab officio solum non debet percipere fructus beneficii, per cap. pastoralis, de ap. & si uideatur concordare cum Pa. & Io. An. Host. autem hoc intelligit quando est suspensus pro graui causa, secus si pro leui uel infamia, & non est contumax. Item no. q. suspensus à subdiaconatu est etiam suspensus à diaconatu & supra sed non e conuerso. c. significauit, de cor. uita. Item cui interdicitur tur. minora intelliguntur interdicta & maiora. c. cum illorum, de senten. excommun. quia se habent ad consequentiam. Pe. de pal. 4. di. 18. q. 7. c. ultimo, sic ait. tertia conclusio est quod si est aliquis suspensus ab officio & per consequens à beneficio quod est propter officium, tunc perinde est ac si esset suspensus ab utroque, quia & in utroque casu si ingerat se diuini est irregularis. c. 1. de sen. & re. iud. lib. 6. quarta conclusio quādo est suspensus ab officio non simpliciter, sed secundum quid, est tunc dubium utrum incurrat irregularitatem & certum est quod non, si in alio officio agat quā in illo à quo est suspensus, unde si est suspensus à collatione ordinū & oīa alia præter ordinem agat nullā pœnam incurrit, & sic de aliis. hęc ille. quia suspensio & interdictū quantū ad hoc cōueniunt, ideo uide uersic. interdictum. primo §. ultimo, & infra. e. c. §. 9.

¶ Quinto, ¶ no. q. differentia est inter suspensionem, depositionem, & degradationem strictē sumendo. Nam largē accipiendo aliquando unum pro alio accipitur. Suspensionem enim importat priuationem executionis ordinis uel officiorum ecclesiasticorum simpliciter uel ad tempus, & cum spe dispensationis quæ quāque à iure quāque ab homine inferri. Depositiō importat pri-

uationem executionis officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum possessionis simpliciter, & ex toto absque spe restitutionis, retento tamen priuilegio clericali, & hæc per sententiam hominis communiter, nec potest inferri hæc pœna ab inferiori episcopo qui hoc agere potest erga proprium subditum, assistente sibi canonico numero episcoporum si est in sacris, aliās sufficit propria sententia episcopi siue aliorum presentia. depositus aut degradatus nō potest restitui ad officia sua nisi per dispensationē papæ. Degradatio ultra pœnam depositionis hæc addit, quia priuilegio clericali omni cum certa solennitate, character tamen ei auferri non potest. In facta uerō hæresis sufficit unus episcopus cum reliquis prælati. c. primo. de hære. lib. 6. de modo & forma degradationis habes extra de pœnis. c. degradatio. lib. 6. & iterum melius in pastorali supra. uersic. degradatio.

¶ Sexto, ¶ In quibus casibus à iure incurritur suspensio maior. Resp. primò incurritur quia eps est suspensus duobus mensibus ab officio si post prouinciale concilium celebratum infra sex menses non conuocet omnes abbates, presbyteros, clericos & totam plebem totius diocesis & non refert eis acta concilij. 18. di. c. si. secundo episcopus est suspensus ipso facto per annum à celebratione missæ si ordinat aliquem solenniter penitentem uel bigamum. si ab eadē die qua potuerit sibi probari. ca. nullus, di. 55. tertio episcopus suspenditur per annum à celebratione missæ si ordinat aliquem in uitum, dist. 74. c. 1. & 2. quarto clericus notorius concubinari sine suspensi. c. nullus, di. 32. & 15. q. 8. c. à sciscitantibus. uide supra. uersic. clericus. 2. §. 13. Quinto episcopus, qui ordinat monachum siue licentia abbas est suspensus à communionē aliorum à sua diocesi, aliqui dicunt ab aliis Episcopis. di. 50. c. si. Sexto clericus, qui eligit indignum quantum ad ætatem, legitimitatem, scientiam, & mores electione actiua, pro illa uice est priuatus, & à beneficiis ecclesiæ per triennium est suspensus. Episcopus uerō qui facit, uel permittit fieri, pro illa uice priuatus est potestate conferendi beneficiū illud si ad eū pertinet ipsius collatio, & debet suspēdi à pceptione proprii beneficii. c. nihil, de elec. c. cū iudicis, &

secundum Io. An. in d. c. cum iunctis. §. fi. Ita tempora confunduntur. i. si infra illud triennium iterum eligeret indignum, tempus secundi triennii inciperet à die secundi delicti, & non expectaret finem primi triennii, primi delicti. Pan. tamen ibidem limitat post Barto. quando poena est posita in specie, puta dicit q̄ solaat centum, & non ueniat usque ad decennium ad talem locum, & tunc uerum, sed si diceret in genere, non habeat fructus per duos annos, tunc illi duo secundi incipiunt in fine ditorum primorum, uide supra uersic. electio. 1. §. 5. in 6. casu, & similiter si esset doctor, qui doctorando transgreditur simile secundu Io. An. in de. 1. de magi. sed si isti suspensio ante triennium, uel eligunt, uel doctor dat alteri insignia utrum teneat, quidam dicunt quod si est occultum sic, aliàs secus, ista poena suspensionis quo ad eligētes indignum restringitur, quia non tenet in Cardinalibus eligentibus Papam, nec etiā quando eligitur aliquis ad dignitatem in ferioem. Septimò clericus consentiens electioni de se factæ per potestatis secularis abutū, est ineligibilis, & eligentes prima uice sunt suspēsi electionis, potestate. c. qui quis, de elec. Octauò, sunt multæ suspēsiones in diuersis locis circa ordinatōes, uel extra tempora, uel ab Episcopo, qui resignauit, uel à non suo, aut de eius licentia, uel excommunicato, degradato, suspēso, uel hōi, de quibus. uersic. ordo in diuersis locis, & iterum melius. uersic. irregularitas. 4. quali per totam. Nonò est suspēsus ab administratione spiritaliū quilibet grauens ecclesiā, sibi commissam pro debitis alienis, aut literas sine sigillū concedēs quibus possent ecclesiā obligari, & ligat solum inferiores Episcopis secundum Io. in glo. c. quorundam. de solu. & potest relaxari per Episcopum, sed non debet facere, nisi prius sit satisfactum indēnitari ecclesiæ. ca. cum olim. de uerb. signi. uide uersic. prelatus. §. 4. Decimò est suspēsus clericus duellum incipiens, uel alteri offerens, poterit tamen Episcopus dispensare nisi mors sit futura. c. 1. de ele. pug. no. due. Undecimò suspēsi sunt quicumque iudices per annum continuum ab Episcoporum confirmatioe, & consecratione, qui se intromittunt de cognitione negotiorum in causis ele-

ctionum Episcopatum quando antea ad Papam est appellatum, aut qui confirmationem aut consecrationem, confecti electis post talem appellationem, & si solum confirmationem conferunt sunt suspēsi ab ea tantum, si uerò confirmationem & consecrationem, sunt ab utraque suspēsi. Similiter si partibus recedentibus ad appellationem eam conferat, nisi prius inquirat si partes aliqua prauitate interueniente recesserunt à d. appellatione. cap. pro uida. de elec. libro 6. Duodecimò suspēsi sunt non seruantes interdictum. cap. tanta. de exce. prela. Decimotertio sunt suspēsi per mensem ab ingressu ecclesiæ proferentes sententiam excommunicationis nisi præmissa canonica monitione coram idoneis testibus, & in scriptis. capitu. sacro. de senten. excommunicata. & capitu. eum medicinalis. eo. tit. lib. 6. Idem si non scribat causam uel non tradat exemplum requisitus. de quo supra uer. excommunicata. 2. princi. & §. 1. 2. & 3. Decimoquarto suspēduntur ab officii, & à quibusunque beneficiis conuentus, capitula, collegia, aut singulares personæ, in scriptis ecclesiariū, qui decedente prelato alicuius ecclesiæ cathedralis, uel regularis, uel collegiatæ, bona ab eo dimissa, uel vacationis tempore obuientia accipiāt, & hæc quādiu ea nō restituant, uel ecclesiæ, aut successori, nō obstante quacūq̄ cōsuetudine, priuilegio, aut statuto. capitu. q̄a. sæpe. de elec. li. 6. & in cle. statutū. eo. ritu. declaratur habere locū in omni emolumento, & intellige q̄n prelatus principalis decedit. Decimo quinto suspēditur conseruator per unum annum ab officio si scienter intromittit se de aliis quān de manifestis. c. hac constitutione. de offi. deleg. lib. 6. uide supra conseruator. Decimosexto prelatus submittentis bona eccle. arum, seu iura sine consensu (ui capituli, & sedis apostolicæ licentia, laicis, sunt suspēsi per triennium ab officio. i. executione officii & ab administratione. f. temporalium secundum Ioan. And. ca. hoc consultiſſimo. de re. eccl. non alie. lib. 6. item clerici, qui hoc scientes nō deuſtiant superiori sunt suspēsi per trienniu à perceptione beneficiorum illius ecclesiæ. Quid aut requiratur, ut hæc suspēsis incurrat, dicit q̄ illa q̄ requiritur, ut laici

Ant excommunicati, q̄ v̄t aut metu id exi-
gunt ab ecclesiasticis, de quo ver. excom-
municatio. 5. casu 3. 4. Decimosextimò, su-
spenduntur per annum ab officio iudex ec-
clesiasticus ordinarius, vel delegatus, qui
contra iustitiam & conscientiam in gra-
uamen partis alterius in iudicio quidquã
faciens per gratiam, vel sordes. c. cum ater-
ni. de sen. & re. iudi. lib. 6. sed hoc non habet
locum in arbitro, secundum Ber. quod
limitat Ioan. And. nisi succedat in locum
ordinarii, vel delegati, de offi. deleg. cap.
vno delegatorum, & eadem ratione in au-
ditore. Decimoostaud, Episcopi & supe-
riores suspenduntur ab ingressu ecclesie:
inferiores verò ab officio & beneficio qui
in subiectis sibi dignitatibus, psonatibus,
vel ecclesiis, bona in ipsis inueta post mor-
tem rectorum earum, vel tempore vacationis
obuenientia quoquomodo occupat, & tan-
diu donec restituerint occupata, nisi ex spe-
ciali privilegio, aut consuetudine prescripta
eis conueniat. c. present. de offi. or. lib. 6. &
aduerte, q̄ hic loquitur de aliis bonis ab his,
de quibus supra e. cap. casu 1. 4. Decimononò,
Episcopi & superiores suspenduntur ab in-
gressu ecclesie inferiores verò ab officio &
beneficio, q̄ visitantes exigunt pecuniam,
vel munera, uel à non visitatis recipiunt
procuracione. c. exigit. de cens. li. 6. de quo
veris, visitare §. 3. Vigesimo, suspenduntur
Episcopi & maiores, q̄ vsurari manifestis
non oriundis. i. alienigenis quounque ti-
tulo cõcedunt domos ad fœnus exercen-
dum donec eos expellant. c. vsurari. de vsu.
lib. 6. de quo. ver. excommunicatio. 5. casu
3. 8. Vigesimo primò, interdicitur ingressus
ecclesie illis qui celebrant presentibus ex
communicatis publicè, uel interdictis aut
eos recipiunt ad sacramenta ecclesiastica,
vel sepulturam, & tandiu donec ad arbi-
trium excommunicatorum satisfecerint cõ-
petenter: & si hoc interdicto durante di-
uinis se ingerant in ecclesia in suo agen-
tes officio, sicut prius efficiuntur irregu-
lares. c. Eporum. de priuil. lib. 6. & c. is cui.
de sen. excõ. li. 6. Et licet Archi. hic limitat
istud ad excõicaram ab homine pp̄ uer.
donec ad arbitrium eius, cuius sententiam
tenet Io. de Fanto. quem sequitur Ge. ibi-
dem intelligit sententia iuris, & sic illud

verbum cuius sententiam. s. si est iuris con-
ditor: si hominis, hominis, simile habes in
c. nuper. de sen. exc. & sic tenet Io. An. ut
recitat ibidem Ge. qui arguit, q̄ prædicta
pœna solum habet locum quo ad excõptos
non quo ad clericos non exemptos, quod
posset teneri post factum: secus ante. Vig-
simosecundò suspenduntur triennio à be-
neficiis qui defecerunt in probatione eius
quod obicerit contra personã electi ad ali-
quã dignitatem, uel psonatũ ad quẽ benefi-
cia si se ingesserit infra illud tempus perpe-
tuò priuatus est, nisi manifestè constet, q̄
caluniosè non egerit. c. statutus. de elec.
lib. 6. intellige in beneficiis, q̄ habet in illa
ecclesia pro qua electio celebratur. c. si com-
promissarius. de elec. li. 6. Vigesimo tertio,
electores in ecclesiis cathedralibus, uel re-
gularibus, tenetur p̄ntate electionẽ electi,
& petere consensum eius, infra octo dies
postquã cõmodè poterit, alioquin sunt
suspensi per tres annos ab oĩbus beneficiis
ip̄ius ecclesie. c. cupientes. de elec. li. 6. §. ex-
terũ. Vigesimo quarto eadẽ suspensio impo-
nitur cõpromissario, si eligit scienter indi-
guũ, nisi cõpromittentes illud habuerit ra-
tũ. de elec. c. si cõpromissarius, li. 6. Vigesi-
mo quinto, suspensus est ab omni actu legi-
timo excõicario. c. soler. de sent. exc. li. 6. vi-
de ver. excõicatio. 1. §. 7. & se. maximè 14.
Vigesimo sexto suspenduntur à receptione
quorũlibet ad professionẽ medicarũ ordi-
nũ fratres, q̄ aliquẽ ante annũ probationis
cõplerum recipiunt ad professionẽ. c. non so-
lũm, & c. cõstitutionẽ, de regu. li. 6. ver. no-
uitus. §. 3. & 4. Vigesimo septimò suspen-
duntur quidã clerici, utetes uelutib. virgatis,
& quibusdã aliis in cle. qm̄ de uir. & hone.
cle. uide ver. clericus. 2. §. 9. Vigesimo octa-
uò, suspēduntur ab officio quilibet religio-
si prædentes monasterio, prioratu, eccle-
sie, seu administrationi cuiuslibet, si iura, red-
ditus, uel possessiones eiusdem, alicui ad
uitam, seu ad certum tẽpus concedit quo-
uis titulo, nisi necessitas, aut utilitas id ex-
poscat monasterii, uel ecclesie, & tunc cũ
consensu conuentus, si habet, uel sui præla-
ti si non habet conuentu, cle. 1. de re. ecc.
non alie. hoc tñ non extenditur ad locatio-
nes, & uenditiones fructũ ad modicũ tem-
pus ibidem, de hoc supra ver. excõicatio
7. casu 5. in extravaganti Pauli se undi.

Vigefimononō suspenduntur religiosi habentes administrationes, vel beneficia ab officis, & administrationibus, qui noualiū aut decimarum debitarum faciunt fraudē si requisiti infra mensem non destiterint, vel non satisfecerint usurpatis infra duos menses, & tandiu donec satisfecerint in cle. religiosi. de deci. Trigefimō suspenduntur ab officio prædicationis omnes religiosi, exceptis illis qui decimas recipiunt, qui postquam fuerint requisiti per rectores ecclesiarum scienter omiserint facere conscientiam consentibus de decimis solvendis, & hoc quamdiu non fecerint si commoditate habuerint in cle. cupientes, de pe. uer. religio. §. 44. casu. 19. Trigefimoprimum suspenditur à beneficiorum collatione Abbas, uel prior non habens abbatem proprium. Alius uero ad administratione si quam habet, & si non habet in habitatur ad habendum beneficium, & administrationem, & hoc per annum si soluales non corrigatos, & alios, uel captiua non fixa portare præsumperit. Itē secundum præmissam personarū distinctionem præfatas penas suspensionis & inhabitationis per biennium ipsolactio incurrit, si uenationi aut aucupationi clamorosa, uel aliā eū cantibus, aut auiibus ex proposito interfuerint in cle. 1. de statu. mon. & loquitur de monachis nigris, & collatio pertinet ad priore claustralem eū consilio, & consensu maioris partis capituli, seu cōuentus, durante tēpore suspensionis abbatis, uel priorū, ut ibi. Trigefimosecundō suspenduntur quilibet etiā Episcopi, & superiores per sex menses sequentes à collatione magistrorum, seu doctoratus quilibet promouerunt ad tale officium, nisi prius recepto iuramento quod ultra tria millia turrenorum argenti in tali doctorationis solemnitate non ex pender, cle. cum sit de Magi. Trigefimotertio suspenduntur Episcopi per triennium ab officio, si odii, aut amoris, et commodi temporalis obtenta contra iustitiam, & conscientiam omiserint procedere in crimine hæresis contra quenquam ubi fuerat procedendum, aut obtentu eodem praunitatem ipsam, uel impedimentum sui officii imponendo quoquomodo uexauerint aliquem. cle. multorum. de hæret. uersicu. excommunicatio. §. casu. 4. §. 15. Trigefimo-

quarto suspenduntur prelati religiosorum qui ex administratione eucharistie, extreme unctionis, uel matrimonii solemnizatione, aut quacunque absolutione in debita aliquid acquisierunt nisi postquam fuerint requisiti infra mensem restituerint donec satisfecerint. in cle. religiosi. de priuile. vide uer. excommu. §. casu. 11. Trigefimo quinto suspenduntur clerici ipsolactio si in Pa. in e. quia in omnibus, de usu. ab officii executione qui recipitur ad eomunionem, uel oblationem altaris manifestos usurarios, & rādū donec ad arbitrium episcopi satisfecerint. Trigefimosexto sunt suspensi ab executione ordinum factorum fratres prædicatores, qui præsumunt perturbare fratres minores in officio inquisitionis hereticæ prauitatis, & econtra, nec potest relaxari nisi per sedem apostolicam, uel per illum inquisitorem cuius officium turbauerunt. cle. 4. in priuilegio quod incipit. Pau pertatis altissimæ. De suspensione ratione simoniæ. uide uer. simonia. §. 64. & se.

¶ Septimō, si potest etiam fieri ab homine, ubi nota quod omnis qui potest excommunicare, potest etiam suspendere, & econtra, sci licet quod potest excommunicari potest suspendi, uel interdici, & qui potest per censuram ecclesiasticam cogere potest hæc tria, & debet fieri in scriptis, & monitione præmissa, & c. sicut excommunicatio, ut patet in c. 1. de senten. excomm. lib. 6. Unde Pan. in c. reprehensibilis de appel. ponit regulā, quod ista tria sunt patria, & dicit expressè gloss. in d. c. 1. Quidem tamen excipiunt ab ista regula suspensionem quātū ad monitionem, quia in dicto cap. primo non fit mentio de monitione, sed facilliter posset responderi, quod quamuis non mentio fiat de monitione in dicto cap. 1. tamen fit de ea mentio in d. cap. reprehensibilis, ubi loquitur de suspensione, & ibi Pan. dicit, quod hodie idem dicitur de interdicto, limitat tamen prædicta, secundum unum peregrinum dictum Inn. in c. 1. de exce. prel. ut respectu suspensionis, procedat iste text. requirere monitionem, quādo suspensio fertur propter contumaciam: secus si in poenam delicti commissi, quia tunc frustra fieret monitio cum oportet eum luere poenam delicti commissi. Nā suspensio sæpe fit propter delictū ut in c. tā literis. de testi. §. 9. §. c.

e. in loco. secus in excommunicatione quia illa nunquam fertur ab homine pro delicto, & quam cito vult satisfacere debet relaxari. vnde decima. q. 3. c. nemo, & c. illud. Et pro isto dicto Inn. videtur esse tex. in d. c. tam literis. ubi Papa sine monitione imponit poenā suspensionis: ergo & alii hoc facere possunt de re iud. c. in causis. Ad idē al lego c. romanā. §. sed nec in specie, de sen. exc. li. 6. ubi licet prius dixisset, de suspensione, excommunicatione, & interdicto, postea tū dū tractavit de offensis seu culpis præteritis, vel presentibus, solum prohibet excommunicationem ferri sine monitione, quasi secus senserit de suspensione & interdicto & sic concordat, vide supra. ver. excommunicatio. 2. à principio usque ad §. 3. Et nota q̄ nullus eps vel superior incurrit sententiam interdicti vel suspensionis impositam à iure vel à iudice nisi de eis fiat specialis mentio, & expressa. c. q̄ periculosum. de sen. exc. li. 6.

9. Quidā, ¶ Queritur utrum suspensio possit suspendi per appellationem. Resp. secundum Pan. in c. ad hęc qm̄. de appell. q̄ ista tria, excommunicatio, suspensio, & interdictum quantum ad hoc conveniunt. unde cōter responderetur q̄ præcedēs appellatio suspendit sequentem excommunicationem, secus de sequente, ut in c. pastoralis. de appell. & in d. c. ad hęc, & de sen. excom. c. is qui. li. 6. limitat tñ Pa. quantum ad hoc q̄ appellatio sequens non suspendat suspensionem præcedentem in spiritualibus: secus n. esset eum in temporalibus si appellatio esset legitima. l. non tantum. ff. de appell. ut puta si quis suspendatur ab ingressu possessionis vel domus suæ, vel interdictio ignis & aquæ & huiusmodi, tunc n. sequens appellatio suspenderet præcedentem suspensionem nisi forte in casu quo dānatus statim esset puniendus. l. contritiones. ff. de appell. ex quo patet quōd suspensionem à beneficio, vel ab officio, vel ab ingressu ecclesie non tollit appellatio sequens, quia sunt spiritualis: secus esset à præceptione fructuum quæ temporalis est. ver. excommunicatio. 2. §. 1. 5. Quando fit sub conditione non ligat quousq; veniat conditio, & si appellatur ante advenum conditionis suspendit, vnde secundum Io. An. in c. licet. de sen. exco. lib. 6. est eadem ratio excommunicationis, & suspensionis, idem

dicat Panor. in d. c. ad hęc vide ver. excommunicatio. 2. §. 9. casu. 7. & veris. interdictum 1. §. 1. pen. differentia.

10. ¶ Nonō, ¶ de effectu eius est notandum quamvis doc. multa & varia dicant. potest tamen fieri una regula generalis. s. quando aliquis est suspensus à iudice vel à iure ab aliquo actu spirituali alicuius ordinis, siue principaliter, siue per cōsequentiam, si exequatur illum actum sit irregularis. aliās si faciat contra aliquam suspensionem non sit irregularis, sed debet aliter puniri: hęc probantur in capitulo primo. de senten. & re iudica. libro sexto, & in capitulo secundo, de senten. excommunicatio. eo. li. & in capitulo, cum dilectus. de consuetu. & cap. si celebrat. de cler. excommu. minist. & in ele. cupientes. de pot. Quidam faciunt unā exceptionē, scilicet quando aliquis est suspensus à iure cum aliqua declaratione, puta usq; quo poeniterit vel satisfecerit, q̄ tunc non sit irregularis. sed quia communitur doc. loquuntur generaliter, videtur accipiendum, ut dictum est. Et not. quia dicitur ab actu spirituali, quia secus si esset temporalis, ut in §. precedenti immediate, dicitur etiam à iure vel à iudice, seu prælato. quia si esset à confessore vel ab alio secundum Io. An. in c. is qui, de sen. excommu. lib. 6. non incurreret. Notat̄ etiam, dicit alicuius ordinis, quia s̄m Pe. de pal. 4. dist. 18. q. 7. ar. ultimo in 2. conclusionē. nisi requiratur ordinē per se, vel ex consuetudine non incurrit: si autē s̄m e. Pet. requireret actum ordinis non sacri, tunc esset dabitum sicut Episcopus suspensus à collatione primæ tonsuræ. quidā etiā dubitat de ordine episcopali, qui s̄m theologos non est ordo, in duobus tñ elige tutiorem, quōd verō ad ordines minores. Archi. Flo. 3. tit. 29. c. 1. tenet quōd non incurrit, scilicet exercēdo actus illorū ordinum ēt solēnter, quia non sunt sacri. alleg. Guil. dicētē, q̄ illa duo. c. si quis Eps. 1. & 2. 1. q. 3. non loquuntur de istis. unde q̄ sunt poenæ debēt restringi, idem dic de subdiacono cantāte epistolam sine solenni rate. i. sine manipulo. vide veris. irregularitas. §. 4. ubi melius, & supra c. cap. §. 1. 2. 3. & 4.

11. ¶ Decimō, ¶ de absolvente, vel relaxante ubi not. q̄ siue feratur ab homine siue à iure sic, donec satisfecerit, vel poeniterit.

tunc facta satisfactione p̄ adueniēre cōditione relaxatur ipso facto, & non indiget alia absolutione, & in hoc differunt excōmunicatio à suspensione, & interdictō Pan. in ca. cum tu. de usu. & in c. non est nobis. despon. tam in tex. quam in glo. & in ca. si. de ma. contrac. contra inter. ecc. de quo uide uersū interdictum. r. §. 1. ultima differentia, & interdictum. 3. §. 3.

12 ¶ Undecimō, ¶ quæritur quis possit absoluerē, uel relaxare. Rē p̄ cōmuniter s̄m doc. in c. si quorundam de solu. si ponitur simpliciter à iure p̄t̄ Episcopus nisi cōditor ca nonis referat sibi. ca. nuper. de sen. exc. si uerō non simpliciter, sed ad tēpus feratur sic tenet gl. in c. cupientes, de elec. li. 6. & in cle. 1. de hære. q̄ solū cōditor canonis p̄t̄ absoluerē. Pa. ē in d. c. si quorundā, tenet q̄ etiā si simpliciter sit inflicta propter peccatum q̄ Episcopus non potest nisi in casibus, in quibus p̄t̄ dispensare, quia pœna propter delictum posita intelligitur perpetua, ut in l. seruus. C. de pœnis. Idem Inno. in c. ex literis, de cōsti. secus esset si propter cōtumaciā fuisset inflicta, quia sic posset Ep̄s absoluerē. ar. in d. c. ex literis, & not. Inno. in ca. 1. de exce. p̄zela. In sententia uero suspensionis simpliciter facta ab homine absoluerē, q̄ tulit, uel eius superior s̄m q̄ dicitur de sententia excōmunicacionis. 2. 4. q. 1. c. si Petrus. Absolutio autē fiet solo uerbo s̄m Host. puta dicendo, reuoco, remoueo, uel absoluo à tali sententia, uel similia, q̄a nō habet p̄pria formā sicut dictū est. uer. interdictum 3. §. 3. in hoc. n. sunt similia.

13 ¶ Duodecimō, ¶ no. tres casus in quibus nō p̄t̄ restitui suspensus à suspensore, sed solūm à Papa. primō q̄n clerici, uel regula res propter exhibitionem, sacramentorum hæreticis, aut propter receptionē elemosinarū, uel oblationū ab eis, uel propter traditionē ecclesiasticæ sepulture p̄dicatorū hæreticorū, sunt priuati ab eorū ordinariis officio. c. excōmunicatus. de hære. secundus est in suspēso à collatione beneficiorū per concilium post primam, & secundam monitionem inuenio culpabili in conferendo beneficia in dignis. cap. graue. de p̄ben. posset tamē ista ab uno principali patriar. ca restitui, ut in d. c. graue. tertius in degra. dato. c. ex tua. de cle. non resi.

14 ¶ Decimotertiō, ¶ no. q̄ sententiæ omnes

suspensionis latæ per quoscunq; p̄latos, contra fratres p̄dicatores. & contra indulta privilegiorū suorū sunt ipso facto irritæ, & inanes Alex. meritis uestræ, & c. & cōtra alios occasione ipsorum fratrū, aut ēt irritæ, & inanes Alex. nimis iniqua. Itē Magister ordinis, & singuli priores, & eorū uicarii in locis, & cōuētibus sibi subiectis, fratrib. sibi subditis, necnon & fratrib. eiusdē ordinis interdū ad eos declinantib. undecunq; possunt impartiri beneficiū absolutionis à suspensione. excōmunicacione, uel interdictō quas sententias incurrisent in ipso ordine, uel ante ingressum eius ac etiam laicos, qui etiam ipsum ordinem, uellent ingredi, nisi adeo esset excessus enormis, ut merito esset sedes apostolica cōsulēda. Boni. & Ale. uirtute. In cōcilio Lateranēsi sub Leone 10. in undecima Sessione d̄r, excōmunicat uolentes proficere or. diuē mēdicantiū ubi de interesse tertiū agit̄ur absolui non possunt, nisi p̄uata satisfacione. Itē p̄dicit̄ p̄lati p̄nt dispensacionē obtinere à suis cōfessorib. & dispensacionē super irregularitate quā contraxissent, ex eo q̄ potuissent sn̄as suspēcionis, uel interdicti sine scriptis ex in. cautela cle. exi. gentib. habēt multa alia p̄uilegia super hmōi maxime cōgrogatio Lōbadæ, quæ essent inspicienda, & credo q̄ tpe hodierno ēt alii ordines habeant similia p̄uilegia.

DE SUSPENSIONE.

- 1 *Suspicio quid est.*
- 2 *Suspicionis gradus est triplex.*

1 **S**uspicio, ¶ secundum S. Th. 2. 1. q. 60. Sar. 3. post Tullium importat opinionem mali quando ex leuibus indiciis procedit, & contingit ex tribus. uno quidem ex hoc, quod aliquis ex seipso malus est, & ex hoc ipso quasi conscius suæ malitiæ de aliis malum opinatur secundum illud Eccl. 10. In uia stultus ambulans cum ipse sit insipiens omnes stultus existimat. Alio modo pronentit ex hoc quod aliquis male afficitur ad alterum, cum enim aliquis committit uel odit aliquem aut irascitur uel inuidet ei, ex leuibus opinatur mala de ipso, quia unusquisque facilius credit quod appetit. Tertio accidit ex longa experientia,

tia, unde Philosophus dicit in secundo retho. q. senes sunt maximè suspiciosi, quia multotiens experti sunt aliorum defectus, primæ autē duæ suspicionis causæ manifeste pertinent ad peruersitatē affectus. tertia uerò causa diminuit rationē suspicionis, in quantum experientia ad certitudinē proficit, quæ est contra rationē suspicionis, & ideo suspicio vitium quoddam importat, & quanto magis procedit suspicio tanto magis est uitiosum. Est autē triplex gradus suspicionis. primus quidē gradus est ut hō ex leuibus iudiciis de bonitate alicuius dubitare incipiat, & hoc est veniale, & leue peccatū, pertinet. n. ad tentationē humanam sine qua uita ista non ducitur, ut habetur in glo. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. secundus gradus est cum aliquis pro certo, malitiā alterius existimat ex leuibus iudiciis, & hoc si sit de aliquo grani est peccatū mortale in quantum nō est sine contēptu proximi, unde gl. ibidē subdit, & si ergo suspensiones uitare non possumus quia hoīes sumus, iudiciā tū. i. diffinitas firmasq; sententias cōtinere debemus. Not. pro declaratione illorū uerborum. s. pro certo malitiā alterius æstimat ex leuibus iudiciis, hoc. n. dupliciter pōt intelligi. primò pro credulitate unius partis cū aliqua tū hætatione admixta. secūdò pro assertiua determinatione: uerbi gratia, video iuuenē cū inhonestā muliere euntē & credo in mente mea illos simul uelle peccare atq; hoc tanquam uerum existimans pertransco uel admiror. Sū itaq; in mente mea dispositus ut si ego met interrogarē meipsum, an ista æstimatio mea sit apud me adeo uera & certa quin etiā credam q. forte falsa est, puta quia cognosco q. posset esse falsum, ueruntū mihi sic uē. Tunc est credulitas firma nō simpliciter sed hætationi admixta. Si autē essem sic dispositus q. responderē q. mea æstimatio est uera & certa ut nulli dubitationi locus sit, tunc est assertiua determinatio. Illa uerba non accipiunt æstimationē pro certo primo modo, sed secūdo modo, ut li. p. certo significat & autoritas subiuncta testatur quæ diffinitiuas sententias prohibet. pone igitur in primo gradu suspicionis totā latitudinē æstimationis aliquo modo hætantis. Et in secundo solā diffinitionē, siue intus huc extra fiat uerbis, citra tribunal

tū. In tertia autē solā iudiciis quæ coactiua um iniuriæ habet pro quanto autoritative sit. Et hæc not. pro multis qui credunt se incedere in temerariū iudiciū ex mala quā concesserūt opinionione proximi, nesciūt distinguere inter opinionē quæ cum formidine aliqua alterius partis est, & iudiciū ex opinione non natū sed temere prolatū corde & ore, uide uer. dubitatio. §. 1. tertius gradus est cum aliquis iudex ex suspensione procedat ad aliquē condēuandum, & hoc directē ad iniustitiā pertinet, unde est peccatū mortale & tenetur de damno. Not. tū q. certitudo in humanis actibus sufficiens ad iudiciū non est certitudo euidentiæ quā quātumcunq; testes concurrant, & propria hominis confessio de facto proprio nō p. ea euidens sit intellectus hoc esse ab illo perpetratum, possunt si quidem oēs mentiri. Sed est certitudo fidei quoniam idonei testes & propria confessio sufficientes causæ sunt ad determinandū intellectum nostrum ad alterā partem cōtradictionis non uidentem sed in dubiæ tenendā in tali materia. s. in his quæ consistunt in facto actuū humanorū maximè secundum regulas iuris, uide uer. iudiciū. §. 1. uer. interpretatio per totum. Quid sit suspicio. uer. dubitatio prin. & uer. credere. prin. Quō communio debeat dari suspectis. uer. cōmunio. §. 54. Quomodo suspicio est triplex. s. leuis, uehemens, & uiolenta, uer. purgatio. §. 2. & uer. inquisitor. §. 15. 16. 17. & 21.

DE SUSURRATIONE.

- 1 *Susurratio quid sit remissiue.*
- 2 *Susurratio an sit peccatum.*
- 3 *Susurratio uel detractio quid granius.*

Susurratio ¶ uide uer. detractio per totū & maximè in principio & S. Tho. 2. 2. q. 74. per totum, & uer. bilinguis. ¶ Primò, ¶ uerum susurratio sit peccatum. Resp. fm. S. Tho. ubi supra, q. susurro & detractor conueniunt in materia & Et in forma, siue in modo loquēdi, quia uterq; malum occultat de proximo dicit, & differunt in fine quia detractor intendit denigrare famam proximi, unde illa mala de proximo p. fert ex quibus pximus intamari possit uel saltē diminui eius fama. Susurro autē intēdit amicitia separare ut dī. Prouer.

26. susurrone subtracto, iurgia cōquiescūt & iō susurro talia mala pferit de p̄ximo q̄ possunt cōtra ipsum cōmoueri animū audientis s̄m illud Ecc. 28. uir peccator cōturabit amicos, & in medio pacē habentiū immittit inimicitia. vñ susurro in quā tū dicit malū de alio d̄r detrahere. in hoc tū differt à detractore, quia nō intēdit simpliciter malū dicere, sed quiescūt sic illud quod possit animū unius perturbare cōtra aliū ēt si sit simpliciter bonū, & tñ apparēs malū inquantū displicet ei cui d̄r. Not. q̄ susurro aliqñ querit aliqd aliud q̄ sit diuisio, puta quia ponēdo discordiā inter virū & vxorē, abiiitur vxore, & tunc quāuis sit susurro, est tñ magis adulter. No. ēt q̄ formale in susurrone est intētio ponēdi discordiā. Criminator ēt differt à susurrone & detractore: quia criminator est q̄ publicē crimina aliis imponit uel accusando uel cōuitiando quod non pertinet ad detractorem nec ad susurrone, quando est peccatum mortale. uer. detractio. §. 2.

3. ¶ Sedō, ¶ Quid est grauis susurratio, uel detractio? Res. s̄m S. Th. ubi supra, q̄ peccatū in proximū tantō est grauius quantō p̄ ipsum nocuentū p̄ximo infertur, qd̄ tāto maius est quātō maius est bonū quod tollitur. inter cetera uerō exteriora bona p̄minet amicus, quia sine amicis nemo uiuere p̄t, ut patet per philosophū in 8. Etic. vñ d̄r Ecc. 6. Amico fideli nulla est cōparatio. q̄a & optima fama q̄ p̄ detractiōē tollit ad hoc maximē necessaria ē ut hō idoneus ad amicitia habeat, & iō susurratio ē maius peccatum q̄ detractio, & q̄ cōtumeelia, quia amicus est melior quā honor & amari quā honorari, ut dicitur 8. ethic.

DE TABELLIONE.

1. *Tabellio quis dicatur.*
2. *Tabellionem quis possit facere.*
3. *Notarii à talibus constituti an ubique possint conficere instrumenta.*
4. *Religiosus si in seculo fuerat an possit tale officium exercere.*
5. *Tabellio si conficiat instrumenta de actu reprobato à iure an sit puniendus.*
6. *Tabellio quam scientiam habere debet.*
7. *Instrumentorū ad ualiditatē quae requiruntur.*

¶ Tebelliones pro singulis literis diuissio-

auri partē accipere posse, statuit: *Idem s̄m Trid.* dūmodo eis nullū alianū sit constitutū, tunc n. gratis operā suā eos prestare omnino tenent decreuit, contrariis consuetudinibus, potius abusus & corruptelas cassando. Tabelliones uerō, quāuis Apostolica, Imperiali, aut Regia, auctoritate creati fuerint, ab ep̄o tanquā sedis Apost. delegato examinari, eisq̄, non idoneis reperitis exercendi usum perpetuo, uel ad tēpus prohibere statuit, ne horū impericia multarū occasio litū oriatur. Sess. xxi. de refor. ca. 1. sess. xxii. de refor. c. x. Ex. c. 1. de simo. & c. cū ab omni. de uit. & hon. cle. l. 20. à l. 20.



Abellio ¶ d̄r habens publicū officii scribendi instrumēta ad faciendū fidē. c. pe. de fid. instr. d̄r ēt publica persona, quia gerit officii publicū. c. qm̄ contra. de proba. qnq; d̄r seruus publicus, quia seruit publicē exercēdo officii suū. ff. rem. pu. sa. fol. 2. in fin. & c. 2. de usu. l. 6. Itē d̄r notarius de simo. c. 1. Quāque dicitur seriniarius. de rescrip. c. ad audientiam, & de h̄re. c. si. aduersus. Item Tabularius. l. 1. C. de tabul. l. 10.

2. ¶ Primō, ¶ quis p̄t facere aliquē tabellionē. Res. q̄ princeps, & cui ipse cōmittit. Itē reges qui non cognoscunt superiorē, & ciuitates quae habēt iura principū, ut papa, ut uult Inno. in c. eum p. de h. instr. & Bar. in l. infamē. ff. de publi. iudi. Itē d̄r d̄r de aliis magistratibus seu dominis iurisdictionē habēibus respectu iurisdictionis eorū & non solū p̄lati in tēporalibus, sed ēt in spiritalibus, & episcopus in ecclesiasticis potest clericum per totam suam diocēsim. iō. q. 1. c. regenda. Et duz honeste per souz supplem. d. c. quoniam contra.

¶ Sedō, ¶ utrū notarii constituti à relibus possint ubiq; cōficere instrumenta. Res. s̄m Pa. in d. c. eum p. q̄ non, nisi in territorio cōstituentis: vñ creatus ab imperatore nō cōficiet ī terris papae, nec ecōtra, sed bñ instrumēta cōfecta in territorio illius q̄ eum cōstituit ualent ēt extra s̄m eōem opinione, ut no. Pa. in d. c. eum p. utrum clericus possit esse tabellio. uerū clericus. §. 3.

4. ¶ Tertio, ¶ utrum religiosus si in seculo fuerat possit talis officium exercere. Res. p̄ quod

¶ non, nisi cōtra hæreticos, ut no. Io. And. in c. vi. officium. de hære. lib. 6. dicit tamen Guliel. in spe. q̄ uetera poterit complere, sed non noua assumere. l. alienationes. ff. fami. erciscun. de iud. c. i. iudzi. Quomodo prohibetur clericis versu. clericus 3. §. 3.

¶ Quartò, ¶ utrum tabellio puniatur si conficiat instrumenta de actu reprobato à iure. Resp. secundum Pan. in c. 1. de fid. instr. q̄ sic. l. iubemus. C. de sa. san. eccl. gl. in d. l. generali. C. de tabulariis scribis. Et si scribit falsum instrumentum immunitatis puniatur igne. l. 1. C. de immu. ne. conce. lib. 10. si uerò scribat illicitum instrumentum perdit manum. cap. imperialem. §. scriba. de de prohi. feu. alie. per Fede.

¶ Quintò, ¶ quam scientiam debet habere. Resp. Bar. in l. fin. C. de tabula. quòd debet scire summam & similia quæ pertinent ad artem notariæ, alias imputabitur sibi, non tamen tenetur esse doctor, facit quod not. Inn. in c. cum in cunctis, de cle. & ideo par ti tenentur restituere damnum quod impericia dedit, facit l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. pref. & no. Pa. in d. c. 1. Secundum Aug. de Ancho. in lib. de potestate papæ. debet esse de legitimo matrimonio natus, debet etiam esse liber & non seruus. C. de scrib. si tamen se gerit pro libero, ualebunt instrumenta per eum condita, donec de ueritate constiterit, de quo Pan. in c. sicut, ne cleri. uel no. debet etiam iurare quòd fideliter exequatur officium suum, scilicet, quòd de his quæ uidebit, & audiet, & requisitus fuerit, sine diminutione ueritatis, & sine commixtione falsitatis conficiet instrumentum, & iniuncta sibi secreta celabit. Et quòd super contractu usurario, uel in fraudem usurarum initio non conficiet instrumentum scienter. Et quòd tenebit protocola de omnibus instrumentis, quæ conficiet, unde requisitus tenetur tria exemplaria facere, & dare unum actori, aliud reo, & tertium tenere in se protocolo cui magis credetur. Es quòd fidelis erit ei à quo constituitur, & si scierit damnum eius tractari, per se, uel per nuncium reuelabit. Et quòd faciet instrumenta bona fide, remoto, odio, amore, &c. Et quando rogatur compellitur conficere, quia hoc uideret contineri sub eius iuramento, & secundum Hostien. solet requiri sub pœna officii quòd si non fecerit

perius uideretur & quilibet de populo eum requirere potest, unde dicitur seruus publicus, quòd potest limitari quando excusatus fuisse per quinquennium & haberet aliud officium quia tunc non potest cogi. l. 2. C. de tabu. lib. 10. De salario eorum quæ non sunt salariati, posset dici sicut de procuratoribus, uel aduocatis, q̄ si sint iusti & honestæ consuetudines, uel statuta municipalia seruètur, aliàs uideretur quòd ad arbitrium boni uiri, maximè ordinarii reduci deberent. uide uersu. aduocatus. §. 15, 17. & 18. & si faciat contra istud iuramentum, & sit notoriu est periurus & infamis, unde non amplius ualet testimoniū eius, &c. Et tenet de dāno ex sua causa secuto.

¶ Sextò, ¶ que requiruntur ad ualiditatem instrumentorum. Resp. q̄ 14. quæ no. Pan. in d. c. 1. Primò debet imponere pro inuocatione nomen Domini. secundò annum Domini. tertio nomen imperatoris in terris sibi subiectis, uel regis, uel papæ. quartò nomen consulis, sed istud non seruatur. quintò locum contractus. sextò mensem & diem. septimò inditionem. octauò seriem facti. nonò testes. decimò signum consuetum notarii. undecimò, q̄ confecta legantur coram partibus. duodecimò, q̄ sit constitutus notarius ab eo qui habet potestatem. decimotertio, quòd appareat, quòd notarius fuit rogatus. gl. in cle. unica, de iure iur. uersu. requisitus. decimoquarto, q̄ talis notarius sit habilis quia si esset excommunicatus notoriè uel priuatus potestate, & huiusmodi non ualere, uide uer. litera, & uer. scriptura, & uer. probatio quasi per totum. Not. q̄ si tabellio faciat formam instrumenti per aliquem contrahentium ordinari, & deinde ipse redigat in publicam formam, secundum Spe. ualet, ut 12. q. 2. c. cum redemptor. ibi [scribendam dictauimus.] Non tamen debet officiu suum delegare, ut in Auth. de tabel. Utrum testamentum ualet in quo testator relinquit aliquid notario. uersu. testamentum. §. 6.

¶ T A C E R E quomodo dicitur qui tacet. uer. consensus. §. 2.

¶ T A C T V S libidinosus quomodo est peccatum uersu. cogitatio morosa. §. 8. & si. uersu. osculum.

¶ T A L I A uide uersu. pedagium per totum,

rum, & uer. dominus. §. 8. & se. & uer. in-
delitas. §. 10. & se.

DE TEMERE.

1 *Temerè aliquid facere dupliciter contingit.*

1 **T**emerè ¶ dicuntur fieri quæ ratione
nō reguntur, quod dupliciter fit: vno
modo ex impetu uoluntatis uel passionis.
Alio modo ex contemp̄tu regulæ dirigen-
tis. & hoc propriè importat temeritas, unde
uidetur ex ea radice superbiæ prouenire
quæ refugit subesse regulæ alienæ, præci-
pitatio autem se habet ad utrumque, unde
temeritas sub præcipitatione continetur
quamais præcipitatio magis respiciat pri-
mū. Et procedit ex defectu cōsiliū, & est spe-
cies imprudētiæ. hæc S. Th. 2. 2. q. 53. ar. 2.

¶ TEMPERANTIA, vide uer. sobrietas, &
uer. ebrietas, & uer. dementia,

DE TENTARE.

1 *Tentare quid est.*

2 *Tentare Deum an sit semper peccatum.*

1 **T**entare ¶ s̄m S. Tho. 2. 2. q. 97. est expe-
rimentum sumere de tentato, uerbis
aut factis, experiendo an sciat, uelit, aut
possit, aliquid, & hoc siue apertè ut San-
son, proponens se tentatorem, iudi. 4. si-
ue occultè sic Christum tentauerunt Pha-
risæi Matt. 22. siue expressè ut cum experi-
mentum illud intenditur, siue interpreta-
tiue ut si non intendatur experimentum,
aliquid tñ agatur, aut dicat quod ad nihil
aliud uideatur ordinabile nisi ad sumen-
dum experimentum. Igitur expressè Deū
tentamus uerbis cum in oratione ei collo-
quentes aliquid petimus ad dictum experi-
mentum, factis uerò, cum ea intētiōne ali-
quid facimus, sed quasi interpretatiue qñ
deest quidem illa intētiō, sed tamen quod
dicitur aut sit ad nihil aliud uidetur esse
uile, nisi ad illud experimentum. Quando
ergo aliquis propter aliquam necessitatem,
seu utilitatem cōmittit se diuino auxilio
à suis petitionibus uel factis hoc non est tē-
tate Deum, sicut Paulus subsidia tempora-
lia prætermittēbat, ut uerbo Dei expedi-

tius uacaret & soli Deo innitebatur, unde
dicitur. 2. Paral. 20. cum ignoremus quid
agere debeamus, hoc solū habemus resi-
dū ut oculos nostros dirigamus ad te, qñ
uerò hoc agitur sine necessitate & utilita-
te, hoc est interpretatiue tentare Deum, un-
de super illud, Deute. 6. non tentabis, dicit
glo. quòd Deum tentat qui habens quod
faciat sine ratione committit se periculo,
experiens utrum possit liberari à Deo.

2 ¶ Primò, ¶ utrum tentare Deum sit semper
peccatum. Resp. secundū S. Tho. ubi su-
pra, quòd quando quis Deum tentat ut ipse
hoc experiatur, est semper peccatum, quia
hoc proenit ex ignorantia, dubio diuine
perfectionis, & directè opponitur religio-
ni, cum pertineat ad irreuerentiam Dei.
Est tamen minus quàm superstitio, quia
tentans protestatur tūm dubitationem,
superstitiosus autem errorem. Quando uerò
quis sumit experimentum pertinentiū
ad diuinam perfectionem ut aliis demon-
stret non est peccatum, sicut apostoli peri-
uerunt, ut in nomine Iesu Christi fierent si-
gna. Act. 4. Nec est tentare Deū cum subis
iusta necessitas.

DE TEMPORE.

1 *Tempus duplex est, continuum & uile.*

1 **T**empus ¶ s̄m iuristas, est duplex. scō-
tinuum quod. s. continuè currit, die-
bus feriatis, & non feriatis, siue in presen-
tia & absentia, siue sit copia iudicis. C. de
præscr. lon. temp. l. si. Et utile scilicet quod
non currit diebus feriatis, & absentia, die-
bus quibus non est agendi copia, sicut tem-
pus ad eligendum est utile, quia non cur-
rit impeditis, de elec. c. ne pro defectu, uide
glo. in cle. unica, de in inte. restit. Tempus
autem pura anni quando requiratur com-
pletum, uel sufficiat inceptum, uide uerū.
ætas. prin. & §. 1. Adde dictum Pan. in c. ad
nostram, de regit. q. in dubio iuris, tenen-
dum est quod ad dignitates in quibus fauor
consideratur, q. annus inceptus habetur p.
completo secundū gl. ibi. quod tñ fallit
in Episcopatu, ubi est speciale quòd sit cō-
pletus. In obseruatione autem regulæ, ubi
est grauitas & labor, & sic odium, exigitur
completus. ar. c. quia in iusulis. de regu. &
hic

fic intelligitur. 20. q. 2. c. si in qualibet: & c. 1
 significatum. de regu. Regulariter debet ef
 se completus.

D E T E S T A M E N T O.


- 1 Testamentum quid est.
- 2 Testamentum quis facere potest.
- 3 Testamentum qui facere non possunt an dispo
 ve possint ad pias causas.
- 4 Testamentorum quot sunt species.
- 5 Testes quot in testamento requirantur.
- 6 Testamentum factum corā duobus testibus num
 quid valeat in foro anime.
- 7 Testes qui esse non possint in testamento.
- 8 Testamentum ex quibus causis dicatur nullum.
- 9 Testamentum ex quibus causis irritatur, et rum
 pirur.
- 10 Legata facta in testamento nullo vel irritando
 an debeantur.
- 11 Testamentum ultimum an semper valeat.
- 12 Testamentum primum an fieri possit quod non 2
 rumpatur.
- 13 Testamentum an teneat per illam clausulam in
 fine additam. Si non valet iure testamenti, ua
 leat iure codicillorum &c.
- 14 Testamentum in quo a codicillo differat.
- 15 Heredis institutio an possit committi in alterius
 voluntate expressè.
- 16 Testatoris voluntatē non implentis quæ sit pena.
- 17 Heredis institutio commissā dispositioni alterius
 an valeat.
- 18 Institutio an incerte persone fieri possit.
- 19 Heredis institutio an fieri possit sub conditione.
- 20 Heredis institutio an possit fieri in certa parte.
- 21 Heredis institutio quot modis fiat.
- 22 Heredes sui, necessarii, extranei qui dicantur.
- 23 Testamentum faciens uir relinquens certū quid
 uxori, si mutet testamentum non facta memio
 ne de hoc, an uxor debeat habere sale quid.

¶ Testamentorum executores esse Episco
 pos declarauit sancta synodus Triden. ut
 eorum relicta pia persoluantur, ne ue fi
 delium animæ defraudentur. atque ut fa
 cilium impleantur, Epitepos tanquam se
 dis Apostoli, delegatos posse ea commu
 tate concessit. Sess. xxiij. de reform. cap. vj.
 & viij. Sess. xxv. de reformat. cap. iij. Ex
 clem. quia contingit. de relig. domib.

LEON. à LEGE.

T Estamentum ¶ secundum Pan. in Ru
 brica. de testa. est nō voluntatis nostrę iu
 sta sententia, de eo quod quis post mortem
 suam fieri uult, cum hæredis institutione.
 l. i. iuncta glo. ff. eo. & bene dicit. iusta sen
 tentia. quia si est iniusta, puta uult exhære
 dare filium sine caulā, non esset seruanda.
 l. 3. q. 2. cap. si quis. Aut si præcipiat corpus
 suum iactari in mare. ff. de condi. institu. l.
 quidam suo testamento. Vel contra bonos
 mores, uel pietatem, aut uerecundiam. l.
 cōditiones. ff. de cond. inst. & l. filius ibidē.
 Item oportet quod instituat hæres: quia
 sine eius institutione non erit testamētū.
 ut Insti. de lega. §. ante hæredis, & sic dif
 fert à codicillo, quia per codicillum non
 potest dari hereditas uel administratio. In
 sti. de codicil. §. codicillus. Vide infra §. 12.
 & se. Nec comprehendit donationem cau
 sa mortis. quæ est quasi quædam ultima uo
 luntas, de quo uer. donatio causa mortis.

¶ Primò, ¶ quis potest facere testamētū.
 Resp. secundum Pan. in Rubri. quod edi
 ctum de testamento est prohibitorium. om
 nes ergo possunt testari qui non sunt prohi
 bitū expresse. Prohibetur autem primò sti
 riosus, seu mentecaptus qui nō habet lucida
 interualla. c. si. de testa. l. furiosusum. C. q
 testa. fa. non possunt. Secūdo furdus & mu
 tus à natiuitate, secus à casu si scit scribere.
 l. discretis. C. qui testa. fa. non po. vbi dicit
 Bar. q. furdus tantum pōt testari, similiter
 mutus tantum. Tertio non ualens articula
 re loqui, ita ut non possit exprimere nomē
 hæredis, nec scit scribere. l. iubemus. C. eo.
 ti. Quarto impubes. Insti. quibus non est
 per. fa. testa. §. præterea secundum Pa. in c.
 Raynuius. de testa. in prin. puer quatuor
 decim anno testari pōt. Quinto filius fami
 lias nisi de castrēsi peculio, uel quasi in c. li
 cet. de sepul. li. 6. & l. pen. C. qui testa. fa. nō
 po. q. limita ut supra uer. religio. §. 35. Sex
 to prodigus cui est interdita à iudice bō
 notū administratio. l. is cui. ff. eo. ti. sed te
 stamētū ante factum ualebit ut ibi. Septi
 mo damnatus ad mortē naturalem uel ci
 uilē ut sunt deportati et si fugiant de ma
 nu iudicū, ut ff. eo. ti. l. eius. & l. qui ulōmo
 supplicio, & ibi. Bar. Et damnati ad perpetuos
 carceres. l. 2. ff. de publi. iudi. secus si
 esset damnatus ad pœnam inferiorē, puta
 ad truncationē manuum uel ad erudum
 oculum.



oculum, uel huiusmodi. Octauo manifestus usurarius nisi præter prius cautionem sibi formam cap. quamquam. de usu. lib. 6. uide uer. usurarius primo. §. 1. pœna sexta. Nono excõdicatus sibi aliquorum opinio- nem, quam sequitur gl. in c. decernimus. de sen. exc. li. 6. sed cõtrarium cõiter tenetur, & Pan. in c. ad probandum. de re iudi. quia comparatur relegato, uide uer. excõdicatio prima §. 14. & uer. interdicitum primo in prin. vñ decima. conuenientia. Decimo seruus. 13. q. 2. c. illud. & l. filius. ff. eo. tit. uide aliquid. uer. libertus. §. 2. & uer. manumissio. §. 3. vñ decimo. Quilibet religiosus qui profiteretur tria uota substantialia. c. 2. de testa. 12. q. 2. c. non dicatis. intellige prout de claratur. uer. religio. §. 3. & seq. & præcedentibus, & §. 42. & uer. episcopus. §. 6. circa si. secus de his qui nõ profiterentur. & c. ut sunt eremita, & hmoi. 19. q. si. §. econtra paulus. duodecimo hæreticus, quia omnia bona sua sunt confiscata ipso iure. c. cum sibi leges. de hære. li. 6. uer. hæreticus. §. 4. & se. & uer. assalinus. §. 1. & uer. si. excõdicatio. 5. casu. 2. §. 9. decimo tertio dubius de statu suo utrum possit testari. l. de statu. ff. eo. tit. exem- plum captus à latronibus dubitat utrũ sit seruus, uel liber, ut in l. in prin. ff. de le. 3. Decimo quarto obfides, intellige de illis christianis apud infideles datis. aut de illis qui erant captiui populi Romani, non aut de obfidebus qui dantur ab una ciuitate ad aliam ut legitur & no. in l. obfides. ff. eo. tit. Decimo quinto damnatus ob carmen famosum seu libellum in iniuriam alterius, quia etiam infamis efficitur. ut in l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. eo. tit. Bar. tñ ibidem & cõiter tenetur qd ex alia causa infames nõ prohibentur testari. Decimo sexto reus criminis læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. 6. q. 1. c. quero. §. verum. Decimo septimo qui est apud hostes captiuus. l. eius. ff. eo. tit. intellige istud de hostibus imperii Romani. Decimo octauo utroque carens lu- mine, hodie tñ testatur dummodo seruet qd no. in l. hac consultißima. C. qui testa. fa. po. que sunt ista secundum Ang. Arc. Inst. non est per fa. testa. §. cecus. primò, qd sint septem testes, & notarius, uel alius loco notarii, specialiter ad hoc uocatus. secundò qd prædictos coram se aduocet & manifestet qd uult testari sine scriptis. tertio qd in prin-

cipio testamenti, & ante legata fiat institutio hæredis. quarto qd faciant legata & fideicommissa. quinto qd notarii manu omnia scribantur in præsentem testamentum. sexto qd prædicti testes fe subferant & etiam tabellio. septimo qd tam à testibus quam à tabellionibus uel ab alio teste loco tabellionis posito sigilletur, ita qd sint octo sigilla. octauo qd de his omnibus notarius faciat mentionem, fallit hæc sibi Bar. ibidem nisi testetur inter liberos: quia tunc sufficiunt duo testes. hoc idem seruandum est in codicillis cæcorum, ut d. l. hac consultißima. Decimono nõ qui cardinales infecutus est hostiliter uel percussit aut ceperit uel socius, fuit aut fieri mandauerit, aut consiliũ uel auxiliũ dederit, uel fauorẽ, uel ratũ habuit, nec talis ex testõ aliorũ aliqd accipere potest, nec ex successione. c. felicitas. de pœ. li. 6. uer. excõdicatio. 5. casu. 2. §. 1. & 9. in si.

¶ Secundo, ¶ utrum præfati qui testamentum non possunt facere possint disponere ad pias causas. Respon. qd non primi nec quarti, similiter nec quinti, nisi de peculio castrensi, uel quasi. secundum Bal. in l. 1. C. de sa. san. ecc. & not. in d. c. licet, nec sexti nec septimi, nec octaui, similiter secundum Bar. & idem dicit de quolibet decedente in mortali, sed Pa. in Rubrica in hoc ultimo tenet contra & uerius quia ecclesia recipit oblationes publicorum peccatorum nisi ubi specialiter prohibetur. ut patet in glo. in c. oblationes. 9. dist. ergo forius eleemosinas. Nec. x. sicut. xj. nec xij. nec 16. nec 17. De. 13. est dubium secundum docto. sed Pa. ubi supra tenet qd possunt. Alii autẽ qd sic etiam si loqui non possunt dũ signis annuunt. unde Bal. ponit quoddam exemplum de quoddam qui per signũ aperuit librum. Quid si aliquis aliquem testari prohibuerit. Resp. ab eius hæreditate erit repellendus. ut. C. si quis. al. te. prohi. l. secunda.

¶ Tertio, ¶ testamentorum quot sunt species. Respon. duæ. una dicitur testamentũ nuncupatiũ & sine scriptis, & est illud in quo testatoris & hæredis & legatorum nomina & oia que in eo continentur, corã testibus nuncupantur. i. manifestantur, & dẽ sine scriptis. i. subscriptione testũ, & alie solemnitatibus que requiruntur in testõ in scriptis facto. de quo in l. hac consultißima. C. de te. & et qd sine oĩ scriptura inde facta

potest quis testari nuncupative, dummodo coram testibus & conditione legitimis nuncupet heredem, & sua explicet uoluntate. Insti. de testa. §. si. Ideo si quis non habet notarium, aduocet legitimum numerum testium & explicet nomen heredis, & alias institutiones & legata, & roget eos, ut sint testes & ualebit. Aliud dicitur testamentum in scriptis, & istud potest facere quisquam, uel uult quod testis uel aliquis non sciat sua dispositio nem, unde requirit multa de substantia ut in l. iubemus. C. de testa. & d. l. hac consultissima. & nisi quis sit bene doctus, facilius errabit in ipso conueniendo, de quo supra §. 1. 18. modo. Aduerte quod quis potest relinquere sic dicendo coram notario, & testibus. Volo quod heres meus faciat in omnibus, & per omnia prout continetur in quadam mea cedula scripta manu mea, quae est apud talem religiosum & ualebit. *Em Alex. de Imo. in l. stipulationum. §. illud. ff. de uerb. oblig. & Bar. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. ratio quia licet in testamento nuncupatio debeat palam nuncupari quae sunt ut ad testibus audiuntur. l. heredes palam. in princ. ff. de testa. & in l. iubemus. C. e. tit. tamen quia paria sunt implicitae & explicitae exprimere. d. §. illud. & d. l. si ita scripsero. ideo ualet. Sed uideat qui sic uult quod taliter litera sua cognoscatur, ut non sit dubium de ea quia aliter esset periculosum. Sed non ualeat institutio heredis, si diceret instituo heredem illum cuius nomen in quadam mea cedula apud talem: secundum Barto. in d. l. si ita scripsero quem sequitur Bald.*

¶ Quarto si quot testes requiruntur in testamento. Respond. quod septem legitimi & quod sint rogati, unde si testamentum sine scriptis habeat minus quam septem, uel non sunt rogati, non ualet. l. heredes palam. §. penult. ff. de testam. fallit in testamento caeci. ubi sunt necessarii. 8. In testamento rustici in rure facti, ubi plures non possunt inueniri sufficiunt. 5. In testamento facti inter liberos similiter sufficiunt duo. secundum Bald. in d. l. hac consultissima. In testamento facti in praesentia imperatoris precibus sibi porrectis, ut audiat sufficit unus. An autem notarius computetur pro uno dicendum quod sic.

Secunda Pars

sed cautius est quod sint septem praeter eum. Insti. de testam. §. si. de proba. cap. quoniam, & in d. l. hac consultissima. & l. omnium. C. de testam. In testamento militis in exercitu, sufficiunt duo testes, & in bello prout uoluit. l. milites. C. de mili. testa. uide infra. uer. testis. §. 5. & uer. miles. §. 1.

¶ Quinto si sed nunquid in foro animae, ualeat testamentum factum coram duobus testibus solum. Respon. Pan. in cap. cum esses. de test. tenet quod in dispositis ad pias causas tenet & in hoc conuenit concordant doc. In aliis uero scilicet non ad pias causas. Pa. tenet quod ultra duos testes requiruntur praesentia sacerdotis parochialis, uel loci eius duo alii testes, aliter non ualet, nec requiritur quod sint rogati, uel quod sint masculi omnes, uel quod haereditas sit adita. Quidam tenent indistincte, quod ualeat coram duobus quod posset sustineri si non subesset suspicio fraudis, quia tunc cessaret ratio legis, si uero sit suspicio fraudis uidetur requiri solennitas iuris ciuilibis. & ad cap. cum esses, & capitu. relatum. el primo. co. titu. dicitur quod habent locum in terris ecclesiae, ut patet ex eorum subscriptione. Quidam uero dicunt simpliciter quod in terris imperii ad non pias causas requiritur solennitas legis ciuilibis, & haec opinio consuetudine roborata uidetur seruanda per l. minimè. ff. de legi. & secundum istam opinionem uitatur correctio legis, & ideo tenenda. Panormitan. in capitu. cum esses. de testi. solenni repetitione post magnam disputationem concludit, quod ecclesia improbauit rigorem iuris ciuilibis quatenus in testamentis exigat septem testes & prouidit falsitati statuendo quod adhiberetur praesentia presbyteri parochialis, ex quibus elicit duas conclusiones. prima. quod testamentum coram duobus testibus, & presbytero parochiali, seu coram quatuor testibus sine praesentia presbyteri etiam non ad pias in initum nedum in foro canonico, sed etiam in foro ciuili, roboris obtinet firmitatem, ex quo inseritur correlarium quod iura ciuilia septem, uel quinque testes in testamento de necessitate exigentia, hodie locum sibi minimè uendicant. secunda conclusio, quod licet ualeat testamentum coram duobus testibus, ad pias causas condi-

Sum, Tab.

zz

1111

tū. In aliis tñ si defuit parochialis presby-
 teri pñtia, licet duo, uel tres testes adhibiti
 fuerint nedū in foro ciuili, sed et canonico
 pñt impugnari, ex quo inferitur correla-
 riē, q̄ ad ualiditatem testamenti non ualet
 nisi proprius sacerdos parochialis: & c. hæc
 ille. Non tñ, q̄ si pia causa tractetur coram
 iudice seculari terminari dēt fm canones;
 & non fm leges. fm communiter. Doc. &
 nō solū in terris ecclesiæ, sed et imperii. Et
 Inno. & D. Ant. dicit q̄ si statuto cauetur,
 q̄ nō ualeat testamentum uel ultima uolū-
 tas nisi positum in memorialibus uel regi-
 stratum tale statutum non ualet in relictis
 ad pias causas. similiter si statutū dicat, q̄
 mulier non possit testari sine uoluntate cō-
 sanguineorū: ut nota. Pa. in d. c. relatum.
 Et ex prædictis patet q̄ ualet testamentum
 ad pias causas, licet in testamento non fue-
 rit institutio hæredis, uel non adita hæredi-
 tate, uel non facta infinuacione testamenti
 infra rātum tempus, uel ubi de fuerit alia
 solēntas iuris positiui. nā sufficit solēntas
 iurisdictionis uel diuini, ut i ore duorū: & c.
 Et not. q̄ sicut in relictis ad pias causas suf-
 ficiunt duo testes, ita ad reuocandum tale
 relictum. s. quando primum relictum fuit
 etiam factum coram doobus testibus secu-
 dum aliquos. Item si uoluntas fuit perfe-
 cta ratione uoluntatis, sed non publicata
 prout testator uoluit, ut quia testator testa-
 mentum manu sua scripsit uolens postea
 illud redigi in publicam formam per ta-
 bellionem, sed morte uel furore præuentus
 est, antequam tabellio, & testes uenirent,
 ualebit tale testamentum quod ad pias cās,
 dummodo constet illum fuisse scripturam
 dicti testatoris fm Bar. in l. in testō. ff. de
 fideicom. liber. quia licet non sit perfecta
 uoluntas est tñ uoluntas, & dicit se in fa-
 cto consuluisse, & placet Pa. in c. 1. de suc-
 ce. ab intesta. Et etiam in casu quo testamē-
 tum adhuc non fuisset perfectum, puta,
 quia incepit facere testamentum etiam
 per tabellionem, & non perfecit morte,
 uel furore præuentus, quia sufficit, q̄ lega-
 rum, uel dispositio erat perfecta, puta quia
 transferat ad alia legata. Nam non potest
 negari quin hic sit consensus naturalis, &
 sic fuit perfecta ratione uoluntatis licet
 non ratione solēntatis, & Pa. dicit idem
 forte potest teneri inter liberos per l. fin. C.

famil. ercif. Et not. q̄ secundum conscien-
 tiam dummodo constet per duos testes te-
 net siue ad pias causas siue ad alia. Vide
 iter. legatum. §. 7.

¶ Sexto, ¶ qui sunt qui non possunt esse te-
 stes in testamentis. Respon. q̄ omnes qui
 pro testibus reprobantur à iure ut infra
 ver. testis. Item in testamento specialiter
 non potest esse mulier, ff. de testam. l. qui
 testamento. §. mulier. Ideo quo nor. secu-
 dum Ange. de Arc. Insti. de testam. §. testes.
 quod mulier in testamento pagani regu-
 lariter non potest esse testis. ut ibi nec in
 contractibus, sed in testamento facto in-
 ter liberos in quibus non requiruntur tes-
 tes de solēntate, & in testamento mili-
 tis, & ad pias causas in omnibus his po-
 test esse testis: ad hoc est glo. ordinaria
 in l. fin. in fin. C. de codic. ex quo infer-
 tur, q̄ cum hodie ut plurimum apponatur
 clausula in testamento, si non ualet iure
 testamēti ualeat iure codicillorum, quod
 si mulier adhibeatur in testem, q̄ si non
 ualeat ut testamentum, ualebit ut codicil-
 lus. uer. testis. §. 13. Item Hermostoditus in
 quo præuolent muliebria. l. queritur. ff.
 de sta. hom. Item ille cui est hoc interd-
 ctum per statutum, uel à iudice, & genera-
 liter secundum Ange. cui prohibetur esse
 testem in aliis negociis. Item seruus, se-
 cus de illo qui reputabatur liber. Item om-
 nis qui habet in potestate hæredem sicut
 pater, auus, & similes, probantur hæc In-
 sti. de te. §. testes. & §. sequen. Item qui
 non est testamenti capax sicut spurius tes-
 tatoris, hæreticus, damnatus ad metallum
 & similes. Item quos leges improbos, & in-
 testabiles iubent esse. ut sunt de crimine
 famoso damnati, & muliebria passi. ff. de
 testi. l. ob carmen. Item legatarius non po-
 test esse nisi quod ad quæstionem uertentem
 inter hæredem, & extraneum. Insti.
 de testamen. §. legatarius, sed quod ad fa-
 ctum suum inter se, & hæredem non pot.
 secundum Ang. filius legatarii potest esse
 testis. uer. testis. §. 1. Item fideicommissa-
 rius generalis, non potest esse testis in tes-
 tamento, quia est iuris successor, ut l. 1. §.
 1. ff. ad Trebel. idem dic in executore ul-
 timarum uoluntatum, quando aliquid sibi
 relinquatur in testamento. Sed quid si in-
 stituitur monasteriū ab sui religiosi pos-
 sante

Ant esse testes. Ang. Inst. de testa. §. sed neque, dicit q̄ sic ut in c. insuper. de testi. sed quid in uilla uel uniuersitate. dic quod aut ex tali negotio resultat commodum tam in uniuersali, quam in particulari, & tunc illi de uniuersitate non possunt esse testes. quia testificarentur in causa propria particulari, pro particulari utilitate, quod non debet fieri l. omnibus. C. de testi. & ibi docto. Aut resultat tantummodo utilitas in cōi, & non in particulari, & tunc illi de uniuersitate possunt esse testes, quia quod est uniuersitatis non est singulorū, ut in l. instantū. §. uniuersitatis. ff. de re. diu. uer. testis. §. 1. Quid si testator legat aliquid tabellioni conscienti testamentum nuncupatiuum quod fieri potest. ut. C. de testa. l. distantibus, nunquid ipse tabellio potest sibi illud ascribere. R. esp. Spe. in titu. de instr. edic. q̄ sic, nec incidit in penam legis. cor. de fal. nec ob. l. 2. C. de his. qui. sibi. in re. a. sci. Illud enim habet locum in eo qui dicit, & scribit testamentum, quod d̄ in scriptis in quo non publicatur coram testibus quæ ibi scribuntur, cuius uires oēs dependent ex scriptura illa, secus in nuncupatiuo, quod fit hodie, quia ibi fit scriptura solum ad memoriam non ut uires testamenti dependant ex illa, & tale testamentum recitatur coram testibus, ideo non est tanta suspicio falsitatis, & hoc dicit expressè gl. in d. l. 2. q̄ sic dicit, dictasles, & scripsit ses, intellige de uoluntate testatoris, secus si dictasles tantum, quia tibi possit legari. Idē tener. Bart. in l. 1. ff. ad l. Cor. de fal. dicens, q̄ opinio Speculatoris cōsuetudine approbatur, & practicatur Bononiæ. Idem dicitur de testibus in d. l. distantibus. ubi dicitur in text. Testibus etiam ad efficiendam uoluntatem adhibitis pro suo libito quod uoluerit testator relinquere non prohibetur, non ob. d. §. legatarius, quia intelligitur, ut dictum est.

8 ¶ Septimò, sex quibus causis dicitur testamentum nullum. Respon. quod loquendo de testamento nuncupatiuo, & sine scriptis ex quatuor. Primò si testator non erat habilis ad testandum. Secundò si instituit hæredem non capacem, uel nullum instituit hæredem. Tertiò si præterit iam natum quem instituere, uel ex hæredare debuit. Quartò si non sit legitimus numerus te-

stium, & rogatorum.]

9 ¶ Octauo, ¶ quò testamentum tenuit, sed tñ irritatur, q̄ rumpitur. Res. q̄ ex septem causis. Primò, quò testator non præuidit de posthumo qui post testamentum est natus, si tamen idem posthumus moreretur ante mortem testatoris testamentum non rumpitur, quò ad effectū. Idē dic quasi posthumis ut est arrogatus, ut ille qui tempore testamenti non erat suus, sed tempore mortis sic. Item quò causam exheredationis improbat hæres suus, & per sententiam rescinditur. Item si testator patitur capitis diminutionem nisi iterum fiat ciuis Romanus, uel iui iuris. Item per secundū testamentum primi reuocatorium. Item si hæres nō adiuit hæreditatem, uel ante apitam decessit, uel conditio sub qua institutus fuit, defecit, & similia, de quibus Insti. quibus mo. testa. infr. per totum.

10 ¶ Nonò, ¶ utrum legata facta in testamento nullo uel irritando debeantur. Respon. q̄ quando testamentum est nullum ex præritione posthumorum, uel quasi uel rescinditur per sententiam proposita querela de inofficioso, uel contra tabulas, sic legata debentur, licet institutio non teneat. C. de liberis. prære. auth. ex causa, similiter dicendum si testamentum rumpitur ex falsa causa. ut puta. A. instituit. B. & substituit eidem. B. C. moritur B. testator. A. facit aliud testamentum dicens, quia hæredes habere uolui, & non possum. tu. D. esto hæres, licet enim. C. rumpat quantum ad restitutionem tamen legata debentur. Si uerò testamentum nullum, puta quia instituit hæredem non capacem, uel nullum, quia nō fuerunt testes debiti tunc an debeantur legata, est differentia inter Doc. ut dictum est uer. hæres. §. 4. & supra §. 5.

11 ¶ Decimò, ¶ utrum ultimum semper ualeat. Respon. secundum glo. in cap. licet. de consti. lib. quod sic, allegat. cap. ultima uoluntas. 13. q. 2. ff. de lega. 1. l. si mihi. etiam si de primo non faciat mentionem. fallis in duobus casibus, primò in testamento factò inter liberos. C. de testam. auth. hoc inter liberos. secundò cum ipse testator legem sibi posuit uidelicet si fecero aliud testamentum non ualeat nisi fecero mentionem de alio; tunc oportet faciat mentionem aliter non ualere ultimum. ff. de leg.

§. 1. si quis. Item si *fm* testamentum sit sub conditione, quæ est de præterito, uel præsen-
ti, puta instituo hæredem Titium si Sem-
pronius esset uel fuit consul, tunc si conditio
est, uel fuit, uera, rumpitur primum: si uero
non est uera, non rumpitur. Si uero testa-
mentum sit sub conditione futura, tunc si
conditio est possibilis etiam si non adue-
niat, rumpitur primum testamentum, simi-
liter si conditio sit impossibilis habetur pro
non adiecta, & rumpitur primum, ut habes
in l. cum in secundo testamento. ff. de iniu-
sto. ru. te. Quid si quis uellet cassare primū,
& non uult facere secundū. Resp. q̄ non
pōt nisi iam post conditum sit lapsus de-
cennium, & coram tribus testibus dixerit
nolle ualere primum. C. eo. l. sancimus.

¶ Undecimò, ¶ utrum sit dare remedium
pp̄ quod primum testamentum non possit
rumpi. Res. Ang. de Are. Insti. qui. mo. test.
infr. §. ex eo. dicit, q̄ non in effectu, siue iu-
ratum fuerit non condere aliam volunta-
tem siue dicatur, nolo aliam uoluntatem
uolare, nisi sit in ea infera tora Aue Ma-
ria: &c. siue dicatur si contingat me aliam
uoluntatem condere, ex tunc donatione in
ter uiuos dono dicto hæredi instituto bo-
na mea, uel centum. siue dicat, si contingat
me aliud testamentum facere, ex nunc pro
ut ex tunc, dico & declaro non esse meæ uo-
luntatis condendi testamentum. & iste est
salubrior modus, qui fieri possit *fm* Cy. &
Doc. in l. sancimus. C. de testa. tamen potest
reuocari, quia semper potest reuocari pri-
mum dummodo q̄n̄ habet clausulam dero-
gatoriam fiat mentio de d. clausula saltem
in specie, dicendo quamuis in primò sit
clausula derogatoria, q̄ aliud testamentum
facere non uoleam, uel dixerim, q̄ nō erat
meæ intentionis aliter testari, uel similia.
Ista est cōis sententia doc. No. et q̄ per po-
sterius testamentum imperfectum, uel aliā
ultimam uoluntatem non solemnem non
tollitur primum ut d. §. ex eo. ex quo An-
ge. ibi infert, q̄ licet testator coram septem
testibus dicat non uolo tale testamentum
meum ualere, tamen non tollitur, & est ra-
tio *fm* Bar. in l. si iure. ff. de le. 3. quia ista
uoluntas non est potens parare uiam ad eū
di hæreditatem de iure ciuili alicui: ideo,
non potest tollere primum testamentum
ut l. cum in 2. ff. de iniu. ra. testamento. se-

condò infert q̄ in testamento nūcupati-
uo redactò in scripturā non p̄t tolli per te-
statorem corā septē testibus, & hoc uerum
nisi per cūrsū decennii, quia tunc nuda
uoluntate tollitur, & hoc si per testes ido-
neos non minus tribus, uel aliter acta ma-
nifestauerit. ut l. sancimus. ff. de testa.

13. ¶ Duodecimò, ¶ quid si testm̄ sit cū clausu-
la in fi. q̄ si non ualeat iure testamenti ualeat
iure codicillorum saltem, uel iure cuiuscūq̄
que alterius ultimæ uoluntatis ualere uo-
luit, & tenere. Rñ. q̄ si testm̄ patiat̄ defe-
ctū uel iuris repugnantia in his quæ sunt
de substantia eius, nihil facit hæc clausula,
nisi testetur inter liberos *fm* cōem opinio-
nem. Si uero patiat̄ defectum solemnita-
tis debet sic ualere iure codicillorum. C.
de codi. l. si. dummodo solemnitas sufficiet
codicillo sit apposita. s. quinque testes, licet
non rogati, & sic legata in eo relicta debent
ur. Insti. de codi. in prin. Et institutio quæ
erat in eo scripta licet directa uideatur tū
in casu fideicommissi conuertitur. l. seuola
ff. ad Treb. Et ab intestato aduenientes ac-
cipient hæreditatem, & quasi rogati uideā-
tur, restituere tenentur instituto per fidei-
commissum. ar. C. fideicommissis. l. eam
quam frater tuus. Et secundū Ang. de
Are. Insti. de codi. Ista clausula duo opera-
tur. primò, quia apposita in testamento se-
cundi non ualidi tollitur primum testa-
mentum quò ad legata ut no. Bar. in l. si iu-
re. ff. de leg. 3. secundò per id quod dicitur
de d. clausula, q̄ operatur repetitionem le-
gatorum à uenientibus ab intestato. ut no.
gl. & doc. in l. i. ff. eo. est uerum. quo ad eos
qui sunt in primo gradu, & non quo ad
alios. unde si priores ab intestato repudiāt
hæreditatem, & sequens admittitur non
teneretur ad dicta legata. ut gl. sing. secundū
Ang. in l. non iustam. C. ad Treb.

14. ¶ Terriodecimò, ¶ in quo differt testa-
mentum à codicillo. Respond. quòd in
octo. Primò, quia in codicillis non potest
fieri certa institutio, sed fideicommissio.
secus in testamento. Secundò, quia per
codicillum non admittitur hæreditas hæ-
redi. instituto per testamentum nisi in
uno casu, quando in codicillo dicit hære-
dem institutū non mereri uoluntate suā,
quia tunc tāquā indigno auferet hæreditas
siue sit solus hæres, siue sit unus de plurib.

idem dico de omnibus, si sic dicat omnes non mereri. l. diui. Severus, & Antoninus. ff. de adi. lega. In reliquis uerò fideicommissis, vel legatis in testamento bene potest fieri per codicillum adimere. Insti. de adop. lega. per totum. Tertio, quod exhereditatio non potest fieri per codicillum. Insti. de codi. §. codicillis. Quarto hæredi purè instituto per testum non potest conditio adici in codicillo, quæ oblit sibi. Insti. de condic. §. & directo. Quinto, quia hæredi instituto in testamento non potest substitutio directa fieri in codicillo, licet facta subtrahatur ad fideicommissionem, quia uerò testator rogare institutum ut hæreditatem restituat illi quem in codicillo substituit ei. l. sceuola. ff. ad Treb. Sexto, quia in codicillo sufficiunt quinque testes etiam non rogati. C. de codic. l. si fallit hoc in codicillo cæci de quo supra. §. 1. casu 18. sed in testamento septem rogati de quo supra. §. 4. & in codicillo, restus potest esse uxor, sed non in testamento. l. qui testamento. §. mulier in test. ff. de testa. uer. testis. §. 6. Septimo, quia potest quis decedere pluribus codicillis relictis ualidis nisi sibi contradicant. ff. de iure codi. ci. l. diui. Severus. sed non pluribus testamentis. Octauo, quia si quis dum esset filius fideicommissum in codicillis reliquerit, & postea paterfa. decesserit eadem uoluntate durante ualebunt codicilli. hoc autem esse non potest in testamento. ff. de leg. 3. l. 1. sed si filius fam. Ex quibus patet, quod codicillus est quædam sine institutione dispositio uoluntatis, quæ sicut testamentum ita codicillus morte confirmantur. C. de cadu. toll. l. unica.

¶ Decimoquarto, si utrum hæres institutio possit committi in alterius uoluntate expresse. Respond. quod non: immo oportet, quod ore proprio nomen hæredis exprimat uel per propriam scripturam. l. hac consulsissima, & l. iubemus. eo. Immo tenuit. Io. And. in addi. ad Spe. eo. ritu. post Albertum Papiensem, quod si quis ad interrogationem alterius, puta dicentis, uis talem constituere hæredem. Respond. sic, non ualere testamentum, quamuis glo. in d. l. iubemus, teneat contrarium, tenetur tamen in ea. cum tibi eo. ti. quod de æquitate canonica ualeret, limitat hoc distinguendo Bar. Innoc. & Host. in d. c. cum tibi. quod aut committitur in uoluntate hæredis. s. an uoluerit esse

hæres, uel ne, & sic ualet. l. uerba hæc. ff. de condit. instit. aut committitur in uoluntate alterius ab hæredes expressè. ut puta in situo hæredem quem Titius uoluerit, & sic non ualet. ff. de hære. instit. l. si quis Sempronium, & l. captatorias. si tamen quis ita diceret, committo omnia bona mea arbitrio Titii, uel dispositioni Titii, ualet, & Titius tenetur distribuere in piis causis: in quibus habemus regulam iuris humani, gentium, & diuini quæ est, quod primò in omnibus dispensetur in religionem diuinam ut peccata elemosinis redimantur, & sic dispensando non potest uelle aliud, quam uoluntas testatoris, sed si dispensaret in profanis cum nullam habeat regulam non posset alio modo dispensare, quam sit uoluntas testatoris, & hoc sequitur Bar. in l. 1. C. de sa. san. eccle. & Panor. in d. cap. cum tibi.

¶ Decimoquinto, si quæ pena non implentis uoluntatem defuncti. Respon. quod autem est hæres extraneus, & sic perdit totam hæreditatem, de uoto. ca. licet. r. 1. q. 1. c. Siluester. de testa. cap. si hæredes. Si uerò hæres est filius, tunc si hæreditas est diuisibilis, amittere solum reseruata sibi legitima. C. de fideicom. auth. hoc amplius. Si autem est indiuisibilis, puta quia ducatus, regnum, & huiusmodi, sic totam perdet. d. cap. licet. in fi. & hoc intelligo in dispositis in testamento, quæ ire habent auctoritatem, ut sunt legata, & substitutiones, & huiusmodi. In aliis autem necessariò hæres seruare non tenetur, ut si præcipiat filiis, quod stent simul usque ad tale tempus, uel quod nubat tali uel quod non nubat, & huiusmodi, sed si testator uult in huiusmodi hæredem obligare efficaciter addiciat penam, hæredem damnando. in legato præstando causa penæ, puta. Petre hæres meus esto, dato centum Titio si tale quid non feceris: &c. quia sic tenetur tale legatum dummodo quod præcipitur non sit impossibile uel turpe, uel contra legem. Insti. de lega. §. penæ quoque. Pa. in c. si hæredes. de testam. in glo. 1. sic distinguit dicens, quod si res legata est in patrimonio testatoris debet solui sine mora, nam dominium addita illi: cò hæreditate transit in legatarium. l. si liber homo. ff. de lega. 1. & l. cum res. Idem dicendum in pecunia legata, potest igitur compelli ad soluendum legata, anni lapsu non

expectato, & hoc casu rectè potest intelligi rex. d. c. si hæredes. ubi nulla fit mentio de anno, nec q̄ hæres non impleuerit tempore debito Episcopus debet interdiceret, & sequestrare omnem rem hereditariam, ut sic indirectè satisfaciatur uoluntati defuncti, & maximè ad pias causas. Idè puto in relictis ad non pias causas, quia iste rex generaliter loquitur. Si autem hæredes negligunt soluere legata ad pias causas ultra sex menses à tempore insinuationis testis. coguntur postea soluere cū omni emolumento inde habito, & interesse, & hoc in pœnam negligentis, ut in Authen. de eccl. ti. in §. si autem legatum. Nam quandoque episcopi sunt negligentes ad interdicens bonam, uel fortè legata sunt occulta. vnde si hæres differat soluere ultra sex menses incurrit illam pœnam non tamè sequitur, quin possit prius compelli ad soluendum, ut dictum est. Et si hæres negat hæc legata ad pias causas, & perseverat in negatione, usque ad sententiam condemnatur maiori pœna: uidelicet ut soluat duplum, iste est text. not. in §. item mixta. Insti. de actioni, & aliquid per Bar. in d. auth. hoc amplius: de fideicom. Si uerò hæres à tempore monitionis sibi factæ per iudicem differat soluere ultra annum quæcunque relictæ, afficitur grauiori pœna, quia priuatur tota hereditate, & peruenit ad substitutos, seu istis applicatur. Item cohæredibus fideicommissariis. & c. secundum quod habetur in d. authen. hoc amplius, & de hoc anno. gloss. d. cap. si hæredes: uoluit facere mentionem, sed iste annus non datur pro executione testamenti, sed præfigitur ad incurrendum illam pœnam grauiorem, sed ut dictum est poterit iudex ante lapsum anni aliis remedijs compellere hæredes ad executionem testamenti, & sic potest intelligi text. d. ca. si hæredes. ut ponat, remedium separatum à remedio authent. hoc amplius. uerficu. executio. §. septimo.

17 §. Decimolexto, ¶ quid sit tacitè institutio hæredis cõmittat alterius dispositioni. Rñ. q̄ ualeat. l. ille institutiones. ff. de hære. insti. & l. nonnunquam. ff. de condit. & dem. & eodem modo legatum potest tacitè committi uoluntati alterius. ff. de leg. 2. l. 1. sed non expressè. ff. de leg. 1. l. captatoris, & dicitur tacitè alterius uoluntati committi-

tere sic. Institutio te hæredem uel lego hoc tibi si Titius Capitolium ascenderit. Expressè uerò, quando dicit. Institutio illum hæredem quam Titius uoluerit uel lego tale quid cui Sempronio placuerit.

18 §. Decimoseptimo, ¶ utrum institutio possit fieri incertæ personæ. ut puta institutio hæredem meum pauperes Christi. Respon. secundum gloss. in d. c. cum tibi. q̄ sic, & secundum Bar. in l. captatorias. C. de testa. melius esse etiam si addere eligendos per priorem tali huiusmodi, & dicit q̄ d. lex loquitur quando ius institutionis conferatur in uoluntate alterius, sed non quando electio personæ solum ut in casu nostro, & ideo non est contraria.

19 §. Decimooctauo, ¶ utrum institutio hæredis possit fieri sub conditione. Respon. q̄ sic, dummodo nõ substituitur ad tps certū. ut puta usq; ad pascha, uel ad tres annos, quia nõ ualeret talis conditio & uiciatur, nõ tñ uiciatur. Instit. de hære. constitu. §. hæres, sed ad incertū potest ut puta donec uixerit, uel talem cõstitutio postquã fuerit absolutus ab excommunicatione. ff. de hære. insti. l. in tēpus. sal. lit. in milite qui potest institui etiam ad tempus certum. l. milites ira. ff. de milit. te. hic est aduertendum, q̄ instituitur hæres ad diem certum alio hærede non dato semper erit hæres. ut in l. hæreditas ex die. ff. de hære. insti. & idem die, quando instituitur ad diem incertum, quia nemo pro parte potest decedere testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum ff. de reg. iur. hoc tenet Io. de Imo. Bal. & Ang. in d. l. hæreditas. Ideo si quis institueretur hæres donec uixerit. alio non dato hærede. erit perpetuus. hoc firmat Bal. & Sal. in l. extraneum. C. de hære. constitu. Pau. de Cast. in l. certi. C. de testa. mili. & licet Barr. in d. l. hæreditas teneat, q̄ si testator aperte uoluerit, ut nõ esset hæres nisi in uita, uel usque ad talem diem, q̄ non erit perpetuus tamen communiter Doc. tenent contra eum, & Dyn. in l. si quis ita hæres instituitur, excepto fundo. ff. de hære. insti. & Bal. & Ang. in d. l. hæreditas, & est uerius quia testator non potest ius accedendi prohibere nec respectu rei, nec respectu temporis, quia causa testati trahit ad se causam intestati, quia dignior d. l. hæreditas. facit. l. similes unum ex fundo. ff. de testa-

sta. mili. & pbatur in d.l. si quis. In legatis tñ pōt prohibere ius accrescendi, & ita loquitur l. dñs. ff. de usuf. secus in hæreditatibus: ut i. d. l. si q̄s: ubi institutus excepto in fundo hēt totā hæreditatē, nā testator non pōt facere, q̄ iura nō ualeāt in suo testamēto, ut in Auth. ut cū de appel. cogno. §. ceterū. Posset tñ dici, q̄ in cōscientia opinio Bar. est uera in eo, qui erat simplex, & hæc ignorabat, secus in eo, qui hanc dispōnē iuris sciebat, quia v̄ uoluisse qd̄ ius uolebat. Itē dic, q̄ pōt institui. super cōditione dūmodo cōditio sit possibilis, & honesta, excepto filio qui nō pōt institui sub omni conditione, sed sub illa quæ est in p̄tate in situentis, ut in l. suis quos; in prin. ff. de hēre. insti. Nā non pōt filius grauari in debito bonorū subsidio. C. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus. Si quis instituat aliquid cum ista conditione si decesseris sine liberis uel si non nupseris, uel si nō intraueris religionē, oēs habent pro nō adiectis. c. in p̄sentia. de probatio. & ibi Pan.

20 §. Decimonondō, † utrū possit fieri institutio hæredis in certa parte. Res. q̄ sic, sed si alius instituitur hæres i uniuersō erit talis potius legatarius, q̄ hæres. l. quotiēs. C. de hēre. insti. §. hæres. possunt tñ plures institui æquis portionibus. Insti. de hēre. insti. §. si plures. No, hic, q̄ institutis pluribus hæredibus distributio fideicommissorū in casu in quo accrescit hæredibus non fiet s̄m distributionem rerum in quas erāt instituti. sed s̄m partem institutorum æqualiter nisi uoluntas defuncti manifestē contradicat, ut l. quotiens. §. si duo. ff. de hæret. insti. & l. nunquam. & l. quotiens. ff. ad Trebel.

21 §. Vigesimo, † quot modis sit institutio hæredis. Res. duobus modis. l. directē, & obliquē. directa non pōt fieri nisi in testamento, & est, qñ uerbis rectis, uel obliquis recto iure instituitur hæres ad quē uult testator hæreditatē suam siue illud in quo instituit peruenire, & illud capere nullo mediūte, obliqua uerō institutio siue fideicommissaria hæreditas relinqui pōt in testamento, & codicillo, & sit cum rogatur in codicillo hæres institutus in testamento, uel hæres ab intestato ueniens ut hæreditatem restituat: alteri: is enim cui restituitur hæreditas erit hæres per fideicommissum. Insti. de codicil. §. pen. & de fideicom. hēre. §. pe.

uide uer. substitutio. per totum.

22 §. Vigesimo primō, † qui autem dicantur hæredes sui, necessarii, uel extranei, dic quōd hæredum alii sunt necessarii tantū. Alii sunt sui, & necessarii. Alii extranei, hæres necessarius est seruus, qui instituitur hæres à domino suo: ita tamen si conseqatur hæreditatem, & libertatem simul ex domini testamento, ut quia ipse tota stamenti & mortis tempore erat in domini potestate, sic etiam ignotatus, & iniustus sit liber, & hæres. unde uelit nolit tenetur hæreditatem etiam suspectam adire, & ideo dicitur necessarius. Sui, & necessarii sunt liberi, qui sunt in potestate testatoris tempore mortis, ut filiusfam. & descendentes ex masculis, filii uerō filiarum sunt in potestate patris eorum, & aui paterni dicuntur ideo sui, quia domestici, & uiuo patre quodammodo existimantur domini. Ideo uerō dicuntur necessarii, quia de iure ciuili cogebantur hæredes fieri, sed de iure prætorio permittitur ab hæreditate abstinere si uelint. Extranei hæredes sunt qui nō sunt subiecti iuri testatoris sicut filii emancipati, & liberi etiam à matre instituti uocantur extranei, quia scēminæ non habēt liberos in potestate, probantur hæc. Insti. de hære. qua. & di. in princ. & §. sui autem. & §. ceteri. Item hæres alius est testamentarius, ut qui est in testamento scriptus alius legitimus, ut is qui ipso iure, & sine testamento, defuncto succedit. Alius fideicommissarius cui ex fideicommissio est hæreditas relicta. Alius substitutus scilicet, qui alii substituitur heredi.

23 §. Vigesimo secundo, † utrum cum uir facit testamentum, & legat uxori certum quid. hoc facto, quōd si mutaret testamentum, siue non: ista uxor iure donationis inter uiuos debeat habere certam domum quam sibi l. gauerat, & demum mutauit testamentum nulla facta mentione de dicta donatione, an mulier debeat habere dictam domum? uidetur quōd non. l. stipulatio. ff. de uerbor. obligat. contrarium uidetur uerum, quia ista donatio est præsens, & pura quia dixit siue mutauerit siue non, & ideo non apposta pena testamenti mutati, uideas tamen quia nisi aduenire non confirmatur morte, & sufficit quōd interueniat traditio tempore dona-

tionis, uel postea uiuo donante. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. Papinianus, aliàs incipit, si quis pro uxor. & ar. in l. 2. C. si qs alteri, uel sibi. h. Bald. ubi supra uide ad materiam. ver. executor. uer. hæres. ver. hæreditas. ver. legitima. ver. filius. ver. donatio. ver. substitutio. & ver. executio.

D E T E S T I B U S.

- 1 Testes esse qui possint.
- 2 Testis esse an possit quis in causa propria.
- 3 In communi causa duorum an alter admitti possit ad testimonium.
- 4 Testes an possint esse filii in causa parentum uel e contra.
- 5 Testes duo uel tres si uiderint per foramen uirū, & mulierem simul an probetur idem actus cum sint singulares eo quod unus uidit post alium, & non simul.
- 6 Testes in qualibet causa quot sufficiant.
- 7 Testes singulares an regulariter probent.
- 8 Testis unus an in aliqua causa sufficiat.
- 9 Testificari quomodo debeat.
- 10 Testis falsi quæ sit pena.

¶ Testes, q̄ sine Parocho, uel sacerdote matrimonii contractui interesse præsumpserint, nec non ipsos contrahentes grauius arbitrio ordinarij pūniri ꝑcepit sancta synodus Trid. Testes uerò i cā criminali cōtra Ep̄m, nisi contestes & bonæ conuersationis existimationis & famæ fuerint, nō recipi; & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibz penis multari sancitur. Sess. xiiij. de ref. c. vij. sess. 24. de ref. mat. c. 1. Ex c. accusatio quoque. c. accusatio ep̄orū. c. testes. 2. q. 7. L. 0. à L. 1.

- 1 **T**estes ꝑ possunt esse oēs qui non ꝑhibentur: est. n. editū prohibitoriū extra eo. c. 1. in gl. & sex sunt attendenda in testibus quæ his uer. cōtinentur. *Cōditio, sexus, ætas, discretio, fama, Fortuna, fides, in testibus ista requirunt.* Cōditio. s. an sit seruus, uel liber, seruus. n. repellitur à testimonio, quæ sæpe metu dñi supprimit ueritatē. de uer. sig. c. foris. §. testes. fallit tñ cū de facto serui quærit, nō tñ ꝑo dño, uel cōtra dñm. ut in c. testes. §. itē in criminali. 4. q. 3. similiter admittit in defectū testis, sed cū tormentis, ut in d. §. itē

in uer. item serui. de clericis uel religiosis. uer. iurare. §. 2. r. Secundò requiritur sexus, quia femina non admittit in criminalibz. 3. q. 5. c. mulierē. & d. §. testes. In ciuilibus aut benè admittit. 1. 5. q. 3. c. ex eo. similiter in criminalibus mulier admittit qñ ciuilitè agitur de crimine, & cōtra clericos infamatos de adulterio, in modū inquisitionis seu exceptionis. extra eo. c. qm̄. in gl. & c. tam literis. Non admittitur in testamētis. Inst. de testa. §. testes. in codicillis aut sic. ut no. gl. & Bar. in l. fin. C. de codicil. de quo supra uer. testamentū. §. 6. Admittitur et contra hæreticos, & in criminibus exceptis. ut simonia. c. tanta. de sim. uide Pa. in c. qm̄. de testi. ubi dicit q̄ in criminibus exceptis faciunt plenā probationē. all. c. in fidei fauorē, de hære. li. 6. & c. 1. de testi. & c. per tuas. de sim. el. j. & cōiter admittitur, ubi non reperitur prohibitum expresse. u. de uer. iudiciū. §. 9. Tertiò requiritur ætas, quia minor. 14. annis non admittitur etiā in ciuilibus. 4. q. 3. c. 1. No. tñ q̄ licet dictū impuberis non faciat plenam fidē, facit tñ plenū iudiciū ad torturā, in criminalibus aut non admittitur minor 20. annis. d. §. in criminali. uer. item in testimonio, sed nūquid poterit pubes testificari de his quæ uidit in impubertate. Res. q̄ si erat doli cax pax qñ uidit poterit. ar. Inst. de inui. stipu. §. pupillus. ff. de nego. gest. l. in negotijs, aliàs non, hæc not. 37. dist. c. relatū. Quartò requiritur discretio quia furiosus & mēte captus à testimonio repelluntur sicut ab officio iudicandi. 3. q. 7. §. 3. & hoc nisi habeat lucida interualla. ut ff. de testi. l. qui testamentum. §. nec furiosus. Quintò fama, ut sit bonæ famæ, nam infames à testificando repelluntur de testi. cog. c. præterea. Sextò requiritur fortuna, s. utriū locuplex, uel egenus. d. §. itē testiū. uer. an locuplex. 4. q. 3. c. si testes, ubi esset periculū subuersionis. Se primò requiritur fides, quia infidelis cōtra fidelē non admittitur. 2. q. 7. c. si hæreticus. Sunt & alia quedam consideranda, primò utrum sit inimicus eius, contra quē refert testimonium, uel amicus eius pro quo testificatur. quarta quæst. tertia. c. testes. uer. ideoque. Item obscuri & ignoti non admittuntur; uel solum admittuntur cū tormentis, aut uerberibus, ut in auth. de testi. §. sancimus. colum. 7. Item nec executores

negotiorum vel procuratores qui in ipsa causa fuerunt actores, vel responsales, nec etiam qui fuit procurator, vel aduocatus in priori iudicio non recipitur in testam. cap. Romana. e. li. 6. Profeneta potest compelli ad testificandum in illo contractu in quo fuit mediator consentiente utraque parte, Authē. de testi. §. quoniā verō. utraque autem parte contradicente non admittitur, contradicente verō una parte & alia uolente non potest compelli, uolens tamen testificatur, de quo habes glo. in ca. 1. de testi. li. 6. in uer. ciuilitur.

2. ¶ Primò ¶ utrum quis possit admitti ad testimonium in sua causa. Respon. non, neque principaliter neque secundariò. C. eo. l. omnibus. unde uenditor in causa rei uenditæ non admittitur pro emptore, quia causa propria uenditoris esse uidetur, nec uenditor in cā pignoris pro creditore. ut ff. de ap. l. ab executore. fallit hoc in legatariis, & fideicommissariis qui ferunt testimonium in causa testamēti: cum agitur de hæreditate non de legatis, uel fideicommissis suis, bene tñ pñt scribi, & esse testes in eo testamento, in quo aliquis sibi delegatur. ut C. de testa. l. distantibus. uer. testamentum. §. 6. Item fallit in collegiis, & corporalibus, in quibus singulares persone per causa uni ueritatē ferre possunt testimonium. 14. quæ. 2. super prudentiam. extra eo. capit. in super. & ca. cum nuntias, & in d. cap. cū in super. dicit Pa. q. non solum clerici ecclesiæ in ciuilibus & aliis testibus deficientibus, sed etiam prælatus potest testificari in causa ecclesiæ dummodo per se causam illam non promoueat, & nimirū quia pōt esse index in factio ecclesiæ suæ. 2. quæst. 7. c. si quis, fortius ergo potest esse testis, & hoc ideo quia causæ uniuersorū si sunt singulorum, & si commodum contingat singulos. 12. quæstio. secundum. c. qui manumittitur. & hoc nisi fuerint actores, uel responsales, ut dictum est. uer. testamentum. §. 6. circa fi. hic habes quō notarius potest esse legatarius.

3. ¶ Secundò ¶ utrum in causa cōi duorum, alter admitti possit ad testimonium. Rñ. non: quia causa cōis duorū utriusque est. ar. ff. de ri. nup. l. illud. & idem in socio criminis, & particeps. d. §. itē in criminali. uer. itē liberi. & ca. ueniens. eo. nec obstat

c. quā. eo. Nā illud speciale in causa denuntiationis, uel ibi admittuntur socii criminis ad præsumptionem. cap. significati. de adul. creditur. Et socii criminis in exceptis, ut in crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis & huiusmodi.

4. ¶ Tertiò ¶ utrum parentes, uel liberi possint pro uel contra ferre testimonium. Respon. generaliter per rectam lineā ascēdentes, pro uel contra se idonei testes non sunt. d. §. item in criminalibus. uer. item testis, & uer. item parentes, & ff. eo. l. testis. Idem de matre. sed tñ ambo parentes in casu admittuntur pro filio. s. dum queritur de ætate, uel natiuitate. c. transmissa. & ca. per tuas, qui si. sint leg. Item ubi agitur de impedimento ratione consanguinitatis quotiens. c. de test. Ceterum si agitur an sit cōtractū matrimonium uel non, tunc mater est suspecta si uir sit superior diuitiis, uel genere. c. super. eo. el. 2. eo. ti. ubi. n. matrimonium est cōtractū nō separatur nisi per legitimos testes. ut d. c. super. eo. in glo. Itē pñ & filius in eodē testō pñt esse testes, similiter duo fratres. §. itē in criminali. uer. itē pater. & uer. itē duo. Quædā tñ persone sunt quæ aduersus coniunctos suos testificari nō coguntur, ut aduersus forerū, generū, uiticū, priuignū, sobrinū, sobrinam, sobrinæ natum, eosq; qui in priori gradu sunt. Itē aduersus patronū, & patronā & liberos eius ut in d. §. itē cū ali. uer. item lege. Item de domo actoris, uel accusatoris testes non debent produci. 3. quæstio. 5. per torum. Item testificari contra clericos in criminali causa, uiles persone. 2. quæst. 1. c. in primis. quia testificationes, & probationes in causa criminali debent esse apertissimæ, ut l. sciant. C. de prob. Item testes singulares non probant per se sine præsumptionibus & adminiculis aliis. de elec. bonæ. el. 1.

5. ¶ Quartò ¶ quid si duo, uel tres testes uiderunt per foramen, uirum & mulierē secum miscentes utrum probetur idē actus, an sint singulares pro eo quod unus uidit post alium, & non simul. Bald. dicit q. probant quia nō præsumitur pluralitas actuum & ita tenet Cyn. in l. hac consultissima. de testa. & Spe. in tit. de testi. ubi dicit q. testes existentes iuxta patientem, uel corinam de audita fidem faciunt. ut in c. præ-

præterea. de testi. & ibi not. glossa. Idem tenet Hostien. ponens extraneum in q. facti, quidam tabernarius subtraxit domine sue scisum argenteum quem nolebat restituere nec in præsentia testium confiteri, licet in præsentia ipsius mulieris non negaret. Mulier illa notarium & quosdã testes posuit post parietē, & tabernariũ ignorantē hoc, induxit ad confitendũ sibi q̄ subtraxerat & promissit restituere, quo audito mulier rogauit tabellionē, & testes super confessione tabernarii quasi velit, q̄ confessio possit probari per testes licet ipsi non uiderint personam loquentem, quod est notandum fm̄ Panor. in c. ex literis, de consue. Idem uoluit Bart. post gl. in l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar. & facit ad q. nunqd̄ cæcus potest deponere super uerbis deponētium si habet notas uoces eorum. uide bonam glossa. in cap. testes. 3. q. 9. uide etiam Panor. in ca. cum causam, de testi. Et scias q̄ communiter tenetur per legistas quod speciale sit in testamento, non. n. ualeat testimonium nisi testes uiderint & audierint testatorem loquentem. ut est tex. in l. si non speciali. C. de test. forte ideo est quia uox testatoris propter infirmitatem solet mutari. Not. q̄ sacerdos non debet esse testis in instrumentis confectis totaliter inter seculares. r. 4. q. 2. c. quanquam, hoc intelligitur de honestate non de necessitate, & aduerte quod tria detrahunt fidei ipsius testis. Si uariet, si uacillat, si negatiua probare contendit. cap. cum in ecclesia. de causa. posse. & ibi Pa. infra. §. 6.

¶ Quinto, ¶ quot testes in qualibet causa sufficiant. Respond. in testamentis, & codicillis quot requirantur uide ver. testamentum. §. 4. & 13. In donatione causa mortis requiruntur. 5. C. de dona. causa mor. l. fin. uide u. r. donatio. 2. causa mortis. prin. & §. secundo. & ibidem quomodo etiam in legatis requiruntur. 5. Similiter in contractu qui excedit libram auri facti in scriptis ab imperitis in ciuitate. C. si certis pe. auth. si nouo. Idem in eo q̄ uult probare solutionem debiti contracti in scriptis. C. eod. l. testimonium. in purgatione canonica presbiteri, requiruntur. 7. In diaconi, tres diacones; Subdiaconi uero & alii inferiores possunt sola manu se purgare. 2. q. 5. in summa. In purgatione episcopi requi-

runtur. r. 2. secunda. questio. §. c. omnib. in fin. Episcopus cardinalis non debet condemnari nisi. 72. testibus. Cardinalis cum. 64. diaconus Card. cum 24. subdiaconus, & alii inferiores Cardinales cum 7. ut secunda questio. quarta. c. præsul. & cap. sequen. Regulare autem est, ut in ore duorum, uel trium stet omne uerbum, si modò sunt omni exceptione maiores. de test. cap. cum esses. & cap. relatum. uer. testamentum. §. 4. & 5. Et not. secundum Pa. in ea. licet. de testi. q̄ quando tex. d. ca. præsul. requirit. 72. ad conuincendum Cardinales & similia loquuntur de testibus diminutis aliã sufficerent duo testes.

¶ Sexto ¶ utrum testes singulares probent regulariter. Rñ. fm̄ Pa. in c. bonæ, el. 1. de elec. q̄ non. ratio quia diuersitas temporum potest inducere diuersitatem rerum. ut in c. in præsentia, de proba. & dicuntur testes singulares quando deponunt super diuersis factis, ita q̄ quilibet est singularis in facto suo respectu obiecti, sed quando obiectũ de quo deponunt fuit repræsentatum sensibus testium eodem tempore tunc sunt testes, & non singulares, quia tunc uidentur deponere de facto eodem concordat huic sententiæ, text. in cap. cum dilecti. de elec. & ca. tam literis. de testi. limita tũ q̄ testes singulares non probant, prout limita gl. in l. ob carmen. ff. de testi. & Ang. in disputatione quæ incipit. Anstensis miles: & quod no. gloss. 3. questio. 8. nihilominus, uerum quando actus non habet cõtinuitatem, quia si habet cõtinuitatē, puta fornicationem, & per fo. a. men unus potest alium uidere, ualeat testimonium. facit. cap. testes. & per Innoc. & Io. An. in c. qualiter, & quando, el. 2. de accu. ubi patet q̄ possidens rem potest probare per testes singulares, & sic dic in similibus. supra. §. 4. uerbi. confessio delicti. §. 1. hic diffusè. Sed nunquid plures testes singulares plus probant quàm unus solus, Respond. quod si discordant in aliquo ita ut aliquo modo sint contrarii, tunc minus probant, immo diminuunt. Si autem non discordant faciunt maius inditium, etiam si non probent sufficienter. uerbi. probatio. §. 2.

¶ Septimo ¶ utrum unus testis sufficiat. Rñ. regulare est, q̄ uox unius uox nullius. cap. ueniens.

ueniens. in fi. eo. ti. & c. eum à nobis. eod. titu. & cap. quoniam. in fin. de proba. tamen sunt casus in quibus ualet, ut in papa. dicto cap. à nobis. Item de consuetudine curie statur dicto Cardinalis de his, quæ dicta, uel acta sunt coram eo, ut no. Hof. de app. e. constitutis. el secundo. Item in his in quibus nullius paratur præiudicium, & ubi agitur ad peccatum impediendum. facit cap. super eo. el secundo. eodem titu. & no. glo. in cap. nuper. eod. tit. & 2. quæst. 1. multi. & ideo unus impedit matrimonium cōtrahendum. Item ualet de consensu partium. Item ubi testator mandauit stare super aliquib. dicto alicuius quæ dicit informatum de sua intentione: quia nihil potest ei opponi, ut no. Bar. in l. Teopompus. ff. de dote præle. & no. Pa. in ca. in nomine domini eo. ti. Item quæ quis sit confessus. ea. testimoniū. eod. tit. Itē de monitione charitable facta. 2. q. 1. Itē si peccauerit. eod. tit. ca. in oi. Item super cōscientia alicuius. c. tā literis. eo. ti. §. fin. de homi. c. significasti. el primo. §. fin. & multis aliis similibus, & in dicto unius cum fama. dicto cap. tam literis, & cap. ueniens. & cap. mulieri. de iure iuran. Et no. secundum Panor. in cap. 1. de depof. ultimo no. & in cap. 1. de confes. 1. nor. quod unus bonus testis omni exceptione maior, idest quando non est notatus in aliquo glo. in cap. 1. de consang. & affin. facit iudicium sufficiens ad torturam, & secundum e. in dicto cap. 1. quando docto, dicunt contrarium debent intelligi quando est utrunque bonus, sed aliquo modo notatus. Et dicit Pa. in ca. fi. de succ. ab inte. quod in re ardua non desertur in supplemētum probationis.

9. **¶** Octauo, quomodo debet testificari. Respond. primò testes debent iurare dicere ueritatem quam nouerunt. 3. q. 9. c. hortamur. nec admiscere falsum, nec de suo aliquid addicere. 3. q. 9. c. pura. Itē nulli testi creditur nisi cum iuramento extra eo, c. nuper & cap. fraternitatis. & ca. tuis. ubi dicit Panor. quod etiam episcopo non creditur, ut testi sine iuramento, nec alteri in præiudicium tertii, excepto papa, potest tamen à parte remitti. Et debent testes si gillarim in secreto examinari, sed iurare tenentur præsentate parte aduersa. cap. in nomine domini. & cap. uenerabili. eod. titu.

tu. nisi pars sit contumax, ibidem. Non debent recipi ordinariè ante litis contestationem quamuis fallit in multis casibus. cap. quoniam. ut li. non conte. & ibi glo. & Pa. Quàdo enim ignoratur persona quæ commisit delictum possunt ante recipi. Nec debet se ingerere, quia esset tunc suspectus. l. uxori. §. 1. ff. de fal. & debet iurare tactis sacrosanctis euangelis, nisi sit episcopus, uel sacerdos. C. de epif. & cler. auth. sed iudex. Isti non iurant super libro, sed super pectore suo. de iura. calum. cap. fin. Et non debent vacillare neque contraria proponere. c. licet. de proba. Nec debent aliquid tacere de his quæ contingunt super quibus interrogantur in c. dilecti. de accu. Et debent exprime re locum, tempus, & modum rei. Et debent solum testificari super iuratis. c. de testibus. eodem titu.

10. **¶** Nonò, pena falsi testis, est secundum Bald. pena talionis. l. 1. ff. ad l. Cor. de sicca. & no. 2. quæstio. 4. in glo. sum. Nec excusat eum metus. 5. quæst. 5. c. autoritatis. Est autem testis falsus, qui iuratus, & examinatus falsum loquitur. 22. quæst. 2. c. ne quis arbitretur. Qui autem non est examinatus, licet latet nē ueritas inueniatur, non est falsus, sed dolosus, sicut etiam per sumitur, si ad interrogata non uult respondere, unde non tenetur illa pena. 3. quæst. 1. c. notificamus in glo. similiter pro suspecto habetur, qui loquimur obscure. 4. q. 3. c. testis. in glo. Et qui uerum celat falsum committit. ff. de fal. l. 1. Et si falsum testificando, dat causam damni, tenetur, & c. 17. quæstio. 4. c. si quis in arrio. intellige secundum aliquos quando fuit diligenter examinatus: quia fortè dixisset uerum, & scienter fecit.

¶ T E S A V R V S. uide uer. restitutio. §. 27. 26. & 29.

D E T I M O R E.

1. *Timor quid sit.*
2. *Timor us est passio anime, qualiter diuidatur.*
3. *Timor mundanus an semper sit malus.*
4. *Timor initalis an differat secundum substantiam à timore filialis.*
5. *Timor an diminuantur crescente charitate.*

- 6 *Timor an remaneat in patria.*
 7 *Timor an sit peccatum.*
 8 *Timor an excuset à peccato.*

Timor † est passio propriè, quia est motus potentiz passivæ respectu mali futuri cū quadam transmutatione corporali, & est passio specialis, eò q̄ habet objectū speciale, scilicet malum futurum difficile cui resisti non potest, & est subiectivè in irascibili, eò quòd respiciat malum cum quadam arduitate, ut ei vix possit resisti, tamen sibi aliquando attribuantur ea quæ sunt concupiscibilis, eò q̄ passiones irascibilis derivantur à passionibus concupiscibilis, sicut nominatur tristitia quædam à Filo. 2. Rethori. & Dama. dicit, q̄ timor est virtus desiderativa.

¶ Primò, † timor ut est passio animæ dividitur secundum Dama. & Gre. Nicenum, in segnitatem, serubescenciam, verecundiã, admirationem stuporem, & agoniam, ut autem per timorem aliquo modo ad Deū convertimur, vel ab eo avertimur, dividitur timor in filialem, inialem, & servilem, & mundanum, cuius rationem assignat S. Tho. 2. 2. q. 19. ar. 2. dicens. Cū objectum timoris sit malum, quandoque homo propter mala quæ timet à Deo recedit, & iste dicitur timor humanus, vel mundanus, quandoque autem homo propter mala, quæ timet ad Deum convertitur, & ei in hæret, quod quidem malum duplex, scilicet malum pœnæ, & malum culpæ: si ergo aliquis convertatur ad Deum, & ei in hæret propter timorem pœnæ erit timor servilis, si autem propter timorem culpæ erit timor filialis, siue castus, quæ est uxoris ad virum. Nam filiorum est timere offensam patris, si autem propter utrumque est timor initialis, quæ est medius inter utrumque timorem.

¶ Secundò, † utrum timor mundanus sit semper malus. Respon. secundum S. Tho. 2. 2. ubi supra ar. 3. q̄ sic, ubi ait. amor mūdanus propriè dicitur quo aliquis mundo inicitur tanquàm fini, & sic amor mundanus semper est malus. Timor autem ex amore nascitur. illud enim timet homo amittere quod amat, ut patet per August. in lib. 73. q. & ideo timor mundanus est, qui procedit ab amore mundano tanquan

à mala radice, & propter hoc ipse timor mundanus semper est malus. Nota tamen q̄ revereri homines ex timore iniquitatum in hominibus est aliquid divini, puta bonum gratiæ, & virtutis, vel saltè Dei imago, non est vituperabile, sed laudabile. Revereri autem homines iniquitatum Deo contrariantur non est laudabile, & sic timere eos est timor mundanus, & sic dicitur Eccl. 4. 8. De Helia, & Heliseo, q̄ in diebus suis non pertimuerunt Deum. Timor autem servilis secundum suam substantiam non importat nisi timorem pœnæ quæ si timeatur, ut principale malum, erit timor malus: si verò timeatur non ut principale tunc de se non erit malus, & sic dicit gl. ad Roma. 8. quòd est unus spiritus, qui facit duos timores, scilicet servilem, & castū, & sic timor servilis potest stare cū charitate.

¶ Tertiò, † utrum timor initialis differat secundum substantiam à timore filiali. Respon. ubi supra ar. 8. q̄ timor initialis dicitur ex eo quòd est initium, sed cum timor servilis, & timor filialis sint aliquomodo initium sapientiz uterque potest aliquomodo initialis dici, & sic non accipitur initialis secundum q̄ distinguitur à servili, sed si accipitur secundum q̄ conuenit statui incipientium in quibus inchoatur quidam timor per inchoationem charitatis, non tamen inest eis timor filialis per se: quia nondum pervenerunt ad perfectionem charitatis, & ideo timor initialis hoc modo se habet ad filialem sicut charitas imperfecta ad perfectam: charitas autè perfecta, & imperfecta non differunt secundum essentiam, sed solum secundum statum, & ideo dicendum est q̄ etiam timor initialis prout hic sumitur nō differt secundum essentiam à timore filiali, & est timor initialis isto modo sumptus inter timorem servilem, & filialem, sicut ens imperfectum inter non ens, & ens perfectum, & iste timor filialis siue castus est donum spiritus sancti, non timor humanus quo Pet. negavit Christum, neque servilis qui potest habere annexam voluptatem peccandi.

¶ Quartò, † utrum crescente charitate diminuat timor. Respon. ubi supra ar. 10. q̄ duplex est timor Dei unus filialis quo quis timet offensam patris, vel separationem

ab ipſo. Alius ſeruilis quo quis timet pœnam: timor autem filialis neceſſe eſt ut creſcat creſcente charitate, ſicut effectus creſcit creſcente cauſa, quanto enim aliquis magis diligit aliquem tanto magis timet eum offendere, & ab eo ſeparari: ſed timor ſeruilis quantum ad ſeruitutem totaliter tollitur adueniente charitate, remanet autem ſecundum ſubſtantiam timor pœnæ, & iſte timor diminuitur creſcente charitate maximè quantum ad actum: quia quanto magis aliquis diligit Deum, tanto minus timet pœnam. Primò quidem, quia minus attendit ad proprium bonum cui contrariatur pœna. Secundò quia firmius in hærens magis confidit de præmio, & per conſequens minus timet de pœna.

6 ¶ Quintò, ſi utrum timor remaneat in patria. Reſpon. ubi ſupra ar. 11. q. timor ſeruilis ſiue timor pœnæ nullo modo erit in patria: excluditur enim talis timor per ſeruitutem æternæ beatitudinis quæ eſt de ipſius beatitudinis ratione, timor autem filialis ſicut augetur augmentata charitate: ita charitate perfectæ perſicietur, unde non habebit in patria eundem actum omnino quem habet modo. unde in pſal. Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi, & Iob uigefimoſexto, Calumniæ celi contremiſcunt, & pauër ad nutum eius, ſed nè ſibi pœnalis ſit non timoris eſt, ſed admirationis.

7 ¶ Sextò, ſi utrum timor ſit peccatum. Reſp. ſm S. T. 2. 2. q. 125. ar. 1. & 3. q. timor eſt peccatum ſm q. eſt inordinatus prout. ſ. ſi ſit quod non eſt ſecundum rônem fugiendum, hæc autem inordinatio timoris quæ conſiſtit in ſolo appetitu ſenſitiuo non ſuperueniente conſenſu rônis non poteſt eſſe peccatum mortale, ſed ſolù ueniale, quæque hæc inordinatio timoris perſtingit uſq; ad appetitum rônalem, quia dñ uoluntas, quæ uoluntas refugit aliquid ex libero arbitrio non ſm rônem, & talis inordinatio timoris quæque eſt peccatum mortale, quæque ueniale, ſi enim quis propter timorem quo refugit periculum mortis, uel quodeunque aliud temporale malum, ſit diſpoſitus, ut faciat aliquod prohibitum, uel prætermittit aliquod quod eſt præceptum in lege diuina, talis timor eſt peccatum mortale.

8 ¶ Septimò, ſi utrum timor excuſetur à pec-

cato. Reſp. ſm S. T. 2. 2. q. 125. ar. ſi. ſicut ſupra dictum eſt in tantum habet rônem peccati in quantum eſt contra ordinem rônis, rôn autè iudicat quædam mala eſſe magis fugienda, & iò quicunque ut fugiant mala, quæ ſm rônem ſunt magis fugienda non refugiat mala, quæ ſunt minus fugienda non eſt peccatum, ſicut magis eſt fugienda mors corporalis, quàm amiſſio rerum temporalium, unde ſi quis pp timorem mortis latronibus aliquid permitteret, aut daret, excuſaretur à peccato, quod incurreret ſi ſine cauſa legitima prætermiſſis bonis, qui bus eſſet magis dandum peccatoribus largiretur, ſi autem aliquis per timorem, fugiens mala, quæ ſm rationem ſunt minus fugienda, incurrat mala quæ ſm rationem ſunt magis fugienda, non poſſet totaliter à peccato excuſari, quia timor talis inordinatus eſt. Sunt autem magis timenda mala animæ, quàm mala corporis: corporis autem quàm mala exteriorum rerum. & ideo ſi quis incurrat mala animæ, id eſt peccata fugiens mala corporis, puta flagella, uel mortem, aut mala exteriorum rerum, puta damnum pecuniæ, aut ſi ſubſtineat mala corporis, ut fugiat damnum pecuniæ, non excuſatur totaliter à peccato, diminuitur tamen ſecundum aliquid eius peccatum: quia minus uoluntarium eſt, quod ex timore agitur. Imponitur enim homini quædam neceſſitas aliquid faciendi propter timorem imminetem. unde Filo. Huiusmodi quæ ex timore ſunt dicit eſſe non ſimpliciter uoluntaria, ſed mixta, ex uoluntario & non uoluntario. Vtram timiditas ſit peccatum. uide uer. in inuidia.

DE TIRANNO.

- 1 *Tirannus unde dicatur.*
- 2 *Tirannus occidens pro liberatione patrie laudatur.*

1 **T**irannus ſi dicitur à Tiro, quod eſt fortis. unde hic tirannus, id eſt fortis Rex, olim reges, & tiranni nullam habebant differentiam. unde fortes reges tiranni uocabantur, ſed poſtea accidit tirannos uocari peſſimos, & improbos reges, luxurioſæ damnationis, cupiditatè, & crudeliſſimam damnationem in populis

exercentes à Tiro quod est angustia, quia angustiant & cruciant suos. vide tyrannidis idest crudelitas s̄m Vgo. Grego. autem in moralibus dicit q̄ tyrannus est propriè qui in republica non iure principatur, & s̄m S. Tho. 2. 2. q. 105. ar. 1. & ad 2. propter magnam potestatem quæ regi conceditur de facili regimen degenerat in tyrannidem nisi sit perfecta uirtus eius cui talis potestas conceditur. Et s̄m S. Th. 2. dist. 44. q. 1. ar. secundo. Deus permittit regnare tyrannum in damnum & punitionem malorū.

2. ¶ Primò qui ad liberationem patriæ tyrannum occidit, laudatur à Tullio in li. de of. loquens de Iulio Cæsare, quod intelligendum est s̄m S. Tho. 2. dist. fin. q. 2. ar. 2. ad ultimum in casu illo scilicet quando a iuris dominium sibi per uolentiam subripuit nolentibus subditis, uel etiam ad consensum coactis, & quando non est recursus ad superiorem per quem iudicium de iniustore possit fieri. Aliàs autem occidere uel delere tyrannum non pertinet ad priuatam personam, sed ad publicam potestatem s̄m S. Th. in opusculo de regimine princi. c. 6. Et idem doc. 2. 2. q. 42. in Respon. ad ultimum, sic ait, regimen tyrannicum non est iustum, quia nõ ordinatur ad bonum cõe, sed ad bonum regentis. ut patet per philosophum 3. Politic. & in 8. Ethicorum & iõ perturbatio huius regiminis, non habet rationem seditionis nisi fortè quando sic inordinatè perturbatur tyranni regimen, q̄ multitudo subiecta maius detrimentum patitur, ex perturbatione consequenti, quã ex tyranni regimine. Magis autem tyrannus seditionis est qui in populo sibi subiecto discordias, & seditiones nutrit, ut tutius dominari possit, hoc enim tyrannicum est cum sit ordinatum, ad bonum propriū præsentis cum multitudinis nocimento, hæc S. Tho. Ad declarationem huius capituli notandum quòd duplex est tyrannus, quidam in modo tantum regenti. ut pluries contingit, quòd veri domini tyrannicè regunt, ad suam utilitatem omnia conuertentes, discordias inter subditos seminantes aut nutriendas, ut ipsi lucrentur, uel exalcentur. &c. & de tali tyranno non propriè intelliguntur supradicta quoniam cõstat, quòd non licet cuilibet de populo illum occidere propter huiusmodi enim ti-

rannos reprobata fuit in concilio Cõstantinensi propositio, dicens q̄ quilibet tyrannus licitè potest à quolibet suo subdito occidi. Quidam autem tyrannus est in ipso iure dominus, quia scilicet usurpauit sibi dominium, ut armorum, uel aliàs iniquè. Et de tali tyranno dicitur. primò q̄ licitè potest à quolibet de populo occidi, pro libertate populi, quando non est recursus ad superiorem à quo posset iustitia fieri de huiusmodi inuasionè, uel nisi fortè quando sic inordinatè perturbatur. &c. ut dictum est. Secundò dicitur q̄ quando sic occiditur, non occiditur per personam priuatam, propria sed publica auctoritate, declaratur utrumque ex hoc q̄ talis tyrannus est hostis populi, habens continuum bellum iniustū cum populo & populus habet iustum contra eum. unde ad hoc ver. bannitus. prin. & ver. seditio.

¶ TONSURA vide vers. clericus. 2. §. 6.

DE TORNEAMENTIS.

1. *Torneamenta que dicuntur.*
 2. *Pugnantium in torneamentis que sit pena. Et quid de illis qui ibi accedunt animo pugnandi, & tamen non pugnant in. 3.*

1. **T**orneamenta dicuntur in quibus milites ex condicito convenire solent & circundo se percutiunt ad ostentationem uirium suarum, & audaciæ, temerè congregandi, unde mortes hominum & animarum pericula sæpe proueniunt. extra eod. capiti. primo. Ex quo patet quòd ubicunque sit tale periculum sicut in duello, astiludio, & similia, sit peccatum mortale per identitatem rationis. de verbor. signific. cum etiam. est iterum contra præceptū ecclesiæ. d. c. 1. Si autem non esset contra præceptum ecclesiæ & non immineret periculum mortis corporis, uel aîæ, & fieret cã discendi usum armorum ad impugnandū in fideles, uel ob defensionem patriæ, uel rei publicæ, non esset peccatum. unde S. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 1. ad quartum ait, exercitia hoïum ad res bellicas spectantia, non sunt uniuersaliter phibita, sed inordinata exercitia & periculosa, ex quib. occasiones & de predationes proueniunt. Apud antiquos autem

autem exercitationes ad bella sine huiusmodi periculis erant, & ideo vocabantur meditationes armorum, vel bella sine sanguine, ut per Ieronimum patet in quamdam epistola.

2. ¶ Primò, † quæ pœna pugnantis in torneamenti. Respon. secundum Rain. quòd pœna est si aliquis ibi occidit etiam casu est reus homicidii, & irregularis, quia lusus talis noxius est, & illicitus: & ideo quicquid ex eo sequitur sibi imputandum est. de homi. cap. si. Item qui in torneamento moritur non debet in cœmeterio sepeliri. uer. sepultura. §. 14. Sed quid si vulneretur in torneamento, & pateat quod si non fuisset vulneratus non fuisset mortuus, tamen dubitatur utrum illud vulnus fuerit mortale, sed ex alio fuerit mortuus, utrum debeat sepeliri. Respon. quòd sepelietur in loco sacro, secus si fuisset certum, quòd vulnus fuerit mortale. Si igitur accessit ad torneamenta, ut læderet, & ibi moritur uel vulneratur vulnere mortali ex quo morietur etiam si ostenderet signa pœnitentiæ, & accipiat communionem, & unctionem, non tamen sepelietur in loco sacro, secus si alia causa illuc accessisset, uel si non fuisset clarum, quod vulnus quo ibi vulneratus est fuisset mortale, moueor quia pœnæ sunt stricti iuris, & non debent extendi maximè ad dubia, utrum in hoc sit idem iudicium de duello, uel aliis ludis noxiis. vide uer. duellum. §. 4.

3. ¶ Secundò, † quid de his qui ad torneamenta accedunt animo pugnandi, non tamen ipsi pugnant, licet aliqui ibi occisi fuerint. Respon. secundum Goffinon oportet tales ad ordines promoueri, eò quod ad rem condennatam, & prohibitam accesserint, potest tamen cum talibus episcopus dispensare secundum Supple. eo. ti. in si.

¶ TORTOR circa præcepta est filia accidia ad quem reducitur ociositas, omnino præcepta prætermittens, & somnolentus ea negligenter implens. vide Sanct. Tho. secunda secundæ. q. 35. arti. fin. ad tertium. uer. accidia. §. si.

DE TORTURA.

3. Tortura quando faciendâ sit remissius.

1. Torturam † alicui faciens sine iudicium sufficientibus, uel semiplena probatione præcedente, de quibus uide uer. accusatio. §. 14. circa medium. vel cui non debet uel quos de iure non potest torquere, sicut minores 14. anno. licet cædi possint, cum Silleianum. C. ad Sill. Item milites, uel mulieres prægnantes, & huiusmodi, et si torqueat indirectè, ut dando falsa, &c. Et idem quando aliter quàm per torturam potest ueritas haberi, uel quando nouit sine nouis iudiciis torquet quam uis sufficiat uariationes. ferulæ uerò, & flagella non sunt tormenta. ut patet in l. 1. §. impuberes. ff. ad senarum, peccat mortaliter. de quibus. uer. inquisitor. §. 14. & uer. iudicium. §. 1. & uer. confessio delicti. §. 3. 4. & 5. Arbitrari tamen habet, qui publicam auctoritatem exercet, qualia iudicia sufficiunt. C. de quæstio. l. milites. §. oportet. caueat tamen ut secundum rationem iudicet, & secundum S. Tho. super Iob. 10. cap. index. iustè infert innocenti accusato ad inquirendum ueritatem.

DE TRIANO.

1. Traianus quomodo ad uitam reuocatus per Beatum Grego. &c.

1. Traianus, † de eo potest probabiliter existimari, quòd precibus Beati Gregor. ad uitam fuerit reuocatus & gratiam consecutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem à pœna, sicut etiam apparet in omnibus illis qui fuerunt miraculose à mortuis suscitati, quorum plures constat fuisse idololatrias, & damnatos: de omnibus enim similibus dici oportet, quod non erant in inferno deputati finaliter, sed secundum præsentem iustitiam propriorum meritorum, secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad uitam reuocandi, erat de eis aliter disponendum uel dicendum secundum quosdam, quòd anima Traiani non fuit simpliciter à reatu pœnæ æternæ absoluta, sed eius pœna fuit suspensa ad tempus, scilicet usque ad diem iudicii, nec tamen oportet, quòd hoc fiat communiter per suffragia, quia alia sunt quæ lege communi accidunt, & alia quæ singula.

singulariter ex privilegio alicui conceduntur, sicut alia sunt humanarum rerum limites alia divina signa uirtutum, ut Aug. dicit in lib. de cura pro mortuis agēda. hęc San. Thom. 4. dist. 4. §. q. 2. arti. 2. quodl. 1. ad quintum.

DE TRANSACTIONE.

- 1 *Transactio quid est.*
- 2 *Transigere quis potest.*
- 3 *Transactio de quibus fieri possit.*
- 4 *Transactio an fieri possit de spiritualibus.*
- 5 *Transactio facta propter indebitā obligationē salte iure naturali an excuset eum, qui aliquid recipit, ut eam obligatione remitteret.*
- 6 *Dispositio legis si quis maior. C. de transac. an possit teneri in conscientia.*

1 **T**ransactio ¶ est de re dubia, & lite incerta, & nec dum finita non gratuita pactio, aliquo dato, uel retento, uel promisso. ff. eo. l. 1. & extra eo. c. super eo. litem autem intelligas præsentem, uel futuram, quia etiam ante litem, ex quo discordia est orta, potest fieri. ff. de condi. indebit. l. eleganter. §. si quis potest. unde transactio dicitur quasi actionis transitio, eo quod qui transigit ab actione transit & discedit, & sic propriè dicitur transactio à pacto, & compositione, quæ possunt fieri amicabiliter nullo dato, uel retento. c. super eo. eod. titu.

2 ¶ Primò, ¶ quis potest transigere. Respon. primò qui potest donare. uerficu. donatio. Item dominus rerum, siue actionum, tutor, curator, & procurator si habet specialem mandatum, uel liberam administrationem bonorum, uel causæ. ff. de procur. l. procurator cui libera. & l. mandato. de procu. cap. ad agendum. §. 1. lib. 6. prælatus autem non potest transigere in causis ecclesiæ sine consensu capituli. cap. contingit. eo. titu.

3 ¶ Secundò, ¶ de quibus potest fieri transactio. Respon. quòd potest fieri de civilibus. ut patet. ff. & C. eo. per totum. de criminalibus autem utrum potest fieri transactio, dic secundum Inn. in c. crimina. de collu. quòd quædam est causa criminalis, & in hac ante inchoatam accusationem per gratiam desistere potest. ut ff. de his qui no. in-

fami. l. furti. §. pactus. ut ff. ad turpil. l. mulier. post non licet, nisi ut habetur. C. de ambol. l. 2. & §. & c. quædam. §. q. 1. Et transigere aliquo dato, uel retento in crimine publico non licet, & si fiat transactio nulla est, & accusatus habetur pro confesso. C. de transac. l. transigere. ff. de præuari. l. in omnibus. ubi autem est tale crimen quod irrogat pœnam sanguinis licet unicuique sanguinem suum redimere qualitercunque. ff. de bon. eo. l. 1. uel pœnâ deusionis perpetuæ. secundum Pan. in c. 1. de colla. quia licet tunc, nisi in adulterio. d. l. transigere. In aliis autem ubi pœna sanguinis non irrogatur transigere non licet, nisi in crimine falsi. ut d. l. transigere. In crimine tertiò priuato transigere licet, secundum gl. in d. l. transigere. Et no. q. ista debent intelligi secundum leges civiles. Secus enim secundum iura canonica, & conscientiam. de quo uide uer. accusatio. §. §. & seq. & londe q. ratio posset assignari: quia & in Canones omne crimen dicitur publicum, & ideo transigere non licet, ut de coll. per totum. quia ecclesia pro nullo crimine imponit pœnam sanguinis. ne cle. uel mo. excepto ubi est imponenda pœna de rusionis perpetua, sed dic melius & in S. Tho. quia ius civile non potest omnia mala prohibere, ut de simplici fornicatione uide in d. §. 6. & 7.

¶ Tertiò, ¶ utrum de spiritualibus possit fieri transactio. Respon. q. aut petitur ecclesia ab alia ecclesia sibi deberi subici in iure institutionis in correctione, & sacramentorū perceptione, uel eps petit iura episcopalia in aliqua ecclesia, & sic de spūali ad spūale potest fieri, puta q. remittatur institutio, uel aliquod sacrum, & aliquod spirituale præstet. c. ad q. de rer. perm. de quo uer. simonia. §. 44. & sc. sed de spirituali ad temporale non licet. c. constitutus. eo. tit. & de rerum permu. cap. si. Aduerte tamen, q. ubi nomine subiectionis petuntur spiritualia simul, & tēporalia sicut cum eps petit à quadam ecclesia sibi subiecta, q. ab eo percipiuntur consecrationes, ecclesiarum, ordinationes clericorū, & similia, & nihilominus petit aliqua temporalia, utpote partem, uel annuam pensionē, ratione illorum tēporaliū posset transactio fieri cum temporali, & sibi annua pensio dari. ar. c. cum uenerabilis. de cens. & de relig. domi. cap. constitutus.

Aut petitur res temporalis, ut proprietas vt cum ecclesie petitur decimas ex prædiis in sua parochia constitutis, & tunc distinguitur quia si agit contra ecclesiasticam personam sic fit fieri transactio auctoritate Episcopi vel Archiepiscopi, & erit perpetua. c. constitutus. eo. ti. si uero sit sine auctoritate Episcopi, ualet, sed est temporalis, nec excedit uitam transigentis. c. de cetero. eo. ti. Aut agit contra laicum, & tunc si agit de perceptis, & subtractis, potest fieri. c. cum apostolica. de his que fi. à præla. sed non de futuris. i. 6. q. 7. c. decimas. unde non potest fieri compositio neq; transactio cum laicis, ut minus soluant nisi auctoritate Papæ. c. pen. de cõfir. uti. uel inutil. Aut petitur res spiritualis ut beneficium puta, quia dicit reuelatum, vel canonicè in eo constitutum, & tunc transactio fieri non potest sine simonia, sed bene amicabile compositio. c. super eo. eo. tit. s. ut q. ille, qui ius non habet, uel non creditur habere pœnitentiam renuntiat iuri suo sine aliqua datione, uel ut ille q. habet ius recipiatur sine aliqua datione, si tamẽ neuter litigantium possideret, sed uterq; conuendat aliquod beneficium sibi dari, tunc ualet transactio, de elec. cap. cum inter de præben. Et breuiter concludit, q. spirituale cum spirituali eiusdem generis, puta de iure decimationis istius ecclesie cum illo illius ecclesie potest fieri transactio, sed de spirituali ad spirituale alterius non licet. s. m. Ber. in d. cap. super eo, & est tutius quamuis In. in d. c. statumus. & tex. c. gl. in d. c. ad quæstiones. uideantur indistinctè tenere, q. de spirituali ad spirituale licet. Sed contra istud arguitur, quia neque Ber. ibi hoc dicit, nec est uerum, quia tunc licet fieret, de beneficio ad beneficium contra dictum c. super eo. Pro responsione est notandum, ut colligitur ex d. glo. & text. q. transactio accipitur dupliciter. Primò cõiter pro compositione amicali, & sic Ber. ibi dicit q. potest fieri, & hoc est fieri in eodem genere. s. de spirituali ad spirituale quod ibi habetur tam ex Ber. quàm ex tex. & hoc etiã potest fieri, de beneficio ad beneficium ut ibi tex. innuit. & glo. dicit. Secundò accipitur transactio proprie, quæ secundum text. & Ber. non fit nisi aliquo dato, uel revento, uel promisso, & tunc sine intellectu Ber. dicitur fieri in alio genere

rei, & s. m. tex. d. simoniacum, & sic non potest fieri. Patet igitur primò q. quauis Ber. non dicat formaliter. In eodem genere uel alterius, dicit tamen uirtualiter. Secundò patet q. tex. admittit secundum primum modum. Tertio patet q. potest de beneficio ad beneficium primo modo fieri, & hoc est quod dicitur tex. q. non obuiat sacris canonibus, & q. possit fieri, uide uer. beneficium. 3. §. 14. & se. Et si quis breuius uellet concludere q. tunc licet, quando non interuenit simonia. Posset fortè dici, q. petat principium. Nam iam quærimus quomodo fieri possit transactio in spiritualibus, ut non interueniat simonia. De commutatione beneficiorum uer. beneficium. 3. §. 15. & se. Quomodo in transmutatione beneficiorum fit simonia, uer. simonia. §. 39. Quomodo possit commutari spirituale pro spirituali, uer. simonia. §. 44. Et not. q. aliquando transactio sumitur pro amicali compositione, c. ueniens. & c. ex literis. eo. ti.

¶ Quarto, ¶ utrum transactio facta propter indebitam obligationem saltem iure naturali excuset eum qui aliquid recipit, ut eam obligationem remitteret. Resp. q. non, sed restituere tenetur. l. præses prouincie. C. de transf. & l. si. ff. de dolo, & glo. in d. c. super eo. dicit quòd si euidentis est calumnia non tenet transactio. l. in summa. i. Resp. ff. de condi. inde.

¶ Quintò, ¶ utrum dispositio l. si quis maior. C. de transf. quæ habet, quòd ille, qui transactionem iurauit, & uoluntariè non seruat condemnatur, possit teneri in conscientia. Resp. q. sic, quia imperator in pœnã non obseruantis potuit hoc facere, & etiã habet locum in quocunque contractu iurato secundum Doc. ibidem. Item est priuatus ipso iure actione quam habebat contra illum cum quo transactionem fecit. Item si quid habuit per ipsam transactionem siue pecuniam siue rem tenetur eam restituere, & omne emonumentum quod ex ea habuit, quod uerum uidetur secundum conscientiam post sententiam, sed non ante, nisi quatenus damnificatus est illa cum quo transegit uel ex debito ante debebat habere.

¶ TRANSITVS siue translatio. Quomodo possit clericus transire ab una ecclesia ad aliam, uer. beneficium. 3. §. 13. & 14.

& quomodo possit quis transire ab una religione ad aliam. uer. religio. §. 23.

DE TREVGA.

Treuga quid est.

Treuga ꝑ est securitas præstita personis, & rebus ad tempus concessa, discordia nondū finita, & uocatur sœdus uel inducia. ff. de capti. & postli. re. l. nō dubio, & l. postliminium. §. inducię, & sunt duę species. prima conuentionalis, & hæc seruāda est et infidelibus. 23. q. 1. noli. Alia canonica de qua in c. 1. eo. ri. sed hodie non seruatur. Qui tempore treugę bona sua per mare uel per terram auferunt saracenis, rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur, & possunt puniri à principe cuius treugam frangunt, quia fides et hosti. seruāda est. d. c. noli. & 22. q. 4. Innocens.

DE TURPI LUCRO.

Turpe lucrum quid est.

Turpe lucrū ꝑ est quā turpiter acquirē, uel cū peccato, uel contra legis prohibitionē. Et aliquā fm. s. T. 4. di. 15. q. 2. ar. 4. quol. tertia, est solū turpe lucrū. s. quā cā solū prohibetur à lege ut in meretricio. Aliquā turpe lucrū & iniquē acquisitū quā s. lex prohibet acceptionē, & non dationē ut in usura. Aliquā est turpe, & iniquū. s. quā lex prohibet ipsum lucrum, ut in simonia, uide uerfi. restitutio. 14. 15. & 16. Quo ex his non fit oblatio ibi. §. 15. circa medium.

DE TUTELLA.

Tutella est triplex.

Clerici an teneantur suscipere tutelam.

Tutoris ad officium quid pertineat.

Tutor an teneatur facere inuentarium de rebus pupilli. Et quando teneatur. num. 5. Et qualiter. 6. Et de quibus 7.

Tutelam filii quomodo perdat mater.

Tutella ꝑ est triplex. s. Alia legitima ut illa quę defertur à lege quando nullus tutor datus est à patre, filio in re. s. quā ille qui deberet ab intestato succe-

dere, & tenetur h. m. o. tutelā accipere. Alia testamentaria, ut quā pater in testō dat filio tutorē. Alia dactiua. s. quę datur à iudice quā nullo tutore dato in testamento, & nullis existentibus consanguineis idoneis ad tutelā, iudex ex officio suo dat tutorem; & durat tutela usque ad 14. annum cōpletū, & inde incipit cura quę durat usque ad 25. annum completum. Insti. quibus mo. tu. fi. & Insti. de curato.

1 Primò, ꝑ utrum clerici teneantur suscipere tutelam. Resp. q. nec clerici nec monachi, aut epi coguntur ullā accipere tutelā; clerici tñ & episcopi pñt suscipere legitimā si uolunt, testamentariā uerò aut dactiua nō pñt. Silt religiosi clerici, uel episcopi tenentur recipere tutelā miserabiliū personarum, sed religiosi cum licentia suorū superiorum possunt etiam recipere legitimā. ut. 16. q. 1. c. monachi. & sic concordat. 88. di. c. 1. & fi. 16. & q. 1. ca. generaliter. 21. q. 3. Ciprianus. 86. di. peruenit.

3 Secundo, ꝑ quid pertinet ad officium tutoris. Resp. tria primū ut pupillos à criminibus intractos conseruent. secundum, q. res eorū ab iniuria præseruent. 12. q. 1. c. 1. facit l. 1. ff. de tutel. unde tutores dicti sunt quasi tutores in d. l. 1. tertium, q. pecuniā eorū uel bona mobilia q̄ ad nihil ualent, eis seruata, conuertant in prædia ex quibus percipiant aliquē fructum quia secūdum Bar. In l. tutor. §. 1. ff. de adm. tut. si tutor pecuniā pupilli nō ponit in prædiis tenetur pupillo ad fructus quos poterat habere, deductis expensis & periculis quod limita uerū si potuit emere, puta erant qui uolebāt uendere, uel alio modo licitē lucrari poterat, aliās non. Idē dic ubi esset statutū ut est Ianuz, q. omnia bona mobilia distrahantur & uendantur, ut de pecunia acquireret pupillus, lucrū, si tutor non fecit cū posset tenetur ad interesse, & Bal. in l. fi. C. de cōdi. inde. & Io. de Anania. in c. ga. in omnibus, de usu, tenent q. ubicunq; olim tutor tenebatur scenerati de pecunia pupilli, q. hodie cū usurę sint prohibitę tenetur pecuniam pupilli ponere in iustā negotiationem ad partem lucri, & damni, cautella est ut faciat cum consilio parentum, & ponatur in instrumento quia consilium propinquorū facit præsumptionem quoddolus & culpa absit à tutore, ar. l. etiam. C. si tu. uel cur.

inter,

- inter. secundum Bal. in l. pola. C. de his qui
 7 in indi. tutor tenetur de suo, si potuit ali-
 quid acquirere pupillo & neglexit. l. quic-
 quid. C. arbi. tut. forius qm neglexit & pas-
 sus est acquisita dilabi. facit ad prædicta. l.
 non est ignotum. C. de adm. tu. Idem in
 prælato seu rectore fm gl. singularem in c.
 placuit. i. 6. q. 3. Abb. in c. si de terra, de pri-
 uil. hæc habes in repertorio Abb. ver. tutor,
 & in c. ea quæ, de offi. archidi. habes secun-
 dum Pan. q. tenentur de lata & leui culpa.
- 4 ¶ Tertio, ¶ tutor tutor teneatur facere in-
 ventarium de rebus pupilli. Respon. q. sic,
 nisi causa necessaria uel iustissima impe-
 diat, text. est in l. tutor qui repertorium ff.
 de adm. tu. Idem secundum Bar. ibi de tu-
 tore, & causa necessaria dicitur secundum
 eundem Bar. ex parte tutoris, morbus, pu-
 ta quia pedagogus, & huiusmodi impedi-
 tus est uel ex parte rei quia non inuenitur
 adhibita diligenti inquisitione, causa uero
 iustissima dicitur si testator remisit confe-
 sionem inuentarii, ut in l. fina. C. ar. tute.
 quod limitat Bart. ubi supra nisi iudiciali-
 ter videatur ut in l. in confirmando, & l. vi
 lem. ff. de confir. tu. fallit hoc in duobus ca-
 sibus, in quibus non tenetur facere in-
 ventarium secundum Bar. ubi supra. primo si
 consuetudo esset ut non fieret. secundo si
 iudex ex causa remitteret quia posset.
- 5 ¶ Quarto, ¶ quando tenetur facere. Resp.
 fm Bar. ubi supra, q. glo. ibidem, & cõuer
 doct. tenent q. mox. i. quam primum pote-
 rit, facit l. hæc condicio. ff. de condi. & de-
 mon. aliter videtur in dolo, intellige si ad-
 ministravit, aliter non. Item non videtur
 in dolo si fecit illa quæ dilationem non re-
 cipiunt uel quæ necessariò præcedunt in-
 uentarium, ut perferuatio substantiæ hæ-
 reditariæ, uel ea quæ nullo modo possunt
 obesse pupillo, sed bene prodesse, quia ta-
 lia agendo ante confessionem inuentarii
 non præsumitur in dolo fm Bar. ubi supra.
- 6 ¶ Quinto, ¶ qualiter debet. Resp. text. in l.
 tutores. C. de adm. tu. q. in præsentia pu-
 blicarum personarum. glo. tamen ibidem
 dicit q. sufficit vnus notarius, præsentia ve-
 rò iudicis non est necessaria fm Bar. ubi su-
 pra, & cõiter doc. nisi ut faciat fidem con-
 tra debitores nominatim, quorū nomina feri-
 buntur in inuentario, & ita uidetur, quam-
 uis gl. in d. l. tutor. teneat q. est necessaria.
- 7 ¶ Sexto, ¶ de quibus debet fieri. Resp. tex-
 in d. l. tutores, quod omnium rerum corpo-
 raliū secundum Bart. ubi supra, & instru-
 mentorum id est omnium iurium incorpo-
 raliū de quibus apparent instrumenta
 probationis in bonis pupilli, de aliis non.
- 8 ¶ Septimo, ¶ quomodo mater perdit tutelam
 filii. Resp. secundum Pa. in c. uxoratus,
 de conuer. coniug. quod dupliciter, primo
 si incontinenter uiuat, secundo per transi-
 tum ad secundas nuptias, de quo est glo.
 not. quam sequitur Bar. in Auth. ut matri,
 & auiz. C. quando mu. tu. of. fungi potest.

DE VAGATIONE MENTIS.

1 Vagatio mentis quid est.



Agationem ¶ mentis quæ est
 filia accidit, si quis habeat
 ex proposito in oratione,
 hoc peccatum est & impe-
 dit orationis fructum, & cõ-
 tra hoc Au. dicit in regula,

Psalmis & himnis cum oratis Deum, hoc
 uerfetur in corde quod profertur in ore, eua-
 gatio uero mentis quæ fit præter propositū,
 orationis fructū non tollit. vñ Basi. dicit, si
 uerò debilitatus à peccato fixè nequis, quā
 tunccong; potes teipsū cohibeas, & Deus
 cognoscat eò q. non ex negligentia, sed ex
 fragilitate non potes ut oportet assistere co-
 ram Deo, uide uers. horæ canonicæ. §. 29.

¶ VANA gloria require. s. uer. gloria uana.

DE VASIS.

1 Vasa sacra qualia esse debeant.

Vasa sacra debent esse sacrata & hone-
 sta & solum ab hominibus sacrats
 tractari, & si sint facta inutilia uel ue-
 tustate cõsumpta debent comburi & cin-
 res condi in loco honesto ne pedibus in-
 trantiū conculcentur. de cõse. di. 4. c. altaris.
 c. in sancta, & c. vestimenta, & de reli. do. c.
 ad hæc, & de re. pmu. c. mancipiū. de eorū
 cõsecratione uide uer. bñ dictio, & uer. con-
 secratio, de eorū munditia dr̄ in c. 2. de eu-
 sto. eucha. in si. præcipimus quoque ut ora-
 toria, uasa, corporalia, & vestimenta mini-
 strosū, palæ altaris, nec non & ipsa cot-

poralia, munda & nitida conferuentur: nisi enim uideatur absurdum in sacris fordes negligere quæ dedecet et in profanis, hæc ibi in tex. ex quo uideatur quod magna negligentia sit mortale eo quod præcipit.

¶ **VASALLVS** dicitur ille qui habet feudum ab aliquo, de quo supra uer. feudum.

¶ **VECTIGAL** uide uer. pedagium.

¶ **VELATIO** virginum uide uer. uirginum consecratio.

DE VENATIONE.

1 Venatio triplex est.

2 Serui antea uentur obedire dñis uenari uolentibus.

3 Domini propter uenationem mutilantes, uel occidentes aliquem an mortaliter peccent.

1 **V**enatio est triplex, una oppressiua hominum, & hæc sp. est prohibita. 6. di. §. is ita in fi. Alia dicitur arenaria, si que fit in arena cum fera dentata, & hæc est sibi prohibita. 86. dist. e. qui uenatoribus, & c. seq. tertia dicitur saluosa que fit in siluis & saltibus. Quæ sicut in S. T. 1. q. 96. ar. 1. post Philo. 1. Politi. & 2. 2. q. 64. ar. 1. est iusta & naturaliter sua, omnia enim sibi erant subiecta & ad eam ordinata, nisi fuisset peccatum & per eam gubernata fuissent ad nutum, unde naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem & usus eorum, unde Ge. 1. Omnia quæ mouentur, & uiuunt erunt uobis in cibum. Non habuissent tamen homines necessitatem eorum in statu innocentie non quo ad uestimentum, quia erant nudi & non erubescabant, nullo inordinato motu insurgente. Neque ad commestionem quia fructus paradisi sufficiebant, neque ad uehiculum pro robur corporis, sed solum uti fuissent ad experimentum pro scientiam acquirendam de naturalibus eorum, sunt tamen aliquando prohibita quando alteri acquisita. uer. restitutio. §. 25. & uer. furtum. §. 9. & 10. Aliquando sunt prohibita ratione temporis. uide uer. putari, tempore quo homines tenentur esse in ecclesia & orare. 86. dist. an putatis, de conse. dist. 7. irreligiosa, & dist. 5. ieiunia nisi forte necessitate famis ingruente. c. licet, de feri. aut alia simili. Alius autem diebus est licita laicis, de deci. c. non est in potestate, uide uer. restitutio. §. 28. Clericis uero & religiosis est prohibita nisi ex necessitate ecclesie urgente ut dictum est, possunt tamen prelati & alii religiosi uel ecclesiastici causa recreationis, uel exercitandi appetitum &

hominum cum retibus & laqueis, & et canibus cum silentio & modestia aliquando uenari, nisi tempore quo debent uisitare uel predicare, de celi. c. cum apostolus. §. archidiaconi. & sic intellige illud ne cle. uel mo. c. 1. & iura que uidentur contraria sicut in Host. sunt intelligenda de illis qui nimis mentem talibus implicent. Quod ludus prohibetur clericis. uer. si. Ludus. §. 6. Supplementum tamen hic uide uer. tenere quod nullo modo liceat clericis pro d. c. 1. sed rationabilius est quod hic dicitur. Episcopis autem secundum Pifa. omnino prohibetur est. §. Primum, tamen uerum serui obedire tenentur dominis uenari uolentibus temporibus prohibitis. Resp. sicut in Guil. quod non tenent serui obedire dominis in rebus illicitis, quale est hoc contra illud, Primum querite regnum Dei, uidentur tamen excusari si coguntur per iustum metum. Et tenentur uenatores de damnis datis. uer. restitutio. §. 10.

2 Secundum, tamen quid de dominis qui occidunt uel mutilant pro uenatione leporem uel siluestrium animalium. Resp. sicut in Asten. quod mortaliter peccant, si faciunt libidine uindictæ uel amore hominum animalium aut uenandi, quia omnino excedunt, unde et si sit consuetudo loci sicut in statutis, quod pro uno actu uenationis tanta pena infligatur quod non excusatur a mortali omnes obseruantes eam, ut not. Tancr. in summa tit. de rapina. uer. restitutio. §. 29.

¶ **VENTIO** uide uer. emptio. Verum liceat uendere, arma, uenenata, ornamenta, taxillos, scacos, ferra, & huiusmodi, uide uer. ats. §. 3. & 4.

¶ **VENEFITIVM.** uide uer. sortilegium.

¶ **VENIALE** uide uer. peccatum.

DE VERBERATIONE.

1 De uerberatione remissive.

2 Soluere non ualens in civilibus & laicis in corpore an si ueniat ad pinguiorem fortunam an teneatur amplius soluere.

1 **V**erberatio est uide uer. percussio, quod liceat aliquem uerberare ibi primo. & uer. excoriatio §. casu 1 §. 6. & se.

2 Primum, tamen uerum ille qui non ualeat soluere in civilibus & laicis in corpore, si ueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur amplius soluere. Resp. secundum Bal. in l. ff. de in ius uo. quod non: quia luitio corporalis cedit loco solutionis, facit l. sed si unius. §. si ante. ff. de iniur. glof. est in capitulo. sicut indignum,

indignū, de homi. & vide gl. in regula peccatū. lib. 6. Not. q. qñ differit solutio, aliqñ est solū quia est impotens, & tñc si pertinet ad pinguiorē fortunā tenetur. text. in c. Odoardus, de solu. & ibi Pa. in glo. 2. Aliqñ est quia est impotēs & luit in corpore, & tñc non tenetur amplius, ut in glo. d. regulæ peccatū. Aliqñ est impotēs & cedit bonis, & tñc fm d. gl. vñ teneri si perueniat ad pinguiorē fortunā, fm alios secus, vide verb. restitutio. §. 4. circa mediū, si uerō cedit bonis ut sit Ianua ita q. oīa que habet præter dotē & quedā alia privilegiata exponit, & fit solutio proportionabiliter, & ipsi creditores sic acceptant, tunc credo q. non amplius tenentur nisi quantum & qualiter disponit statuta, eodē modo diceretur de illis qui stant in la mala paga Ianua, uel in le stinche Florentiæ. & fm aliū modū detinentur, ut absoluantur, si faciūt statuta ordinant, uide uer. carcer. §. 2. & uerbi. cedere bonis, & uer. restitutio. §. 4. circa medium.

DE VESTE.

1 Circa vestem quomodo sit peccatum.

1 **V**Estis ¶ quomodo circa illas sit peccatū. uide uer. ornatus qñ uestes sacrę non debent redire ad usus profanos. uer. consecratio. 2. §. 10. uel ex profanis nō fiant sacrę, ibidē, à quo debeant benedici. uer. abbas. §. 5. & consecratio. §. 1. Qñ de beant iterū benedici maxime de stola, & manipulo, & cingulo qñ reperiantur uel sunt dupla. uer. benedictio. §. 1. Vtrū uestimentū sit inuentū à natura uel ab arte. Et vñ q. sit solum ab arte. Nā fm S. Th. 2. 2. q. 146. art. 2. ad tertiu usum uestimentorū est introductus ab arte, usus autē ciborū à natura, & id magis debet uirtus specialis. s. abtinentia circa moderationē uestimento rū. hæc ille. Cōfirmatur quia in statu innocentie nō fuisse usus uestimentorū, sed bene ciborū. Resp. q. vltus uestimentorum est naturalis homini fm q. est aīal rōnale, sicut esse politicū, sed nō est naturalis eidem fm natura sensitīuā, nisi in eoatiuē p. quan rō cōplexio corporis præparata est ut uestimēto melius cōseruetur qd ar est sup hoc, est ab arte. Nō est aut oīno simile, de cibo quia est magis fm naturā & magis necessarius, vñ natura adhibuit maiorē delectationē, vñde magis requirit uirtutē specialem.

Secunda pars

DE VICARIO.

- 1 Vicarius quis sit.
 2 Vicariorum quot sunt species & nu. 3. 4. 5.
 6 Vicarii temporales an possint alium vicarium instituire.
 7 Vicarii quæ sit auctoritas.
 8 Vicarius an remaneat mortuo uel remoto Epō uel Abbate uel alio prelato habere vicarium.

¶ Vicariū Episcopi doctore uel licentiatū eligi debere statuit sancta Synodus Trid. eiusq; officii in collatione beneficiorum plurimum uersari. Ordinarios uerō monet sub pœnis, ut per idoneorum uicariorum deputatiōē, & congruæ portioni fructuū assignatiōē omnino prouideant, ut animarū cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur. Ecclesiastica uerō beneficia quocunque nomine appellentur, quæ curā animarū ex primæua eorum institutione, uel aliter quicq; retinent, in Vicariā modo aliquo non cōuertenda; & si id attēari contingat, intra annū, uel cū primū per cessū nel decessum uocauerint, in antiquū statū ipso iure restitui decreuit. fess. vii. de refor. c.v. & vi. fess. xiiii. de refor. cap. xvi. xvii. & xviii. fess. xxv. de refor. c. xvi. Ex c. ordinarii. de off. ord. LEON. à LEGE.

1 **V**icarius ¶ est qui uices alterius gerit, siue in officio nō contētiōso ut extra eo. ti. p. totū, siue in cōtentiōso. C. de officio eius qui uices alterius gerit p. totū.
 2 ¶ Primō, ¶ quot sunt species vicariorum. Res. fm D. Card. in cle. vnica, eo. ti. q. sunt quatuor, quidā sunt perpetui. s. ecclesiarū parochialiu qui curā habent, & est ille qui constituit auctoritate epi & non ad ips, de offi. ui. c. ad hæc. & talis aliā uicariam habere nō pōt. eo. ti. c. prouideas, nec siue cā pōt amoueri. d. c. ad hæc, & debet habere 2. 5. annū, & promoueri ad sacerdotiū, in cle. quæ de ecclesiis. eod. ti. alias priuatus est ipso facto, & tales fm gl. in d. cle. unica, solū cōstituiunt in ecclesia parochiali non rurali, & iste non pōt instituire aliū uicariū perpetuum, sed bene tēporalem fm Car. ibidem.
 3 ¶ Secundō, ¶ Quidam sunt uicarii temporales sicut mercenarij, qui ad ips assumuntur ad adiuidandū ad curā aīalū fm Pa. qñ rector per uia delegationis cōmittit ei a-

toritatem audiēdi, quia hoc pōt ēt non habentū curā aīarum nisi sit prohibitus ad exercitiū curā ut peregrinus & ignotus, de cle. pere. per totū, quia tūc non teneret talis cōmissio, quia ad solū ep̄m pertinet. ca. tua, de cle. pere. & c. s̄m. & similiter dic q̄n cōmittitur religioso cui a regula vel suo p̄lato prohibet. ¶ Tertio, ¶ quidā sunt vicarii q̄ deputātur ad aliquā prouinciā aut diocesim vel locū, de quibus eo. tit. c. pen. & 16. q. 1. c. addicimus. & tales vicarii iurisdictionales tantam habent potestatem quantum mēsuramus ex eorum cōmissione. ad hoc de priu. c. accepimus, & c. porro.

¶ Quarto, ¶ quidā sunt vicarii generales q̄ cōstituentur ad oīa incūbentia p̄lato nō solū respectu curā, sed et respectu oīum incūbentū & ē dīa inter istos propriē & officiales ep̄orū: quia officiali solū cōmittit cognitio causarū totius diocesis, nō autē inquisitio, correctio excessū, amotio à bñfīcis nisi sp̄aliter sicut cōmissū: vicarii at̄ gñales oīa hęc p̄nt excepta bñfīcorū collatione, ut in c. cū in gñali. eo. tit. li. 6. sed in Italia rara est eorū dīa, & iō vī eorū cōmissio minus principalis seu vtilis, & hic hēt idē cōfessorū cū ep̄o, & talis hēt ordinariā, & pōt exēdicare. Alius est foraneus & tales nō hūt ordinariā, sed delegatā nec faciunt idē cōfessorū cū ep̄o. Et not. q̄ merus secularis vel clericus uxoratus nō p̄nt esse vicarii sp̄i. Pa. in 2. c. de cle. coniug. de quo uer. beneficīū. 2. §. 12. & uer. laicus. §. si. Et s̄m Pa. in c. pastoralis, de rescript. primo notabili, quidam est perpetuus, quidam temporalis.

¶ Quinto, ¶ utū vicarii sp̄ales. s. 2. 3. & 4. possint aliū vicariū instituere. Res. q̄ regulariter vicarius vicariū nō facit. c. clericus, de offi. ui. fallit in archipresbytero qui cū sit vicarius ep̄i in sp̄u alibus, de offi. archiep̄iscopos. c. ministeriū. aliū tū vicariū pōt instituere, ut ibidē dī, & s̄m Pa. in d. c. clericos. dat vicariū in casibus, non regulariter. tū quia debet p̄ se residere, tū pp̄ absurdū utandū. s. in finitāte capitū, pp̄ consueitudinē tū vel pp̄ dispensationē excusant a residētia, & tūc pōt aliū vicariū facere, de re. iud. c. Bertoldus, ubi dī q̄ facit aliū vicariū, sed intelligitur de nudo articulo & certo, nunquā tū ex toto p̄t cōmittere. Hof. dicit, q̄ ad sp̄s p̄ modicū & ex magna cā & nō nimis frequenter poterit aliū relinquere.

loco sui, sicut fit tota die. ar. ff. de offic. eius cui man. est in l. 1. §. 1. de app. c. peruenit. 2. Et uide Io. An. in nouella. de elec. lib. 6. ca. cū ex eo, & specialē causam pōt delegare et plures. l. cū p̄tor. ff. de iudi. q̄n aut hēt mandatū sp̄ale substituēdi, tunc p̄nt, q̄a nō propria autoritate hoc faciūt s̄m Io. An. in c. 1. de offi. ui. lib. 6. Officiales alio officialem generalem nō faciūt. d. c. clericos, & c. 1. de offi. ui. li. 6. in gl. in uer. ip̄ius officialis, uide uer. si. delegare §. 1. hic uide, utrum p̄lato possint committere uices suas sub anno uer. si. si. monia. §. 42.

¶ Sexto, ¶ queritur, qualē autoritatē habet vicarius. Res. primō, q̄ tantā hēt quantum pōt & uult sibi dare ille qui facit eū vicariū, & q̄n patet illi est ita dū. Si uerō nō patet quantum uult sibi dare, tūc nel sit in aliqua cā particulari. Et tūc de illa, & de his sine quib. nō pōt bñ p̄ficere, se impedit & nō plus: si uerō sit gñalis ēt dicēdo, ut possit oīa que ipse possit nō exprimēdo aliquid qd̄ requirit sp̄ale mandatū, si ēt dicar, si requireret sp̄ale mandatū secuta clausula gñali, dicēdo, & oīa alia que per nos possumus ēt si exigent sp̄ale mandatū, tunc quāuis habeat ordinariā potestātē nō poterit ea que requirunt sp̄ale mandatū. ar. c. qui ad agendū, de procu. li. 6. Si uerō exprimat aliqd̄ qd̄ requirit sp̄ale mandatū, secuta clausula gñali, dicēdo, & oīa alia que per nos possumus ēt si exigent sp̄ale mandatū, tunc poterit oīa que pōt instituens ordinariā potestate, uide gl. si. in c. 2. de offi. ui. lib. 6. Aliās per clausulas gñales non ueniunt ea que uerisimiliter nō eēt concessurus. c. si. de offi. ui. lib. 6. ita in tex. quam in gl. & c. 2. ibidē ita in tex. quā in gl. Itē si noīaret aliquid sp̄ale, & cū clausula generali, & c. nō tū intelligitur cōcessū id quod uerisimiliter nō eēt in speciali concessurus, ut puta quia eēt magnā importunitate sicut si cōstitueret procuratorem ad oēs causas, non tamen intelligeretur ad contrahendū matrimonīū nisi sp̄aliter, & c. uide gl. in c. si. uer. specialē. de procur. lib. 6. ubi dī q̄ illa clausula generalis que sequit̄ specialia expressa, similia includit non longē maiora, immo ēt si specificaret de matrimonio, si nō specificet de p̄sona nō ualet. Ita requirunt specialē mandatū. s. inquire re, corrigere, depone, punire subditorū excessus.

excessus, beneficia conferre, dare literas commendatitias ad ordines. hæc habes in d.c. 2. & d.c. si. tã in tex. quã in glo. Et in c. si Episcopus. de poeni. & re. lib. 6. habetur, quod si Episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem, ille quẽm is elegerit in casibus, qui eidẽm Episcopo specialiter. referuntur nullam habet poenitens potestatem: cũ in generali concessione illa non ueniant, quã non esset quis uerisimiliter in specie concessurus. hæc ibi in tex. uide uer. generale. §. 1. & uer. seu. absolutio. 2. §. 10. Quomodo semper quando datur iurisditio datur cum coertione. uer. iurisditio. §. 1.

8 ¶ Septimò, ¶ utrum mortuo, uel remoto Episcopo, uel abbate, uel alio prelato habente uicarium, remaneat ipse uicarius. Respond. secundum Panor. in ca. 1. ne. se. ua. ali. inno. not. si. quod, uel ipse uicarius seu superior, uel prior, uel quocunq; alio nomine uocetur, fuit electus à toto conuentu, uel aliquo collegio paruum, & sic durat post mortem, quia autoritas collegii à quo est electus durat semper, similiter esset si haberet autoritatem à lege quã semper durat, uel est factus per abbatem, uel alium prelatum, seu Episcopum solum, & tunc ipso mortuo non durat, quia deficit radix, & suspensa autoritate abbatis deuoluitur ad capitulum. Episcopo etiam excommunicato cessat potestas uicarii sũm Pan. in c. 1. de offi. lega. Idem Io. And. in c. 1. de offi. ui. lib. 6. in gloss. in uer. ipse officialis, quia uicarius, & ille cuius est uicarius, seu officialis habent eiuẽs constitutorium, ut ipse ibidem dicit. Idem est secundum Pan. in c. licet, de offi. dele. in 1. gloss. In quinta parte, de delegatore integra, secundum quod delegante excommunicato, uel suspensio similiter est ipse delegatus suspensus, secus quando res nõ est integra. Idem Ioan. An. ubi supra immediatè. Quidam post Ricar. distinguunt, scilicet quod uel officialis est factus ante excommunicationem, uel post: si post non ualeat, si uerò ante, uel inceptit, uti ante excommunicationem, ita quod res non est integra, & tunc ualeat uel res est integra, & non ualeat secundum aliquos ad instar mortui, secundum alios ualeat, quia aliter se habet in mortuo ubi totaliter deficit iurisditio aliter in excommuni-

cato ubi suspenditur. hæc illi, sed melius, ut dictum est, ut distinguamus inter uicarium, uel officialem, & delegatum ut Ioan. And. & Pan. distinguunt. uide aliquid uer. absolutio. 2. prin. ibi quintũ. uide aliquid uer. unctio. §. 5. Et secundum e. Pan. in ca. uolente, de officio deleg. 3. notabili, posito uno uicario non remouetur reliquus, quamuis Ioan. cal. dicat contrarium, sed primum melius.

¶ VICIATVS. corpore, uide corpore uiciatus.

DE VIDUA.



- 1 Viduas quot modis dicitur.
- 2 Vidua cum sit sub protectione ecclesie an possit aliquẽ conuenire coram iudice ecclesiastico.

Vidua, ¶ quot modis dicitur. Resp. secundum Alberic. ¶ quatuor modis. Nam est quãdam uidua corpore, sed inhonesta mente. 1. Thi. 5. Vidua quã est in deliciis uiuens mortua est. Et est uidua corpore, sed nupta mente, & hæc comparatur coniugatis. Et est uidua mente, & corpore, & de talibus dicit apostolus ubi supra. Viduas honora quã uerè uiduę sunt. Quarto modo dicitur uidua quando talis est terreno auxilio destituta, & sic est uidua corpore, & mente, & terreno auxilio destituta. Quinto est uidua ex communi usu loquendi illa cuius maritus mortuus est, à quo fuit cognita. 3. 4. di. c. uidua, & iõ in quacunq; materia etiam pœnali usus loquendi præfertur etiam proprio significato, unde si accipitur communiter. Vtrũ quando uidua contrahit debeat benedicere, uide uer. impedimentum. 1. 4. scilicet feriarum. 4. Et utrum possit traduci tempore feriarum ibidem. §. 1.

2 ¶ Primò, ¶ uidua licet sit sub protectione ecclesie. 8. 7. di. per totũ, de uer. sig. c. super quibusdam, non tamen potest alium conuenire petitorio coram iudice ecclesiastico aliter non data negligentia iudicis secularis, ut in c. ex tenore, de fo. com. quod intellige quando est tantum uidua: secus si uidua, & pauper uel oppressa, & sic intelligitur d. c. super quibusdam, & c. signifi canibus, de offi. deleg. Ab. in d. c. ex tenore.

re. Et nō castē nūq̄do pdit tutelā, de quo uer. tutelā. §. si. pdit et legatū factū à mari to. glo. in l. foresem. C. de his qui ut indig. Abb. in c. uxoratus, de conuer. com. u. & sequitur ut domiciliū uiri p̄ mortuū. hęc Pan. in c. ex parte. in fi. de fo. compe.

DE VILICO.

1 *Villicus quis dicatur.*

1 **V**illicus, † dicitur uillæ custos, & qui fructibus percipiendis, & colligendis imponitur. ff. de insti. l. si cū uillico.

DE VILLA.

1 *Villa quid sit.*

1 **V**illa, † proprie est pluralitas domorū sine muris, & dicitur uilla quasi uallis uallata. Pan. in c. tuæ fraternitatis. de cle. nō res. Quo uilla, ciuitas, diœcesis, urbs, castrū, suburbium p̄nt accipi proprie, & cōter, & qd significant. uide versic. absoluto. 1. §. 2. 6. & uer. interdictum. 1. §. 1. 2.

DE VINDICATIONE.

1 *Vindicatio utrum sit uirtus specialis.*

1 **V**indicatio † utrum sit uirtus sp̄alis, Re. fm S. T. 2. 2. q. 108. q̄ si accipiat uindicatio fm q̄ se defendit cōtra iniurias ne ei iserant, uel illatas iā iniurias uiciscit nō intētiōe nocēdi, sed intētiōe remouēdi nocumēta, & fm q̄ Tullius in sua retorica dicit, q̄ uindicatio est per quā ius in iniuria, & oīno quicqd oblectū est, i. ignominiosum defendēdo, aut uiciscēdo propulsa. Uindicatio igitur sic sumpta est sp̄alis uirtus, ad quā disponit fortitudo remouēdo prohibens. si timorē periculi imminētis. Zelus autē fm q̄ importat feruorē amoris importat primā radicē uindicatiōnis, prout aliquis uindicat iniurias Dei, uel proximorū quas ex charitate reputat quasi suas, huic uindicatiōni opponit p̄ excessum p̄ctm crudelitatis, uel senitiz q̄ excedit mensurā in puniēdo, p̄ defectū autē opponitur sibi nimia remissio in puniēdo. uirtus autē uindicatiōnis cōsistit in hoc, ut homo fm oēs circumstantias debitā mensuram in uindicando cōseruet. Primō ut animus uindicatis in malū principaliter non

feratur illius de quo uindicata sumitur qd pertinet ad odiū & est cōtra charitatē, sed debet principaliter ferri ad bonum ad qd peruenitur per poenam peccantis, puta ad emendationem peccantis, uel salutē, uel ad cohibitionem eius, & quietē aliorum ad iustitiz conseruationem, & Dei honorem, & aliis debitis circūstantiis seruatis, potest esse licita. Et si p̄ter ordinē institutionis diuinæ facit, uirpat sibi qd Dei est, & sic est mala. Et si quis proprias iniurias tollat, fm q̄ oportet, uirtuosē agit, secus si iniurias Dei uel ecclesiz. Et sic uindicatio faciēda est fm q̄ expedit, & c. utrum unus puniatur pro alio uer. poena. §. 2. & versic. patientia. §. 1. Quomodo debet se habere ad iniurias. uer. iniuria per totum.

DE VINO.

1 *Vinum quod proprie dicatur.*
2 *Vinum sine aqua, uel plures bibentes an peccent mortaliter.*

1 **V**inum, † uitis est proprie uinum, alia uerō per similitudinem eius, uinum est calidum, tamen accetum est frigidum, uinum calefacit, & lētificat, quia generat multos spūs, claros tēperatos, & mediocres i sp̄itudine, & tenuitate, eas usus est illicitus per accidens tm. l. uel pp conditionem eius, qui facilliter scandit eo uel pp excessum, uel uotum, uel lēdantur. Et fm Valerium antiquitus mulieres apud Romanos non bibebant, & datur debilibus ut confortentur, non autem infirmis qui subiacent morbo febrili.

2 **¶** Primō, † uinum bibentes sine aqua, uel pluries bibentes utrum peccent mortaliter. uide uer. ebrietas. §. 6. Non bibentes uinum non possunt ordinari ad sacerdotium, uide gl. 2. q. 7. c. ipsi apostoli. Ex eo. n. quod abhorret uinum postea euomere sacramentum. ar. in ca. si quis per negligentiam, de cons. dist. 1. quando sacerdos est oblitus ponere uinum in calice. Pa. in cap. cum mare. circa fi. uer. missa. §. 33.

DE VIRGINITATE.

1 *Virginitas in quo consistit.*
2 *Virginitas an sit uirtus specialis.*
3 *Virginitas an per penitentiam reparari possit.*
4 *Virginitas an sit licita.*

Virginitas.

- 5 Virginitate an sit excellentior matrimonio.
 6 Difficultatem maiorem quis patiatur virgo vel vidua sen experta.

¶ Virginitatis uel cælibatus statui coniugalem statum si quis dixerit anteposendum, & non esse melius ac beatius manere in uirginitate, aut cælibatu, quam iungi matrimonio, anathema est ex decreto sanctæ Synodi Trid. sess. xliiii. de sacr. matr. can. x. Ex Matt. 19. Pau. 1. ad Cor. 7. in fi. c. nuptiæ. 23. q. 2. & c. qui sint. 33. q. 1. Leo. à 1.

- 1 **V**irginitas, † in quo consistit. Resp. fm S. Th. 2. 2. q. 132. ar. 1. q. nomē uirginitatis à uirtute sumptum uir, & sicut illud uidet uirēs, & in suo uirtute persistere qd nō est ex super abūdantia caloris, adustionem exemptū ita ē uirginitas hoc importat. q. psona cui inest, immunis sit à cōcupiscentiæ adustione quæ esse uidet in cōsumatione maximē delectationis corporalis, qualis est uenereorū delectatio. unde Am. dicit in li. de uirginitate, quod castitas uirginalis est expertis cōtagionis integritas. In delectatione autē uenereorū tria est cōsiderare. unū quidē quod est ex parte corporis. s. uiolatio signaculi uirginalis, de quo habes uer. stuprū, & quō est solū in muliere, & nō in masculo. ibidē. Aliud autē est in quo cōiungitur id qd est animæ cum eo qd est corporis. s. ipsa resolutio seminis delectationē sensibilium causans. Tertiū autē est solum ex parte animæ. s. propositum perueniendi ad talē delectationē in q bus tribus id quod primū positū est ex parte corporis habet mortale actū qui nō consideratur p se, nisi fm ea quæ sunt animæ. Secundū uerō materialiter se habet ad actum morale, nā sensibiles passiones sunt materia moralium actū. Tertiū uerō se habet formaliter, & cōpletuē, q. ratio moralium in eo qd est rationis completur, q. ergo uirginitas dicitur per remotionē prædictæ corruptionis, consequens est, q. integritas membri corporalis per accidens se habeat ad uirginitatem, ipsa autē immunitas à delectatione quæ consistit in seminis resolutione se habet materialiter, ipsum autē propositum. i. electio abstinenti ad talē delectationem se habet formaliter & cōpletuē in uirginitate. unde August. in lib. de nuptiis dicit

q. uirginitas est in carne corruptibili. in corruptionis perpetua meditatio, & tangitur id quod est formale quando dicit meditatio per quam intelligitur propositum rationis, quod autem additur perpetua, non sic intelligitur q. oporteat uirginem semper actu talē habere meditationē, sed quia hoc debet in proposito gerere, ut perpetuō in hoc perseueret. Tangit autē id quod est materiale, ubi dicit in corruptionis in carne corruptibili, quod additur ad ostendēdū uirginitatis difficultatē, nā si caro corrūpi nō possit nō esset difficile perpetuā in corruptionis meditationē habere. Integritas autē corporalis mē bri p accidens se habet ad uirginitatē inquantū. s. per hoc q. ex proposito uoluntatis abstinere q. à delectatione uenerea remanet integritas in membro corporeo. unde si contingat q. per aliū modum aliquo casu mē bri integritas corrumpatur non magis præiudicat uirginitati quam si corrumpatur manus aut pes. Et si delectatio quæ ex seminis resolutione causatur, procedat ex mente proposito, tollit uirginitatem siue fiat per concubium, siue absque. Si uerō accidat præter propositum, vel in dormiendo, vel per uio lentiam illaram, cui mens non consentit, quamuis caro delectationem experiat, uel etiam ex infirmitate nature, ut patet in his qui semini fluxum patiuntur, sic nō perdit uirginitatis. Similiter si luxuria contra naturā, tēpus ætatis præueniat, ut non sit resolutio seminis, & per consequens, nec delectatio completa, mentem suffocans, non amittitur uirginitas quātūm ad materiale, q. ideo potest reparari. Similiter si per ebrietatem, non amittitur, quia nō habet usum rationis qui requiritur ad actum uirtutis, quia tamen ecclesia iudicat quod exterius est & similiter, quia difficile est, quod in illo æstu mens non consentiat, iō si aliquis contrahat cum tali erit bigamus nec consecrabitur ut uirgo. Et quantum sancti in patria non habeat carnem corruptibilem, tamen habuerunt, & ideo retinent uirginitatem, secus de angelis.

¶ Primū, † utrum uirginitas sit uirtus specialis. Resp. fm S. Th. ubi supra art. 3. q. sic, & quantum dicit in 4. sententia. quod de hoc sint opiniones, tamen in. 2. 2. declinat, q. sic, quia ubi est specialis materia boui, ha-

habens specialem excellentiam, ibi inuenitur specialis ratio uirtutis, sicut patet in magnificentia quæ est circa magnos sumptus & ex hoc est specialis uirtus à liberalitate distincta, quæ communiter se habet circa omnes pecuniarum usum. hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento ueneræ delectationis, habet quandam excellentiam laudis super hoc quod est conseruare se immunem ab inordinatione ueneræ uoluptatis. & ideo uirginitas est quædam specialis uirtus habens se ad castitatem sicut magnificentia ad liberalitatem. Et si quis arguat uirtus non amittitur sine peccato, sed uirginitas amittitur sine peccato. s. in matrimonio igitur non est uirtus. Respon. secundum San. Thom. ubi supra ad quartum quod uirginitas secundum quod est uirtus importat propositum firmiter uoto integritatis perpetuo seruandæ. dicit. n. Aug. in libro de uirgi. quod per uirginitatem integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis fouetur, consecratur, fertur: unde uirginitas secundum quod est uirtus nunquã amittitur sine peccato, & quãuis non omnes habeant materiã uirginitatis, possunt tamen habere formale. i. propositum si congrueret sicut pauper ad magnificentiam. Et quãuis coniugalis & uiduitas ad dant aliquid supra castitatem cõem, non tamen pertinent ad id quod perfectum, est in materia ista. s. ad ommodã immunitatẽ ueneræ uoluptatis, sed sola uirginitas, quæ sola ponitur uirtus specialis supra castitatem sicut magnificentia supra libertatem. Et not. quod uirginitas secundum San. Thom. in quarto sententiarum habet gradus, primus est ante usum rationis. Secundus quã actu seruant integritatẽ cũ proposito in nubendi & tales sunt uirgines materialiter. Tertius quã seruat cum proposito sine uoto, & talis est etiam formalis, sed imperfecta. Quartus est perfectus quã habet omnia ista cum uoto, & ista est propriè & perfectè uirtus quæ nõ amittitur sine peccato, & talis fuit uirginitas beatæ uirginis.

¶ Secundò, ¶ utrum uirginitas per pœnitentiam reparari possit. Respon. quod non, secundum Hieronimũ qui ait. Cũ cetera deus possit non potest uirginitatẽ post ruinã reparare, quod declarat San. Tho. ubi supra ad Tertium. dicens quod uirtus per pœnitentiam

reparari potest quantum ad id quod est formale in uirtute, nõ aut quantũ ad id quod est materiale in ipsa. Nõ. n. si quis magnificus consumpsit facultates suas per peccatũ peccati restituntur sibi diuitiæ, & similiter ille qui uirginitatem peccando amisit per penitentiam non recuperat uirginitatis materiã, sed recuperat uirginitatis propositum. circa uirginitatis autem materiã est aliquid quod miraculose reparari potest diuinitus scilicet integritas membri, quam dicimus se accidentaliter ad uirginitatem habere. Aliud autem est quod nec miraculose reparari potest ut. s. quod qui expertus est uoluptatem ueneræ fiat non expertus. Non. n. deus potest facere ut ea quæ facta sunt, non sint facta. Non quin deus possit omnia, sed quia nõ est factibile.

¶ Tertio, ¶ utrum uirginitas sit licita. Respon. secundum San. Thom. ubi supra ar. secundo quod sic: quia si quis abstinet à delectationibus corporalibus ut liberius uacet contemplationi spirituali, pertinet hoc ad rectitudinem rationis, ad hoc autem pia uirginitas ab omni delectatione ueneræ abstinet ut liberius diuinitus contemplationi uacet. dicit. n. apostolus. 1. Cor. 7. Mulier inuupta & uirgo, cogita quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est cogitat quæ mundi sunt, & quomodo placeat uiro. unde relinquitur quod uirginitas non est aliquid uiuosũ, sed potius laudabile, & sic cadit sub consilio Apostoli ubi supra. De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et quãuis præceptum de commestione quod datur, ut impleatur ab uno, omnes obliget præceptum tamen quod datur. Crescite & multiplicamini multitudini sufficit, ut impleatur ab aliquibus, ut aliqui carnali generationi operam dent: quidam uerò ab hac abstineant, & contemplationi operam dent ad totius humani generis pulcritudinem & salutem.

¶ Quarto, ¶ utrum uirginitas sit excellentior matrimonio. Respon. s. m. S. Tho. ubi supra 2. 2. arti. 4. quod sic, & sicut patet in lib. Iero. contra Iou. hic error fuit Iouiniani, qui posuit uirginitatem non esse matrimonio præferendã, qui quidem error seipsum destruit,

destruitur, & exēplo Christi qui & matrē
uirginē eligit, & ipse uirginitatē seruauit,
& ex doctrina apostoli qui uirginitatē cō-
suluit, & tāquā melius bonū, & et rōne, tū
qa bonū diuinū est potius humano, tū qa
bonū aīe præterit bono corporis, tū et qa
bonū cōtēplatiuū aīte, præferit bono acti
uæ. uirginitas autē ad bonū aīe ordinatur
fm uitā cōtēplatiuā, qd est cogitare ea que
sunt Dei: coniugiū autē ordinatur ad bo-
nū corporis qd est corporalital multiplica-
tio generis humani, & prinē ad uitā acti-
uā, quia uiuentes in matrimonio necesse
hēt cogitare que sunt mundi. 1. Cor. 7. vñ
indubitanter uirginitas præferenda est cō-
tinentiē cōiugali. Intellige ceteris partibus,
vñ coniugiū Abraz æquiparat uirginitati
Ioānis fm Aug. quia Abraz habuit animū
sic paratum ex quo maxime uirginitas hēt
suā rōnem, ut si fuisset cōgruū tēpori, ita
seruasset, & posset habere aīa: sit. nō para-
tio quantū ad meritū personarū, quia nū
merebatur Abraz in coniugio sicut Ioā-
nes in uirginitate. Et est excellētissima in
ter uirtutis in genere castitati, non tamen
in genere uirtutis: uide uer. Abraz prin.

¶ Quinto, † quis patiat maiorē difficultatē
in abstinēdo, uel uirgines, uel uiduę seu
experte. Res. fm S. Tho. 4. dif. 49. q. 5. ar. 3.
quodl. 1. ad primū, qd in cōtinēdo fm ali-
quid maiorē pugnā substinent uirgines, &
fm aliquid uiduę ceteris partib. uirgines
n. cōcupiscētia inflāmat, & experiēdi desi-
deriū qd ex quādā quasi curiositate pcedit,
qua et fit ut hō libentius uideret quæ nū-
quā uidit, & et eis qnq; cōcupiscētiā au-
get existimatio maioris delectationis q̄ sit
fm ueritatē, & in cōsideratio eorū in cōmo-
dū quæ delectationi hmōi adiungitur, &
quātū ad hoc uiduę maiorē pugnā susti-
net, maiorē aut pp delectationis memoriā,
in diuersis unū alteri præiudicat fm diuer-
sas hominis dispōnes: qa quidā magis mo-
uentur hoc, quidā illo, que quid aut sit de
quantitate pugne tñ hoc certū est qd perfe-
ctior est uictoria uirginum q̄ uiduarū, per
fectissimū. n. genus uictorie est, & pulcher-
rima hosti nunquā ceshisse, corona aut nō
debetur pugnæ, sed uictoriæ de pugna.

DE VIRGINYM CONSECRATIONE.

1 Virgines quare solus Episcopus consecrat.

*Virginum in consecratione an desur gratia.
Conseruari an possint corrupte per uolentiam.
Vellandæ an sine secreto corrupte propter scan-
dalum.
Illegitime nata an possit eligi in Priorissam, uel
D. Car. quem sequitur Pan. tenet contrarium, quamuis non possit redire ad seculum, mouetur, quia per susceptionem huius habitus non fit professus tacite, vel expressè, ergo non est solennizatum quò ad dirimendum matrimonium postea contra eum. c. 1. de uoto. lib. 6. & ita refert consilium uisè in facto, non obstat. c. non solum. eo. tit. lib. 6. ubi text. æquiparat istum professum tacite, uel expressè, quia æquiparat solum quatum ad hoc, quò non possunt redire ad seculum, idem dicitur ad d. c. beneficium, quia potest conferri eò quò non potest redire. Ista opinio. **D.** Car. est ualde probabilis, quia non fit uerè religiosus: ut nõ teneat matrimonium nisi per sacrum ordinem, uel professionem tacite uel expressè, &c. d. cap. 1. sed iste non fecit per professionem tacite, uel expressè, quia nõ est talis professus nisi monasterium, uel ille qui potest incorporare, tacite, uel expressè consentiat. ca. ad apostolicam. de regu. & ca. porrectum. eo. Idem tenet S. Tho. 4. dist. 38. q. 1. ar. 2. quod. 3. quò non est uotum solenne ad dirimendum nisi quando aliquis se dat presentialiter Deo, diuini se seruitiis mancipando, quod quidem fit per ordinis sacris susceptionem. uel per professionem certæ regulæ debito modo factæ scilicet in manu eius qui debet recipere, & aliis circumstantiis seruatis, quæ per iura determinantur, aliàs enim non esset uotum solenne quantumcunque quis proficeretur, quia ex tali professione non fieret sub potestate eorum, qui religioni præsumt. hæc S. Th. ubi patet, quòd nisi recipiatur tacite, uel expressè ab eo, qui potest ut fiat obligatio mutua, non est tacite professus, quomodo autè, uel quorè modis fiat professus tacite. uide uer. nouitius. §. 5. & 6. & maxime §. octauo. citæ finem.

¶ Quarto, ¶ notan. in uer. Deo facta, quòd uotum suo nomine, obligationem quandam exprimit ex uoluntate facta, & quia uoluntate non potest aliquis obligari, nisi ei, qui uoluntatis est cognitor, quòd solius Dei est: ideo ex consequenti importat obligationem Deo factam, ad sanctos autem non fit, nisi quò per suffragia sunt mediatores inter nos, & Deum, sicut, & oratio, pertinet. n. ad pietatis religionem quòd Dei est, siue fiat in proximo sicut in pro-

xima materia, siue in seipso, siue in Deo. hæc San. Th. dist. 8. questio. 1. similia dicit secunda secundæ. ubi supra. ar. 5. Quidam dicunt, quòd dicitur Deo, quia solus Deus habet potestatem supra totum hominem, sed ista non uidetur ratio, quia in uoto non requiritur quòd homo se totum obliget, immo particulariter in qualibet re, quæ est de meliori bono fieri potest, sed ratio uoti secundum S. T. uidetur stare in quadam obligatione uoluntaria, cuius perfectam notitiam solus Deus habet, & ideo illi, scilicet Deo potest homo se obligare, unde dicitur Deo facta: similiter in uoto fit quòd dam sacrificium, sicut in oratione, quòd soli Deo fit principaliter sicut primo principio, & ultimo fini.

¶ Quinto, ¶ notandum, si in uer. & de his quæ Dei sunt, quò uotum est promissio Deo facta, promissio autem est alicuius, quò quis pro aliquo uoluntariè facit: nõ enim esset promissio, sed comminatio si quis diceret, se contra aliquè facturũ. Similiter uana esset promissio si aliquis alicui id quòd ei non esset acceptum, & cum omne peccatũ sit contra Deũ, nec aliqd opus sit Deo acceptũ nisi sit uirtuosum cõsequens est, quò de nullo illicito infra uotũ. §. fin. nec de aliquo indifferenti, debeat fieri uotum nisi subinduat aliquam bonam circumstantiã, sed solũ de aliquo actu uirtutis, quòd dicitur esse magis in cõparatione ad bonum, quòd communiter est de necessitate salutis. unde propriè loquendo uotum dicitur esse de meliori bono. hæc San. Thom. secunda secundæ. ubi supra articulo secundo, & quarto. distinctione trigesimo octaua. Iterum melius declaratur, ubi ad primum dicens. Quædam sunt quæ in omnem euentum sunt bona, sicut opera uirtutis, & alia bona quæ possunt absolute cadere sub uoto, quædam uerò in omnem euentum sunt mala, sicut ea quæ secundum se sunt peccata, & hæc nullo modo possent sub uoto cadere, quædam uerò sunt in se quidem considerata bona: & secundum hoc possunt cadere sub uoto possunt tamen habere malum euentum in quo non sunt obseruanda, & sic accidit in uoto inepte, qui ut dicitur Iudic. undecimo. uotum uouit &c. unde Hieron. dicit. In uouendo fuit stultus quia discretionem non habuit

& in reddendo impius, quia non debebat in illum euentum obseruare uotum, præmittitur tamen ibi, q̄ factus est super eum spiritus domini, quia fides, & deuotio ipsius ex qua motus est ad uouendum, fuit à Spiritu sancto propter quod ponitur in catalogo sanctorum, & propter uictoriam quam obtinuit, quia probabile est eum pernituisse de facto iniquo, quod tamen aliquod bonum figurabat. De maceratione corporis non est Deo accepta nisi in quantum est opus uirtutis, quod quidem est in quantum est cum debita discretione, ut scilicet concupiscentia refrenetur, & natura non nimis grauetur, & sub tali tenore possunt huiusmodi sub uoto cadere, propter quod Apostolus ad Roma. 12. postquam dixerat, exhibeatis corpora uestra hostiã uiuenti, subiungit, rationabile obsequium uestri. unde si ex obseruatione talis uoti, magnũ, & manifestũ grauamẽ sentiret, nõ debet tale uotũ seruare. Vota uerò quæ de uanis, & inutilibus, sunt magis deridenda, quàm seruanda. unde q̄ mulieres nõ pertinent caput die sabbati, sunt fortilegia magis quàm uota, & ideo pro nõ uotis habenda sunt. D. Ar. Flo. 2. tit. 11. cap. 2. §. 1. sic ait. Not. quartò ex eo quod dicitur, melioris boni, quòd uotum de re minus bona non obligat. unde si quis uouerit r̄ ò intrare religionẽ, nõ ualet uotum, nec obuiat, quòd sicut & iuramentum de eo quod potest seruari sine detrimento salutis æternæ est seruandum secundùm Deum. quia hoc est uerum si illud habuit tres comites, scilicet iudicium, iustitiam, & ueritatem, uel dicendum, q̄ detrimentum salutis est non solùm quod interimat salutem, sed etiam, quòd impedit perfectionẽ salutis, uel etiam dicendum, q̄ illud intelligitur quando uotum est secundùm materiam propriam, & sic non est in proposito casu. Est tamen differentia inter uotum, & iuramentum, quia uotum seruatur solũ propter promissionẽ, sed iuramentum seruatur pp̄ promissionẽ, & reuerentiã Dei, unde not. q̄ quando per uotum excluditur principaliter, & directè aliquod bonũ conferens ad salutem, & non includitur aliquod bonũ, quod per se possit esse materia uoti, nullum est, & non obligat, licet possit seruari cum salute. Sed quando uo-

tum principaliter includit aliquod, quod principaliter potest esse materia uoti, licet illud bonum excludat ex consequenti meliora bona, ligat, unde si quis uoueat se intraturum, & perseveraturum in religione laxiori, licet ex hoc melior nia precludatur, quia tamen religio promissa est sufficiens materia uoti respectu seculi, licet non respectu aliam religionem meliorum, ualet, & tenetur de iuramento hęc Dom. Archie. Flor. Scias quòd quando est de minori bono, uel impediturum alterius, debet seruari quantum ad id quod est bonum, quantum uerò ad aliud non obligat, puta in noto de perseverantia in religione minus perfecta, tenet enim quantum ad religionem, non autem quantum ad hoc quòd non possit ad meliorem. Sed quid de his, quæ non sunt præcepta, neque consilia, puta nubere. Respon. quòd absolute non habet rationem uoti: quia est declinatio à maiori bono, puta à continentia, uel religione. Si tamen consideretur in aliqua persona quæ uix potest continere, ut fugiat fornicationẽ potest fieri infra uer. uotum tertio. §. 4. ibi quò peccat.

DE VOTO SECUNDO.
quotuplex sit.

- 1 *Votum quomodo diuiditur.*
- 2 *Votorum priuatorum diuisio.*
- 3 *Votum sub conditione factum per eum debet impleri per quem fiat quominus conditio non habeat locum.*

1 **V**otum 2. ÷ diuiditur, quia quoddam est commune, idest est de his ad quæ omnes tenentur quorum est necessitas conditionata, idest necessitas finis non absoluta, puta si quis uult ad uitam ingredi, necesse est ut seruet mandata, & fugiat peccata, & sic dicitur necessaria necessitate finis. unde si uocatur non fornicari dicitur uotum commune, non quia sit uotum uniuersale, sed quia est de illo de quo communiter idest omnes tenentur. Vtrum autem habeat rationem uoti, uel addat deformitatem, uide supra uotum 1. §. 2. Aliud est uotum singulare, idest uoluntariũ quod diuiditur in solenne in quo perfecte reperitur ratio obligationis,

tionis, cuius obligatio nullo casu irritari potest, & magis obligat quam priuatum, cuius obligatio aliquo casu irritari potest, ut infra dicetur. Nec omne uotum publicum est solenne, quamuis improprie possit dici solenne, quando de eo extat instrumentum, uel sit in presentia alicuius prelati. cap. per tuas. de uoto. & S. Th. 2. 2. questio. 88. art. 7. ad tertium. sed proprie solenne dicitur uotum sequens ordinem sacrum, & uotum religionis approbate, tacitum, uel expressum & cum aliis circumstantiis requisitis secundum iura, uide supra uersu. uotum 1. §. 3. circa fin. Aliud est priuatum quod dicitur contra solenne, sicut pars potestatiua minus perfecta, sicut uergetatiuum distinguitur contra intellectiuum, quo includit uergetatiuum, & sensiuum uirtualiter: ita uirtus uoti solennis includit uirtute uoti priuati, & aliquid plus. hanc omnia S. Tho.

2. ¶ Primo, ¶ uotum priuatorum aliud absolute, quando scilicet simpliciter uouet aliquid sine conditione, uel sine determinatione temporis, & tunc tenetur ad statim quando potest implere. unde qui sic uouet intrare religionem tenetur statim si commode, &c. quia quando sic uouet residuum uite suz Deo deducit, sicut qui uouet certo die tenetur illa die, & eodem modo de alio, scilicet quando simpliciter uouit, uidetur immediate, quando ad hoc est opportunitas, & occurrit sibi ad hoc eum teneri. Scriptura enim que ex ore Dei processit ait. Si quid uouisti Deo, non moreris reddere: Deus ergo interpellat in omni uoto, quando scilicet Deus ei ad memoriam reducit ipsum uotum, & possibilitatem, & congruitatem pro tunc implendi, ipsum interpellat, & in mora constituit. de quo infra uersu. uotum.

3. §. 4. Aliud est uotum conditionatum, ut cum quis uouet ieiunare si liberetur ab infirmitate, & talis tenetur adimplere adueniente conditione, & non aliter. hanc secundum Do. Archie. Flor. de uoto conditionato ait Panor. in cap. scripturaz. de uoto. post Innocen. Uotum irritatur seu eius obligatio impeditur, quando deficit conditio generalis, uel specialis apposita in uoto. Generalis conditio est multiplex, ut si Deo placuerit, si poterit, &c. que quidem conditiones generales intelliguntur

et si non exprimantur. ut in c. & si Christus. de iur. iur. speciales conditiones sunt multe. ut si filius meus liberabitur, & si deficit conditio non obligatur pro hoc tex. a contrario. 22. q. si. ca. 1. Et ex hoc nota. q. uotum potest emitti cum conditione, sed dubitatur utrum in exemplo premissis possit quis compelli adimpleta conditione ad executionem uoti, & uidetur primo q. non, secundum Inno. quia tale uotum non uidetur licitum, sed simoniacum, quia uult emere sanitatem a Deo, uel ab aliquo sancto pro dationem rerum temporalium. r. q. 1. qui studet. debet enim simpliciter Deo offerre cordis conditionem, & postea rogare pro sanitate, seu alia prosperitate. Alii autem dicunt hoc uotum esse licitum, quia cum Deo non committitur simonia, quia omnia sunt Dei: ut in cap. tua. de deci. Item, quod simonia non committitur sine expresso pacto, hanc opinionem tenet communiter doc. una enim ratio, que facit simoniam esse illicitam, est quia uendens spirituale non est dominus, sed Deus est dominus.

3. ¶ Secundo, ¶ faciens uotum sub conditione ex cuius culpa non impletur conditio, tenetur secundum Ricar. 4. distinc. 38. arti. 3. questio. 5. puta, quando aliquis fecit uotum si Deus preseruaret illum ab aliquo peccato si non facit quod in se est ut preseruaretur sicut fecisset si non uouissent, tenetur. arg. in c. sicut ex literis. de spon. uel etiam si uoluntarie se precipitaret, probatur etiam per S. Thom. ut in ca. sequenti. §. 1. Not. quod Angelica uersu. uotum primo. §. ultimo. querit utrum uotum sub conditione quam nolle impleri obliget. Respondet post Ricard. quod uotum factum sub conditione de re bona, & propter bonum finem, quod uouens intendit sequi per executionem illius boni, quod uouit est obligatorium extante conditione, siue illa conditio sit bona siue sit mala, siue uouens uellet illam impleri siue non, sicut cum quis uolens concubere cum muliere, uouet intrare religionem si illa consenserit in illo malo facto, siue nolit eam impleri sicut cum quis horret aliquid malum committere uouet, si commiserit, intrare religionem, & quauis nolle nisi intrare religio-

gionem

gionem, immo abhorreat, non propterea minus obligatur quia non requiritur quoddam absolute aliquid uelit, sed sufficitur quoddam uelit sub conditione, quod uolet absolute, hæc ille. sed si quis bene consideret illud exemplum scilicet quando quis uellet concubere. &c. cum ratione sua scilicet si ue sit bona, siue mala conditio, uidetur esse contra id quod ipsemet dicit ibidem. §. 3. ubi dicit quod uotum factum propter malum finem non tenet, sed sic est hic, unde not. fm. D. Ar. Flo. ubi supra. §. 4. quod uotum factum, propter malum finem uel per conditionem illicitam tenet & peccat uouens, ut in exemplis datis cō. Ricar. hæc ille. Not. quod est dubium utrum uotum factum circa bona supererogationis propter malum finem teneat, uel sit uerè uotum. Et ex una parte uidetur quod non, quia bonum factum propter malum finem non est bonum: sicut dare eleemosinam propter gloriam uanam, uel propter fornicationem: sed uotum factum de materia uana seu mala non tenet. In contrarium facit, quia si quis profiteretur religionem, ut præsit, tenet uotum. Ad hanc. quod quidam subtiliter respondent dicentes, quod ille malus finis, potest esse finis illius boni quod uouetur, sicut uana gloria est finis eleemosinæ, & tunc cum materia eius sit formaliter mala, uotum non tenet, sed est diabolica promissio, & hoc probat argumentum primum, unde quoadcunque malus finis, ponitur finis actionis, supererogationis quæ est materia uoti, non tenet quia de malo est. Aliquando autem ille malus finis est finis non ipsius boni quod uouetur, sed applicationis ipsius uouentis ad faciendum uotum, sicut in exemplo dato de religione. Non enim ordinat suum obedire ad uiuendum ambitiosè, sed applicat se ad uouendum propter talem finem. Nam si quis querat ab eo propter quid applicas te ad hoc promittenda, respondebit, ut uiuam ambitiosè, ex fine autem applicationis non desinunt promissa esse bona, & sic esset conueniens materia uoti, quando igitur conditio, uel malus finis cadunt super materia uoti, uel super ipsum uotum, non sunt conuenientia ad uotum, quando uerò cadit super aliquo alio, puta ut complaceat alicui scelerato in hoc quod uouet, tunc enim uotum & promissum bonum

est, sed applicatio ad uouendum diabolica est; propter quam peccat mortaliter, & hoc probat secundum argumentum. Eodem modo diceretur si quis uoueret, dare certum ducatos Deo, si in bello iniusto obtineat uictoriam iniustam, uel si posset obtinere talem actum, puta adulterium: dicere enim quod Deus sit causa quod obtineat hunc malum finem, citius blasfemia est quam uotum, ideo non tenet, & ad nihil obligatur nisi ad penitentiam, ut dictum est in primo exemplo. Si igitur promissum bonum obtinetur quasi effectuum, uel impetratum mali, puta si dux uouendo quod dabit decem si obtineat iniustam uictoriam, si sic intenderet, ut per hoc uotum assequeretur uictoriam, pater ex dictis, quod blasfemia potius quam uotum est. Et eadem ratio est si oblatio promissa ordinetur ad malum quasi recompensatiuum pro gratiarum actione, ut si dux sic uouendo intendat se obligare talis ad gratiarum actiones. Hoc pro beneficio talis uictoriæ, continet. non hoc eandem blasfemiã. Si uero promissum bonum ordinetur ad malum, solo euentu, puta si erit uictoria offerat. c. quæ tñ est difficile accidere homini rationali cuius esset conferre unum alteri, in tali casu esset uotum, & adueniente conditione tenetur. Et multo magis teneret simile si bonum promissum ordinatur ad malum ut punitiuum, aut præseruatiuum: exemplum primi. Si quis uoueret quod si committeret adulterium offerret mille pro penitentia, exemplum secundi. Si committat adulterium ingrediatur religionem, ut quia scit se nolle esse religiosum; & propterea reddat sibi adulterium magis alienum quam ingressum religionis. In his namque, & similibus, ubi nulla est mala relatio boni ad malum aut ad Deum, uotum est uerè uotum, & ligat adueniente conditione. Aduerte tamen quod si quis discerneret in optato malo, puta uictoria in bello iniusto, bonum à malo, ut uoueret pro consequendo, eo quod est boni in iniusta uictoria, cum hoc sit uerè Dei donum, uota huiusmodi essent uerè uota, essemus enim tunc extra casum quo promittitur bonum propter malum finem, quoniam finis est bonus. Et eadem ratione ualida sunt uota de bono supererogationis, propter executionem bonorum temporalium turpibus causis annexorum,

votū, ut bi gratia, si quis uoueat se obla-
 turum statim Deo, si ex concubina habue-
 rit prolem, ita q̄ beneficium optatū sit ge-
 neratio, non illicitus concubitus, constat
 enim hoc esse licitum desiderium. Et simi-
 liter si quis uouet se oblatuum decimam
 partem lucri turpis, ita q̄ beneficium opta-
 tū, sit lucrari, non causa eius, ut si quis lu-
 surus ad hoc, ut lucraretur uoueret Deo da-
 rum in elemosinam decimam partem
 lucri, uotum esset ualidum, quia licet lude-
 re propter lucrum sit malū, ex quo tamen
 ludicrari non est illicitū. Ex his autē pa-
 ter, quid dicendum est de uotis pugnantiū
 illicitē in duello, quia. s. si uoueret quis pro
 incolumitate, aut uita, aut quacunq̄ alia
 re, quam licitē optat obtinendā, uotum ten-
 net. Si autem pro occasione aduersarii, aut
 quauis re illicitē optata obtinenda, blasfe-
 mia potius est quam uotum. hęc subtiliter
 dicta sunt & quamuis nihil allegetur, ta-
 men fundantur in bonis rationibus, quę
 speculatiuē optimē concludunt, practice ta-
 mē seu moraliter loquendo, esset difficile
 sustentare aliqua quę hic dicuntur. Non
 enim admitterent canonistę q̄ aliquis pos-
 sit uouere pro uictoria, quando scit illam
 esse iniustam, & non uoueat pro uictoria
 iniusta, ait. n. tex. prima. q. 3. c. si quis obie-
 terit, non consecrationes emi, sed res
 quę ex consecratione prouenit, pœnitus
 desipere probatur & infra. Quisquis horū
 alterum uendit sine quo nec alterum pro-
 uenit, neutrum inuenditum dereliquit. ita
 in proposito, undemelius est dicere quōd
 tunc uotum non tenet, & peripateticē di-
 citur quis vnquam uoluit per aquam tran-
 sire dicens nolo balneari, ad exemplum de
 uoto religionis postea dicitur propter fau-
 rem religionis quōd lex p̄sumit quōd il-
 le malus finis. nō est principalis. Et si quis
 uellet dicere quōd est principalis. tunc dice-
 mus q̄ non tenet. In alio uerō exemplo de
 uictoria iniusta non est talis p̄sumptio,
 ut oporteat dicere simpliciter quōd tenet.
 Conclude igitur breuiter quōd ad hoc q̄
 sic uouens tenetur potest intelligi dupli-
 citer, scilicet in foro conscientię, uel con-
 tentioso: si primo modo, uel sic uouens co-
 gitauit & distinxit in mente: aut sic con-
 iecturę, quōd sic intendebat, ut distingui-
 tur supra, & dicēdum est. ut supra uel non

distinxit, aut forte non cogitauit, nec suū
 coniecturę &c. & de isto dicendum est si-
 cut in foro contentioso, in quo foro dicitur
 de uoto religionis, & similibus quōd
 tenet, de aliis autem secus propter rationes
 supradictas, & sic potes intelligere omnia
 quę dicuntur in isto. §. Quando sunt plu-
 res conditiones, si non intendebat se obli-
 gare nisi omnibus extantibus, non tenetur
 nisi omnes adueniant, & si est dubius te-
 neat quod securum est Arc. Flo. ibidem.

DE VOTO TERTIO. QUOD AD EIUS OBLIGATIONEM.

- 1 *Voti que sit obligatio.*
- 2 *Votum si sit impossibile quomodo impleri de-
beat.*
- 3 *Ad uotum an quis teneatur quando uergit in
peius.*
- 4 *Ad uotum utrum quis statim teneatur.*
- 5 *Vouisse quem pœnitet an peccet mortaliter.*
- 6 *Vouit si quis aliquam mensuram indetermina-
tam dare, de qua intelligatur*
- 7 *Vota defuncti an adimplere teneatur hæres.*
- 8 *Vouit si quis ad certum diem ieiunare si non ser-
uauit, an alia die teneatur.*
- 9 *Vouens an peccet toties quoties facit contra vo-
tum.*
- 10 *Vota que quis fecit in seculo an teneatur adim-
plere si ingrediatur religionem.*

Votum ¶ 3. quo ad eius obligationē
 de quo S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 3. ait
 Ad fidelitatem hominis pertinet, ut
 soluatur id quod promisit, unde secundum
 August. fides dicitur ex hoc quōd fuit di-
 cta, maximē autem debet homo Deo fide-
 litatem, tum ratione domini, tum etiam
 ratione beneficii suscepti, & ideo maximē
 obligatur homo ad hoc q̄ impleat, vota
 Deo facta. Hoc enim pertinet ad fide-
 litatem quam homo debet Deo, fractio autem
 uoti est quædam infidelitatis species, unde
 Salomon rationem assignat quōd sint uo-
 ta reddenda: quia dupliet Deo infidelis
 promissio, & 4. ubi supra ait. uotum ut ex
 dictis patet est quidam promissionis actus
 inter Deum & hominem, unde cum con-
 tractus bonę fidei inter homines factus,
 obliget ad necessariam obligationem, mul-
 to

tò fortius uotum quo Deo homo aliquid promittit, in his duntaxat ad quæ uotum se extendit, in illis autem ad quæ uotum non se extendit, obligatio uoti non habet locum, & ideo qui uotum ritè factum prætermittit, mortaliter peccat, quia fidè quam cum Deo inniit frangit. hæc S. Th. probatur etiam per cap. licet, de uoto, & iterum dicit. S. Th. quodl. 3. ar. 12. q. dicere quòd ille qui uoto tenetur intrare religionem, pòt sine peccato non intrare, est hæreticum, si pertinaciter. &c.

2. Primò † sed quid si sit factum impossibile quod uouit. Res. S. Tho. ubi supra. 2. 2. ad secundum, dicit q. si illud quod quis uouit ex quacunq; alia causa impossibile reddatur debet homo facere quod in se est, ut salutem habeat promptam uoluntatem facienti quod potest. Vnde ille qui uouit monasterium aliquod intrare, debet dare operam quam potest, ut ibi recipiatur, & si quidem intentio sua fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter, & ex consequenti elegit hanc religionem, uel hunc locum, quia magis sibi congruentem, tenetur si nò potest ibi recipi aliam religionem intrare. Sed quid faciet qui taliter uouit & non inuenit aliquam religionem quæ uelit illi recipere. Respond. uel cogitauit quòd uellet se obligare in omnem euentum, & sic tenetur in propria domo seruire, eo modo quo uoluit se obligare cum non potuerit alias obligare ad recipiendum, obligatio tamen tenet ex parte sua. Si uerò non cogitauit nò uidetur teneri, ad id ad quod si uerisimiliter cogitasset non se obligasset, puta si est aliqua religio quæ sibi non placeat, uel si credidisset debere discurrere per mundum ad querendum religionem non se obligasset. Et si est dubius eligat tutiorem. capit. iuuenis. de spon. Si autem principaliter intendit obligare ad hanc religionem, uel ad hunc locum propter specialem complacentiam, ad hanc religionem, uel ad hunc locum, non tenetur aliam religionem intrare, si eum illi recipere noluat. Sm. San. Thom. 2. 2. q. fin. ar. 1. ad secundum. Si uerò incidit in impossibilitatem implendi uotum, ex propria culpa, tenetur in quantum potest, & in super ad penitentiam de propria culpa, sicut mulier quæ uouit uirginitatem, si postea corrup-

patur nò solum debet seruire quod potest scilicet perpetuam continentiam, sed de eo quod amisit peccando pœnitere. Et in quarto ubi supra. addit, quòd in uoto suo intelligitur illa conditio si illi uoluerint illum recipere alias esset indiscretum uotum, unde conditione non extante non tenetur, cessat igitur ratio obligationis. Intellege quando recusant eum totaliter, & manifestauit uotum suum, hoc enim posset esse causa q. illum recipere. Si iterò repellerent illum non simpliciter sed pro nunc, tenetur expectare, ex hoc ipso quòd non est simpliciter recusatus, quando autem repellitur totaliter non oportet amplius expectare sed potest sine peccato nubere. Sed queritur utrum talis qui sine sua culpa noua, repulsus est teneatur seruire castitatem. Et uidetur quod sic, quia in uoto religionis includitur uotum continentie, ac per hoc si non potest seruire uotum religionis, quia non est in sua potestate, tenetur seruire uotum continentie, quia hoc est in potestate sua, sicut dicit S. Thom. de ea quæ uouit uirginitatem & postmodum est corrupta, q. tenetur seruire id quod potest scilicet continentiam, ut faciat quod in se est. Sed contra, quia cum quis uouet, quod est in alterius potestate, si ille in cuius potestate est, non uult, uouens est absolutus ipso facto tanquam uotum conditionaliter factum, non existente conditione, sed hoc est huiusmodi. Respon. quòd si cogitauit actualiter, & deliberauit qualiter uellet se obligare, sequatur illud sicut dictum est supra immediate. Si uerò loquamur quando non se declarauit, nec habet cõiecturas sufficientes de sua obligatione, tunc non uidetur teneri, quia antequam profiteatur non tenetur, cuius signum est, quia si antequam fiat religiosus fornicetur, non facit contra uotum castitatis. Et tunc negatur quòd in tali uoto includatur continentia, & quando dicitur q. debet facere quod potest, intelligitur quando tenetur. In tali enim uoto secundum San. Thom. 4. distinctio. 3. 8. questio. prima. ar. 3. quodl. prima ad sextum. Intelligitur conditio hæc. Si illi uolunt eum recipere, quando enim nolunt eum recipere nò extat conditio, & ideo nò tenetur, aliàs esset uotum indiscretum. Et hoc dicitur de tali uoto absolute

ut est uotum, de particulari autem obligatione ex intentione dictum est. Cum enim sit difficilior castitatem seruare in seculo quam in religione, ideo non est uerisimile, quod si non recipiatur in religione uelit se obligare ad continentiam remanendo in seculo, secus si cogitasset & uoluisset se obligare. Eodem modo potest dici de eo de quo dictum est in isto §. qui uouit religionem in communi, & est dubius. &c. q. postquam quæsiuit tot religiones ad quas uerisimiliter uoluit se obligare ad querendum tunc sit liber ab omni obligatione, quia non extat conditio subintellecta, &c. Sed remanet dubium id quod dictum est scilicet q. habens uotum simplex, antequam profiteatur non facit contra uotum fornicando, hoc enim uidetur falsum, cuius signum est, quia si contrahat matrimonium, non potest petere debitum s. m. S. Th. quod aliter non potest esse nisi quia tenebatur ad castitatem, unde debet seruare quantum potest. Resp. q. ille qui habet uotum simplex est in duplici differentia. Nam quidam sunt qui fecerunt uotum castitatis, & isti illico tenentur ex quo uouerunt. Alii sunt qui uouerunt religionem, & isti etiam sunt in duplici differentia, quidam enim sunt qui uouerunt se obligare à principio ad castitatem, uel ad hoc quod est perseverare, uel sunt in mora, & de omnibus istis concludit argumentum. Alii uero sunt qui uouerunt religionem simpliciter sine alia deliberatione obligandi se, nec sunt in mora. Et de talibus uerificatur illud dictum scilicet, q. antequam profiteantur non faciunt contra uotum fornicando, ante enim professionem solum tradiderunt corpus suum in potentia. Illi ergo quorum uotum non tenet, uel non sunt in mora, fornicando non faciunt contra uotum. Sicut etiam si quis uouisset recipere ordinem sacrum infra annum, & post diuertit, quamuis peccauerit non tamen fornicando facit contra uotum, secus de aliis. Sed quid quando est semel repudiatus, utrum teneatur ex peccato. Respond. quod si esset uerisimile quod in breui acceptetur, uideretur quod sic. Alias secus. Sed quid de eo qui uouit religionem in communi, & non inuenit nisi non reformata. Respond. quod si non inueniat nisi talia monasteria, quæ si cogi-

tasset uerisimile est quod non uouisset, non tenetur, quia in similibus subintelligitur illa conditio. Sed contra, quia eodem modo potest dici de illa quæ uouit uirginitatem: si enim cogitasset q. deberet perdere uirginitatem, non se obligasset ad continentiam perpetuam. Respond. quod non est simile. Nam quando uouit uirginitatem etiam implicitè uouit perpetuam continentiam, & similiter seruare continentiam est magnum bonum. Unde non cogimur dicere, quod ibi subintelligatur illa conditio sicut fit in proposito. Dicamus igitur, quod si cogitauit & deliberauit qualiter uolebat se obligare, ad illud tenetur. Si uero non cogitauit dicitur dictum est, quia non est opus subintelligere, &c. Item in quarto, ait. Illud quod uotum impediret si prius esset, etiam uoto facto obligationem auferret. Unde cum de impossibili non possit esse uotum, si aliquid fiat impossibile, post uoti emissionem quod prius erat possibile, obligatio uoti quantum ad illud tollitur, ut si quis diues uoluerit ædificare ecclesiam quod post modum perficere non potest, paupertate superueniente, non obligatur ex uoto, sed tamen in hoc distinguendum est dupliciter uno modo quia omnino factus est impotens, & tunc non tenetur simpliciter ad hoc quod uouit, uel factus est impotens ad totum, non ad partem, & tunc ad illud quod potest remanet obligatus. Alio modo distinguendum est utrum ex sua culpa impotentiam incurrit, quia tunc oportet recompensare per penitentiam, uel non ex culpa sua, & tunc non tenetur ad aliquam recompensationem, exemplum de uirgine corrupta, ut supra. hæc San. Thom. Panormitan. uero in capitu. 1. de uoto difficultat hoc dictum sic dicens. Repetio dictum notabile Beati Thom. quod recitat Archidiacon. in capitu. qui bona agunt. decimaseptima. quæstio. prima. ubi dicit, quod omne impedimentum superueniens quod habuit à principio impedire uotum, si oritur post factum, auferit obligationem uoti, quod est dictum satis singulare, sed multum instat capitulum. quod super his. de uoto. ubi impedimentum superueniens facit mutationem in aliam causam, & licet illud sit magis

tutum, tamen de subtilitate credo primum dictum satis posse procedere, dummodo nulla culpa reperiatur in uouente. Nam si per me non remanet quo minus uotum perfectiam subsistente bona uoluntate, deo reputari ac si uotum perfecissem. pro hoc capitu. dixi. de pœnitent. distinct. 1. & ad capitu. super his. potest responderi quod procedit quando impedimentum non est omnino impeditiuum, sed difficultatiuum, aliud enim est quod factum reddetur impossibile, aliud quod difficile. facit l. continous. ff. de uerbor. obliga. communiter tamen obseruatur capitu. quod super his. alleg. & facit tex. d. capitu. primi. dum dicitur an ex infirmitate. &c. hæc Panormita. aliquibus allegat. dimissis. Sciendum tamen quod Pet. & Ricard. sequitur simpliciter dictum Sancti Thomæ. & similiter summittit, scilicet quod si est effectus omnino impotens sine sua culpa nullo modo teneatur: si autem pro parte, pro illa impleat. D. Archi. Flo. addit, si ueniret ad pinguiorem fortunam debet implere. Ad capitu. quod super his, & ad cap. primum potest etiam responderi secundum Innocentium in capitu. scripturæ, de uoto. quod quando uotum factum, est ad unum finem qui potest haberi per duos modos, & factum est impossibile per unum illorum modorum, debet adimpleri per alium si est possibile, puta qui uotum uouit dare adiutorium terræ sanctæ, & non potest per seipsum, propter superuenientem infirmitatem, debet supplere per alium si est possibile, & sic sunt intelligendi illi text. sed quando ille finis est factus omnino impossibilis uel inutilis, ut puta de eo qui uouit ieiunare propter macerationem carnis, si sit infirmus, tunc non potest nec est opus, & sic non tenetur: similiter quando sequeretur immoderata maceratio non tenetur secundum Sancti Thomæ. ponit exemplum Innocentii de eo qui uouit uisitare ex deuotione, si præueniatur infirmitate, uel morte non tenetur aliter, quia finis omnino est sibi factus impossibilis, scilicet de aorico uisitandi si uero pro subsidio tenetur supplere in quantum potest, uotum igitur sicut in principio si fiat de impossibili est nullum, imo peccat sic uouens: si sic postquam est factum, fiat omnino impossibile sine sua

culpa, sit nullum.

¶ Secundo, † queritur utrum quis teneatur ad uotum quando uerget in peius. Respon. secundum Sancti Thomæ. ubi supra. in 4. quod sicut iuramentum quod uerget in deteriores exitum non est seruandum, ira nec uotum. unde Isid. dicit in turpi uoto, muta decretum, quia uotum non extendit se ad illicita, uel minus bona, ut dictum est. Nec differt utrum tunc fuerit illicitum quando uotum est emissum, uel postmodum fiat illicitum.

¶ Tertio † queritur ulterius utrum quis teneatur statim. Respond. secundum Sancti Thomæ. ubi supra. 2. 2. ar. 3. ad tertium. q. obligatio uoti ex propria uoluntate & intentione causatur, unde dicitur Deute. 23. Quod semel egressus est de labiis tuis obseruabis & facies sicut promissisti domino Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo locatus es. Et ideo si in intentione, & uoluntate uouentis est obligare se ad statim soluendum, tenetur ad statim soluere legitimum impedimento cessante, si autem ad certum tempus, uel sub certa conditione, non tenetur statim, sed neque debet tardare ultra quam intendit se obligare, dicitur enim ibidem. Cum uotum uoueris domino Deo tuo non tardabis reddere quia requirit illud dominus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. hæc ille. Et in quarto. dicit. Si quando quis uouit puta, se intratum religionem intendebat se ad statim obligare, uel ad arbitrium alieum, non potest ulterius differre, etiam propter debita soluenda, sed ille qui eum recipit tenetur ea persoluere, si autem in uouendo de debitis cogitabat probabiliter præsumi potest, quod non intendebat se obligare antequam de rebus suis disposuisset, quando autem timet rationabiliter perpetuum impedimentum tenetur ulterius non differre. hæc ille. Et Panormitan. in capitu. non est. eodem. titu. dicit quod differens executionem uoti, potest dici uoti transgressor, & quod sicut solus prælatus dispensat, uel commutat ita eius auctoritate fit dilatio. Ex omnibus his igitur potest sic distingui, quod quando aliquis uouet, uel determinat sibi tempus, seu conditionem, & illo modo tenetur: quia sola sua uoluntate obliga-

uit se, uel non cogitauit, uel si cogitauit non intendebat se obligare, & tunc uel differt ut melius, & deuotius impleat, uel propter aliam rationem honestam, & tunc non uidetur peccare saltem mortaliter, imo posset moreri: quia uotum debet esse rationale obsequium, & hoc innuit glo. in d. capitu. non est, quæ dicit quod intelligendum est si commodè, &c. Aut differt solum ex negligentia, & si sit periculum imminens impossibilitatis, tunc uidetur peccare mortaliter, scilicet quando aduertit. Si uerò non imminet tale periculum, uel si imminet non cogitat, tunc si non est in magna mora durum est dicere, quod peccet mortaliter; si uerò est in magna mora & sine necessitate, uidetur mortaliter per dictum capitu. non est, quia dicit ibi text. Non est uoti transgressor, qui auctoritate Apostolica, quod uouit distulit, ergo à contrario sensu erit transgressor si sine auctoritate, &c. & maxime si sæpe conscientia pulsata, si tamen non cogitauit, & est uerisimile si cogitasset, quod determinasset aliquod tempus, potest se in illo fundare, & hoc uidetur probari per uerba S. Tho. quando dicit si cogitauit de debitoribus uerisimile est, &c. quando uenit ad terminum, uel statum in quo non potest impleri, uel excedit à memoria est ligam mortalis secundum Archie. Flo. uel habet propositum non implendi, uide aliquid supra uerbi, uotum 2. §. 1.

¶ **Quartò**, ¶ utrum ille quem pœnitent uouisse peccet mortaliter. Resp. quod non, quia sicut potuit uelle non uouere: ita potest nunc uelle non uouisse, dummodo tamen impleat, secus esset si uellet non implere, quia ista uoluntas esset de illicito, & qui uouet religionem strictiorem, non potest intrare laxiorem, si tamen intrat debet in illa stare: quia uotum sollempne laxioris præiudicat simplici strictioris. c. qui post. de regu. lib. 6. & debet pœnitentiam agere de uoto fracto ibidem. Et uotum de non intrando religionem, siue de non intrando strictiorem, est nullum, & peccat uouedo: quia quantum in se est ponit obicem spiritui sancto. Quæritur igitur uniuersaliter de uotis factis contra consilia. An possit quis uouere, quod non mutuabit, aut dabit elemosinam, & huiusmodi. Et uidetur

q. sic, quia quod licitum est facere, licitum est uouere, constat autem, quod est licitum non mutare, non enim tenemur ad consilia. Sed contra est, quia Deus non acceptat promissionem contra sua consilia, & ideo peccant sic uouentes. ut dictum est. Sed quæritur utrum peccent mortaliter. Resp. primò, q. si pertinaci animo uoueret: ita q. etiam quando occurreret necessitas, quando consilia in articulo necessitatis occurrunt, deliberaret non facere, certum est, quod tunc peccaret mortaliter. Similiter si quis aduerteret, q. hoc est contra consilia Dei, & non curaret facere cõtra hoc, uideretur despiciere Deum. Sed si quis de his non cogitaret sic uouedo sicut communiter fit non uidetur peccare mortaliter, & sic patet. Resp. ad argumentum in cõtrarium, quia quamuis possit aliquis non facere aliquando sine peccato id de quo est consilium, non tamen potest deliberare nunquam facere, sicut fit per uotum supra uer. uotum 1. §. 5. in fin. Et uouens ex duabus causis nisi appareat de intentione securius est ut soluat etiam una causa remota secundum Archie. Flor.

¶ **Quintò**, ¶ quæritur de illo qui uouit dare aliquam mensuram quæ non est determinata de qua debeat intelligi. Respond. in c. ex parte. de cens. q. si est consuetudo de aliqua mensura: uel cogitauit de aliqua, id seruet: si uerò non apparet, sufficit solue remioem. Qui habet diuersa uota in compossibilia, debet seruare maius; uel si sunt æqualia, id quod est conuenientius, uel quod prius fuit factum secundum Do. Archi. Flo. de alio autem faciat secundum arbitrium superiorum, hæc secundum S. Tho. 4. dist. 38. q. 1. ar. 4. quod 4. de eo qui uouit seruare aliquam regulam utrum teneatur sub uoto seruare omnia quæ sunt in illa regula: dic q. non, sed teneatur eo modo quo professores illius regulæ tenentur, de quo uer. religio. §. 2. 2.

¶ **Sextò**, ¶ utrum hæres teneatur adimplere uota defuncti. Respon. secundum Ray. uotum peregrinandi non potest pater iniungere filio, quem constituit hæredem, nisi & ipse filius approbaret. cap. licet. eo. sed pecuniariam satisfactionem, bene potest iniungere, cap. tua nos. de usur. & de sortileg. c. 1. quin etiam si filius uult esse hæres,

hæres, tenetur implere uota patris si hæreditas hoc paratur, etiam præaccipiendo legitimum maxime si sponte suscepit, ut in d. c. licet. si autem non uult adire non tenetur, quia nec hæres est, nisi forte sponte in omnem euentum promiserit, si tamen promisit ut hæres, vel sub spe hæreditatis, & illam non uult adire, non tenetur. de elec. c. venerabilem. §. si. & sic potest intelligi cap. licet, sed quicumque hæreditatem adierit, tenetur. de solu. c. i. ita tamen, quod si uotum transmarinum sit, & aliquis impediatur morte, uel alio impedimento, cogitur alii committere, ut Innocentius dicit. Quin etiam si non committat hæres cogitur, ut uel ipsi compleant, uel subsidium siue expensas quas testator uel ipsi facturi essent exhibeant, secus tamen si uouerat non pro subsidio, sed pro deuotione uisitandi loca sancta, quia tales superueniente impedimento non tenentur ire uel mittere, confirmantur omnia ista per Re. de palu. uide ait. Si est uotum tantum reale ut fundandi monasterium, uel dandi tantum pro Deo, aut oblationem mittendi, aut tot armatos ultra mare, tunc hæres tenetur sicut in aliis debitis: si autem est tantum personale ut ieiunare, continere, & similia, hæres non tenetur nisi sponte obligauerit se, siue sit filius, siue extraneus, d. c. licet. Si autem est simul reale, & personale, & expressum utrumque, tunc tenetur ad reale. ut si uouit ire ad sanctum Iacobum, & offerre: hæres non tenetur ire sed solum mittere offeritorium. Si autem reale, & personale, sed personale est principaliter expressum, reale uero tacitum, & accessorium, ut ire ad sanctum Iacobum non tenetur mittere expensas sicut nec tenetur ire. similiter si uouisset religionem, non tenetur dare hæreditatem, quia remoto principali, &c. Item si uouit in subsidium terræ sanctæ, tenetur quantum hæreditas sufficit, secus si causa deuotionis. hæc ille.

¶ Septimo, ¶ utrum ille qui uouit ad certum diem pura ieiunare in uigilia Natiuitatis Domini proxime uenturæ, & non seruauit teneatur alio die ieiunare. Pa. in c. per tuas. de uoto, dicit quod sic: quasi sit obligatus ad duo sicut ille qui obligatur certo die, dare decem. facit c. cum dilecti. de dolo, & contu. & l. Celsus. de arbi. Hoc autem intelli-

gendum est, quando uouens non intendebat se determinate obligare ad talem diem, quod ut in pluribus fit. ver. Ieiunium. §. 13. & uerbi. horæ canonicæ. §. 17. Sed quid si uouit ieiunare in festo alicuius sancti, & ueniat in dominica. Io. de Neap. in quodl. Respon. quod Aut uotum fuit de ieiunio afflictionis, scilicet ad satisfaciendum pro peccatis. Aut subiugandi corpus. Aut de ieiunio exultationis. s. ut esset magis dispositus ad gaudium, uel contemplationem diuinorum. Aut de neutro, quia. s. non cogitauit. Aut de utroque. In primo casu ieiunandum est in sabbato precedenti, quia debet se conformare ecclesie, quæ tale ieiunium transfert. uerbi. ieiunium. §. 1. circa medium. In secundo uero ieiunet dominica, quia est uotum uirtuosum, & ligans. ar. di. 76. utinam. In tertio autem iterum in dominica quia præsumitur exultationis. In quarto ieiunet in sabbato, quia cæteris paribus debet se conformare uniuersali ecclesie. Similiter posset dici de illo qui uouit ieiunare per totum mensem, si debeat ieiunare in dominica. Resp. enim quando non cogitauit, quod conformet se ecclesie, scilicet quod non ieiunet in dominica.

¶ Octauo, ¶ utrum peccet toriens quotiens facit contra uotum. Respon. secundum Pet. quod quando quis uouit ad certum diem non bibere uinum, pura die sabbati, uel tali uigilia, quod solum peccat mortaliter prima uice, secus si fecisset uotum ad tempus perpetuum, uel ad certos dies, quia si ad tempus perpetuum totiens quotiens bibit peccat mortaliter, quia omne tempus est in obligatione: si uero ad certos dies solum dies est in obligatione, & non totum tempus, & ideo non peccat nisi semel pro quolibet die. Exemplum de indulgentia, quia si est perpetua toriens habet quotiens facit id; si uero temporalis tantum, semel; si uero ad diuersos dies, quolibet die semel hoc tamen semper intelligendum est, quoniam non fit ex contempu, & non aliter determinauit in mente quando uouit. Quidam distinguunt scilicet in uoto negatio, uel affirmatio, ut in primo peccent toriens, sed in secundo tantum semel, sed melius ut dictum est, uide uer. ieiunium. §. 9. horæ canonicæ. §. 18.

¶ Nono, ¶ utrum ingrediens religionem tenetur

tur adimplere alia uota que fecit in seculo. Resp. q. nō. fm s. T. 4. ubi supra. unde ait. Votū religionis includit omnia alia uota rē ratione perpetuatur tū ratione obediētiæ qua homo uoluntatem suam Deo tradit per quam sui, & omnium dñs esse pōt, ideo ille qui aliquod uotū tpe fecit pōt non requisita alicuius p̄lati dispensatione religionem intrare non obstante uoto p̄cedente, quod uotum religionis impediret pura peregrinationis, & h̄mōi. Votū etiam tēre sanctæ obligat hominem ad seruandū Deo temporaliter, & quantū ad determinatū tempus, sed uotum religionis quantum ad omnia, & secundū omnem tempus: & ideo quodammodo est ampliatio uoti magis, quā commutatio, per introitū. n. religionis homo moritur priorū uita, ideo illa uota que uouit in seculari uita explenda, non tenentur exsoluere, ex quo religio ē intrat, & p̄cipue quia singularitas in religionibus est periculosa, & onus religionis adeo grauar, q. non manet eadem facilitas ad obseruandū uotū que in seculari uita erat, tñ quidam dicunt, q. debet p̄lato suo exponere, & ille pensatis conditionibus persone, & uoti poterit eum eo dispensare, sed secundū alios, hoc non exigitur, quia ex ipsa u. uoti religionis à prioribus uotis est absolutus. rationibus dictis. hęc ille. Item alibi ait. Omnia alia uota sunt quorundam particularium operum, sed per religionem homo totam uitam suam deputat Dei obsequio, particulari autem in uniuersali includitur, & ideo decre. ca. scripturæ, de uoto. dicit, q. reus uoti fracti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam religionis obseruantiam commutat. Nec religionem in grediens tenetur implere uota, uel ieiunio rē, uel orationum, uel aliorum huiusmodi que existens in seculo fecit, & c. ut supra ad dens, quod intrans religionem consequitur indulgentiam omnium peccatorum, de quo uide uer. indulgentia. §. uigesimo sexto. Et Pe. de Pal. 4. dist. 38. q. 4. ar. primo. cōclusionē sexta, sic ait. Ad liberationem à uotis in seculo emisiss non est necessaria irritatio illius in cuius manus fit professio, nec dispensatio eius, nec alterius, quia fit per solutionem & impletionem hęc liberatio, eo enim ipso quod proficetur liberatur ab

Secunda Pars

omni uoto. Item tenent Innocen. & Panormita. in dicto cap. scripturæ. qui intelligunt de uotis non conlonis religioni, sed de aliis. puta si uouisset dicere psalterium, sed dictum Sancti Thomæ est uniuersale. unde in 4. ait. Religiosus liberè perficere potest uota que fecit in seculo, si non sunt contra religionem suam, quāuis ad ea non teneatur. hęc ille, utrum posset de nouo uouere. infra uotum §. §. 4. D. Archie. Floren. dicit q. est intelligendū de uotis personali bus non realibus, & quod perseveret, nisi prima uidetur superflua, quia post professionem ad nihil tenetur, nec potest amplius exire, & ideo secunda non requiritur, unde complete dixit San. Thom. quod onus religionis satis hominem onerat, nec est necessaria alia dispensatio. Pet. de Palu. ubi supra dicit quod licet uota personalia commutentur in religionem, quia uerbo commutandi uerit dec. cap. scripturæ, de uoto, soluantur etiam per professionem realia, quod ad personam non tamen quod ad monasterium, sicut nec debita quādiu ergo aliquis est nouitius excusatur à uoto personali, puta ieiuniorum, & huiusmodi, non autem à reali, puta de dando elemosinam, intellige quando fuit acquisitum ius de quo. uer. dispensatio. §. 12. sequitur in pe. immo debet per se debita soluere, sed per professionem qualibonis cedit, & mundo moturus uota personalia extinguuntur, sed realia debita in monasterium transeunt, quod obligatur, sicut hæres non ultra ualorem hereditatis, nrum habens uotum in grediens, & exiens satisfaciatur. uer. nouitius. §. 7. si.

DE VOTO QUARTO VTRUM
scilicet, sit laudabile.

2. *Votum an sit laudabile.*

1. **V**otum quartū. † utrum sit laudabile aliquid uouere, & agitur quod non. Primò quia plus meretur qui liberè facit. Secundò, quia exponit se periculo transgressionis.

Sum. Tab.

ccc

Tertio

Tertio exemplo Christi, & apostolorum quod non leguntur uouisse. Ref. secundum S. T. 2. 2. q. 88. arti. 4. 5. & 6. quod triplici ratione facere aliquod opus cum uoto melius est, quam sine uoto, primo quidem, quia uouere est actus latrice, ordinatio. n. cuiuscumque uirtutis in seruitium Dei est actus latrice, sed uotum est promissio Deo facta, & promissio nihil aliud est, quam ordinatio quedam eius, quod promittitur in eum cui promittitur, & sic uotum est ordinatio quedam eorum, quæ quis uouet in diuinum cultum, seu obsequium, & ex consequenti uouere proprie est latrice actus, seu religionis, quæ est præcipua inter uirtutes morales nobilioris autem uirtutis est opus melius, & magis meritorium. unde actus inferioris uirtutis est melior, & magis meritorius ex hoc quod imperatur ex superiori uirtute, sicut actus fidei est melior si imperetur à charitate, & ideo actus aliarum uirtutum moralium, puta ieiunare, quod est actus abstinentiæ, & continentie, quod est actus castitatis, sunt meliora, & magis meritoria, si fiant ex uoto, quia sic iam pertinent ad diuinum cultum quasi quedam Dei sacrificia: unde Augustinus dicit in libro de uirginitate, quod nec ipsa uirginitas, quia uirginitas est, sed quia Deo dedicata est, honoratur, quam fouet & conseruat continetia pietatis. Secundò, quia ille qui uoluit & facit plus se subiicit Deo, quam ille qui solum facit: subiicit. n. se Deo non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero non potest aliud facere, sicut plus daret homini, qui daret ei arborem cum fructibus, quam daret eis fructus tantum, ut dicit Anselmus in libro de simili, & inde est, quod etiam promittentibus, gratiæ aguntur. Tertio quia per uotum immobiliter uoluntas firmatur in bonum, facere autem bonum ex uoluntate firmata in bono, per tinet ad perfectionem uirtutis, ut patet per philosophum in 2. Ethic. sicut etiam peccare mente obstinata aggrauat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum sanctum. Ad primum in contrarium dicitur, quod sicut non posse peccare non diminuit libertatem: ita etiam necessitas, firmare uoluntas in bonum non diminuit libertatem, ut patet in Deo, & in beatis, & talis est necessitas uoti, similitudinem quandam habens cum con-

firmatione beatorum. unde Augustinus. Nonne uouisse peccare immo gaude, iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset, felix est necessitas, quæ in meliora compellit. necessitas uero coactionis quæ causat tristitiam, & in uoluntarium diminuit meritum, & etiam si cum tristitia uotum fiat plus meretur, quam sine uoto, & sine tristitia: quia est actus religionis. Ad secundum dicendum, quod quoniam periculum nascitur ex ipso facto, tunc factum illud non est expediens, puta quod aliquis per pontem ruinolam transeat flumen, sed si periculum imminet ex hoc, quod homo deficit ab illo facto non desinit propter hoc esse expediens, sicut expediens est ascendere equum, quantum periculum imminet cadendi de equo, aliquin oporteret ad omnibus bonis cessare quæ etiam per accidens ex aliquo euentu possunt esse periculosa, unde dicitur Eccle. 11. qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes, nunquam meret, periculum autem uouenti non imminet ex ipso uoto, sed ex culpa hominis, qui uoluntatem mutat transgrediens uotum. Ad tertium dicitur, quod Christo secundum se non competeat uouere, tum quia Deus erat, tum etiam quia in quantum homo habebat uoluntatem firmatam in bonum quasi comprehensor existens quomuis per quandam similitudinem ex persona eius dicatur in Psal. secundum glo. uota mea domino reddam in conspectu tui. cum, loquitur de corpore suo, quod est ecclesia, Apostoli autem intelliguntur uouisse per tinentia ad perfectionem quando Christum relicto omnibus sunt secuti.

DE VOTO QUINTO,

quod ad personas quæ possunt uouere.

- 1 *Uouere qui possint.*
- 2 *Uouere an possint Episcopi, & alii superiores.*
- 3 *Uouere an possint beneficiati ubi requiritur residentia.*
- 4 *Uouere an possint prelati inferiores episcopis.*
- 5 *Uouere an possint religiosi.*
- 6 *Uouere an possint pueri.*
- 7 *Uouere an possint serui.*

1 **V**otum quodlibet, de personis quæ possunt vouere de quibus dicit S. Tho. q. 1. in cõi. 2. i. q. 88. ar. 8. votum est promissio Deo facta, nullus autem potest per promissionem se firmiter obligare ad id quod est in potestate alterius, sed solum ad id quod est omnino in sua potestate, quicunq; autem est subiectus alicui, quantum ad id quo est subiectus, nõ est super potestatis facere quod vult, sed dependet ex voluntate alterius, & ideo non potest se per votum firmiter obligare in his in quibus alteri subicitur, sine consensu sui superioris. hæc S. Thom. & in quarto ait. In his quæ non subiacent uoluntati uouentis non potest vouere, eõ quod uotum est uoluntarium, similiter etiam illi qui nõ habent usum rationis, sicut illi qui non sunt sanæ mentis, non possunt uouere, nec et pueri ante annos pubertatis. hæc ille. Quilibet igitur sui iuris existens sanæ mentis, nõ prohibitus, potest uouere, multi autem nõ possunt de quibus infra diuisim.

2 **P**rimò queritur de episcopo, & aliis superioribus. Resp. s. m. Host. non possunt sine licentia Papæ uotum emittere per quod dissoluatur uinculum matrimonii quod est inter ipsum, & ecclesiam suã. c. licet. de regu. & c. nisi cum pridem. de renunc. Item nec aliud per quod graue præiudicium fiat ecclesiæ, puta de longa peregrinatione, & huiusmodi. c. magnæ. de uoto, uotum tamen abstinentiæ, & eleemosinæ emittere potest. arti. q. 1. c. clemens. de testa. relatam. & breuiter potest quodlibet uotum per quod det bonum exemplum dicto, capitu. magnæ. secundum Petr. debet adimplere quantum potest sine præiudicio ecclesiæ, & petere licentiam à Papa, & si non dabit redimat, uel faciat quantum potest. hæc idem tenet S. Tho. 2. 2. q. fi. arti. 7. uide ali quid uer. episcopus. §. 7. hic bene.

3 **S**ecundò, queritur de beneficiatis ubi requiritur residentia. Respond. quod non possunt facere uotum longæ peregrinationis sine licentia episcopi. dicto. capitu. magnæ. & cap. nisi cum pridem. & de consecra. dist. 5. non oportet. el secundo. possunt tamen facere uotum religionis. 19. quæst. 2. c. duc. & S. Tho. d. ar. 7. non solum beneficiati, sed etiam omnes. prælati inferiores episcopis, & possunt facere uotum ultramarinum tempore generalis padagii.

d. c. magnæ. & breuiter possunt in omnibus aliis in quibus sunt domini.

4 **T**ertio, queritur de prælati inferioribus episcopis. Respon. in c. fi. de uoto. Prælati etiam professus potest uotum ultramarinum ommittere, & in suos usus uigilantiam protuentium ecclesiæ conuertere. Pabibi restringit in casu quando sit passagium generale ex dispositione summi pontificis, nam tunc uidentur data licentia prælati eundi pro succursu terræ sanctæ, sed hoc cõsente non putat, quod prælati maxime regularis possit se ad hoc obligare sine licentia superioris, quia episcopus hoc facere nequit. d. c. magnæ. Nec possunt facere uotum per quod præiudicium generetur suis ecclesiis sine licentia episcopi, uel suorum superiorum. 18. q. 2. c. Abbates. De aliis autem possunt.

5 **Q**uartò queritur de religiosis, de quibus S. Th. 2. 2. quæst. 88. arti. 8. ad tertium. ait. Religiosus est subditus prælato quantum ad suas operationes secundum professionem regulæ, & ideo si aliquis ad horam aliquid facere possit, quando ad alia non occupatur à prælato, quia nullum tempus est exceptum in quo prælati non possit eum circa aliquid occupare. nullum uotum religiosi est firmum nisi sic de consensu prælati: hæc ille. & quarto sententiarum ubi supra ait. Religiosus tenetur ad obediendum, quantum ad omne tempus, & ideo non potest emittere aliquod uotum hæc S. Tho. Pan. in c. fi. de uoto ait. In religiosis uerò simplicibus, puto non licere emittere etiam uotum terre sanctæ sine licentia superiorum, quia nullam uoluntatem habent, & sic non possunt se obligare ex uoto. In his enim in quibus tenetur obedire de quo uerbi. obedientia. §. 5. nota non sunt summa, nisi prælatus ut infra. In illis autem, qui sunt circa peccata uenialia, uel supra statum regulæ nisi possent esse incommodum regulæ, sed habet sicut secularis. Item idem Pan. in capit. scripturæ sic ait. Monachus non potest emittere uotum abstinentiæ, uel peregrinationis sine licentia prælati. 20. quæstio. 4. capitu. 2. sed aliud uotum, per quod alii non scandalizantur ne datur sibi occasio uagandi, emittere potest, puta ut dicere Psal. secundum Innocen. & idem dicit de uotis factis ante

vorum religionis, de quo supra votum. 3.
 §. si. Sed S. Tho. dicit generaliter, & ratio
 quia potest occupari, tener in omnibus id
 tenendum generaliter secundum S. Tho.
 de omnibus. secundum tamen declaratio-
 nem sequentem in hoc. §. circa si. utrum au-
 tem teneat si fiat. Resp. secundum S. Tho.
 2. 2. q. 88. ar. 9. ad secundum. q. vota quæ
 fiunt ab his qui sunt in potestate aliorum,
 aliorum, habent conditionem implicitam
 si scilicet non reuocentur à superiori ex
 qua licita reddatur, & ualida, si conditio
 extat. hæc ille. utrum uerò peccent uouen-
 do. Responder S. Tho. ubi supra ar. 8. ad
 quartum. q. licet votum eorum qui sunt al-
 terius potestatis subditi non sit firmum si-
 ne consensu eorum quibus subiiciuntur,
 non tamen peccant in uouendo, quia in
 eorum uoto intelligitur debita conditio,
 scilicet si suis superioribus placuerit, uel
 non renitatur. hæc ille. Et sic patet secun-
 dum S. Tho. q. non peccant uouendo, & q.
 est totum conditionatum, & q. si illa con-
 ditio. si irritatio adueniat nõ tenetur, & q.
 hoc est generale in omnibus uotis. Sed
 queritur utrum ille qui fecit si non irritan-
 tur neque approbentur, teneatur adimple-
 re. Angel. ca. ver. uotum. 2. dicit q. non de-
 bent nisi prælati expresse consentiant, & q.
 peccant uouendo. alleg. Ricar. & S. Th. sed
 S. Th. dicit expresse, q. non peccant ut pa-
 tet ubi supra. utrum autem ante irritatio-
 nem uel quando prælatus ignorat teneant
 uel non. Ricard. dicit, quod non. Petr. de
 Palu. dicit contrarium, quem sequitur Do-
 minus Archiepisco. Florenti. hoc etiam
 uidetur innuere Sanct. Thomas. quando
 dicit si suis superioribus placuerit uel non
 renitatur. patet. n. q. si non irritant non
 renitatur. unde posset sic distinguui, q. aut
 uotum religiosi approbatur à prælatis, &
 sic tenet, uel reprobat, & sic non tenet,
 quando autem non approbatur neque re-
 probatur, tunc uel est de eo quod est contra
 obedientiam. i. impedit obedientiam, uel
 ex quo alii scandalizantur, uel ex quo da-
 tur materia vagandi, & similibus, & ista di-
 cuntur inhibita in communi obligatione:
 quedam sunt inhibita in particulari, puta
 si prælatus inhiberet opus mortificationis
 uerberando se, & sic secundum Ricar. est
 nullum, & ex consequenti non tenetur ni-

si prælatus approbet, quia tunc uoueret de
 alieno, & in istis talibus s. S. Tho. subin-
 telligitur conditio affirmatiua, scilicet si
 prælatus consentiat aliter non esset mate-
 ria uoti. si opus uirtuosum, & quia uotum
 est promissio facta Deo ne videatur ridicu-
 losa, ideo tenetur subditus consensum su-
 perioris requirere, antequam sit in mora
 persoluendi uotum. Nisi enim ipse tenere-
 tur superiorem requirere de relaxanda in-
 hibitione, seu concedenda licentia, uana,
 & ridiculosa esset promissio, quod est inco-
 ueniens, & est contra S. Th. in eo, q. dicit,
 q. non peccat, & potest confirmare, uel est
 de his quæ possunt fieri sine impedimento
 obedientie, non uagando, neque alios scã-
 dalizando. ut dicere. Psal. & familia, & tunc
 tenet nisi irritetur, habent enim conditio-
 nem negatiuam, scilicet si non irritantur,
 & ista dicuntur non inhibita: talis enim
 operatio non inhibita est uerè opus uirtu-
 tis, & durante non inhibitione est in pote-
 state uouentis, & sic potest esse materia uo-
 ti, nec aliàs requiritur cõsensus superioris,
 quoniam in nullo potestatem superioris læ-
 dit. Ideo tenetur ea implere superiore de
 hoc nihil sciente, & peccat mortaliter tras
 grediendo durante conditio, non contra-
 dictionis superioris, & hoc intellige de om-
 ni subdito. unde S. Tho. dicit si superiori
 placuerit propter inhibita, deinde dicit,
 uel non renitatur propter non inhibita.
 Sed quid si superior prohiberet materiam,
 puta peregrinationem, & ignoraret uotum
 utrum subditus teneatur indicare, & quã-
 uis uideatur, quod non, quia sufficit sibi,
 quod deficiat materia, tamen quia fortè
 concederet si sciret uotum, ideo securius
 est quod indicet, maximè si fuit in sua in-
 tentione se uelle obligare ad indicandum.
 Sed utrum uouens cum licentia superio-
 ris, qui post uotum factum reuocat licen-
 tiam, teneatur adimplere uotum. Respon-
 quod subditus excusatur superior uerò
 peccat mortaliter, & quod subditus excu-
 setur est, quia dominium illius non fuit fa-
 ctum suum nisi secundum quid, scilicet ut
 posset reddere, sed remanserat simplici-
 ter superiori usque quo, & cætera. supe-
 rior uero peccat tanquam uiolator, & de-
 lusor uinculi uoti ad Deum. unde nume-
 ro. 30. maritus qui reuocauit, &c. puni-
 tur,

tur, non tamen remouetur quin prælatus
possit dispensare, uide aliquid. uer. executor.
§. 15.

6 ¶ **Quintò**, ¶ quæritur de pueris, de quibus
San. Thom. ubi supra 2. 2. q. 88. ar. 9. ait. Si
puer uel puella ante pubertatis annos, non
dum habuit usum rationis, nullo modo po-
test se ad aliquid uoto obligare. Si uero
usum rationis attingit, potest enim quan-
tum in ipso est, se obligare, sed uotum
eius potest irritari per parentes, quorum
eura remanet adhuc subiectus, quantum-
cumque tamen sit doli capax, ante annos
pubertatis non potest obligari uoto so-
lenni religionis, propter ecclesiæ statutum,
quod respicit id quod in pluribus accedit:
post annos uero pubertatis possunt iam se
uoto religionis obligare, uel simplici, uel
solenni absque uoluntate parentum. hæc
ille. & ibidē ar. octauo, ad secundum. ait.
Post pubertatem non est sue potestatis
quantum ad dispensationem domesticam.
unde circa hoc non potest aliquid uouere
quod sit ratum sine consensu patris. hæc il-
le. & eod. lib. quæstio. fin. arti. 5. postquam
posuit quæ dicta sunt, subiungit. Si puer
haberet usum rationis ante annos puber-
tatis, obligatur quidem quantum in se est
ex uoto, tamen potest obligatio remoueri
per autoritatem patris in cuius potestate
adhuc existit, quia ordinatio legis qua vnus
alteri subicitur respicit id quod in pluri-
bus accidit: si uero annos pubertatis excedat,
non potest renocari autoritate paren-
tum, si tamen non haberet usum rationis
plenum, non obligaretur quod ad Deum, &
ibidem ad tertium ait. Pueri sicut non coguntur
ad iurandum, sicut Canon dicit: ita
non coguntur ad uouendum, si tamen uoto,
uel iuramento se astrinxerint ad aliqd
faciendum, obligantur quod ad Deum, si ha-
beant usum rationis, licet non obligentur
quod ad ecclesiam ante 14. annum. hæc ille.
Panormi. in cap. secundo. de uoto 1. nota
sic ait. Nota ex text. iuncta gloss. prima.
quod uotum emissum in puerilli ætate effi-
ca ceter obligat, licet præstet facilitatem ad
dispensandum, & sic minor ætas non impe-
dit obligationem Deo quærendam, & sic
post doli capacitatem quis obligatur ex vo-
to, & ad hoc tenebis semper menti istum
text. quia nescio alibi ita clarū, uide tamen

Secunda pars

ad materiam, quod not. Innocen. in capite
scripturæ e. hæc Panormita. Innocen. uer-
dō in dicto capitu. scripturæ sic ait. Item
credimus si impubes sit doli capax, & fe-
cerit uotum abstinentiæ, uel peregrinatio-
nis, uel alia, quod debeat illud adimplere
postquam patriam potestatem exiuerit, quæ
se obligauit, quod potuit, sicut per delictū
se obligauit diabolo, de delict. pue. cap. pri-
mo. tamen cum talibus facile dispensatur.
hæc Innocen. Ex quibus potest sic conclu-
di. Quia uel pueri sunt doli capaces, uel
non: si secundo modo nullo modo tenen-
tur in quacunque ætate, quia sine delibera-
tione non est uotum. Si uero sunt doli ca-
paces, tunc uel loquimur de uoto solenni
religionis, & sic non tenet ratione statuti
ecclesiæ etiam si pater consentiat. cap. pri-
mo. eodem libro sexto & San. Thom. ubi
supra. & hoc ante pubertatem. Si uero de
aliis uotis tunc secundum Tho. non sunt
rata, sed possunt irritari, tum quia sunt in
potestate eorum, tum quia non multum
tunc uigent ratione. uigesima quæstio. se-
cunda cap. puella. Si autem loquamur
post pubertatem, uel loquimur de uoto reli-
gionis, & sic possunt uel de aliis, & sic quo
usque sunt in patria potestate uota eorum
non sunt rata. Sed quid si impuberes doli
capaces emittunt uota castitatis, utrum
quando erunt puberes teneantur? Angelica
dicit, quod non. uer. uotum 2. §. 6. addacit
cap. ad nostram. de regu. & c. primum. eo.
li. 6. Sed Pe. de Pa. tenet contrarium, quod
uidetur esse secundum mentem S. T. ubi
supra. & Inn. & Pa. facit tex. c. 2. de uoto. ad
d. c. primum. Resp. S. Tho. quod 3. ar. 11.
ad primum dicens. Inn. 4. in quibusdam
litteris ad religiosos directis prohibet ne an-
te annum probationis, & c. quod autem ad p-
bationē non recipiantur iuuenes, uel quod uo-
to uel iuramento nō obligentur ad intran-
dum sine præiudicio temporis, uel probatio-
nis, nunquam inuenitur prohibitum, hæc
ille. Illi ergo tex. debent intelligi, uel de uo-
to solenni, quando non sunt doli capaces,
uel quod ad ecclesiā, & quod dicit tex. quod
possunt redire ad seculum, intelligitur quod
ad coactionem ecclesiæ. Inno. enim. 4. qui
fecit illam dec. & Pa. sic glossant, dicentes,
quod quod ad Deum tenet. Sed quid si fi-
lius familias fecit, quod non est firmum

Sum. Tab. ecc 3 &

& irritatur siue ante siue post pubertatem. Nunquid tenebitur, quando uenerit ad statum: & c. quidam dicit, q. nō, quia fuit irritatum, & factum nullum: quidam dicunt, q. sic, quia debet seruari eo modo, quo potest quod est securus. Quidam sequentes primam opinionem dicunt primō, q. si pater irritauerit, & postea consensiat, propter hoc non tenebitur impubes nisi iterum uoueat. secundō dicunt, quod si semel ritē fuit irritatum, mortuo irritatore, aut eius auctoritate expirante, non tenebitur impubes, quia per regulam. Obligatio semel extincta non reuiuiscit, & hoc etiam si fecit uotum explendum solū post expirationem potestatis. Confirmant per S. Thom. primo quia indistinctē uult quod uota eorum qui sunt sub alterius potestate non sint firma sine consensu eorum. secundō, quia dicit, q. in uotis talium intelligitur conditio, si placuerit superiori. hęc illi. Propter hęc tamen non credo esse recedendum à secunda opinione, quæ ut dictum est, securior est, & ad ista posset breuiter responderi concordando opiniones scilicet, quod uel uouēs cogitauit, se nolle obligare nisi superior consentiat, & uera sunt quæ dicunt illi, uel nō cogitauit, & sic cum uotū factū sit de nō suo, & superior irritat amplius nō tenetur, quia uotū irritū desinit esse. c. quidā. & c. placet. ubi uir professus irritante uxore, suū uotū, illa mortua non tenetur ad religionē, qn. n. nō cogitauit presupponitur ipsum uoluisse se obligare, superiori cōsentiente in cuius potestate est illa res, uel si cogitauit, uoluit se obligare omnino eo modo, quo posset, & tunc uel uouit id quod præiudicat superiori, & tunc stante superioritate non tenetur, ipsa tamen remota tenetur, hoc dicit expressē. Inn. ut dictum est, ad hoc facit quod dicit Pat. in ca. quidam. de conuer. coniu. q. regula iuris, quæ dicit. Si nō ualet quod ago, ut ago, ut valeat ut ualere potest, teneat in materia uoti, ad hoc facit etiam dictum S. Thom. qui dicit, quod obligatur coram Deo, à foriori si uoueret illa in quibus non præiudicat, & sic intellige ea quæ ad dicunt illi scilicet quando noluisti aliter obligare, uel manente superioritate in eo in quo præiudicat superiori, eodem modo intellige San. Tho. ad regulam dicitur

quod non fuit simpliciter extinctum, sed solū quantum potuit. Eodem modo dicitur de aliis uotis præter uotum solenne religionis ante pubertatem, quod tenent si habent usum perfectum rationis, & non habent patrem, uel tutorem, quia remota est causa: & c. Sed quid de uotis, quæ faciunt existentes in potestate patris, & non irritantur, uel ignorantur à patre, dicendum sicut de religiosis supra. §. 4. quod non debet exequi illa quæ sunt in præiudicium. & secus de aliis. Et sic dicendum, ut in d. §. 4. not. tamen unam differentiam inter religiosum, & puerum, quia à religioso communiter nunquam deficit ius subiectio sed secus de puero, sed dubitatur, quando prælatus irritauit, uel ratificauit deinde absoluit, & sit alius prælatus, non quid erit necessaria noua confirmatio, & c. Respon. quod quod ad illud quod remanet faciendum est par ratio, & sic intellige ea quæ dicta sunt in §. præcedenti circa finem. & tene ut ibi. De uotis uxoris, uide uersic. matrimonium. primo. §. secundo. tertio. & quarto.

¶ Sexto, ¶ tractatur de seruis de quibus San. Thom. 2. 2. q. 88. arti. 8. ad secundum, sic ait. Seruus, quia est in potestate domini etiam quantum ad personales operationes non potest se uoto obligare ad religionem per quam ab obsequio domini sui abstraheretur, & quarto sententiarum dicit, q. seruus non est exemptus in aliquo tempore à seruitio domini, & ideo nullum tempus est eis uacans, quo possint quodlibet facere, & quia omne uotū est aliquo tempore exequendum, ideo nullum uotum emittere possunt. Panor. post Innoc. in d. c. scripturæ dicit, quod non potest uouere in eo per quod impeditur potestas domini. ut in ca. reclarum. de sent. excomm. & in c. si seruus sciens. §. 4. dist. secus in alio, puta in Psal. Sed ut dictum est de religiosis, quia San. Thom. habet pro eodem. secundum Pet. de pal. si fierent liberi tenerentur ad uota quæ fecerunt tempore seruitutis, intellige secundum distinctionem datam scilicet si intendebat. & c. ut in §. præcedenti, & etiā si facerent uotum castitatis, tenentur ad illud, nec possunt irritari à suis dominis. De dispensatione uotorum uide uer. dispensatio. §. 7. & sequenti.

DE VSVCAPIONE.

- 1 *Vfucapio quid est.*
- 2 *Ad vfucapionem quæ requirantur.*
- 3 *Vfucapi quæ poffint.*
- 4 *Vfucapere quis poffit.*

1 **V**fucapio † est acquisitio domini per continuationem possessionis tempore lege diffinito, cum titulo. ff. eod. l. 2. quod tempus est triennium. Insti. eo. in prin. & 26. q. 3. in summa. Et in dicta est pro utilitate publica, ne rerum dominia sint incerta. ff. eo. in l. 1. Insti. eo. §. 1. Et ut finis litibus imponatur. Huius effectus secundum omnes est, ut rei usufructus dominium directum acquiratur. C. de pact. l. traditionibus. ff. de usufruct. l. 1. & 3. & locum habet in conscientia eo modo quo prescriptio. de quo supra eo. maxime in prin. de tit. ibidem §. 13.

2 **¶** Primò, † quæritur quæ requirantur ad usufructualem. Respon. Primò requiritur bona fides in toto tempore, ut dictum est de prescriptione, nec ignorantia iuris excuset: ut sit bonæ fidei ff. de usufruct. l. nunquam. Secundò, quòd res sit mobilis, quia circa res immobiles est prescriptio. Tertiò, quòd res tradatur uel quasi, aliter possessio non haberetur, sine traditione, uel quasi. C. de pact. l. tradi. Insti. de re. diui. §. per traditionem, vel alio modo possideatur tempore debito id est triennio. Quartò titulus uerus, non putativus uel falsus. ff. de pro. leg. 2. & 3. qui autem sint veri tituli. uer. prescriptio. §. 13.

3 **¶** Secundò, † quæritur quæ poffint usufructuari. Respon. quòd omnia, exceptis quæ prohibentur, ut res furtivæ, & tu possessæ, ut nota glo. in sum. 16. q. 3. & res sacra, uel religiosa. uel liber homo, uel decima. de rescript. c. causam que, & seruus fugitiuus, & p. bantur hæc Insti. eo. §. sed aliquando. & §. sequenti. & uia publica, & aquæ ductus ff. eo. l. usufructualem. C. de aquæ du. l. diligenter. lib. 1. ff. de uia pu. l. uiam publicam. Item ubicunq; prohibetur alienatio. ff. de uerb. sign. l. alienationis.

4 **¶** Tertiò, † quis possit usufructualem. Respon. quòd omnis qui potest licite possidere, ut pater familias, & filius familias in peculio. Pupillus si habet animum possidendi li-

cet non interueniat auctoritas tutoris, & furiosus, si sanæ mentis usufructualem cepit, incipere autem non potest durante furore. ff. eo. l. 2. & 3. Seruus autem usufructualem non potest, quia nihil potest possidere. l. labeo. ff. eod. & l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquirenda. possessio. nisi peculiariter ex scientia domini possideret, ut in dictis legibus.

DE VSVRA PRIMÒ.
in communi.

- 1 *Vfura dupliciter accipitur.*
- 2 *Vfuram an faciat sola spes lucri.*
- 3 *Mutuare an liceat ut labores agrorum uadas ad molendinum uel apotecam, uel intret quos in scholis.*
- 4 *Vfura utrum sit peccatum*
- 5 *Vfura an sit contra legem.*
- 6 *Vfurarius publicis quas penas inferat ius canonicum post peccatum mortale, et penas æternas.*
- 7 *Homo an aliquando teneatur ad mutuandum sub precepto, & quomodo, & quando aliquid potest accipere.*
- 8 *Mutuare quando quis teneatur de precepto.*
- 9 *Accipi an possit aliquid supra sortem pro locali bus, gemmis, nasis argenteis, & similibus.*
- 10 *Pecuniam habens quam timet, uel scit in futurum minorare an possit sine usura mutuare alicui cum pacto ut sibi reddatur in æquali precio. &c.*
- 11 *Accipere an aliquando liceat aliquid supra sortem in mutuo.*

1 **V**fura † secundum S. Thom. 2. 2. q. 78. ar. primo. & 2. de ma. q. 13. art. 4. accipitur dupliciter. 1. Meth. pro quadam super excellentia bonorum spiritualium quam exigit Deus uolens ut in bonis acceptis ab eo semper proficiamus quod est ad utilitatem nostram non eius, secundum quòd dicitur. Luc. 16. Ego ueniens cum usuris exegissem illam scilicet pecuniam mutuatam. similiter generare aliquando accipitur largè pro mutuare Eccl. 29. Multi causa nequitie non generati sunt, non mutuauerunt. Et aliquando dicitur usura quæ accipiuntur ratione interesse. c. conquestus. eo. titu. in glo. Et de istis non loquimur in proposito. secundò accipitur proprie quæ ethymologialiter

dicitur quasi eris usus, vel rei, seu rea. Datur. n. ob usum eris. i. pecuniæ, uel alterius rei, quæ usi consumitur: & ideo rea dicitur, quia datur propter id pro quo dari non debet. Quidam dubitant, ad quos magis pertineat declarare quid sit usura, uel de illa tractare. s. ad Theologos, uel Canonistas, & dicit D. Pe. de Anch. in quadam qd. q. magis pertinet ad Canonistas, & Iuristas. D. tamen Ant. de But. post S. Th. in quodl. dicunt, q. magis ad Theo. quia est contra ius diuinum. Et posunt concordari ut quantum ad pœnas statutas per leges magis pertineat ad canonistas, aliàs secus. Et diffinitur ab aliquibus, usura est quicquid sorti accedit, ut elicitor ex ca. usura. 14. q. 3. sed est aliquid diminuta, quia potest accedere liberè, & sic non esset usura: ut infra & ut d. c. de eulogiis: ideo aliter diffinitur, usura est quicquid sorti accedit ex pacto. s. expresso, uel intentione precedenti. i. pacto tacito: ut in d. c. cõsult. uel aliter, usura est lucretum mutui ex pacto debitum, uel exactum. Vel aliter secundum Host. in sum. usura est quodcumq; solutio rei mutuatae accedit ipsius rei: usus gratia, pactione interposita, uel hac intentione habita in contractu, uel exactione post contractum, uel secundum Ray. & Inn. in c. 1. e. & secundum mentem S. Tho. ubi supra. usura est lucretum ex mutuo pacto debitum, uel exactum. Est igitur ut ex dictis potest haberi, lucretum ex mutuo, principaliter intentum. Pro cuius declaratione est primò notan. in uer. lucretum q. propriè dicitur clementum, quod quis habet ex uoluntaria mutuacione, ultra ea quæ prius sua erant, siue sit à manu, siue à lingua siue ab obsequio, dumò precio possit estimari. de quo infra, & uer. simonia. §. 1. unde si mutuo uni habèti de meo decem, ea intentione ut ultra mutuatum rehabeam ab eo illa decem, cum alias habere non possim, non committo usuram, quia non intendo lucretum, sed tantum quod meum deest rehabeere. ar. d. c. 1. & 14. q. 4. c. ab illa. similiter propter interesse, & similia. Secundò est notan. in uer. ex mutuo. q. contractus est duplex s. nominatus, ut sunt emptio, uenditio, locatio, conductio, mandatum, depositum, societas, pignus, commodatum, permutatio, stipulatio, mutuum. Alius est innomia

tus. s. do ut des. secundus, do ut facias. tertius, factio ut des. quartus, facio ut facias. Dicitur ergo ex mutuo, quia regulariter committitur in mutuo, quauis. n. in aliis contractibus sepe reperitur usura titulo emptio- nis, uel pignorationis, & huiusmodi palliationis, ibi tamen implicite est mutuum. Nam quando uendo tibi canam panni ualètem nunc unum ducatum, & ex eo q. uis dilationem unius anni, uolo plus, unum solidum: ista resoluitur in mutuum: ita. n. se habet ac si dares mihi nunc unum ducatum, & illum tibi commodarem ex quo plus reciperem unum solidum. Non est igitur ibi mutuum, & ex consequenti usura formaliter sicut intelligitur. cap. in ciuitate, sed est virtualiter, & implicite sicut intelligitur Pan. in c. si. e. & ibidem glo. & de mutuo quasi de meo tuum, quia transferitur dominium rei mutuatae in eum cui mutuar, & ster periculo eius. unde, propriè habet locum in his, quæ usu consumuntur, quæ sunt in triplici differentia, nam quædam consistunt in numero, ut pecunia quædam in pondere, ut argentum, seu aurum, quædam in mensura, ut triticum, & uinum. Non debet igitur grauari supra restitutionem capitalis. secus in locacione, & conductione domorum, & similibus, ubi dominium, & periculum remanent apud principalem, & sic potest accipere usum rei suæ, & hoc est quod dicit S. Thom. ubi supra art. primò. quòd uèdere usum pecuniæ est usura. Tertio est notandum in uer. intentum, q. includit expressam pactionem, uel tacitam, nam sine pacto, & locutione, sola intentione committitur usura. extra. eo. c. cõsult. si autem liberaliter datur, & accipitur, quod non intendebat, non est usura. dicto. capitul. cõsult. & capitul. primo. eod. non enim est factus peioris conuentionis, quam prius de quo infra. Sed qd si aliquis mutuar credens pro certo, quòd ille aliquid superdonabit donatione libera: ita tamen, quòd aliter non mutuarer nisi crederet, quòd aliquid donabit. Responde. cum iste principaliter ut præsupponitur mutuauerit ut habeat aliquid supra sortem tudeur formaliter usurarius tamen ex quo ille donauit liberè, non uidetur teneri ad restitutionem, & fortè etiã quòd non peccauit mortaliter, eò quòd

si non daret libere, sed ratione mutui non accipere. Nec est etiam usura, quia quamvis non liceat aliquid sperare ratione mutui: licet tamen sperare ratione liberę donationis ar. 18. di. c. de eulogiis, unde in diffinitione usurę secundum Host. ut positum est supra dicitur, quod accedit aliquid gratia ipsius usus rei. Quartò notandum in ver. principaliter, quod dicitur propter secundariam intentionem, quę non inducit usuram, si enim quis principaliter propter amicitiam mutuatur, qui etiam si nihil speraret mutuaret, sperat tamen secundariè aliquid habere, non committit usuram, sicut secundaria intentio in simonia non inducit simoniam. di. 61. c. quid prodest. in glo. & dist. 59. c. si officia. infra ver. simonia §. 7. & 21. Et not. qd etiam si non fuisset à principio sed postea accessisset, puta à principio mutuasset etiam sine lucro, nunc autem nisi speraret auferret ab illo, & tunc est usura, sicut Domi. Archiep. Flor. secunda. titul. primo. capitul. septimo. §. 1. fin. Ista est ergo diffinitio S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. ubi dicit, qd usura est uenere utrum pecunię. & in q. de ma. ubi supra dicit, quod usura dicitur ab usu. eo scilicet qd pro usu pecunię præcium quoddam accipitur, quasi ipse usus pecunię mutuare uendantur de intentione tacita, uel expressa dicit 2. 2. q. 78. ar. 2. & q. de Ma. ubi supra in responsione ad decimum tertium. hanc est diffinitionem ponit Pa. in rub. de usu. & D. Ar. Fl. 2. ti. 1. c. 7. §. 1. Pisa. ver. usu. 1. §. 1. & Angelica ver. usura. 1. §. primo.

2. Primò, ¶ quia illud. ver. principaliter intentum positum in diffinitione est valde obscurum, & dubium: ideo pro declaratione queritur utrum sola spes lucri, faciat usuram: ita quod in usura mentali teneatur ad restitutionem. Ad cuius declarationem præmitto quędam. Primò, quod mutuans, aliquando dicitur libere mutuare. scilicet quando solum ex charitate, vel propter beniuolentiam, vel amicitiam, aliquando propter lucrum, scilicet quando lucrum mouet illum ad mutuandum. Secundò, quod aliquando mutuans dicitur mutuare libere principaliter, secundariò uerò propter lucrum scilicet quando ex amicitia, expectans tamen aliquid ab eo cui mutuatur, mutuaturus tamen etiam si nihil. Aliquando

dicitur mutuare principaliter propter lucrum. quando nullo modo mutuaret nisi expectaret lucrum de hoc uer. simonia. §. 6. & 7. Similiter dicendum de hoc solente, quia aliter dat aliquid libere. quando sola beniuolentia dat aliquid mutuanti non aspiciendo ad aliud. Aliquando dat propter respectum mutui, puta quia timeret, qd aliter non mutuaret, uel quia auferret ab eo mutuum, uel quia diceret illi ingratum, & sic aliàs non inuenit mutuantem, & similia. Aliquando autem dicitur dare principaliter libere secundariò uerò propter mutuum &c. ut dictum est de mutuante. Istis præsuppositis sic. resp. quia uel mutuans mutuatur libere simpliciter, & similiter dās dat libere simpliciter, & tunc non peccat neq; tenetur ad restitutionem, sed meretur ambo. Vel mutuans principaliter libere secundariò uerò propter lucrum, & similiter dans, & isto modo non tenetur ad restitutionem, tamen non ita meretur, ut primo modo. Tertio, quando mutuatur principaliter propter lucrum, & similiter dans dat principaliter propter mutuum, uel alium respectum de supraddictis, & tunc committit usuram, peccat, & tenetur ad restitutionem secundum Sanct. Thom. ubi supra, & isti tres casus sunt expressi in capitulo primo. & capit. consuluit. eod. titu. & maxime in glo. d. capitulo. consuluit. & Pan. ibi. & 14. quęst. tercia. cap. si feneratoris. & cap. usura. & communiter alii Doctores. sicut Rica. in 4. 15. distin. arti. 5. quęst. quinta. Sanct. Thom. ubi supra articulo. secundo. similiter Angelica. Rosel. Pisan. & Archie. Flor. secunda. titul. primo. quęst. septima. §. 5. & iterum melius §. 31. ibi. ubi quærendum est etiam. &c. & duobus sequentibus. Istis tamen non obstantibus Alexander Lombardus, & Sco. dicunt in isto ultimo casu, quod quamuis sit usura, & peccet, tamen non tenetur ad restitutionem sicut si quis cogitasset furari aliquid, & dominus rei donaret, quamuis peccasset tamen non tenetur, sed hoc est contra textum dicti capit. consuluit. & contra omnes Doctores. alleg. & responderetur, quod non est simile de furto, quia ille non donat motus ab aliquo mutuo sicut in proposito. Quidam alii dicunt, quod quamuis debeat restituere, non tamen illi, sed pauperibus, sed

sed hoc non est uerum, quia uel non tene-
tur, uel sunt illius qui dedit Arch. Flor. ubi
supra. Quarto mutat principaliter propter
lucrum, dans autem dat principaliter gra-
tis, & tunc sunt opinioniones. Pan. n. & quidā
alii in d. c. consuluuit, & Pisa. ubi supra di-
cunt, quia cū peccato accepit, idēd nō pro-
dest sibi libera donatio. quidam alii dicūt
q̄ quamuis peccet tñ non tenetur ad resti-
tutionem; ratio est quia ille potest donare
suum. Ego autē crederem esse distinguen-
dum, ut ambæ opinioniones saluentur, scili-
cet q̄ primi intelligunt q̄ non prodest ipsa
libera donatio, eō q̄ est in peccato, & ideo
nisi mutet uoluntatem .i. quōd sit contri-
tus de illa mala uoluntate, & sit aliās para-
tus liberē mutare si esset necesse quōd nō
potest absolui, non tamen tenetur ad resti-
tutionem, licet intentio sua fuisset uitiola,
qua concedendo magis attendenda est uo-
luntas concedentis quā accipientis. In-
stit. de obli. quæ ex delict. na. §. placuit. in fi.
ubi dicitur q̄ & si credat quis rem sibi cō-
modatam inuito domino se contrectare,
domino autem uolente hoc fiat, furtum
non committitur, facit etiam ad hoc, quia
restitutio non debet fieri nisi damnum pas-
so. cap. peccatum. de re. iur. lib. 6. & Leuit.
5. & numeri. 6. hic autem nihil est passus,
sed liberē dedit, & uolūsq̄ue pōt suum
donare, sufficit igitur, ut doleat in mente
in qua sola fuit peccatum. cap. fin. de simo.
non obstat l. sed & si. ff. si cer. per. ubi dicitur,
q̄ si uolui tibi rem donare, & tu crede-
bas tibi mutuo dari, non efficiunt tua an-
te consumptionem, quia hic intentio eun-
ris, & recipientis discordabant, sed in ca-
su nostro non sic. Nam ille uult dare, &
alius recipere, nec etiam obstat d. capitū.
consuluuit, quia ibi loquitur quando non
erat libera mens debitorum, & sic etiam
intelligunt secundi, scilicet q̄ est usura sci-
licet ut teneatur ad restitutionem, tamen
peccauit. & c. uel forte quōd primi intelli-
gunt quādo dat gratis, id est sine exactione
exteriori, tamen in mente dat propter mu-
tuum, & non liberē. secundi uerō intelli-
gunt quando dat liberē etiam in mente, &
sic non contradicunt, & isto modo uidetur
intelligere Pisa. Quinto mutat principa-
liter gratis, sed dans dat principaliter pro-
pter mutuum, & tunc distinguendum est,

quia uel est clarum ipsi mutuanti, quōd sic
dat, & tunc non potest retinere, quia esset
usura: uel est ignotum, & tunc potest reci-
pere, & retinere quousque constat sibi de
contrario, quando autem constat debet res-
tituere, & hoc uerum: quidam tamen di-
cunt quōd si post receptionem, constaret
sibi quōd dedit propter mutuum uel aliam
respectum de supradictis, tunc quidam di-
cunt quōd non amplius tenetur eo q̄ bo-
na fide receperit tē suā tpe donationis. art.
c. factum, de iur. inducēt exemplum de re
obtentā, legitima prescriptione, nam ma-
la fides superueniens prescriptioni comple-
tæ non facit quempiam obnoxium resti-
tutioni, dummodo in cursu prescribendi
habuerit bonam fidem. hoc dicit glos. 14.
quæst. 6. c. si res. & 34. q. 2. c. si uirgo. Rod.
& Asten. dicunt quōd tenetur de non con-
sumptis nisi essent prescripta, & dicit An-
gelica q̄ ista est securior. Ego autē nō uideo
quomodo prima habeat dubitationem, &
probat p l. si testē §. primo. ff. de fideiuf.
ubi dicitur q̄ obligatio antiquorū docto-
rum, iustam parit receptionem soluti per
errorem. Si uerō fuit dubium tempore re-
ceptionis, & postea clarificatur ipsum de-
disse propter mutuum, tunc uidetur non
bona fide fecisse rem suam, & sic teneretur.
Ista omnia intelliguntur quando à prin-
cipio usque ad finem tam mutuans quā
debitor perseverant in eadem opinione.
Si enim in principio mutuans liberē con-
cessisset & antequam reciperet, mutaret
uoluntatem, idem esset iudicium quātum
ad restitutionē, ac si in principio habuisset
set, & e contra, si in principio habuisset ma-
lam uoluntatem, & ante receptionem mu-
taret, non teneret; si uerō debitor in prin-
cipio daret liberē, & mutaret post donatio-
nem, non credo quōd posset petere, nec si-
bi deberetur, quia facta est recipientis, si au-
tem in principio darent propter mutuum,
& postea mutaret post donationem, non
credo quōd posset petere, nec sibi deberetur,
quia ex uoluntate sequenti fit recipientis,
Ista autem omnia intelligenda sunt de om-
ni munere siue à manu. & c. ut supra. in om-
nibus enim usura committitur. 14. quæst.
3. c. putant & cap. plerique. & Sanct. Tho.
ubi supra. secunda, secunde. quæstio. 78.
art. 2. Si uerō aliquis speraret quod non
soler

folet pecunia estimari, ut est benivolentia, uel amor, & hinc non esset usura, si etiam hoc exigeret & expecteret. secundum San. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 2. tertium, tenetur. n. ad antidota. cap. cum in officiis, de testa. Qñ autem non sit pactio, & est incertū de intentione, debemus iudicare s̄m p̄sumptiones s̄m Ar. Flo. ubi supra utrum autē liceat istam obligationem naturalem ducere in pactum, puta, mutuo tibi decem, nolo quod tenearis ad similem mutationem. Respon. glo. in capitulo. si feneraueris. 14. q. 3. & Archi. ubi, & Panormit. in cap. consultu. eo. titu. & S. Thom. ubi supra. ar. 2. secundum. & quartum. & questio. de Ma. q. 13. ar. 1. quintum, q. non, & s̄m eo. San. Thom. liceret sperare non tamen obligare; quia tenetur ad naturalem obligationem quæ ex benivolentia fit, & non ad civilem quæ aliquo modo coercionem inducit, & sic ad plus teneretur quàm ille derit, quod est usura, maximè quando illud plus, pecunia est appreciabile. Angelica dicit. versic. usura. primo. §. 4. q. liceret ducere in pactum non magis obligatoriu quàm sit ipsa naturalis obligatio, sed quia ipsa noua obligatio, non bene uideatur posse fieri nisi aliquid addatur supra naturalem, ideo melius est dicere simpliciter sicut dicunt doc. prædicti, & non plus sapere, &c. Quidam dicunt q. non licet deducere in pactum simpliciter, sed bene licet cum conditionibus quibus extantibus naturali iure ille teneretur re mutare, puta si indigero, & tu commodè poteris. &c. Sed hoc patet esse falsum, primo quia S. Tho. ubi supra. ad secundum dicit, quod tali debito nõ competit civilis obligatio, secundo, quia ut ibidem, dicitur ad secundum, talis obligatio civilis est pecunia estimabilis, & sic quibuscunque conditionibus fiat, plus exigitur, licitum tamen est nolle mutuare illi quem credo aut timeo ingratum fore ad remutuandū cum opus esset, quia non minus licitum est respicere ad effectum contrarium qui est in ingrato quàm ad effectum amicitie, hæc autem omnia expectantur tanquam ex naturali debito ex affectu animi sine pacto. Lau. Ridol. dicit q. licet mihi mutuare illi cui iniuriam intuli in expectatione & pacto, ut mihi pareat, quia solum redimo uexa-

tionem meā, nec ualet q. offenderim quia etiam ipse de nouo offenderit uindicando, nec mihi lucrū accrescit aliter tamen crederem quando expectaret remissionem eorū ad quæ tenetur puta satisfactionem & huiusmodi.

¶ Secundò, ¶ utrum liceat mutuare, ut laboret agrum, uadat ad molendinum, uel ad apothecam, uel intret scholis, uel similia. Respondet ad primum. Greg. de Ari. q. non, dummodo tñ recipiat rusticus, & non plus det quàm faceret sine mutuo, & dēt intēdere in mutuo charitatē, uel redēptionē vexationis, eodem modo dicit Angelica. ver. usura. 1. §. 7. & sic uidet̄ dicendum de aliis. s̄. molendino. &c. nec obstant alii doc. ut ipse dicit, q. dicit̄ contrarium; sed melius dicendum est s̄m D. Arc. Flor. 2. tit. primo. c. 7. §. 7. ibi. Itē si quis mutat alteri, & §. seq. & Ioan. An. Ioan. de Lign. & Io. Cal. q. est usura, ratio quia intēdit tale commodum ex mutuo, quod est appreciabile, & tenet restituere illi tantum quantū aliud quid appreciatur, & etiam si aliquid uerū plus receperit. ca. consultu. de usu. Si uerò donat aliquid, illi qui uadit ad apothecam. &c. nõ est usura, quia non interuenit mutuum. Idem tenet Pan. in capitulo. fin. eo. ibi ultimo hic quæro, & dicit q. tale commodum debet dari pauperibus, quia non minus accepit, uel plus dedit ille qui intrat scholas, uadit ad molendinum, &c. si tamen se obligauit ad hoc uideatur secus. Rosella etiam in uer. usura. 1. dicit q. non irrationabiliter dicit̄ illi qui dicunt q. in molendino. &c. non sit usura, quia gratis possunt donare tale cōmodum sed contra quia nemo p̄sumitur uelle donare suum. Nota tamen de colono q. si conductor mutuaret, eò q. rusticus nõ potest colere, puta quia oportet emere curru & nõ habet pecunias, uel uult recedere uel simile, & sic, non inueniet, tunc non esset usura. Non. n. mutat ad captandū lucrū, sed ad uirandū danū emergens, sine culpa mutantis, sed ex defectu culturae.

¶ Tercio ¶ utrum usura sit peccatum. Respon. secundum San. Thom. ubi supra. & communiter secundum omnes doct. est peccatum mortale, & in clemen. eo. titu. dicitur q. si quis audeat pertinaciter dicere usuram non esse peccatum, tanquam hæ-

reticus condemnetur, & quamuis omnes conueniant in ista conlusionē, q̄ est peccatum, t̄m diuersi diuersas rationes adducunt quidam namque dicunt q̄ idē est peccatum quia prohibitum, sed contra est philosophus. 1. poli. q̄ dicit q̄ est contra rationem naturalem. Alii dicunt ut supplementum q̄ idē est, quia est prohibitum à Deo, sed ista ratio est valde frivola quia sic posset dici de omni peccato, præterea ratio quare prohibetur à Deo est qua contra iustitiam. ut S. Th. & alii dicunt q̄ idē est quia pecunia non deteriorat, & ideo nihil licet accipere, nō sic autē de domo, equo, & similibus, sed ista ratio nō uidet generalis, ut ibidē dicit S. Th. quia in aliquibus, uel parū uel nihil deperit de re commodata, vnde precii non commensuratur damno, & ideo alii assignant aliam rationem, quia uidelicet quando pecunia mutuatur transfertur dominium quod non fit in domo, & similibus, vnde si aliquid accipit, accipit vsum rei non suæ, & simile est in uino, grano, & similibus, cuius usu est consumptio, in aliis autem cuius usus non est consumptio remanet dominium domini principalis, & ideo accipit precium rei suæ, scilicet vsus eius, & ista ratio est satis probabilis. ut dicit S. Tho. ubi supra additur alia ratio ibidem quia accipere vsuram pro pecunia mutuata est fm se iniustum, quia uenditur id quod non est, uel idem bis per quod manifestē inæqualitas constituitur, quæ iustitiæ contrariatur: accipere. n. precium. de usu rei, de qua habet dominium quando res habet aliquem fructum nō est iniustum, sed accipere precium de usu illius rei cuius dominium non est suum, & illa res nō habet aliū fructum immo usus suus est sua consumptio, est iniustum. 5. ethi. & primo poli. pecunia autem principaliter inuenta est ad commutationes, & idē proprius & principalis pecuniæ usus est ipsius consumptio, siue distractio fm q̄ in commutationes expenditur, & pp hoc fm se est illicitum pro usu pecuniæ mutuatae accipere precium quod d̄ vsura, & est contra naturam rei, ut dicit Pan. in Rubrica. e. quando pecunia germinat pecuniam quæ non est apta nata germinare, cū sit tm̄ in mētura rerū. ff. de contrahē. emp. l. 1. & c. eicitēs. 88. di. & uenditur usu.

rerum ubi non est, & pp hoc est prohibita tam veteri quam nouo testō. c. super. e. ti. f. Eze. 18. ibi ad vsuram dantes. & c. & in psalmi. 4. qui pecuniam suam. & c. & Exo. 22. ubi si pecuniam commodaueris, & Luc. 6. mutuum dantes. & c. & est in præcepto quantum ad hoc q̄ nō plus accipiat. Supple. vers. usura. primo. §. 4. dicit q̄ istæ rōnes non sunt validæ. Primò quia est pecunia habet usum distinctū eo q̄ leges ponūt vsum pecuniæ. Secandò quia solum concludunt de pecuniæ. dicit quædam alia pauci valoris, sed mirū est q̄ iste adinuenit ista contra eōem opinionē. cā Theo. quæ canonistarū & oīum summistarū q̄ oēs adducunt has rōnes & approbant, sed fortē voluit appare re plus quam sapiens ut in opere alieno, nō solum cōtra suos, sed et cōtra alios dicere voluerit. Nec video qd̄ dicere possit ad hanc rationē quæ adducit S. Tho. & Pa. & quasi oēs doc. ff. qd̄ est cōtra iustitiā, est peccatum mortale, sed vsura est cōtra iustitiā. ut per doc. declaratur, & ipsemet uictus ipsa veritate dicit, q̄ est cōtra charitatem, & nō cognouit q̄ idē est cōtra charitatem, eo q̄ est cōtra iustitiā. Ad id quod dicit pecuniā habere vsum distinctum. & c. Respon. quod doc. non dicunt simpliciter pecuniam non habere vsum, sed dicunt, quod non separatur vsum à dominio: ita quod possit sibi retinere dominium concedendo vsum, quia dum uenit consumitur: non sic est de domo, & similibus, quando autem dicit, quod solum concludit de pecunia. Respon. omnes docto. quod est similis ratio, de uino, frumento, & aliis in quibus vsum est consumptio, quia equaliter, iniustitia committitur, nec ualet, quod dicit pecuniam non habere naturaliter ut sit ad commutationes tum primò, quia contra filosofum, qui hoc dicit expressē ubi supra, tum quia est contra naturā ipsius cōmodationis humanæ, ut bis idem uēdat, uel accipiat: nō suū, nec et̄ ualet quod dicit remanere dñum in genere, quia doc. loquuntur de dño quod uenit in vsum humanū, qd̄ non pōt intelligi de vsti in genere quod est solum fm apprehensionē rōnis, ut filosofus, & oēs Peripatetici dicūt, nisi uellet platonizare, quando uerò dicit, q̄ est Th. concedit, q̄ ex vsum pecuniæ possit aliquid accipere, d̄ q̄ in illo

casu eadem pecunia numero restituitur & sic remanet dominium apud mutuamem, ratione cuius potest aliquid accipere secus est quando accipit pecuniam ut expendat, ut in proposito loquuntur doc.

¶ Quartum utrum usura sit contra legem, & ut q̄ non. primò quia lex diuina permittit Deut. 23. non fenerabis fratri tuo, sed alieno, & 26. fenerabis gentibus multis, similiter v̄ esse fm̄ legem naturalem, quæ habet q̄ nullus debet cum damno alterius uel iactura locupletari. de re. iu. lib. 6. Cum igitur dicitur usurarius seruiam proximo in mutuando, non ne & rō naturalis dicat ut ipse mihi seruiat, & si lucratur cum mea pecunia. 20. quare nō debet mihi partem, leges ēt ciuiles quæ dñr humanæ permittunt, ut. C. de vsu. leos, & sic v̄ omni lege permilla. Sed contra est rei ueritas & fm̄ doc. est peccatum graue. vnde Ambro. Si quis vsuram accipit rapinam cōmittit, uita non uiuet. 14. q. 4. & rō quia est contra oēm legem. Primò contra naturalem, eo q̄ est cōtra iustitiam, ut supra. Similiter quia fm̄ Sco. v̄ vsurarius uelle accipere illud quod natura dedit suo proximo. s. industria qua lucratur per pecuniam. Vult ēt fm̄ Chryl. 88. dist. c. eiiciens, uelle vendere tps̄ quod est contra naturam, quia non est suum. Vult etiam fm̄ Ambro. q̄ res mutua ta quæ naturaliter non fructificat, fructificet, vnde secundum philosophum primo politici. vsura dicitur, acathos, id est partus, quia contra naturam mutua bilis uult vsurarius q̄ pecunia pariat. 47. di. c. sicut is. Secundo est cōtra legem diuinam, & hoc patet triplici scriptura. s. mosaica, profetica & euangelica, ut dicitur dist. 8. præcedenti additur Iere. 5. Increpauit inquit optimates & magistratus & dixi eis, vsura ne exigatis, & Exo. 28. ponitur inter scelera digna morte & in lege mosaica quantum ad partem moralem quæ adhuc obligat. Leuit. 25. dicitur. Ne accipias à fratre tuo vsurā, nec plus quam dedisti, ubi nomine fratris accipitur quilibet homo, qui est frater ratione originis, nec est ibi, in uera litera, sed alieno, sed iudæi addiderunt, aliter contradicere sibi ipsi, in aliis locis, prohibetur maxime iure canonico. capitu. super. eo. titu. & in clemen. vnica. eo. & in multis aliis locis prohibetur, & puniuntur

vsurarii. ut in 6. seq. Ad primū in cōtrariū dī q̄ qñ fuit prohibitū ne à fratribus suis acciperet vsurā, fuit prohibitū q̄ a nullo, quia debent oēs habere ut fratres maxime in lege euangelica, ubi oēs uocantur ad patriā, vnde in psal. prohibetur vniuersaliter dicendo, qui pecuniā suam, &c. & Eze. 18. qui usurā non acceperit, q̄ aut acciperent ab extraneis non fuit eis concessum quasi licitum, sed permillum ad maius malū vitandum, ne. s. à iudæis Deū colentibus vsuram acciperent pp̄ auaritiam cui erant dediti, ut habetur Isa. 56. vel fuit concessum, ut acciperent ab his quorū bona erant sibi data à Deo. fm̄ S. Th. 3. dist. 37. ar. vlti. ad primū. & Grego. de Ari. quod non est vsura. c. 1. eod. q̄ in secūda autoritate promittitur in præmium, fenerabis gētibus multis. &c. scenus ibi accipitur largē pro mutuo, sicut & Eze. 26. dī multi non causa nequitie fenerati sunt: promittitur ergo iudæis in præmium abundantia diuitiarum ex qua contingit q̄ aliis mutuae possint, vide supra in prin. Ad secundū quod dī de lege naturæ, dī q̄ vera est regula, sed qñ dicit vsurarius seruiam fratri meo, dico q̄ in necessitate tenetur, & qñ dicit quod seruiuit fratri & ipse debet seruire, concedo, sed libere vt & tu fecisti: cum aut dicit, q̄ lucratus est, concedo, sed non de tuo, sed de suo, nam pecunia facta est sua, & similiter ex industria sua hoc fecit. Ad tertū de legibus ciuilibus diuersi diuersa dicit. Pan. in c. cū sit generale. in gl. de to. compe. ibi. tertio prosequendo eand. gl. quarto an. & c. & in c. quia in omnibus de vsu. in gl. 1. ibi etiam iure ciuili. & Io. de Imo. in clem. vni ca. de vsu. in gl. in uer. humana, isti dicunt q̄ non permittitur sed prohibetur per illas ll. quæ approbant concilia. & ll. canonicas, quibus prohibentur vsuræ. Alii dicunt q̄ uerum est q̄ lege ciuili permittitur, sed male, tum quia non pōt, tum quia contra legē naturæ, & diuinā. vnde Bar. in auth. ad hęc. C. de usu. dicit, q̄ uerè non pōt negari quin usuræ de iure ciuili sint permilla, licet permitti nō potuerint, nec præterea Imperator fuit hereticus, quæ sicut Moyses pp̄ duritiam populū permittit vsuras & diuertit sic Imperator permittit usuras. Alii dicunt q̄ permittitur comparatiuè. i. propter maius malum uitandum. vnde S. Th. 2. 2. q. 78.

q. 78. ar. 1. tertium ait, q̄ leges humanæ dimittunt aliqua peccata impunita propter condones hominũ imperfectorũ, in q̄bus multæ utilitates impedirentur si oĩa peccata in distictè prohiberentur pœnis adhibitis, & ideo usuras lex humana concessit, non quasi existimans eas esse s̄m iustitiam, sed ne impedirentur utilitates multorũ, unde in ip̄so iure civili dicitur, q̄ res quæ usu consumuntur neque rōne naturali, neque c̄. nili recipiūt usum fructum, & q̄ senatus non fecit earum rerum usum fr̄u. nec enim poterat, sed quasi usus fr̄u. constituit concedens. usuras. & Philoso. naturali rōne ductus dicit in 1. Polit. q̄ usuraria acquisitio pecuniarum est maximè præter naturam, sequuntur communiter summissæ.

6 ¶ Quinto ¶ queritur, quas pœnas inferat ius canonicum publicis usurariis, post peccatum mortale, & pœnas æternas, ubi primò notandum s̄m Pan. in c. quia in oĩbus. eo. in fi. post lo. And. hic. & glo. in c. 1. eo. lib. 6. q̄ ille dicitur manifestus, qui est notorius, uel de iure, qui conuictus, & condemnatus de usuris; uel notorius, notorietate facti, ut quia publicè tenet altare paratũ, & mutat omnibus uolẽtibus capere, ut experientia docet. Item si p̄or conuinci per argumenta, & alia adminicula, nam tunc debet ferri sententia contra eum, deinde dicitur manifestus. ar. in c. cum in dicelesi. eo. Item glo. in c. 2. eo. lib. 6. addit alium casum seu modum probandi publicitatem, quãdo coram sacerdote & testibus confessus est se usurarium, & mandauit restitui usuras & resignauit libros. s̄m Fed. confessio extraordinaria non sufficit, sed forte qũ oĩa ista concurrunt. & c. uide multa argumenta quibus usurarius possit iudicari ut usurarius, & sic sit publicus in Ang. uer. usu. 2. 1. §. final. Pœnæ autem quas incurrit similes usurarii, sunt plures. Prima quia est infamia. 3. q. 7. & 6. q. 1. ca. infames. Idem tenet d. Ant. in ca. Raynuitis, de testa. & hoc idem tenet Bart. de iure ciuili in l. improbam. C. ex qui. ca. rto. in fa. hæc est infamia iuris, quæ tollit executionem ordinis, & exercitiũ cuiusq; dignitatis. Pau. in c. licet. Heli. de simo. Secunda est q̄ non debeat admitti ad cõtionem altaris. c. quia in omnibus. eod. & intelligit ibidem Pau. q̄ non debeat admitti ad diuina, q̄ si

celebratur. Inn. intelligit ad cõtionem corporis Xpi. Tertia q̄ nõ admittitur ad oblationem. ibidem. Quarta q̄ caret ecclesiastica sepultura, & clericus contrafaciens est suspensus, ibidem, & s̄m Pan. ibi est pœnalarum, quamuis alii contra d̄r et in c. eos. de sepul. q̄ sepelientes scienter sunt ip̄so facto excoicati, & non debent absolui nisi prius sit satisfactum quibus iniuria fuit irrogata, ad arbitrium diocesani, nec debet admitti ad sepulturam, et si hæres uellet satisfaccere, eo q̄ in peccato decessit, nisi aliàs appareat de contritione. c. quamquam. in glo. eo. lib. 6. & qui d̄r sepelientes qui incurrun hanc pœnam ibi in gl. uer. excoicatio 5. casu 42. §. Quinta, q̄ non p̄t recipi ad confessionem, uel sepulturam donec restituerint, uel cauerint de restitutione, de qua cautione uide in Rosel. uer. restitutio. 9. a. §. 15. usque ad 22. Sexta, nemo debet interesse eorum testamentis, uide aliquid uer. testm. §. in casu. 8. Septima, q̄ testamenta & codicilla eorũ sunt nulla. Hæ tres præcedentes ponuntur in d. c. quamquam. eo. li. 6. Octaua pœna est in c. usurarium. eo. li. 6. ubi præcipitur omnibus dñis, & uniuersitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris suis cõducere domos ad exercendum fenus, uel conductas h̄re, & q̄ aliquis eis domos non loceat, & cõtrafacientes, ep̄s uel superior est suspensus, per sonæ particulares excoicatur, collegiũ seu alia uniuersitas interdicta, nisi infra tres menses expellant, & aliæ aggrauationes ibi. De ista vltima pœna queritur utrum habeat locũ in locantibus domos iudæis publicis usurariis alienigenis, & v̄ q̄ sic, quia ista constitutio est generalis papa. in cle. ex prauis. eo. in gl. uer. censura. d̄r q̄ factis v̄ q̄ et in iudæis habeat locum illa censura, & est similis. In Angelica etiam in uer. usura. 2. §. 14. dicitur expressè q̄ habeat etiam locum in iudæis, imo dicit se uelle demonstrare quod consulentes contrarium hæreticè consulunt, & all. aliquos doc. quamuis factis incompactè, probatio sua factis est longa, & æquiuocans. Idem tenet Supple. super Pis. uer. usura. 4. §. 3. & all. ut supra. contrarium tenet Rosel. uer. restitutio. 9. §. 34. all. d. Fran. de Arc. in consilio 158. q. mouetur ex eo. q̄ canon generaliter loquens non uidetur comprehen-

de iudeos, & quamuis papa si uelit possit, tamen in dubio non uideatur ponere, quia ipsi commissa est cura populi christiani, ut in clem. pastoralis, de re iudi. & glo. ibi, & de his qui foris sunt non pertinet ad nos, sed etiam quod dicit Domini. de sanct. Gem. illa constitutio fuit facta propter quosdam christianos Pistorienses, Lucenses, Florentinos, & quosdam alios, qui discurrebant per Italiam hoc scenus publice exercentes, & est pœnalis, unde sed quod idem Dominicus dicit ibidem debet solū tenere in suo casu. facit etiam in proposito quia principium illius constitutionis facit mentionem de pœna Lateranensis concilii, ubi dicitur quod ipsi usurarii non recipiantur ad diuina offertoria, & ecclesiasticam sepulchram, quod patet non habent locum in iudeis, unde glo. prædicti cap. non facit de hoc mentionem, sicut fecit in alia glo. supra allegata per Pisa, in loco præallegato, nihil de hoc dicit, similiter Archiepi. Flor. in d. censura, nihil de hoc dicit, signum igitur est quod noluerunt hoc intelligere. Ad allegata in prin. dicitur primo quod illa constitutio, quia est generalis, ideo non tenet de iudeis, ut dicitur ad glo. dicitur quod loquitur in alio casu. s. de statutis factis, ut usurae non soluantur, ut ibi patet de quo. uer. excoicatio 3. casu 38. & 50. & hoc non est simile. Ad Anglicam dicitur quod satis irreuerenter loquitur contra illos doc. qui melius dicunt, vel posset dici, quod non solum loquitur de domibus, sed & de statutis, & aliis ut ibi patet, quæ habent aliam rationem. Idem dicitur ad Supplementum quod in multis non solum imbrodiat sed etiam destruit Pisa. laborat enim super opere alieno sicut facit Io. Cucco. No. quod Eugenius 1111. anno Dni. 1443. Januarij, dum esset Florentiæ ad instantiam fratris Francisci ordinis minorum de Bononia de obseruantia, declarauit quod pœnæ illius c. usurarium uoraginæ, de usur. lib. 6. non intelligantur de iudeis, quæ declarationem uidi in quodam libro satis authentico, & sic patet quod ista opinio, secunda est clara. Virum locantes domos usurariis non alienigenis siue iudeis siue aliis peccent, uel teneantur ad restitutionem D. Arch. Flo. in quadam responsione ad fratrem rusticum, tenet quod non, mouetur, quia in d. c. usurarium, prohibetur so-

lum de alienigenis igitur à contrario poterit alii. Secundò quia sed docto. bona usurarii quæ ueniunt titulo oneroso, possunt retineri ut dicitur infra uer. usura 6. §. 4. Et Do. Feli. in c. quia, de iude. adducit super hoc contrarias opiniones, & tandem concludit pro certo quod non, & quod exercentibus scenus locari & uendi domus non prohibetur, & dicit hoc probari in c. quia, & in c. quanto, de usu, ubi iudei de domibus soluunt decimas. Et sacerdos licet locat domum pertinentem ad ecclesiam iudeis, & postquam locauit non potest eum expellere, quando recte uiuit, & non exercet in ea scenus. Adducit in super ipse Feli. quædam consilia in quibus cauetur quod licet locari posset domus etiam iudeis quando uellet in ea exercere scenus, quia hoc non reperitur prohibitum, & prodest multum bono publico, nec est contra. d. capitu. 1. quia loquitur de locantibus usurariis christianis. Nam secundum D. Alex. de Imo. consilio primo. secundo uolu. non est opus subuenire animabus iudeorum, quia iam sunt deuorata, nec christiani peccant accipiendo ad usuram, quando est necessitas. Et Pau. de Cast. latissimè consuluit quod principes seculares, licet tollerant iudeos scenerantes, & quod ualent eorum decreta, quibus cogunt soluentes, & dant iudices, per hoc autem non approbant uturas, quia si approbarent non inducerent iudeos, ipse scuerò Do. Feli. quantum ad hoc. s. de decretis, dat consilium ut queratur approbatio Papæ, quod etiam sequitur Ioan. de Ana. Ipse etiam Felinus tenet quod sit uerius quod christiani non possunt locare domos iudeis, ut exercent scenus, nec uideri propter glo. uer. titulo. in d. cap. 1. de usu. lib. 6. d. authen. Iason tenet contrarium ut ibi in margine all. de quo dictum est, ad hoc etiam sunt multa consilia. Notandum est secundum D. Arch. Flo. secunda uir. primo capitu. 8. §. si. quod in aliquibus locis sunt statuta quod pacta facta cum iudeis, de pignoribus si non retractentur infra aliquod tempus, sint perdita: tamen illa statuta non dicunt quod non possint repeti, quia sic incurrerent pœnas illius clem. ex graui. unde quauis uelint quod pacta sint rata, tamen uolunt quod possint repeti. uide uer. excoicatio 3. casu 38. & 50. sed quid de facientia.

faciēibus statuta secundū cle. ex graui. de usu. vtrum facientes similia respectu iudiciorū incurrant illam pœnam, hoc vī magis dubium propter gl. ibidem. in uer. censura. quæ tenet, q̄ de libris tenet quo ad iudæos, & quamuis hoc sit securius, in fauorem animæ ante factū, tñ post factum posset teneri contrarium, eo q̄ illa constitutio est generalis, & in dubio non intelligitur de iudæis, ut supra quia ēt hoc habet quasi consuetudo generalis, & in multis locis sunt statuta approbata per summum pontificem: vnde non credo, q̄ ubi interuenit auctoritas Papæ, q̄ incurrat illas pœnas, quia potest pœnas iuris remouere, ad hoc faciunt quæ dicta sunt. Quæritur utrū pœna posita in cap. quanquam. de testamentis usurariorum teneat etiam de iudæis, & uidetur quod non, quia multa ponuntur in illa constitutione, puta de confessione, & ecclesiastica sepultura, quæ non possunt intelligi de iudæis, patet etiam per eōdem consuetudinem quæ habet q̄ teneant eorum testā. ad hoc faciunt supra alle. immediatē. Quis sit iudex competens ad instigendas has pœnas. Respō. q̄ sunt opiniones. Nam Arc. in c. quid dicam. r. 4. q. 4. ponit diuersas opin. & approbat eam quæ est Lau. Vg. & Gof. s. q̄ contra laicum, iudex sit laicus, & contra clericum, ecclesiasticus, quod etiā tenet Io. Cal. de quo vide Pa. in c. post miserabilem. eo. ti. vbi no. iudicem laicum alii quando se intromittere de usuris. glo. uerō in cle. dispendiosam. de iudi. videtur sentire quod solus ecclesiasticus habet iudicare. Pau. autem in clemen. r. de usur. distinguit dicens primā opinionem procedere, ubi non refertur q̄ an id quod petitur sit usura, sed est q̄. de soluto, uel nō soluto. Secunda uerō ubi est q̄. an id quod petitur sit usura, uel non. & idem Io. de Lig. & Fede. & ut uidetur Bal. ut refert D. Archi.

7 ¶ Sexto, ¶ vtrum aliquando homo teneatur ad mutuandum sub pœcepto, & quomodo, & quando aliquid potest accipere, ad quod. Resp. q̄ qñ petens habet necessitatem, & dans habet superfluum, & non est alius qui uelit, & possit subuenire, tunc tenetur sub pœcepto legis naturæ, diuinæ, & canonicæ, aliās est consilium. Dico igitur primō, q̄ est de lege naturæ, lex enim naturalis præcipit, proximum uerē diligere,

non tñ affectu, sed ēt effectu, quia non est uetus affectus nisi sequatur effectus, data facultate, qui ergo indigentia fratris, non subuenit, nō ueraciter ipsum diligit, quod uolēs innuere Beatus Io. dicit in r. Cano. sua. cap. 3. Filioli non diligamus uerbo, neque lingua tantum, sed opere, & ueritate. Secundō illud est de pœcepto sine quo charitas seruari non potest, sed ut dicitur Io. ubi supra qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei est in illo. Tertio illud est in pœcepto quo punitur pœna æterna, sed propter hoc & c. Matth. 25. Exuri, & c. Secundō est de lege diuinæ, Deute. 15. Non obdurabis cor tuum, neq̄ contrahas manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere prospexeris, & infra. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi aperias manum tuam fratri tuo egeno, & 23. fratri tuo absque usura id quo indiget commodabis. Tertio est de iure canonico. 86. distinct. capitul. fratrem tuum. vbi dicitur. Alienam inopiam suā credat, alioquin episcopi uacuum nomen habent, & infra e. distinct. cap. non satis. §. pasce. dicitur. Quos in seruando homines in, pascendo seruare poteris, si non pauperis occidisti. & 7. questio. 1. cap. communis. dicitur, qui negant misericordiam, & necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, quia est misericordia. sed cūm pœceptum affirmatiuum quāuis obliget semper, non tamen pro semper, sed loco, & tēpore, de quo uide diffuse. uer. elemosina. §. 5. & 6. pro nunc conclude secundū q̄ dicit San. Thom. quodl. 8. q. 12. quod hōtum dispensatio fidei dispensatorum committitur. vnde si quis bona fide dispensat, retinens sibi quod uidetur secundū conditionem personæ, & status continere, & aliis largitur fm quod uidetur sibi bona fide expēdit, non peccat mortaliter, etiam si fortē plus retinet, & minus donat, quā teneatur, talia enim, quia in singularibus est eorum iudicium, non possunt per omnimodam certitudinem diffiniri, unde si non sit multus excessus, potest compari bonam fidem dispensatorum, si uerō multus excessus fiat, non potest latere.

8 ¶ Septimò, ¶ Cum igitur queritur quado tenetur mutuare de præcepto. Res. q̄ q̄n est in illo casu in quo tenetur dare q̄ tunc nō est dubium quin teneatur mutuare, & sic non potest repetere capitale quousq; est in tali necessitate, & sic exponunt quidam doc. & quædam gl. mutuum dantes, & nihil inde sperâtes. s. neq; sortem, neq; supra sortem, & hoc est quod Iere. vituperat dicēdo, debitores vestros repetitis. Si autem uerit ad pinguiorem fortunam in qua posset restituere, tunc potest repetere solum capitale, & nihil potest petere supra sortem, neque interesse, neque aliud, quia accepit in casu in quo tenebatur, etiam cum expensa, & interesse, & sic communiter exponunt doc. illud Luc. 6. Mutuum dantes nihil supra sortem sperantes, & sic est clarum quod mons pietatis isto modo mutuando non potest accipere pro expensa, nec declaratio nunc facta in synodo debet sic intelligi, de quo aliquid. uer. restitutio. §. 4. uel queritur de illo qui non tenetur de præcepto secundum charitatem. Et tunc iterum distinguitur quia uel petens mutuum petit pro causa irrationabili. s. pro pompa, uel auaritia, uel ludo, & similibus, & tunc non tenetur neq; de consilio mutuare, & modos ad istum finem constitutus esset illicitus, & vituperabilis, eo q̄ ad malum finē & illicitum ordinatus esset. Si uerò pro causa rationabili, puta ut sustentet familiam & similia. Tunc iterum distingo, quia uel tale mutuans se exponit ad tale officium mutuandi, ut faciunt illi de monte, uel non exponit se. si isto secundo modo puta quia non exponit sed ad mutuandum, sed solum mouetur ad petitionem alterius cui aliàs non tenetur mutuare, sed facit solum ex caritate, ut occurrat comoditati, & subuentioni alterius, tunc ex quo non tenetur, & hoc facit contra suam uoluntatem, & iusto fine, uidetur posse petere omnes expensas, & omne interesse eorum, de quo infra, iste uerò non est casus montis. Si autem se exponit ad tale officium mutuandi, ut faciunt illi de monte, & tunc uel petunt aliquid supra sortem ratione augmentationis, uel conseruationis, & sic est decusum, & clarum per doc. in ca. primo, & secundo, & c. super. de usu. q̄ nihil possunt accipere supra sortē, sicut nec

Secunda pars

ratione pietatis, uel ecclesie uel redemptionis ne captiui. ca. super eo. de usu. tunc. n. conseruaretur, uel augmentaretur ex bonis indigentium, nam præsupponitur, q̄ petentes aliquo modo indigeant uel uolunt accipere ratione expensarum, uel interesse, & tunc iterum distingo quia uel loquimur de illo qui propria uoluarate, & cupiditate lucrandi mutat & tunc crederem q̄ nihil possit accipere supra sortem, ex quo. n. uoluntariè se exponit debet seruari naturam contractus, de rōne aut multū est q̄ liberè fiat, nam libertas & gratuitas sunt de ratione mutui, s. m. gl. in c. conuersus, de usu. & sine expectatione & c. Nec potest allegare interesse, quia non est sine culpa qui rei quæ ad eum non pertinet se immiscet, de re. iu. li. 6. & damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non alii imputari, ibidē & pro certo iste casus est ualde similis contractibus usurariis, & posset esse occasio, & c. iste tamen casus non uidetur esse casus montis. Si uerò ratione publicæ utilitatis, & pietatis circa pauperes mouetur, tunc se cludeo illum casum in quo tenetur de præcepto charitatis, de quo dictū est in principio huius §. uidebatur tunc. s. quando nō tenetur, ualde dubium, utrum possit supra sortem ratione expensarum, uel interesse, aliquid accipere, & iste uidetur propriè casus ipsius montis. Et ex una parte uidebatur q̄ possint accipere; quia ex quo pro utilitate communi & fideliter laborat, in casu in quo non tenebatur pro illo laborare, & est ad utilitatem rationabilem accipientis, uidetur quod possit accipere, casus uidetur similis campfori, & ad hoc uidentur facere rationes illorum qui tenent montem esse licitum ar. ad hoc. ca. ad nostrum, de re. eccle. non alie. tam in text. quàm in glo. & Panormi. ibi. & ff. de minor. l. quod si minor. §. restitutio, in istis locis habetur q̄ debet satisfieri pro expensis, hoc idem habes in Rosel. uer. usura. 1. §. 55. & in Angelica. uer. usura. primo. §. 23. & Pif. & uerli. usura primo 23. & c. primo extra de usu. In contrarium arguebant aliqui. primo, quia difficile est taxare istas expensas cum multi concurrant & unus dat maiorem occasionem expensarū quàm alius, & minorē necessitatē hēt q̄ alius, & sic aliquando concurrat maior ca. ex parte

Sum. Tab. d d d unius,

uius, immo multotiens accidit quòd sint aliqui necessitate patientes quibus tenetur de præcepto charitatis, à quibus nō pñt aliquid accipere ut dictum est in primo casu, & multa alia concurrunt ad faciendam istam incertitudinem, propter quam nō pñt determinari quid iustè possint accipere, & sic se exponunt periculo iniusti, & peccati, & sic peccant. Nec ualet si quis dicat q̄ in fine facient computum, & tunc restituent, quia ut dictum est nō potest fieri. Nec etiā ualet si quis dicat q̄ faciunt donationem, quia non uidetur libera cum fiat ab indigentibus qui non uerisimiliter darent, si aliter possent. ar. a. d. S. Thom. secunda secundæ q. 78. ar. primo ad ultimum. secundò quia si etiam fieret ista taxatio certa, iterum haberet malum colorem, & esset dare uiam usuris, quilibet enim posset dicere, ipsi accipiunt decem ego uolo pro 7. & faciam omnia quæ ipsi faciunt, & sic multi qui querunt paliare usuram, hic magnū argumentum acciperent, quod est fugiendum. Et sic. q. erat ualde dubia. Sed ista dubitatio nuper. s. anno domini. 1515. sub Leone papa decimo in Cōcilio Laieranēsi, declarata, & determinata est, ubi sic dicitur. Declaramus, & diffinimus montes pietatis per res pub. institutos, & auctoritate sedis Apostolicæ hactenus probatos, & cōfirmatos, in quibus pro eorū impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solam ministrorum impensam, & aliarum rerū, ad illorum conseruationē pertinentiū, p eorum indemnitate duntaxat, ultra fortè absq; lucro eorūdem montium recipitur neque speciem mali præferre neque peccandi incertiūm præstare neque ullo pacto improbari, quinimmo meritorium esse ac laudari, & probari: debere tale mutuum minime usurarium putare, licereq; illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis, ac deinceps similes, &c. Multò tamen perfectius, multoq; sanctius fore, si omnino tales montes gratuiti, uel in partem ut aliundè, &c. Puta elemosinis uel indulgentiis. Qui cōtra huius formam prædicare seu disputare uerbo, uel scripto ausus fuerit excommunicationis pœnam late sententis priuilegio non obstante incurrere uolumus, hæc ibi. Ex quibus patent omnia quæ dicta sunt in

præsenti. s. Nam ex eo q̄ uocār ipsū mōtem pietatis, patet q̄ non intelligit de eo qui mutaret pro causa non pia, puta ad ludum uel alium actum malum, similiter q̄ mutaret patiēti necessitatem extremā, quia nihil tunc posset accipere. Secundò ex eo q̄ dicit institutos publica auctoritate, & auctoritate papæ confirmatos remouet dubitationem quæ erat de incertitudine taxationis, & ex consequenti de iniusto. s. quòd plus acciperent ab aliquo quā ex pensæ, ad quas tenebatur, quia res publica, & papa possunt iusta causa intrerueniente, auferre ab uno & dare alteri, ut in confiscatione, & præscriptione patet, inaximè quādo fit propter bonum eius à quo auferitur. uide uersic. ius. §. 1. in fi. Tertio in eo quòd dicit moderatum ad solas expensas, &c. remouet quando uellent accipere pro augmentatione, uel conseruatione, & similibus, ut præcisè possit accipere pro interesse. Quarto in eo quòd dicit causa pietatis, remouet id quādo exponeret se causa lucri. Quintò in eo quòd dicit esse piū, & sanctum remouet malum colorem. Sextò ex eo q̄ dicit q̄ perfectius esset si omnino uel in parte, esset alium de hortatur omnes ad gratis mutuum, uel ad querendum expensas aliundè quā à pauperibus. Septimò in eo quòd ponit excommunicationem bene fecit ad remouendas alterationes, unde hanc determinationē laudo, & intendo sequi, & si quid hic dixi uel alibi illa omnia intelligo secundum istam determinationem, & si quid inuenire contigerit in scriptis meis huic contrarium uel cuiuscunq; determinationi ecclēsiæ catholice seu rectè fidei id reuoco, & submitto correctioni, &c.

¶ Octauò, ¶ utrum possit aliquid accipi supra fortem pro localibus, gemmis, uasis argenteis, pecunia, & similibus. Respon. secundum S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. ad sextum, & q. de ma. q. 13. ar. 4. ad quintumdecimū, quod usus principalis ualorum argenteorum, & aureorum, similiter localium, non est ipsa eorum consumptio, & ideo usus eorum potest uocari licitè, seruato dominio rei, usus autem principalis pecuniæ est eorum distractio & commutatio, unde non licet eius usum uendere cum hoc q̄ aliquis uelit eius restitutionē quod mutuo dedit.

Sciendum tamen, q̄ secundarius usus uaforum, & similibus possit esse cōmutatio, & talem usum eorum non liceret uendere & similiter possit aliquis secundarius usus pecuniæ, ut puta si quis cōcederet pecuniã signatã ad ostentationẽ, uel ad ponendum loco pignoris, & talem usum pecuniæ licitẽ homo uendere possit: ratio horum est, quia differentia est inter mutuum, & locatũ. Primò quia in mutuo periculũ est apud accipientẽ in locato uero in eo qui dat. Secundo quia per mutuum non deterioratur pecunia per usum in locato uerò sic, puta domus. Tertiò quia mutuum de se, nullam parit utilitatem utenti, locatum uerò ut ager parit. Si igitur prædicta omnia, & q̄libet eorum locetur, ut dominium remaneat apud dantem, potest recipere aliquid supra sortem, si autem transferatur, nõ potest accipere hæc omnia confirmantur per gl. 14. q. 4. c. si feneraberis. con. Sco. 4. di. 15. Ricar. & alii doc. Item Angelica uer. usura. 1. §. 49. similiter Rosel. c. 1. §. 54. Pif. eo. 1. §. 5. hæc debent intelligi secundum Rosellam eo. 1. §. 13. qñ locatio fit propter utilitatem recipientis, si enim fieret depositum, pro custodia, tunc esset depositum, & non commodatum, & tunc non potest plus accipere, immo tenetur recipienti pro labore.

10. ¶ Nonò, ¶ queritur utrum habens pecuniã quã timet, uel scit in futuro minorari iuxta ordinationes dominorum, uel ciuitatũ possit sine usura mutuare alicui, hoc pacto, ut reddatur sibi in æquali precio in quo est nunc, qñ ei dabitur. Alex. lon. in quol. dicit quòd sic, si recipiens uult eam mox expendere tempore quo tantum ualeat quia nihil ultra sortem recipit, & quia quamuis non liceat in mutuo sperare lucrum, licet tamen sperare euitionem dani, siue alterius damno, sicut licet mihi mutuare decem aureos, quos uideo apud me perituros, & uendere rem quam uideo breui tempore perituram. Quidam dicunt, q̄ est usura, quia reddetur cum augmento, possent sic concordari, q̄ si mutuet cum spe plus recipiendi, sic usura; si uerò ut fugiant damnum, nõ sit usura, ut dictum est supra. §. 2. in fi. uide infra usura. 1. §. 4.

11. ¶ Decimò, ¶ queritur utrum aliqui liceat aliquid accipere supra sortem in mutuo, ad quod Res. secundum quandã summariã

responsionem, q̄ uel querimus de his, quæ pecunia non mensurantur sicut est amor, beniuolentia, & similia, & sic dicitur q̄ possunt accipi, expectari, & exigi fm. s. Th. 2. 2. q. 78. a. 2. in fi. corporis & ad tertium, non tamen possunt in pactum duci, quia per pactum additur obligatio ciuilibus de quo supra §. 1. in fi. uel querimus de his cuius precium pecunia potest mensurari, quæ pro pecunia habentur secundum philosophũ. 4. Ethic. de quibus supra prin. ibi uerũ. Et talia potest quis accipere fm. s. T. ubi supra d. ar. 2. dupliciter. uno modo non quasi exigens debitũ, nec quasi ex aliqua obligatio ne tacita, uel expressa, sed sicut gratuitum donum, & sic potest sine peccato accipere secundum q̄ declaratum est supra prin. circa fi. & §. 1. & uer. restitutio. 1. §. 3. Non enim deterioris conditionis factus est propter mutuum, cum igitur ante possit accipere, igitur ar. 1. q. 2. c. sicut, intellige qñ non credit se teneri. Alio modo potest accipere ex pacto tacito, uel expresso, & sic respon. doc. generaliter, quòd non, quia esset usura quam utriusque testamenti pagina detestatur, neque pro redimenda uia captiui potest in ea dispensari. c. super e. de usu. fallit in aliquibus casibus ubi uidetur usura, quamuis non sit, qui his uersibus continetur. unde uers.

Fenda, fideiussor, Pro dote, Stipendia cleri, Venditio fructus, Cui uelles iure nocere, Vendens sub dubio, Precium post tempora soluens, Penam nec in fraudem, Lex commissoria, Gratis, Dans sociis pompa, plus sorte, m. dis datur illis.
 Declaratio. FEVD. A. Quãdo ecclesia accipit in pignus suũ feudum, extra de feu. cap. 1. uer. usura 4. per tot. FIDEIUSSOR: Quãdo fideiussor soluit, & patitur interesse, de fideiuss. ca. 1. & 2. uer. usura. 2. & 5. per tot. PRO DOTE: Quãdo gener patitur onera. de usu. c. salubriter uer. usura. 10. per totũ. STIPENDIA CLERI: Quãdo clericus accipit in pignus possessionem ecclesiæ suæ, de usu. c. 1. & 2. uer. usura. 4. per totum. VENDITIO FRUCTVS: Quãdo uenditur fructus ad tempus, de usu. c. in ciuitate, & c. si uersic. usura. 5. per totum, & maxime §. 6. CUI VELES IURE NOCERE: Ab hostibus postulum oia auferre. 4. q. 4. c. ab illo. uersic. usura 11. per totũ. VENDENS SUB DUBIO: Quãdo uolo seruare usque ad aliquod
 ddd 1 tempus

tempus, de usu. c. si. ver. vsura. §. 1. & 2. per vsura. 15. §. 5. **PRECIVM POST TEMPORA SOLVENS.** Ratione mortis, de fideiuf. c. peruenit, & c. conquestus. ver. usura. 2. à. 6. §. vsque ad 9. **POENAM NEC IN FRAVDEM,** Ratione poenæ, de arbi. c. dilecti. ver. usura 9. per totum. **LIX COMMISSORIA,** De retro uendendo, de pigno. c. illo nos. Pan. in c. ad nostram, de emp. & ven. **GRATIS,** Ratione donationis. 18. dist. c. de eulogiis. **DANS SOCIIS POMPA.** Quando dat pecunias idem numero restituenda. S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. primo ad sextum ver. vsura. primo §. 8. Et de istis dicitur infra diuisim, & primo de interesse, seu damno, de quo intelligitur. ver. seu. fideiuf. sor.

DE VSVRA SECVNDÒ,
scilicet ratione mutui.

1. *Vsura an licite accipiatur ratione mutui.*
2. *Casus quidam particulares pertinentes ad interesse. & nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

VSura, ffecundò, ubi primò de interesse seu dano quod sequitur ratione mutui, & primo in cõi, deinde per casus particulares. In cõi aut respon dent cõiter omnes doctores qd est licitum accipere, & põt qui mutuum dat absque peccato in pactum ducere cum eo qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquod quod debet habere. Hoc enim non est vendere usum pecuniæ, seu damnum vitare, & põt esse qd accipiens mutuum, maius damnum euitet, quàm dans incurrat, vnde accipiens mutuum cum sua utilitate, damnum alterius recompensat. hæc sũt S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primam de hoc habes glo. in c. conquestus, de vsu. & 14. q. 4. c. quoniam mul ti. 12. q. 2. ca. si quis de clericis, hic text. & glo. Idem Ray. & Host. & quamuis in ista conclusione omnes conueniant, tamen aliqui ut Host. in c. salubriter, co. titu. & quidam alii dicunt. s. 10. An. ut recitat Pan. in ca. si. eo. qd interesse non habet locum nisi ratione mortis. glo. 14. q. 2. c. quoniam mul ti. ff. de vsu. l. mora. §. in bonis, & ff. pro socio. l. socius qui. Et quàm in his quæ sunt ex delicto statim habeatur ratio lucri non tamen contractu, hoc videtur innuere. S.

Tho. 1. q. de Ma. q. 13. ar. 4. in responsione ad 14. Quidam alii dicunt qd solum habet locum ratione damni dati, non ratione lucri cessantis, hoc vñ innuere. S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primum. Sed notandum pro re sponse primæ qd debitoris sunt in dupli ci dña, quidam sunt qui habent aliquod tempus, infra quod non tenentur soluere, uel ex uoluntate ipsius mutuantis, uel ex quacunque alia contentione. Pa. in c. salubriter, co. Et de talibus verum est qd non tenentur de damno ante illud ips, & sic non habet locum interesse ante moram. i. nisi post terminum illius temporis, & isto modo debent intelligi dicentes quòd interesse non habet locum, & c. Alii sunt quibus non tenetur mutans neque mutuare neque expectare, & tales à principio tenentur de damno, hoc innuit expressè Pa. in d. c. si. quõ bona fide sit, non in fraudem, vnde secundum S. Th. ubi supra potest in pactum ducere, & c. & non est dubium qd intelligitur ante mutationem, hanc distinctionem innuit idem S. Thom. ubi supra de Ma. ad 14. vbi dicit ante terminum, & c. signũ huius quia omnes admittunt de illo qui habet pecuniam vsurarii & vult satisfacere qui potest à principio recipere ab illo qui uellet i. itas, similiter de illo qui uellet emere possessionem uel iuræ ad nundinas, certum est secundum docto. qd potest petere damnum sequens à principio mutationis, si quis illas uellet. Pro declaratione secundi notandum, quòd accipiens tenetur totum recompensare quod dedit mutuans, & etiam illud quod sequitur ad mutuum, eo quòd aliàs non tenetur mutuare in isto casu ut præsupponitur, sed mutat propter commodum accipientis, aliquando tamen illud damnum est clarum & in actu, & similiter lucrum cessans, & tunc debitor tenetur ad totum simpliciter. Aliquando autem est in potentia ualde remota uel in potentia solum, ita qd est indifferens ad esse & non esse, uel magis ad non esse, ut puta quando quis habet pecuniam in capsâ & non cogitat quid de his agere debeat, uel fortè cogitat nihil de illis agere, uel non est solutus mercari, uel etiam si cogitaret non occurrit sibi modus, & tunc illud lucrum, non habet aliquid sui in actu, & sic pronihilo iudicatur, & isto modo intelliguntur

doc. dicentes, quòd non habet locum ratione lucri cessantis, & S. Tho. dicit, quòd eodem modo posset perdere, & quòd lucrū non est clarum, & potest impediri multipliciter. 2. 2. q. 78. ar. 5. primum. Aliquando autem est partim in actu & partim in potētia, & tunc illud lucrum non est simpliciter solvendum, sed ad arbitrium boni viri, consideratis circumstantiis, periculis, laboribus, & omnibus aliis quæ ad hoc facere possunt. Ant. de Butri. in d.c. salubriter, & Angelica in ver. usura. primo. §. 30. & Suppl. vers. usura primo. §. 4. in secunda additione, & tunc tantum restitui debet quantum arbitratum fuerit, ut quando bladum iam est seminatum plus iam æstimabitur quam quā est in granario & plus quā iam est maturum, &c. hanc distinctionem innuit. S. Th. 2. 2. q. 61. ar. 4. Et isto modo intelligunt doc. quā dicunt, quod potest periri ratione interesse, non solum dāt contingenti, sed et lucri cessantis, hanc opinionem tenet Pa. d. c. cōque stus, vbi vide. allega. in proposito. An. de Butri. in d.c. salubriter. Inno. in c. sacro, de sen. excō. Pe. de Anch. idē consuluit, & Io. An. fm quod recitat Pa. in d.c. si. & hoc expresse innuit. S. Th. ubi supra, vbi dicit quod potest ducere in pactum. D. Ar. Flo. 2. tit. primo c. 7. §. 17. ibi. Sed utrum talis creditor, &c. Quidam ponunt tres conclusiones & bene. prima. Non licet negotiatori deducere in pactū, totum lucrum speratum. Secunda. Non licet eidem diuertere uoluntariē pecuniam à negotiatiōne uel emptione ad mutuum ut aliquid sperati lucri vel fructus exigat mutuando. Tertia licet eidē impedito impedimento inuoluntario secūdum quid, hoc est ex subuentione occurrente proximis, exigere mutuando aliquid plus iuxta ualorem pectinæ in illo statu.

¶ Primò ¶ ponuntur quidam casus particulares pertinentes ad interesse, & primo de casu quem ponit Archi. in c. usura. 14. q. 3. Vtū ille qui debet centū usurario possit illa centū alteri mutuare & accipere sicut ipse soluit usurario, & responderi ibidem quòd sic, quia non fit stipulatio ut usurarum, sed ut damnū euitaret, quòd uideretur esse licitum. ar. c. peruenit, de fideiuss. Io. Cal. in cap. nauiganti, de usu. dat unam limitationem scilicet quando ille uolebat satisfacere usurario, ex illis ea. quia tunc potest ra-

Secunda pars

tionē dicta. Nec est usurarius quia nihil sibi accrescit. 14. q. 4. c. Si quis oblitus ibi [uel aliqua clementia.] Nec tenetur cum damno suo socio subuenire. 23. q. 5. ca. Si non licet, secus autem si tunc non uellet usurario satisfacere quia deficeret ratio. hęc limitatio placet Lauren. de Ridol. cum ista declaratione, quòd usurarius erat paratus satisfactionem recipere. Si enim usufrarius uolet tunc recipere, puta quia mutuo acceperat sex menses, & non uult recipere nisi soluat totam usuram ante terminum, & sic oportet pecuniam mutuo acceptam remanere pones ipsam debitorem, tunc uideatur idem quòd in secundo casu, & ista secūdū doc. intelliguntur in eo quod uult satisfacere, non. n. potest hoc esse nisi debitor uelit satisfacere, & ille teneatur accipere. Archi. ubi supra dicit sine distinctione quod potest, & contrarium ut durū, quia sicut posset indifferenter accipere mutuo pro socio suo, causa rationabili imminente, quare ergo non posset totā conditionē suā in alium transferre, siue nolit recipere usurarius, uel nolit dare ipse debitor: solum enim saluat se indemnam, & non recipit clementiam, & mutuat socio ex charitate, unū opinio Monaldi qui tenet simpliciter contrarium scilicet, quòd nihil possit recipere est irrationabilis, de hoc habes in Archi. Floren. secunda tit. primo cap. 7. §. 13. qui incipit, quid si debitor Rosella. uersus. usura. primo §. 14. Angelica uersus. usura. primo §. 22. hęc ex doc. unde patet quòd non concordant & ex consequenti. q. redditur difficultis. Ideo pro concordia ponuntur duæ conclusiones. prima quod quando usufrarius est paratus recipere & debitor uult soluere, & ex charitate mutuat isti tercio, & ille tercius ex causa rōnabili accipit, tunc iste secundus mutuans meretur & potest accipere totum quòd soluit usurario, & iste tercius tenetur, & c. secunda concl. quā usufrarius non est paratus recipere fm modum dictū, & debitor uult mutuare isti. tercio ut exoneret se ab aliquo grauamine appreciabili, puta quia soluit usuras necessitatus ab aliqua conditione præcedēti uoluntaria appreciabili uel soluit usuras maiores quā sit interesse, & hmoi, & sic mouetur ad mutuandū isti. tercio ut fugiat illud interesse quòd sibi de necessitate incūbebat ex prima

Sum. Tab. ddd 3 acce-

- ceptione, quod excedit interesse quod communiter sequitur ad interesse secundi mutui, tunc cum mutuet, ut supra fortè illud fugiat est usura, recipit. n. aliquid appreciabile supra sortem, & interesse.
- 3 ¶ Secundus casus ¶ est an ille qui mutuauit communitati cum pacto, ¶ durante creditor nō teneatur soluere collectas. Respon. ¶ si est iniusta non tenetur nec peccat, si autem est iusta siue certa, siue incerta non uideo, ¶ nō sit usura, hoc. n. est mēsurabile pecunia. nisi fortè qs diceret ¶ qn̄ est incerta nondum est in actu, quia est in potentia appreciabili. Rosella vers. usura. 1. §. 14. si. sed tamen etiam incerta est appreciabilis.
- 4 ¶ Tertius ¶ sequens ad primū debebat quis c. & in termino non soluit. ita ut oporteat illum creditorem alia c. ad usuram accipere. utrum possit petere tantum quantum dat usurario. Respond. secundum Ray. ¶ sic. ar. de fideiul. cap. peruenit, & cap. conseruitus, & petuntur ut interesse. 14. q. 4. c. quoniam, in glo. con. Hosti. & Gos. Pifa, ut. usura. 1. §. 16.
- 5 ¶ Quartus casus ¶ uolebāt emere possessio nem que reddit decem singulo anno, & ad instantiam tuam cessauit & mutuauit tibi hoc modo, ut soluas mihi tantum quantum reddere terra expedit, deductis expensis, periculis, labore, & omnibus aliis ad hoc facientibus: puta quia nondum habet in actu. Respond. secundum Guil. & Hosti. quod sic ratione interesse. San. Th. 2. 2. q. 62. ar. 4.
- 6 ¶ Quintum casum ¶ mouet Pa. post In. in c. si. Quidam mercator habet pecuniā quā intendit portare ad nundinas, & emere merces, & portare ad alias partes, comparat amicus suus rogans, ut sibi dictam pecuniam mutuet, daturus lucrum, &c. In. considerans, quod posset fieri in fraudem, & quod non est aperienda uia fraudibus, dicit quod non. Host. in c. salubriter. eod. considerans, quod iste erat in uia lucrandi, dicit quod tenetur ille de interesse Io. And. dicit, quod interesse non habet locū nisi post moram, de quo dic, ut supra prin. Panor. in d. c. si. uidetur confirmare quod dicit Ioan. And. Ideo uidetur dicendum secundum, quod etiam innuit Panor. in d. c. si. quod si bona fide non in fraudem vsu riarum fiat, sit licitum, deductis tamen om-
- nibus expensis, periculis, laboribus, & aliis que occurrunt aprecianda ad arbitrium boni uiri. con. Ray. secundum casum mouet ibidem Pa. Est mercator paratus cum mercibus ire ad nundinas, & lucrati. Alius cōparet rogans, ut vendat merces pro precio quo uerisimiliter est uēditurus, &c. Ad quod uidetur dicendū sicut ad præcedentem casum quāuis si soluat de præsentī minus dubium, & credo quod diuersa sentientes moueātur ex diuersis coniecturis. Ad hæc optimè dicit D. Arc. Floren. 2. tit. 1. c. 7. §. 14. qui incipit, quid cum haberem.
- 7 ¶ Sextus casus ¶ est de illo qui in termino non soluit mercatori, & sic non potest lucrari. Res. secundum S. Tho. de Ma. q. 13. artic. 4. 14. quod potest petere damnum secutum, & etiam lucrum cessans ad arbitrium boni uiri, deductis, &c. & quod non fiat in fraudem, puta quia omnino erat facturus illum propter quod secutum est damnum, uel erat lucraturus. Dummodo ille non sit in tali necessitate, in qua teneretur mutuare gratis, de quo supra uersus. usura. 1. §. 6. & 7. eodem modo dicendum si accipit istas pecunias ad usuram quas in termino debebat recipere, quia potest petere illas usuras, ut supra.
- 8 ¶ Septimus casus ¶ est que tangunt Inno. Ioan. And. in dict. cap. si. scilicet cum quis dat. cap. in suis necessitatibus, expendendos cum hoc pacto, quod tantum restituar quantum lucrabuntur, similia apud Petrum mercatorem, prædicti, & quidam alii dicunt esse usuram. Alii uero dicunt, quod potest esse contractus licitus. prima opinio potest persuaderi, quia uel dat per modum depositi, & sic non deberet distrahi, uel per modum mutui, & sic est usura, quia transfertur dominium, uel per modum societatis, & sic deberet esse pactum, ut in licitis mercantiis exponantur, & subsistent periculo quod non sit. Secunda opinio potest persuaderi, quia posset esse contractus innominatus, scilicet, do ut des. Nam licitum est mihi facere pactū, ut serues me indē. de fideiul. c. peruenit, & 14. q. 4. c. quoniam, in glo. & 12. q. 2. c. si quis de clericis, & sic ratione interestis esse possum accipere. unde casus remanet dubius, & in hoc crederem tutiorem uiam eligēdam. Si quis tamen hūc casum

vellet substinere maximè post factum, omnino istæ conditiones sunt subintelligendæ, prima quod dans non sit in tali abundantia & recipiens in tali necessitate. quod teneatur de præcepto sibi mutare, ut dictum est supra, ver. usura. 1. §. 6. & 7. hanc limitationem faciunt Angelica, & Rosella in locis infra. alt. immediatè. Secunda quod ille erat omnino depositus has pecunias ponere in simili mercantia, & non deerant qui acciperent. Tertia quod capitale steterit in simili periculo, puta si apud illum qui habet alia, centum, periret capitale, vel p parte sic apud istum pro tanta remaneret, & breuiter staret ad omnem conditionem, qua stat in illo qui iuste mercatur. Quarta quod illud acceptum sit deductis omnibus expensis. &c. hunc casum tangunt. D. Ar. Flo. ubi supra. §. 15. ibi, quid cum quis. Angelica, ue. usura. 1. §. 17. & Rosella. ver. societas. §. 25.

¶ **O**ctauus est casus quando quis vendit possessionem, uel simile, & tradit emptori, virtum post terminum si non soluit precium possit petere fructus sine usura. Resp. glo. in c. conquestus. de usu. & Pan. ibi. & communiter doc. dicunt quod potest ratione interesse. 14. q. 4. c. quoniam in glo. idem uidetur si à principio fecisset tale pactum l. curabit. C. de ac. emp. & uen. quamuis habeat plus de presumptione usuræ, & ideo D. Ar. Flo. ubi supra. c. 7. §. 18. ibi, pone casum habere illud, secundum dubium, & non primum, immo uidetur quod à principio potuit vendere rem suam cum hac conditione quod retineat sibi fructus quousque; habeat precium, potest enim vendere diuisum dominium ab usu in his que habent usum distinctum à consumptione. ut dicit S. Tho. 2. 1. q. 78. ar. 1.

¶ **N**onus est casus est, de fideiussore, qui compulsus à creditore, ut solueret & accepit sub usus possit petere sortem cum usuris à debitore. Respon. quod sic, ratione interesse. de fideiuss. c. 1. & de for. compe. c. si. lib. 6. potest etiam aliquid pecunie exigere, ut fideiubeat quando fideiubendo obligat se civiliter ad soluendum pro alio, quod non est minus quam obligare se ad mutuum, quod potest uendi secundum S. Th. igitur à simili.

¶ **D**ecimus est casus de eo qui emit lapides, ligna, & similia, non facientia fructum, &

ut soluat precium accipit sub usuris, ille autem non dat prædicta in suo termino, utrum possit emptor petere illas usuras? Res. Bal. C. de usu. l. usuras, dicit quod sic. Idem D. Ar. Flo. ubi supra cap. 7. §. 18. ibi. Sed queritur an sit, & Angelica. ver. usura. 1. §. 11.

¶ **V**ndecimus est quando aliquis mutuat, capax pacificens solum de capitali re habendo habens tamen res steriles, uel debitores non ualentes soluere vendit illa iura, uel res steriles aliter non empruit. Respond. rescinditur ut usurarius, & in fraudem usurarium conceptus. Bar. in l. cum allegas. C. de usu. Idem dicendum de eo qui mutuat, & vendit aliquo tempore mutui, plus petens iusto precio. 14. q. 2. c. si coneraueris.

¶ **D**uodecimus est quando aliquis conducitur ab artifice ad operandum in arte pro 50. quod æstimatur iustum precium, sed quia mutuat. 100. dat sibi. 60. si tamen poneret illa centum sub periculo in arte & conueniret ad arbitrium boni uiri, pro illis decem, non esset usura, sed societas.

¶ **T**ertiusedecimus est de illo qui ueniente termino solutionis non uult prolongare tempus, uel remittere iuramentum, nisi det aliquam pecuniam. Respon. quod si facit ratione interesse, sine fraude potest: si autem facit ratione temporis, est usura. c. conuuluit. de usu. con. D. Ar. Flo. secunda tit. 1. c. 7. §. 17. ibi, quid cum ueniente termino.

DE VSURA TERTIO SCILICET DE SOCIETATE.

1 Societas quid est.

2 Pactum facere an liceat in societate ubi ponuntur aliqui casus. & no. 2.

3 In diuisione societatis que seruanda

4 Exense; & damna habita in societate, quomodo computentur.

5 Societas animalium quomodo fiat.

6 Bonè cum uitulo tradens nutriendos cum pacto quod in fine anni uel tri, & extracto capitali res quomodo diuidantur, an liceat.

¶ **V**sura est tertio de societate: & primo in cõi. secundò de societas. quãtum ad primum. Sciendũ quod societas sem Tullũ est duorũ plurium ue ob cõmodiore usum, & obriore questum, tãnalis,

conuentio, que solo consensu siue uerbis, siue scripto, ad ips, siue ad vitam, ab his qui possunt alienare in oibus licitis, siue negotiis, siue rebus, contrahitur: omnia ista sumuntur ex legibus. ff. & C. pro socio. Licet facere societatem, ut unus ponat pecuniã, & alius operas, & diuidant lucrum & hoc tam de iure ciuili. l. 1. C. pro socio, quã de iure canonico. l. 4. q. 3. c. plerique. in gl. & fm Theo. S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad quintum. Istis tamen conditionibus seruatis. **Primo**, q. ars, siue illud, in quo stat societas sit licita, & honesta. c. per uestras. de dona. inter uir. & vx. Secundo, quod æquitas seruetur in omnibus fm Gof. & lucrayta breuiter, q. qui plus ponit plus accipiat secundum arbitrium boni uiri, quod maximè in ista actione sequi debet, aliã non est societas bona, sed lupina. l. 4. q. 3. c. plerique, in glo. ratio quare potest aliquid accipi de pecunia posita in societate, & non in mutuo, fm S. Tho. ubi supra, quia in mutuo transfertur dominium, & periculum stat apud recipientem, secus in societate: unde si qs poneret pecuniam in societate, & transferret dominium pro toto, uel pro parte pro illo pro quo transfert non potest dici societas, sed mutuum, & sic nihil posset accipere respectu illius quod transfertur. l. si tibi arex mez. ff. de præscrip. uerfi. nemo societatem contrahendo rei dominus esse definit: & ista est tertia conditio. quarta quod omnia ista fiant uerè sine fraude.

2. ¶ **Primo**, ¶ utrum liceat facere pactum in societate. Res. q. licet facere omne pactum in conscientia quod non facit deteriorem partem, alterius arbitrio boni uiri, ita q. qui plus posuit plus habeat, & si fiat aliter iam non est societas, sed contra naturam societatis, & quando sit pactum de lucro, non expresso de damno, intelligitur etiam similiter. Inst. pro socio. §. illud. Si quis aut faciat pactum q. uult aliquid certum pro opera sua, uoleas aliquid sentire de dano: erit licitum, dummodo fiat iusta æstimatio, sed non erit societas, sed locatio operum, & iste est primus casus.

3. ¶ **Secundus casus**, ¶ est de eo qui tradit mercatori. c. eadem omnino reddendos, & si in de lucratus fuerit teneatur dare partem, uel det ei quantum eidem placebit, secun-

dum Bal. l. 1. c. pro socio. est u. furarius contractus, & contra naturam societatis, quod unus habeat caput saluum, & alius fractu. §. eo. l. mutuis, nec habet formam societatis, sed mutui. Ioan. Aud. tamen & Host. ut recitat Pa. in c. per uestras, de do. inter uir. & vx. tenent, quod de iure ciuili ratione dotis, & pacti sit licitus, adducunt. d. c. per uestras. & Insti. pro socio. §. de illo. Et dicit Host. non esse contra, sed præter naturam societatis. Pan. autem ibidem post Io. Cal. tenet contra. dicens q. posset esse in isto, q. unus pateretur damnum in opere, & capitali quod non est societatis. d. c. plerique, in glo. ubi dicitur, q. ad hoc, q. societas sit honesta, & licita inter ponentem pecuniã, & ponentem operam, oportet quod ponens pecuniam sentiat de lucro, & damno. Et hoc uidetur uerius. ad c. per uestras, dicitur quod nullam mentionem facit, quod capitale sit saluum, immo dicit de parte honesti lucri, quod non potest esse honestum, nisi ut dicit glo. all. nec est speciale in pecunia dotali, quia etiam pro redimendis captiuis, non licet foenerari. cap. super eo. de usu. uide uer. dos. §. 15. Ad. §. de illa, ubi uidetur ualere pactum, ut alter non sentiat de damno, sed de lucro. Respond. Pan. ubi supra, quod procedit ille tex. quod ad ponentem operam, est enim licitum, & honestum pactum ex persona ipsius, ut ipse non sentiat danum in capitali, operibus amissis: ratio, quia ipse sentit damnum in amissione operum, nam tantum affert opera illius, quantum pecunia alterius, quoniam immo, ut tex. dicit ibi, opera, & industria potest esse tanta, ut ualeat pactum, ut ipse lucretur duas partes, & tertiam habeant ponens pecuniam, in dubio autem cum contrahunt societatem, & unus ponit pecuniam, & alter operam, uidetur actum, ut lucrum æqualiter diuidatur, inter eos, de hoc est gl. notan. quam omnes tenent. l. 1. C. pro socio. Nec est licitum à principio pacifici, ut habeat deponens decem pro centenario, uel aliã quantitatem, sicut faciunt quedam uidez c. edentes hoc eis licere, nec licet ex pacto aliquid quantumcumque minimum capere ex pecunia, si non subiicit se periculo. l. 4. quæst. 2. per totum. hzc Panorm. ibidem. Quidam faciunt unam exceptionem, scilicet: quando sit ratione assicuracionis

non ratione societatis vt fiat saluum capitale, dando aliquid alicui qui non sit socius, ut subeat periculum capitalis, ut infra ver. usura. 12. & idem esset, si ista assicuratio fiat à socio, dummodo intentio sit recta, puta quia etiam sine societate assecuraret, & ipse ponens pecuniam, tale quid solueret, siue lucraretur, siue non, quia sunt ibi duo contractus scilicet societatis, & assicurationis, quorum quilibet est per se licitus. Quod potest duobus modis fieri. Primò conueniendo, quòd ponens pecuniam tantò minus de lucro capiat, quantum est precium assicurationis, ut communiter estimetur, quòd lucrabitur octo pro centum, & illud precium sit tria, conueniant quòd accipiat de quinque, & si lucrum nò affuerit, soluat aliunde. Secundò clarius conueniendo, q̄ pro assicuratione soluet tantum, & de lucro accipiet partem contingentem, potest etiam de lucro sic pacisci, eò quòd aliquando lucratur septem, aliquando octo, aliquando nouem, & conueniant pro octo, & sic sine omni periculo recipiat quinq;. Ad Panor. pos. sit dici, quòd non loquitur in isto casu, sed in societate simpliciter, sine assicuratione.

¶ Tertio, quæritur quid agendum quando in sine sit diuisio. Respon. dimittendo uarietatem opinionum, & legum, quòd uel est factum pactum quod est secundum æquitatē & debet seruari, si autem esset factum contra æquitatem supra declaratam, non debet seruari, sed reduci ad æquitatem, aliter est contra naturam huius contractus & sic peccat, & tenetur. &c. si uerò nullum factum sit pactum, uel constat de consuetudine rationabili, & æqua, uel non. si primo modo, seruetur. si secundo modo, uel inuenitur, quod capitale est saluum cum aliquo lucro, & tunc ille qui posuit capitale debet illud præcipere, deinde diuidere lucrum secundum portionem. ut supra, & hoc intelligo hic, & sequentibus, quando opera metatorum, & fructus pecunie siue capitalis secundum periculum, & omnia alia concurrentia ad arbitrium boni uiri, æqualiter estimantur, tunc enim capitale debet esse saluum, & lucrum diuidi per medietatem, si autem opera excederent usum pecunie uel e contra, tunc ille qui plus, &c. ut supra §. præceden-

ti. Si uerò capitale solum reperitur, iste qui posuit illud debet id habere. Si autē deficeret et capitale siue in parte, siue in totum, est ammissum illi, q̄ posuit, ratio omnium istorum est, q̄a ponens opera, exponit se periculo illorum operum, ille autē qui ponit pecuniam exponit se periculo usus suarum pecuniarum, qui usus contra ponitur ad operas æqualiter ut præsupponitur, & in isto casu intelligitur periculum capitalis, quia aliter usus pecuniarum haberet fructum, & sic esset mutuum. &c. & nò estimaretur usus eius, & sic inæqualiter ponerent.

¶ Quarto, quæritur de expensis, & damno habitis in societate, puta in eundo ad nundinas expendit, uel capitur à latronibus, & similibus. Res. uisus legibus, quæ ad hoc facerent, & dimissis alleg. causa breuitatis, q̄ uel sunt pacta, uel consuetudines quæ non expressè sunt contra æquitatem, ille habent indubiè seruari: si autem non reperiantur, considerandum est si fuerint factæ præter societatem, & sic nihil habet societas; si autem ratione societatis, uel fuerint ex culpa uel dolo, & sic illi imputetur; si autē sine istis, uel periculum tale fuit estimatum in cõputatione eorum, quæ ponunt in societate, & tunc sicut dictum est de periculo capitalis debet ipse pati, in cuius ratione computatæ fuerint; si autē sunt præter hæc, omnia debent eõia esse.

¶ Quinto, quæritur deinde de sociis animalium, quæ est quedam societas, ubi sciendum q̄ aliquando animalia traduntur ad custodiam sub certa mercede, uel participatione de prouentu gregis, & est contractus locationis, & licitus si seruetur æquitas, & dominus retineat dominium, & periculum, nisi illud damnum esset ex magna negligentia, uel dolo custodis. Alio modo dantur per modum mutui, ut puta si quis tradat. 20. capita appreciata, & non uult sublati periculo, idem enim est ac si uenderet sibi, & mutuo erit pecuniam, & si uellet aliquid de lucro esset usura. Alio modo traduntur per modum cuiusdam uenditionis modificatæ ex locatione, puta qñ quis dat cuidam monasterio. 40. capita ouium cum hoc pacto ut monasterium det sibi oī anno duo capita in tota uita sua, & post mortē sint monasterii, q̄ tñ singulæ reddunt oī anno quatuor. Iste contractus est licitus dū modo

modo talis æstimatio fiat ad arbitrium boni viri, & talia quando traduntur non essent disposita de propinquo ad mortē. Aliquā traduntur per modum societatis, & sic multis modis, aliquā iuste, aliquā iniuste, regula autem generalis est, quod seruentur ea quæ supra dicta sunt de societate, scilicet ut sit bona fraternitas, id est ad arbitrium boni viri æstimeatur omnia quæ circa ea ponuntur ab utraque parte, & qui plus ponit proportionabiliter plus de lucro percipiat, cum aliis conditionibus supra positus. & quia variantur isti modi multipliciter secundum diversas patrias, aliquando iuste, aliquando iniuste fiunt; & esse difficile omnes casus ponere, eo quod plures sint quam termini, ut dicit legislator, ideo ponam aliqua exempla, & reliqua relinquam iudicio discretorum, & poterunt regulæ ad omnes casus applicari, primus casus licitus est cum uous haberet uiginti capita, alius totidem, uel etiam decem, & communicant adiuuicem ear, & periculum, & emolumentum, & expensas & ponunt æqualiter, &c. & recipiunt sibi æqualiter, & proportionabiliter, & possunt pacisci de conseruatione, & augmentatione. Secundus illicitus est quā aliquis dat uiginti appreciata, & uult primò accipere capitale totum ex fructibus, reliquum sit pro dimidio, &c. & quāuis si subiret omni periculo posset licitari, tamen ut in plurimū, uel erit illicitus, uel onerosus, quia uel accipere totum suum capitale quasi secutum, & posse esse, quod conducens amitteret omnes operas suas, & locans nihil perderet, puta si antequā acciperet totū, uel circa finem, omnes perirent, nisi fortē lucrum postea sequens intantum excederet, quod satisfaceret illi periculo. Sed quid dicendum quā Pe. dat Ioanni animalia in sociam, & est conseruado, ut in fine quinquenniū diuidatur, sed pereunt ante terminum, utrum Io. teneatur Pe. Respon. sibi quosdam, quod si perierunt naturaliter non tenetur in aliquo, quia tunc deficient in domo sua, si uerò ob culpā Io. tunc tenet ad totū, quod tunc habebat Pe. in illa societate; si uerò casu fortuito, tunc tenetur ad medietatem capitalis.

¶ Sexto, quod quid quā Pe. tradit bouem cum uiribus æstimatos nutriendos, cum pacto quod in fine anni uendantur, & Pe. accipiat

suum capitale, & reliquum diuidatur. Respon. posset esse licitus propter magnum lucrum sequens, quod posset æquualiter expensis, &c. dummodo Pe. retineat aliquod periculum, & si minus ualere in fine, quā sit capita, Io. ad nihil teneatur, quia aliter haberet quasi totum capitale securū, & sic esset usura. Sed quod si Pe. dat Io. par bouum, retinens periculum ipsorum, & uult omni mense duos sextarios, uel duas minas frumētū. Respon. quod est contra diuisionis licitus si tantū extrahatur lucrū ipsorum bonum. Sed quid si Pe. dat Ioan. duos boues appreciatos, cum pacto ut sibi laboret 12. bubulcas terrar, in fine anni boues uendantur, & Pe. totum accipiat capitale, reliquum diuidatur. Respon. si Pe. retinet periculum, & satisfacit Ioan. de operibus ad arbitrium boni uiri est licitus. Item queritur: dat Pe. Ioāni duos boues, cum pacto, ut 20. sextaria grani in anno. Respon. si Pe. retinet periculum, & deteriorationem, licet, uide multa de societate. uersicu. peculium. §. 27. & sequens.

DE USURA IIII. RATIONE
pignoris in mutuo.

- 1 Pignus an accipere liceat pro usuris.
- 2 Emus rem pignoratam an teneatur illam res sitare cum fructibus.
- 3 Et quid si accipiat domum in pignus.

V Surā 4. quod ratione pignoris in mutuo. Respon. uel accipit ratione securitatis, bona fide, & nullum fructum ex illo, puta quia est aliquid locale, expectat, & sic est licitū. Ar. Fl. ubi supra c. 7. §. 2. ubi querendū est et, uel non accipit ratione securitatis, & tunc uel recepit inde fructū, uel non, si secūdo modo idē quod prius, si uerò recepit, uel cōputat in sortē, & sic est licitū, uel non cōputat, & tunc uel recepit ratione ueni, & manifesti interesse sine fraude, & sic licet, ut supra usura 2. uel nō, nec ponit in sortē, & tunc uel ex suo, puta quia res illa erat sua, uel ille cuius erat pignus dōnebat res suā, uel sine ecclesie, quocumque modo inuito, non aliter poterat re-habere, & sic iuste retinet uel recipit, non aliquo modo predictorum, & hoc dupliciter, uel illa res est talis, quæ solet sine peccato mutuari, ut est liber, uel et aliquando uestis,

& tunc etiam potest; si autem recipiat pignus ex quo recipit fructum, puta, domū vel possessionem, & illos non retinet aliquo predictorum, tunc est usura, peccat, & tenetur ad restitutionem. hæc omnia habes. c. 1. & 2. & c. conquisitus. de usu. & de deci. c. si S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad sextum. Ricar. 4. di. 15. Et hoc est, commune tam in laicis, quam in clericis secundum Host. Io. An. & Io. de Lig.

¶ Primò, ¶ utrum emens rem pignoratam teneatur illam restituere, cum fructibus, soluto capitali, pro quo fuit pignorata. Respon. secundum Ricar. vbi supra, quòd sic. Sed quid si quis habet æquū ociosum quem locare non velit, & pignorat illum alicui à quo mutuum accepit ea conditione, ut pasca equum, & equitet, tamen sine grauamine, & periculo, an sit usura. Respon. secundum Monal. q̄ non, considerandum tamen in hmōi, puta si acciperet domum ociosam, & custodit illam, & similia, quòd si præter mutuum pares sunt utilitates hincinde, non est usura.

¶ Secundò, ¶ querendum est etiam quid cum quis accipit domum in pignus pro. c. 7 cum plus valeat, hoc pacto, q̄ si non soluat in termino statuto cadat dubiū in cōmissum, & pignoratio in venditionē. utrum si nō soluat in termino possit iustè tenere domū. Resp. cū distinctione, quia vel recipit fructus domus in casu, quo nō pōt vt supra dictum est, in principio, & sic est usura. c. 1. eo. nec pōt retinere domū, quia radix est mala, & ex consequenti venditio nulla. 1. q. 1. c. vulnerato, possit tñ petere interesse. vide supra usura. 2. Si autē non accipit fructus, & contractus fuit bona fide celebratus, ad compefcendam negligentiam debitoris, & in pœnam non ex fraude usurariū puta, quia credebatur illum non redempturum, & similia, tunc contractus erit licitus arg. c. dilecti. de arbi. & maximè si precium non multum excedit sortem. Notandum tamen q̄ si fieret ista similis pœna propter prolongationem, q̄ haberet malam præsumptionem eo, q̄ apparet voluntaria. ca. consuluit. de usu. Nec valet si quis elleget q̄ pactum l. commissoria reprobatur in pignore, quia hic loquimur in foro conscientie vbi deficit ratio, vel præsumptio quia lex fundat se super excessum magnū

capitalis, & super hoc q̄ non inueniuntur aliter mutuantes. Pa. in c. significante. de pigno. vnde hic deficit omnis præsumptio. Nec valet, q̄ lex condita ab eo, quia potest debet seruari in conscientia, quia secundum Pa. in c. tua. de usu. debet intelligi quando præsumptio legis non deficit. ver. lex §. 23. & sequentibus.

DE VSVRA QVINTÒ
ratione emptionis, &
venditionis, &c.

- 1 *Vsura an licita sit rōne mutui impliciti, & expectationis in emptione, vel venditione.*
- 2 *Mercatores an possint vendere merces suas plus quàm valeant.*
- 3 *Vel ut seruet se indemnes vel ratione tēporis. 4.*
- 4 *Si quis emat rem viliori precio quàm credat valuram, utrum sit usurarius.*
- 5 *Vendens rem pro precio quo currit expectans solutionem usque ad pasca, cum pacto, quòd si plus valebit plus debeat solvere non tamen minus sit minus ualeres, an sit usurarius.*
- 6 *Mercatores vendentes plus ad tempus, quàm in numerata pecunia an sint usurarii.*
- 7 *Vsura an sit si quis emat bovem à rustico quē non habet, & recipit ab eodem affectum unius bonis.*
- 8 *Fructus unius castri, uel uille si quis emat ad uitam, uel alium terminū an sit usura.*
- 9 *Vsura an sit cum aliquis habet accipere centum ab aliquo in certo termino uenit tertius emens ipsa iura pro. 50. soluendis de presenti.*
- 10 *Vsura an sit, si quis debens habere centum ab hinc ad annum, & accipiat tantum 95. & reliquum dimittat.*

¶ **V**Sura ¶ quintò, quæ fit in emptione, & venditione ratione mutui impliciti, & expectationis. Resp. vel hoc fit ratione interesse veri prout declaratū est supra usura. 2. posse aliquid accipere, & tunc dic, vt ibi quamuis tamen, quia in tali venditione fiunt palliationis ideo stringendum est, vel secundo fit, vt ille qui vendit, vel emit habeat iustum precium quod non possit habere nisi expectaret, & etiam daret pro minori si solueret de contenti, puta daret pro pio precio, &c.

& dat pro rigido, de quo precio ver. emprio, & hoc licet secundum Sancti Thomae. & alios Doc. maximè in Ar. Flo. 2. tit. 1. c. 8. §. 1. ratio est, quia non accipit nisi iustum precium, vel. Tertiò hoc facit quia uolebat illud conseruare usque; ad aliquod tempus; & tunc vel vendit plus, vel pro minori emit quàm sit communis opinio, quod valeat illo tempore, & hoc est iniustum, & usura implicita, uel est dubium, quod plus, uel minus ualeat, & tunc potest accipere illud quod est medium in illo dubio, puta quidam existimant, quòd ualeat. 2 §. quidam 28. quidam 30. & tunc est licitum c. in ciuitate. de usu. uel quartò solū ratione temporis, puta quia carius uendit propter expectationem, uel uilius emit, quia præuenit solutionem, & sic est usura d. ca. in ciuitate, & c. consultit. eo. & San. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad ultimum. Si tamen aliquis uenderet dimittens, de iusto precio, quia præuenit, ut pecuniã prius habeat, non est usura ex parte uenditoris S. Tho. ubi supra.

2 ¶ Primò, ¶ iuxta prædicta quærentur quidam casus particulares, primus utrum mercatores possint uendere merces suas plusquam ualeant iusto precio, tempore quo uendunt, ut conseruēt se indemnes ex eo quòd deseruiunt communi utilitati, puta quia emerunt tali precio, quòd non possunt tale precium inuenire ex contanti ad hæc. Respondet D. Arch. Flo. 3. titu. 1. cap. 7. §. 2. quòd non ratio fundamentis, quia ex eo possunt licitè lucrari, quia exponunt se periculo in magis, & minus, & ideo si etiam aliquando perdant debent habere patientiam. Ad id quod possunt adducere, quia ex eo quod laborant pro utilitate publica. Respon. quòd uerum, sed licitè aliter sequeretur, quòd si emisset immoderate etiam sic posset uendere, & quòd si tempore magnæ carissimæ emisset etiã illo precio, & maiori posset uendere.

3 ¶ Secundò, ¶ item quæritur utrum possint plus uendere, ut seruent se indemnes, eo quòd carent illo tempore medio pecuniis suis quibus possent mercari, & lucrari. Respon. solutio istius satis dependet ex dictis supra uersis. usura. Secundò tamen secundum apparentiam, & ne apperiantur uix fraudibus, dicitur quòd non, tum primò, quia possent etiam perdere, ut dicit

San. Th. 2. 2. quæst. 78. ar. 2. primo, tū quia accipit de re non sua, scilicet temporis.

4 ¶ Tertiò, ¶ potest etiam quæri, utrum possint plus uendere ratione temporis, quia multi sunt qui nō soluunt, & faciunt multas expensas in exigendo, & aliqui nunquam soluūt. Respon. quamuis possint ab his, qui non soluunt in termino recipere ratione ueri, & expressi interesse, non tamen ab illis qui soluūt, nec unus debet pati pœnam pro illis qui nunquam soluunt. Simili modo dicitur de expensis factis propter negligentes, quòd solliciti non debent puniri pro eis, adde quod dictum est supra usura. 1. §. 6. quòd non exponant se periculo iniusti, scilicet plus accipiendo quàm sint expensæ illius, & secundò quòd habet malum colorem, & sic est restringendum. Sed quid de eo qui non uult tūc uendere, sed expectare, & est dubium, utrum plus debeat ualere, tunc potest infra delectabitur. §. 5. & supra princi. circa si. in tertio modo.

5 ¶ Quartò, ¶ quid si quis emeret rem uiliori precio quam credat illam ualituram in illo tempore quo uendens uolebat eam seruare, quia præuenit solutionem, utrum sit usurarius. Respon. D. Abt. & Inno. in c. si. de usu. quòd sic, quamuis etiam communi estimatione erat plus, uel minus ualitura non tamen tenetur restituere, secundum eos.

6 ¶ Quintò, ¶ quæritur quando aliquis uendit rem pro precio quo currit expectans solutionem, usque ad pascha, cum pacto, quod si plus ualebit usque ad illum tēpus, plus debeat soluere, non tamen minus si minus ualeat. Respon. secundum Hosti. est usura, & notandum quod quādo dubium, uel periculum non reducunt contractum ad æqualitatem, non excusatur ab usura: sicut si quis uelit uendere merces quas uult tenere usque ad pascha quæ uerisimiliter ualebunt, uel 20. uel 25. uel 30. si uenderet. 3 §. non excusatur, immò nec pro. 30. quia nō reducitur ad æqualitatem. i. ad medium, istæ casus est formaliter in c. si. & c. in ciuitate, de usu. Eodē modo dicitur si aliquis emeret rem minori precio, quàm sit uerisimiliter ualitura tempore quo debet accipere propter hoc quia anticipant precium.

7 ¶ Sextò, ¶ aliquando plus uendunt merca-

tores ad tempus quam ad contantos, propter inueteratam malam consuetudinem, nec aliter aliquando possent, vtrum sit usura. Resp. si illud sit infra rigidum precium non est usura quod perpenditur quando cōsideratis his quæ occurrunt in arte remanent sic vendendo in lucro honesto. Nec obstat, quod ad numeratum vendatur minori precio, uel etiam si aliquando minori precio uenderet, quia aliquando fit propter desiderium habendi pecuniam. Si uerò est supra rigidum, est usura. ar. in c. consuluit, & c. si. eo. & San. Tho. in quadam responsione ad lectorem Floren. con. Archi. Flor. ubi supra. c. 8. §. 3.

8 ¶ Septimò, ¶ vtrum sit usura qñ aliquis emit bouē à rustico quē non habet, & recipit ab eodē rustico fictum vnus bouis. Resp. Em. Vuer. q̄ est usura, si sciuit illum non habere bouem, tum quia est contractus fictus, tū quia non stat sub periculo, tum quia non recipit fructum rei suæ, cum non sit, si uerò nō sciuit, eo q̄ bona fide ambulauit, & potest allegare interesse, non est usura.

9 ¶ Octauò, ¶ queritur vterius quid iuris cū quis emit fructus vnus castri, vel abū redditum ad vitam, uel alium terminū. Resp. si redditus constituatur in aliqua re quæ habeat fructus, est licitum; secus si in incertum. Hęc secundum Inn. & Host. quod sic intelligi, si ille qui uendit habet domum, uel possessionem, qui habent istos fructus, & illos obligat ualeat, si uerò non haberet est contractus fictus, hūc casum tractat diffusē. Pa. in c. in ciuitate. e. & tener, quod sit licitus, & aliquando dicitur emptio pro indiuiso, vnde Io. de Lig. in c. si. e. dicit, quod si census constituatur in bonis, & ad bona relatus, est casus licitus infra. e. 1. §. 9.

10 ¶ Nonò, ¶ quid cum aliquis habuit accipere. c. ab aliquo, in certo termino uenit. Tertius emens ipsa iura pro 90. soluendis de presenti, vtrum sit usura. Resp. si illa recipit ratione laboris, periculi, uel alterius interesse illa 10. non est usura, secus si ratione preuentiois precii. Notandum tamen q̄ quando imminet de hoc litigium si fiat p̄ minori precio, pactio talium iurium non ualeat. C. manda. l. per diuersas, & l. ab Anastasio. nec potest plus accipere ab istis debitoribus quam ipse dederit principali quod pro bono commune statutum est ne litigia

emerentur, uel mouerentur.

11 ¶ Decimò, ¶ est aliquis qui debet habere hinc ad añū. 100. perit debitorē, ut det nūc. 95. & reliquum dimittit, vtrum sit usura, quidam Io. de Ripa dicit, quod non, & si al legatur dec. in ciuitate, & nauigandi. Resp. quod duplex tempus. l. commune quod mē sura primi mobilis, & proprium. i. iste annus sibi concessus, potest uendere 2. nō 1. sed cum dec. nec alii Doc. distinguant de isto tempore. Melius est dicere, quod si fiat ratione alicuius ueri interesse potest, secus si ratione expectationis.

DE VSVRA VI. SCILICET quomodo transferatur dominium.

- 1 In una an transferatur dominium.
- 2 Pignora ementes ab usurariis an acquiratur in eis dominium.
- 3 Usuraria bona quō sunt obnoxia restitutioni.
- 4 Marito an liceat dotem accipere ab usuraria.
- 5 Usurarii uxor, an possit uiuere de bonis mariti. Et quid de familia, & filiis usurarii. nu. 6.
- 7 Filius si expendit centum in studio, vtrum pater teneatur.
- 8 Cooperatores vtrum teneantur.
- 9 Seruiores an possint salariū recipere si usurarius non habeat alia quam usuras.
- 10 Famulus si de mandato domini det pecunias ad usuram an teneatur.
- 11 Notarius instrumentum consciens super usuris an teneatur.

V Sura 6. ¶ vtrum in ea transferatur dominium. Resp. quidam dicunt quod sic licet competat repetitio, hanc opinionem primò tenuit glos. in cap. si uis usuram 14. q. 4. hoc idem uidetur tenere Archi. ibidem, & D. Car. de Tur. cre. ibidem, ad idem est Summa conse. lib. 2. tit. 7. q. 2. §. & Pisa. uer. usura 1. §. 14. Rosel. uer. usura 4. §. 14. Pan. etiam sequitur idem c. ex transmissa. de deci. in glo. 1. Inno. & glo. in cap. Michael. de usu. hoc idem uidetur sequi S. Tho. 4. dif. 15. q. 2. ar. 4. quod 12. hoc idem tenet Pe. de Taran. eadem dif. 4. q. 2. arti. 2. & Pe. de palu. ibidem q. 3. ar. 5. in 2. conclusionē. D. etiam Ar. Flo. 2. titu. 1. c. 8. §. si dicit, quod ista est opinio communis, & q̄ sibi magis placet. Et ratio istorum potest esse, quia quando traditio habet uoluntatē

& consensum domini tradentis transferretur dominium, & licet sit voluntas non omnino libera, tamen videtur sufficere ad translationem domini. 1. q. 1. c. merito. ubi voluntas necessitata dicitur voluntas. Ad idem S. Bern. & Goff. Quidam alii distinguunt dicentes, quod res quae habentur ex usu, sunt in duplici specie: quaedam enim sunt quarum usus est consumptio, ut granum, vinum, vel huiusmodi, vel distractio est consumptio, ut pecunia, & similia, & in talibus transferretur dominium, & de talibus non est dubitatio, sed semper omnes recte sentientes transferuntur: quaedam sunt quarum usus non est consumptio, ut domus, possessio, & similia, & in talibus non transferretur dominium in usura, ut puta si habuisset equum, vel vestem, aut huiusmodi supra sortem mutui, quae proprie dicuntur usurae, dominium eorum remanet apud dantem, & non transit in usurarium, ratio est ista, quia inuoluntarie datur, & iniusto titulo accipitur. Nec enim nudis pactis sine traditione, nec traditione sine titulo transferretur dominium. l. nunquam nuda. & ibi per glossam de acqui. re. do. & l. traditionibus. C. de pac. haec videtur opinio San. Thom. secundae secundae. q. 78. ar. 3. ubi dicit. Sunt fructus rerum quarum alius est dominus, & loquitur de usurario. Et etiam opinio Alex. de Alex. Bonaven. Ricar. Sco. 4. dist. 15. Eandem sequitur Angelica. vers. usura 2. §. 18. Secundum hanc viam diceretur ad contraria. primo ad glossam. quod nihil alleg. imo videtur contra textum. qui dicit quod usuram, & rapinam committit, & in rapina non transferretur. ad Archi. & Car. dicitur quod non multum figunt pedem, & similiter Pan. vel quod loquuntur in foro contentioso, ut ibidem dicit Arch. ad Pisa. & summam confes. quod loquuntur secundum illam opinionem glossam S. Thom. autem non loquitur ibi secundum propriam opinionem, ut patet ibi ubi dicit secundum aliquos. vnde in secunda secundae dicit, in huiusmodi tenetur usurarius etiam fructus rei usurariae restituere quod non esset si esset translatum dominium. Ad alios dicitur quod fuerunt illiciti opinionis. Notandum autem quod prima opinio est magis communis, & contraria videtur multis inhaerere. vnde illi primae magis videtur esse adherendum. Ad

contraria autem dicitur primo, quod illa distinctio innuitur ad S. Thom. ad ostendendum, quod quando usurarius recipit rem fructificatam, ad plus tenetur, quam quando recipit pecuniam, & similia, quia tenetur etiam restituere fructus: non ex eo quod dominium non sit translatum, sed ex eo quia qui soluit usuram, passus est maius damnum, & ad hoc sufficit quod competat sibi repetitio, & hoc intendunt omnia illa supradicta, scilicet repetitionem, nec San. Thom. dicit quod non transferretur dominium, sed quod debet restituere fructus, scilicet ratione interese, imo dicit ibidem, quod ipse qui dat pecuniam usurario si passus sit interese, ipse usurarius tenetur etiam ad illud: ecce quod San. Thom. loquitur de restitutione ratione interese, ideo, & quando dicit, quod recipit fructus rerum, quarum alius est dominus, verum est quantum ad originem, ratione cuius magis damnificatur primus, & sic posset responderi ad omnes alios adducentes illam distinctionem. Signum quod San. Thom. neque alii non intendunt dicere, quod non sit translatum dominium propter hoc: quia tenetur restituere fructus rei, sed sit ratione interese, ex hoc, quia etiam si is qui soluit pecuniam usurario esset passus aliquod interese, usurarius etiam tenetur ad restituendum illud. Ad rationem quando dicitur quod in uoluntarie datur, responderetur quod uerum est, quod non est talis voluntas, quae sufficiat ad donationem liberam, ut non teneatur restituere, est tamen quae sufficit ad translationem domini, non enim est minor voluntas, quam in metu, & tamen aliquando in metu transferretur dominium, similiter dicitur de iniusto titulo scilicet, quod est talis titulus qui sufficit ad translationem domini: non enim est magis iustus titulus in uenditione rei spiritualis, quam in usura, & tamen aliquando transferretur dominium. ut dicit Per. de Pal. ubi supra. unde ualde dignum est, ut res uoluntate dominorum transferantur in alium. Insistit. de re. diui. §. per traditionem. etiam per uoluntatem non omnino liberam, qui etiam uoluntas coacta est uoluntas. ff. quod met. cau. l. si mulier. §. pen. Inno. etiam in cap. Michael. eo. dicit quod usurarius non tenetur ex delicto, sed ex contractu conditio.

ne indebiti, & sic præsupponit translationem domini, quia omnis conditio est perfonalis actio, & non datur pro re propria, nisi contra furem, sed quando pro re non sua, sed sibi debita. l. si. in fi. ff. de usufruct. quemadmodum ca. Idem scilicet, quæ usurarius non teneatur ex delicto. &c. tenet Pa. in c. debitores de iur. iur. ubi Angelica accipit illas suas alleg. pro maiori parte. s. q. nō sit hic titulus, & est mirabile, q. Inn. & Pa. qui fuerunt magni legistæ, non uiderint titulum. qui tamen ambo ubi supra tenent, q. transferatur dominium eodem modo dicitur ad Alex. & alios, scilicet q. competit repetitio, & hoc cōcludunt. ad Angelicam dicitur, quōd uoluit alleg. quædam quæ ponit Pa. in d. c. debitores. sed non bene applicat ut patet ex dictis, magis enim credendum est Inn. & Pa. de istis titulis, quàm ipsi Angelo nec aliud boni in illo. §. adducit, & pariformiter dicitur ad quandam nouam opinionem. Quādo dicitur supra soluendo, quōd gloss. nihil alleg. & ad Archi. & Panor. &c. posset & melius dici, q. sufficit ipso sic tenere, & determinare, quod dicitur quōd S. Th. loquitur. s. m. alios, posset dici, q. ex quo nunquam alibi fecit mentionem expressam de translatione domini, & ibi ubi erat locus nihil aliud dixit, ita uideatur tenuisse, sed fortè noluit aliud dicere ne quis crederet quōd non possit repeti, & præterea communiter Thomistæ alleg. San. Tho. pro illa opinione. Quidam dicentes quōd illa opinio quæ distinguit inter res cuius usus est consumptio, &c. est noua & nulla ratione fulcitur, tenent q. in nulla re transferatur quod probant. primò per S. Thom. ubi supra, & per Bonauen. in 3. dist. 15. & probant etiam ratione. primò, quia non necessariò ad traditionem rei, sequitur translatio domini, ut patet in deposito, & pignore, & similibus, & sic cum soluens usuram minus uelit dare quàm possit præsumptio in dubio fit cōtra usurarium, ideo dicimus quod retinet dominiū, sicut proiciens merces in mare, dat autem ipsam rem, quia aliter nō inueniret mutuum. secundò probant, quia extorquens agrum & comburens illum minus tenetur quàm extorquens, & seruans illum recipiens fructus eius, quod non propter aliud, nisi quia dominium remanet apud dominum,

& plus recipit ab agrò seruato, & sic concludunt, q. in nulla re habita ex usura transferatur dominium. Ex quo sequitur, quod dominium pecuniarum, & aliarum rerum, quæ habentur per usuram remanet apud primū dominum. Et omnes ad quos perueniunt tenentur ad restitutionem, similiter ementes pignora ab usurariis tenentur, uade multi damnabuntur præter suū scire, & multa alia sequuntur, ad hanc opinionem, puta quia res empta ab usurariis nō est sua, & similia. Cum igitur sint multi, & magno doc. puta Arc. in d. gl. Io. de turre. cre. & multi alii, qui hoc expresse tenent, quōd transferatur, & ista uia fugiat multa, inconuenientia, ideo non recedendo ab illa dicemus, ad argumenta. Et ad auctoritatem S. Tho. iam dictum est, & quando dicunt alii, quōd non est propter interesse, sed quia dominium, &c. negetur. Ad Bonauen. & ad alios potest: satisfacere concedendo repetitionem, & quōd ipsi tenentur restituere, ut sæpius determinatum est per ecclesiam. unde in c. cum tu, dicitur quōd uendantur bona empta ex pecuniis, &c. & restituantur usuræ, & non dicit quōd restituantur res, sicut deberet fieri si dominium remaneret, &c. de quo infra. §. secundo. Quando autem dicitur, quōd non necessario ad traditionem rei sequitur translatio domini, transeat, quia secundum S. Thom. aliquis potest tradere usum rei, & retinere dominium in his, scilicet in quibus usus non est consumptio, nec hoc est nouum, sed est antiqua doctrina San. Th. bene fundata, sed tunc negetur consequentia, scilicet quōd in usura retineatur dominium, dicitur enim in tex. 1. quæ. 3. Si quis obiecerit, non consecrationem emi, sed res quæ ex consecratione proueniunt, peccatus despere probatur, & infra. in eod. text. Quisquis horum alterum uendit sine quo, nec alterum prouenit neutrum in uenditum derelinquit, & Sanct. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 4. adducens eundem text. idem tenet, unde qui dat usum dat etiam dominium, & in hoc quōd dat quis rem uideatur etiam dare dominiū. Nec obstat quōd sit præsumptio contra usurarium, seu quōd iste nollit dare, &c. quia sufficit quōd sic conditionale uelit dare ad transferendum dominium, & isto modo conuenerunt, & sufficiunt

sufficit quòd iura dederint sibi remedium ut possit repetere. Et est valde novum hoc quòd quis donet rem, & nollit donare dominium, nec hucusque fuit determinatio ecclesiar, vel alterius doctoris quem viderim qui hoc fixerit. Nec est simile de de-
 docto, pignore, & similibus: quia non con-
 currit ibi donatio sicut in casu nostro. Et
 præterea sic est de natura huius, &c. Non
 etiam est ad propositum de eo qui proicit
 merces in mare, quia nullus est ibi qui do-
 net, vel cui donetur. De eo qui subtripuit
 agrum, & combussit, &c. negetur quòd ad
 minus teneatur, quia non solum tenetur
 ad perceptos, sed etiam ad percipiendos,
 cum fuerit in causa, & præterea etiam si
 non teneretur, non esset ex ista causa, sed
 quia receptum non plus fructificavit. Illa
 etiam opinio, quæ distinguit inter res,
 quorum usus est consumptio, &c. non vi-
 detur esse sic nova, sed habet fundamentum
 in S. Th. maius quàm habeant quæ addu-
 cuntur, non oportet igitur per hoc recede-
 re ab opinione tantorum doct.

2. ¶ Primo, ¶ ex prædictis patet. Respon. ad q. quæ
 quæritur de emeatibus pignora perdi-
 ta, ab usurariis. Nam qui tenent secundam
 opinionem, scilicet quòd non transferatur
 dominium, dicerent quòd tenentur resti-
 tuere, sicut ementes rapta, vel furata, &
 secundum eundem modum. Verum est quod
 possent retinere id quod verisimiliter ab
 usurario receperunt super illo pignore. Ve-
 rum etiam, si dominus ignoretur, suffice-
 ret dare pauperibus illud quod plus vale-
 bat res supra id quod dedit ipse emens usu-
 rario. Vel iterum securius dare pauperibus
 id quod plus valet, supra id quod dedit
 usurarius illi cuius erat pignus. Hanc viam
 sequitur Angelica in ver. restitutio, primò
 ibi usurarius mentalis. §. 18. Secundum ve-
 rò primam opinionem quæ videtur verior
 & cõior diceretur quòd possunt emi, ex
 quo enim est translatum dominium, & ex
 consequenti usurarius factus est dominus,
 si non possent emi hoc esset, vel quia usu-
 rarius efficeret non soluendus propter hoc,
 sed non sit minus soluendo, quia recipit
 precium pro pignore quod quasi tantumde
 valet, habent et usurarius in pignore ius
 sui capitalis, s. sortem mutuata, & sic ip-
 se, qui est obligatus restitutioni potest precium

restituere, vel non posset emere, quia fieret
 iniuria domino pignoris, quod et non est
 hic, quia scienti, & consentienti non fit iniu-
 ria, neque dolus, de reg. iur. lib. 6. Sed cum
 sciat ipse dominus pignorum, ipsum alie-
 nari, non reputat sibi iniuriam fieri si ali-
 quis emat, nec super hoc aliquis conquire-
 tur, & merito quia sic fecit pactum volunta-
 rium cum usurario, quod posset libere alienare
 post tantum tempus. Et cõitates, & domini
 permittunt talia pacta, & firma volunt ea
 haberi, quia aliàs nullus publicè fœnerari
 uellet, ex quo sequerentur multa mala,
 propter quæ tollenda permittuntur, imò ut
 plurimum Papa cõstat talia statuta. Non
 tamen impediunt, vel statuunt, quin pos-
 sint repeti usuræ, & quin possint cogi, quia
 qui hoc faceret teneretur in solidum, & qui
 hoc statueret, vel talis statuta servaret esset
 excommunicatus. in cle. ex gravi. de usu.
 de quo ver. excommunicatio §. casu 50. di-
 cit etiam D. Archie. Flo. ubi supra cap. 8. §.
 si. quòd nullum adhuc reperit Doc. vel legi-
 git, qui asserat hoc illicitum, & teneri ad
 restitutionem expresse, scilicet ementes hu-
 iusmodi pignora, quod si necessarium esset
 non tacuissent, sicut de aliis casibus men-
 tionem faciunt. hæc ille. Magister etiam
 Pe. de Bergo. in suis concor. dubio 106. di-
 cit, quòd aliter esset dicendum de pignori-
 bus, quæ ex pacto, termino transacto, per-
 duntur, & aliter de usura simpliciter, unde
 vult quòd S. Th. in 4. ubi innuit quòd
 transferatur dominium intelligat de istis
 pignoribus, alibi autem de usura simplici-
 ter, unde ista via videtur communior, ve-
 rior, & magis approbata, quia tamen non
 est omnino clara, ideo ante factum consu-
 lendum, quòd abstineant, &c.

3. ¶ Secundò, ¶ consequenter ad præceden-
 tia quæritur quomodo bona usurarii, sunt
 obnoxia restitutioni, iuxta quòd ponitur.
 Primò quædam conclusiones claræ deinde
 dubiæ. Prima clara, usurarii coguntur resti-
 tuere usuras si sint facultates. Secunda cor-
 relatiè. Impotentes non coguntur. Ter-
 tia facultatibus non exantibus debent
 vendi possessiones emptæ ex pecunia fœ-
 nebri, & debentibus recipere satisfieri:
 hæc habentur in text. in capitulo cum tu.
 de usur. Quarta, hæres usurarii, siue filius
 siue extraneus compellitur restituere usu-

ras extortas per defunctum, hæc conclusio est in tex. in c. tua. e. Quinta, siue usurarius, siue hæres, tenetur restituere non solum rem receptam per usuram, sed etiam fructus rei, quæ habet fructum & interesse, quod subiit soluens usuras, hæc de causa. Concor. San. Thom. secunda secundæ. questio. 78. ar. 3. Prima conclusio dubia sumitur in glo. fin. in dicto cap. tua. vnum scilicet omnia bona usurarii sunt tacite obligata, seu hipotecata, glo. uidetur dicere q. sic, & secundum Pan. ibidem, omnes antiqui doc. tenuerunt illam, cuius fundamentum sumitur ex dicto cap. cum tu. ubi dicitur q. possessiones emptæ ex usura uendantur, & precium restituatur, si enim ille pecuniæ non essent obnoxia, &c. Aliud fundamentum est in d. cap. tua. ubi dicitur q. eadem ratione tenetur hæres, sicut usurarius, quod non esset nisi bona essent, &c. S. T. etiam dicit in d. 3. arti. ad secundum. q. possessiones quæ emptæ fuerunt ex pecuniis usurariis sunt obligatæ: sicut & alia bona igitur, & in glo. in cap. quanquam. de usu. lib. 6. in ver. facultates. dicitur q. bona sunt hipotecata. In contrarium est Host. in d. c. tua nos. & Ioan. An. in d. c. quanquam. dicentes dictam hipotecam nullo iure probari. & Fe. consi. 22. dicit q. ex quo ista hipoteca non est aliquo iure expressa non debet per hoc interpretari iudici, & q. c. cum tu. non loquitur generaliter de omnibus, sed de bonis emptis ex pecunia usuraria. Panor. etiam in d. c. cum tu. dicit in glo. fin. post Fe. & Io. An. q. ille tex. nihil facit in proposito, quia ibi non dicitur q. agatur hipotecaria, seu reali actione, super istis possessionibus, sed tantum dicitur, q. possessiones debent uendi: immo ea. cum tu. facit in contrarium, quia si possessio esset obligata non diceretur, q. uendatur, sed petatur. unde quamuis secundum, q. concludit Pa. in d. c. cum tu. de æquitate. possessiones, quæ sunt emptæ ex pecuniis usurariis, quæ peruenerunt ex titulo lucratiuo ad aliquem, debeant uendi, & restitui, quia ex quo res mea tibi mihi debita peruenit ad te ex causa lucratiua tu tenetur restituere. l. si me. & tichū. ff. si cer. per. & hoc per iudicis officium, non tamen hoc est eo respectu, q. possessiones sunt obligatæ.

Secunda Pars

Ad hoc etiam facit S. Tho. ubi supra ad secundum. ubi dicit q. possessiones quæ emptæ sunt ex usuris, non sunt eorum quorum sunt usuræ, sed illorum qui eas emerunt, & q. sunt obligatæ illis à quibus fuerunt usuræ extortæ, sicut & alia bona usurarii, & ideo non præcipitur, q. assignentur illæ possessiones illis à quibus fuerunt extortæ, sed q. uendantur, &c. unde concludit Ho. in d. c. tua quod ille ad quem bona usurariorum peruenerunt ex titulo singulari, si ne ex causa lucratiua, siue onerosa non potest molestari super illis bonis etiam pro usuris restituendis, aliis multi illaquearentur. Et quod illa distinctio ex causa lucratiua, uel ne, habet locum in bonis emptis ex usuris. Et dicit d. Anto. in d. c. tua, q. ista opinio fuit in facto seruata, & q. non est curandum de communi opinione, quæ non probatur iure, &c. Et dicit Pa. q. opinio Ho. nunc est communis opinio, ex quod omnes sequentes, illam sequuntur. & D. Ar. Flo. in quadam responsione, dicit istam opi. esse ueram, aliter sequerentur multa inconuenientia. Et sic patet solutio ad contraria. Facit etiam quia secundum Pa. in d. c. tua. dum papa esset consultus de omnib. bonis usurarii respondendo restrinxit se ad hæres, de hoc Angelica in uer. restitutio t. ibi usurarius. §. 16. & Rosella. uer. usura 4. §. 4. secunda conclusio sequens ad istam opinionem est q. prima conclusio in glo. in d. c. tua. scilicet q. hæres usurarii tenentur ad restituendas usuras, non in solidum, sed pro hæreditariis portionibus, & quod uno effecto non soluendo alius non potest conueniri in totum, est uera, prima pars huius quæ est prima concl. in predicta gl. probatur: quia ut ibidem dicit Pa. hoc non est speciale in hæredib. usurarii. sed idem est regulariter in quibuscunque hæredibus: quia actiones competentes contra defunctum diuisæ sunt per legem inter hæres ex hæreditariis portionibus. l. 1. & 2. C. de act. l. 1. & 2. pars conclusionis scilicet q. uno effecto non soluendo, &c. probatur s. m. Pan. ibidem, quia si posset in solidum conueniri hoc esset quia omnia bona sunt obligata, sed si omnia bona essent obligata posset unus in solidum conueniri etiam si alius non esset non soluendo, sed hoc est falsum. Tab. ccc sum,

sum, etiam secundum glo. igitur. unde dicit Ioan. Cal. q. diuisio facta fuisset inter hæredes, tunc aliter non conueniretur in solidum. dicit tamen. D. Ant. q. hæc conclusio secunda posset in fauorem animæ praticari scilicet ut citius anima defuncti liberetur, & dicit Pan. q. de subtilitate iuris est uera scilicet q. alius nō teneatur: &c. Sed quid si bona usurarii excederent usuras, dicitur ut prius, quia non tenetur de subtilitate iuris in solidum. Sed quid si hæreditas usurarii non sufficeret. Hosti. uult quod in foro contentioso si non fecit inuentarium tenetur. sed Pan. in sape dicto c. tua. post Fel. q. nec in foro animæ neque contentioso tenetur, & etiam si in foro contentioso tenetur non tamen in foro animæ, quia lex fundat se super præsumptione, quæ hic deficit de hoc Rosel. uer. usura. 4. §. 7. Quid si quis se obligasset fide iubendo ad restitutionem quidam eicunt ut S. Bernardinus, q. tenetur: sed alii melius dicunt, q. non tenetur plusquam se extendat bona usurarii habito respectu ad tempus, quando se obligauit, & hoc si de iubente simpliciter si enim se obligasset in omnem euentum. secus esset. Secunda conclusio ibidem Pa. in d. c. cum tu. in glo. in uer. in facultatibus. quod usurarius in foro conscientie etiam si cessit bonis tenetur in integrum, nec habetur ratione egeat. etiam si post restitutionem remaneat pauper, dummodo non in ultima necessitate de quo diffuse. uer. restitutio. §. 4. utrum per remissionem sine reali restitutione liberetur. uer. restitutio. §. 3.

4. ¶ Tertio, ¶ utrum liceat marito recipere dotem ab usuraria. Ad hoc multi multa dicunt sicut facit Angelica uer. restitutio. 1. ibi usurarius. 19. & 20. & Rosella. uer. restitutio. 8. §. 5. & 6. & Pisa. uer. usura. 1. §. 31. & D. Arch. Fl. 2. tit. 1. c. 9. §. antepenult. Pa. in c. cum ta. de usu & multi alii. Breuiter tamen uidetur sic esse distinguendum, quia uel usurarius habet alia bona præter usuram, & sic est securus, uel non habet alia, & tunc iterum distinguo, uel quando accepit dotem habebat alia, & sic etiam est securus, si uerò non habebat alia, uel maritus, quando accepit credidit ipsum non esse usurarium, uel habere alia, & sic quia bona fide accepit titulo oneroso non

teneatur restituere maximè quousq; sciatur si uerò ipsa non habebat alia, & sciuit, q. non habebat alia præter usuram. Non potest recipere, & si recepit tenetur restituere. Si tamen quando accepit ignorauit, & postea sciuit, quidam dicunt, q. non tenetur, si bona fide accepit, quidam dicunt contrarium. De filia uero soluto matrimonio. si scit, q. tempore solutionis non habebat alia, quia habet titulo uniuersali, & lucroso. secundum Pe. de pal. & Pa. tenetur restituere, quamuis Fed. dicat contrarium, eo quod ipsa non accepit immediatè ab usurario, sed à marito suo: est enim translato dominium in maritum, & non sunt obnoxia restitutioni. Notandū secundum D. Archi. Flo. ubi supra, q. si uxor est parata restituere, & uir non uult. est excusata, & e contra. Si autem nullus uult, ambo sūt in statu damnationis secundum eundem. est remedium, quia si usurarius habet sufficientiam pro certis potest petere ab episcopo. ut illis donet tanquam pauperi. Si autem bona patria non sufficiunt ad certam, tunc proponat restituere cum habeat libertatem, uel petat relaxationem, uel prolongationem, intuitu pietatis. Alias restituat, nisi esset in extrema necessitate, uel magno periculo ipsa, uel sua familia, & si impeditur cum uidet in periculo mortis, uocet uirum & filios, & protestetur de restitutione.

5. ¶ Quarto, ¶ queritur de uxore usurarii, utrum possit uiuere de bonis mariti, & breuiter dimittendo alleg. distinguitur secundum mentem doc. ubi supra, quia uel usurarius habet alia bona, quam usuram, & sic potest: si uerò non habet, uel sit non soluen- do ex hoc, uel non, si secundo modo, puta quia laborat, & maximè in conseruatione rerum utiliter se habendo pro creditoribus, & sic etiam potest. Si uerò ex hoc fiat non soluendo, tunc uel habet dotem suam non mixtam cum reliquis, & sic de illa possit uiuere, uel etiam si erant aliqua bona immixta, quæ erant in hæreditate usurarii, ante usuram, posset etiam ex illis uiuere, si etiam essent aliqua hereditè acquisita maximè, non mixta ex eis possit uiuere. si uerò nihil istorum dictorum adesset, tunc debet si potest laborando, uel ab amicis quæ- rere uictum, uel etiam secundum aliquos excusatur

excusatur si hortatur virum ut restituat. c. cū uoluntate. de sent. excom. quia tunc utiliter, & fideliter pro creditoribus se habet: ista uidentur esse secundum Ray. Hostien. & Guill. possit adhibere hoc remedium ut si uir habeat restituere incerta episcopus sibi donet illa. Si uero nulli istorum adefset, & non adintenerit alium honestum modum quo uiuere possit, sic tanquam existens in extrema necessitate uiuat parce.

6 ¶ Quinto, ¶ consequenter queritur de filiis, & familia usurarii, cui breuiter respon. q. si usurarius non sit, ex hoc, non soluendo possunt uiuere ex illis. si uero esset, non soluendo quicquid accipiant tenentur, quia faciunt ipsum impotentem ad restituendum possent excusari. Primo, si fideliter procurant de restitutione. Secundo si laborat fideliter, & utiliter in domo. Tertio propter ignorantiam. Quarto propter necessitate.

7 ¶ Sexto, ¶ queritur de filio qui in studio expendit. 100. utrum teneatur. Rñ. q. si pater erat non soluendo ex hoc: i. ex hoc habebat impotens ad soluendum, hoc significat ista uerba, non soluendo, & ipse sciebat, tunc tenetur restituere.

8 ¶ Septimo, ¶ queritur de cooperantibus utrum teneantur. Resp. pro fundamento, sumenda est regula; quæ habetur de iniur. & dam. da. c. Si culpa. ubi dicitur, qui occasionem damni dat. damnum quoque dedisse uidentur. pro cuius declaratione sciendum, q. occasio sumitur dupliciter. uno modo pro eo quod est aequaliter inductiuum seu causatiuum alicuius effectus, sed non sufficienter, & efficaciter, & ista est propria acceptio huius dico, occasio: sic dicitur occasio submerisionis, uel prædationis nauis: nauta qui ducit nauem ad aliquem locum ubi prædatur uel submergitur, qd tamen non erat uerisimile, & isto modo qui dat occasionem usuræ uidetur dare danum, sed non dat, unde non tenetur. Alio modo sumitur pro eo quod est inductiuum, & causa sufficiens sine qua non esset, & ista est impropria acceptio occasionis, & magis proprie dicitur causa, sicut qui faceret foramen in nauis est causa submerisionis, quæ aliquando est directa scilicet, quando intendit, & indirecta, quando non intendit, sed non impedit seu non obuiat, quando de-

bet, & potest. ut esset nauta. &c. & sic qui dat causam tenetur in solidum. uer. restitutio. §. 23.

9 ¶ Octauo, ¶ queritur de seruitoribus utrum possint salarium suum recipere, quando usurarius non habet alia, quam usuras. Respon. q. si seruit, utiliter in licitis, & non in operatione usuræ, potest recipere. Utilitas enim quam recipiunt usurarii componitur. secus si seruiant in aliis. hæc secundum Vueruan. Archie. Flo. ubi supra. c. 10. principio.

10 ¶ Nono, ¶ quid de illis famulis qui de mandato domini, dant pecunias ad usuram, & recipiunt illam. Resp. secundum Vuer. q. quæ alia esset ipse facturus, & nil peruenit ad eorum manus, non tenentur. Idem Pet. de pal. si uero sunt quasi principales sine quibus non fieret, tenentur si principalis non restituit, quia præstant causam sufficientem. Sed quid de illo qui sine mandato domini generatur. secundum Vueruan. tenetur et si nihil ad eum peruenit. De illo autem qui uolebat gratis mutuate, & induxit ut cum usura secundum eundem tenetur, quia impediuit utilitatem proximi. con. R. ocl. uer. restitutio. §. 6.

11 ¶ Decimo, ¶ quid de notariis qui super usuris conficiunt instrumenta. Res. fm. Hosti. sunt periuri, & infames tamen pecuniã quam pro opere receperunt non tenentur restituere, uidentur autem, q. debeat pauperibus erogare. ar. 14. q. 5. non sanè. utrum autem teneantur restituere illas usuras, solent distingui, q. si fecerunt instrumentum scienter ac si non esset usura, tunc dederunt causam sufficientem. si uero ignoranter non est culpa, si autem fecerunt instrumentum, quamuis sint periuri non tamen dederunt causam sufficientem, quia possunt se iurare per illud instrumentum. Con. D. Archi. Flo. ubi supra. ca. 9. §. 6. ibi de notariis. Eodem modo dicitur de teste, & aliis concurrentibus, quia si causam sufficientem. &c.

DE USURA SEPTIMO.
de ciuitatibus dantibus,
ad usuram.

1 Civitas si det usuram an omnes cives teneantur.

- 2 *Pupillus pro quo tutor multos contractus usurarios fecit, an teneatur ad usuras.*
- 3 *Creditori an liceat accipere debitum ab usurario.*
- 4 *Profenetae vel sensales an teneantur pro usuris in quibus fuerunt mediatores.*
- 5 *Elemosinae usurariorum an licite recipiantur.*
- 6 *Aduocati Procuratores, Iudices, & similes, quorum patrocinio usurae scienter exiguntur, an teneantur ad restitutionem.*
- 7 *Satisfacere an alius liceat pro usurario de bonis ipsius usurarii, uel sibi accipere debitum.*
- 8 *Domini temporales, qui recipiunt bona ab usurariis qui non habent aliud, quam usuras an teneantur.*

1 **V**Surā § septimò. de ciuitatibus dantibus ad usuram utrum omnes teneantur ad restitutionem. Respon. secundum Vuer. quòd illi qui sunt principales, & consentiunt, uel mandant, sine quibus factum non fuisset, tenentur in solidum. Alii uerò qui consentiunt, uel contradicunt cum possent, peccant, & tenentur: in tantum quantum emolumenti per cepertunt: ratio primi est, quia dāt causam sufficientem: ratio secundi quia habēt malam uoluntatem, uel iniuste recipiunt. cō. D. Arch. Flo. secunda tit. 1. c. 9. §. ibi. quid de ciuitatibus.

2 § Primò, † utrum pupillus pro quo tutor multos contractus usurarios fecit, teneatur restituere. Respon. quòd uel ille qui soluit istas usuras donauit liberè, maximè ipse tutor, qui fortè exercuit pecunias pupilli, uel tenebatur ponere ad lucrum, & tunc uel recepit ab ipso tutore, & sic potest recipere ratione interesse, uel pœnæ, tantum quantum potuisset iuste lucrari, & de buisset ipse tutor, aliàs tenetur restituere, sed utrum ipso pupillo non restituente tutor teneatur de illis quas accepit nomine pupilli. Respon. breuiter secundum Pan. in ca. Michael. de usu. in fi. quòd tenetur, quia debet causam sufficientem. hæc habes. in Archi. Flo. ubi supra. ca. 9. §. 8. ibi. sed quid de quinque. & §. 3. ibi. quid de eo & c. 7. §. 20. ibi quid de pœna. uerfi. tutela §. secundo.

3 § Secundò, † utrum liceat creditori reci-

pere debitum ab usurario, qui non habet nisi usuras, per mutuum, uel per alium modum. Res. secundum D. Archi. Fl. post Vuer. uan. secunda. titu. 1. c. 9. ibi. utrum autem liceat. & c. q̄ si fideliter mutuauit ad opera licita, uel debet habere ex contractu, uel quasi, uel ex delicto, uel quasi potest recipere, & retinere, si uerò mutuaſſet ad illicita puta pro ludo, meretricio, uel histrione, nō liceret, & si recepit, & usurarius non est sol uendo, tenetur restituere.

4 § Tertio, † utrum profenetae, uel sensales teneantur pro usuris in quibus fuerunt mediatores. Respon. glo. in c. Michael. de usu. in fi. tener, quòd non. hoc idem Vuer. contrarium tenet Pan. ibidem, art. 46. distin. c. sicut. con. Hostien. & Goff. dicentes, q̄ si principalis non soluit, iste tenetur, quia dedit causam delicto, & eodem modo intelligit de aliis cooperatoribus, quod intelligit de causa sufficienti sine qua non. Arch. Flo. ubi supra. ca. 9. §. pen. ibi de profenetis. post Geral. sic distinguit, quòd dupliciter possunt mediare. Primò pro indigente rationabiliter utendo in bonum malum usurarii, & non inducendo, & sic nec peccant nec tenentur, & possunt recipere iustum precium pro labore. Secundò cum stant pro lucro usurarii, & pro parte sua, & tunc tenentur ut dicit secunda opinio.

5 § Quarto, † quæritur de elemosinis usurariorum. Respon. quòd prædicatores, & confessores, qui inducunt, uel in publico, uel in priuato ad restituendum, possunt recipere moderatas, & necessarias cap. cum uoluntate. de senten. excom. quo uerò ad alios possunt alii pauperes recipere si ipsi usurarii habent tot bona, ut possint satisfacere pro certis, de aliquo non possunt, aliter recipere, nisi in extrema necessitate. Pa. in c. cum uoluntate. mouer generaliter utrum possit quis recipere oblationes ab excommunicato, uel usurario, sicut elemosinas, & responder post Innocen. quòd non: ratio diuersitatis, quia in publico fiunt, & ne ecclesia uideatur fauere illis, decimas tamen licite recipiunt.

6 § Quintò, † aduocati, procuratores, iudices, & similes quorum patrocinio usurae scienter exiguntur, secundum Inn. & Host.

in cap. Michael. de usu. & Arch. 14. q. 4. c. si quis oblitus, tenentur ad restitutionem, & similiter si defendunt ne solvantur, nec excusat si scituras palliatas offerunt, quoniam ipsi habent de hoc conscientiam. concord. Archie. Flor. secunda titu. 1. c. 9. §. 2. ibi. quid de eo. secus de illo qui prestat nudum ministerium. Ar. Flo. ibidem. ver. aduocatus. §. 13.

¶ Sexto, utrum liceat alicui satisfacere pro usurario, de bonis ipsius usurarii, uel sibi accipere debitum. Respond. primo secundum Panor. in ca. olim. el. secundo. circa si. potest aliquis accipere suum etiam furtim dummodo ex hoc non accidat malum sibi, uel alteri: puta si esset periculum, quod alteri imputeretur furtum scilicet custodi, uel aliis, uel sibi ex hoc immineret periculum personae, uel famae seu rerum, uel quocunque alio modo. ubi fieret cum periculo. Et intellige, quando est clarum quod sibi deberetur. eodem modo crederem, quod quicumque habet aliquid quod pertinet ad obligatum ad restitutionem, & ipse non uult restituere, nec est periculum, quod sibi solvatur, nec imminet quocunque modo alio periculum, postea restituere, quia fideliter agit negotium suum. Vide aliquid uer. restitutio. §. 30.

¶ Septimo, utrum domini temporales, qui recipiunt bona ab usurariis, qui non habent aliud, quam usuras teneantur. Respond. si recipiunt hoc scientes, & titulo lucratiuo, credo, quod sic. secus si alio titulo. utrum autem teneantur ad restitutionem si non cogit eos restituere, quidam dicunt, quod sic. non uideo tamen causam nisi requireretur, & sua culpa non fieret restitutio.

DE VSURA OCTAVO.
scilicet de accipientibus.

- 1 Accipere an liceat ad usuram.
- 2 Usurarium crimine an liceat inuolui pro opere pio.
- 3 Usuras accipere an liceat pro indifferenti.
- 4 Usurarium inducere ad mutuum pro usura an liceat in extrema necessitate.
- 5 Pecuniam an liceat ponere apud usurarium
- 6 Malefium patiens an possit uti sine peccato opere incantatorum ad illud dissoluendum.

Secunda pars

V Suram octauam. verum liceat accipere ad usuram. Respond. secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 78. ar. 4. quod ab eo qui paratus est, & exercet usuras licet accipere mutuum sub usuris, propter aliquod bonum quod est subuentio suæ necessitatis, uel alterius, sicut licet ei, qui incidit in latrones manifestare bona quæ habet, quæ latrones peccant diripiendo, ad hoc, quod non occidatur, exemplo decem uirorum, qui dixerunt ad Ismael. Noli occidere nos, quia thesauros habemus. Hier. 41. Probatur hæc conclusio, quia quamuis non liceat aliquo modo inducere aliquem hominem ad peccandum est tamen licitum uti peccato alterius ad bonum, sicut Deus utitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. ut dicitur in Enchiridion, & ideo Aug. publicoræ quærenti. utrum liceret uti iuramento eius, qui per falsos Deos iurat in quo manifeste peccat, eis diuinam reuerentiam adhibens. Respondit, quod qui utitur fide illius, qui per falsos deos iurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat qui per dæmonia iurat sed pacto eius bono, quo fidem seruauit. si tamen induceret eum ad iurandum per falsos deos peccaret. Vide sequentes. §. & maxime ultimum.

¶ Primo, ut dubitatur de conclusione. §. præcedentis, quia Inno. in c. super eo. de usu. sciens magnam gloss. uidetur concludere quod ille tex. intelligitur tam in dante, quam accipiente, ubi uidetur quod etiam pro opere pio non licet inuolui crimine usurarium: ratio eius, quia si nullus acciperet non essent, qui darent, & sic uideretur dare occasionem: & ceter. contrarium tenet ibi Panor. post Hostien. per cap. debitores. de iur. iur. ubi iurans soluere usuras tenetur adimplere iuramentum, ergo recipere usuras non est peccatum, alias illud iuramentum esset illicitum, & sic non seruandum. de iure iuran. capitu. si uerò. Cōclude igitur, quod in mutuantem semper est peccatum, in recipiente uerò aut accipit pro opere illicito, & est idem. Aut pro opere pio. Aut pro opere indifferenti: & tunc aut ille erat paratus mutuare, & tunc recipiens non peccat, quia non inducit illum ad peccandum, sed obsecrat, ut præligat. uel ut

Sum. Tab. etc 3 luc.

succurrat eū aliis, nō. n. inducit ad volendā usurā, quia iam vult illā sed ad subueniendū necessitati infra. §. 3. Nam libenter vellet habere mutuū sine usuris. si aut ille non erat aliās paratus tunc non est licitū eū inducere, quia daret causam delicto, & ira pōt intelligi iste text. s̄m secundā lect. si tñ non mutuādo incurreret iste maius peccatum, quā si peccatum vsuræ, tunc possum sibi persuadere, vt potius mutuet sibi sub usuris, quā incurrat maius peccatum, in non mutuādo, quidam tñ contra secundū Io. And. in c. peccatum. de regu. iur. lib. 6. sed primum dictum verius ar. ca. si quod verius. 33. qō. 2. vbi Aug. consuluit minus peccatum vt euitetur maius. hæc Pan. vbi supra, quæ omnia videntur esse secundum mentem San. Thom. præter tria. primum est pro indifferenti de quo in §. se. secundum in extrema necessitate de quo in 2. se. tertium est quod dicit, q̄ potest persuadere minus peccatum de quo dic vt infra. §. si. in fi.

3 ¶ Secundō, † utrū pro indifferenti liceat accipere, qđ concedit Pa. in §. præcedenti, cui con. Angel. ver. usura. 2. §. 2. & Rosel. uer. restitutio. 9. prin. Sed contra est Sa. Ber. ut recitat Rosel. ibi. & similiter Supple. ver. usura. 1. §. 18. qui tenent, quod non potest, quis accipere nisi propter magnam necessitatem. Mediam viam tenet Pis. ibidē. & Arc. Flo. 2. ti. 1. c. 9. §. si. qui post Pet. de Palu. tenet, q̄ pro omni necessitate. Contra primā opinionē est expresse S. Th. in cod. q̄ dicit, subuentio suæ necessitatis, vel alterius, similiter quia hoc est aliquo modo præbere materiam peccati quod non licet nisi in necessitate ut infra. §. si. contra secundā opi. est qđ dicit Aug. 22. q. 1. ca. mouet. Vbi expresse dicit, q̄ nō peccat, & q̄ non dat occasionē peccandi nec consentit, & cōiter doc. tenent q̄ pro omni necessitate, maximē Vuer. Not. tñ q̄ Ange. & similiter Rosel. contra se dicunt dum ponūt simul, q̄ potest accipere pro utilitate vel pro bono, & concludunt pro indifferenti: indifferentis. n. scilicet ad bono, & malo. Ad dit Pe. de pal. q̄ non licet accipere sola cupiditate augendi pecunias, secus si faceret ad meretriciam iustam pro conseruatione familiar. vel alterius rei iustæ, non tñ pro ludo, meretricio, & similibus secundū S,

Thom. & alios docto.

4 ¶ Tertio, † utrum in extrema necessitate liceat inducere usurariū ad mutuandū pro usura, illū qui volebat mutuare, hoc. n. est expresse contra S. Bernardinum. & ut esse contra S. Tho. in eo q̄ dicit, q̄ non licet aliquo modo. Pa. tñ ubi supra innuit, q̄ sic Rel. q̄ Pa. loquitur qñ ex hoc fugeret maius peccm, qđ licet. ut in d. cap. si qđ uerius, sed S. Th. dicit, q̄ nullo modo licet inducere ad peccandum, sed iste inducit ad minus peccandum, & eodem modo quo licet pro se, licet ēt pro alio. Sed ut, q̄ cōsentiat ad peccatū, quia uult ut ipse mutuet, & dat sibi scādalu actiū eō, q̄ mouet illū ad mutuandū, & administrat materiā cōmittendi usurā, quia si nullus peteret, & c. Rñ. 1. q̄ nō cōsentit in usuram q̄ est peccm. sed in mutuū qđ est bonū, & utile supra. §. 1. & infra. §. si. Aliud est. n. cōsentire alicui in malitia. Aliud est uti malitia alicui ad bonū. ille. n. dī consentire cui placet, uel forte inducit s̄m S. Th. in q. Ma. q. 13. ar. 4. ad septimum. Nec dat scādalu actiū, quia ipse iā habet causam peccati in mente sua ex qua sumit occasionē peccati, q̄ aut tñ scādalu passiuū nihil refert, nec est necessarium desistere à mutuo petendo si indigeat, quia hōmō scādalu passiuū nō prouenit ex infirmitate, uel ignorātia, sed ex malitia suæ uolūntatis, q̄ aut dī q̄ administrat materiā, dī q̄ quamuis nullus homo pro commodo temporali uitando debeat consentire in peccatum alterius tamen pro aliquo incommodo uitando potest homo uti licite malitia alterius, uel materiā ei non subtrahendo, uel præben do sicut latro uellet iugulare aliquem, & uitandū periculum mortis sibi manifestaret thesaurum suum diripiendum, nō peccaret ut supra dictū est. Sed pro declaratione queritur utrū liceat persuadere minus peccatum ut fugiat maius, puta est aliquis qui patit ut extremam necessitatē, & moritur desperatus nisi aliquis sibi subueniat, & nullus est, qui possit, uel uelit subuenire nisi ille, qui non est paratus facere usuram, & nō possunt hīc ut subueniā illi nisi inducā illū, qui nō est paratus ad usuram, nūquid licet mihi inducere illum ad faciendam usuram morienti. Et s̄m Pano. qui adducit text. Beati Aug. ut q̄ sic, quid

licet persuadere minus peccatum ut fugiat manus, ut in proposito. Ex alia parte uidetur secundū S. Th. q̄ non, quia nullo modo licet inducere illum, qui non est paratus, & hoc confirmat Reueren. Car. Gaie. ut patet infra. §. si. Et sic. q. remanet dubia. Res. q̄ possumus dupliciter loqui. primò simpliciter, & sic nullo modo debet aliquis persuadere peccatum, quia si possit bene persuaderi, uel eligi, iam non esset peccatū, & sic intellige S. Th. & Car. secundo modo possumus loqui aliquo præsupposito. s. q̄n aliquis est necessitatus, ut committat aliquid duorū peccatōrū puta, aliquis habet in conscientia erronea, q̄ sit peccatū mortale audire missam in die festo, &c. & tunc non esset inconueniens ut persuaderet minus. &c. non. n. persuadet, q̄ faciat minus nec placet sibi illud minus sed persuadet, ut non faciat maius. & sibi placet, & sic intellige Pa. & B. Aug. ad casum adductū de eo, qui est in extrema necessitate dī, q̄ ipse, uel alius pro eo debet illi significare suam necessitatem, & petere ut subueniat, quia tenetur, & si non subueniat iam manifestat suam auaritiam, & illa poterit uti in bonum, promittendo usuram quam nollet nec petit, sed permittit ad bonum, & sic soluitur argumentum.

5 **¶** Quarto, si uerum liceat pecuniam ponere apud usurariū. Resp. si quis poneret ut ipse usurarius ex eis exerceret usuras, uel magis exerceret. uel ut ipse dans pecuniam aliquid usurariē acciperet. absq; dubio peccaret tanquam consentiens in peccatum, & tenetur inquantū peruenit ad eum, sed si daret ad securē custodiendū, uel ut redimeret suum tunc nō consentiret sed utitur malo suo in bonū propriū. hæc S. Th. Ma. q. 13. ar. 4. ad tertiū. & 18. con. Rosel. uer. restituito. 9. §. 1. uide infra §. se. cir. si.

6 **¶** Quinto, si queritur consequenter ad præcedentia. utrum patiens maleficium possit sine peccato uti opere incantatorum ad illud dissoluendum. Resp. s̄m D. Ar. Flo. in tertia par. impedimēto impotentie coeundi post Host. in c. literæ uetræ. §. mulier. de fir. & male. & sequitur Io. in sum. confe. loquendo de maleficiatis dicens, q̄ satis tollere potest ecclesia, uana uanis, & dicit Io. q̄ dicit uana non illicita, unde non est extendendū, sed forte quasi ad quædam

indifferentia, dat exemplum ipsa Rosella. quia dicitur q̄ qui facit celebrare tres missas de domina, & post experiantur se ad actum matrimoniale nudi: &c. nec credit, q̄ tale uotum habeat hanc uirtutem, sed credit destruere passionē dæmonum. Vide diffusius uer impedimentum. 12. scilicet impotentia coeundi. §. 9. Pro declaratione eorum que dicuntur in toto isto capitu. & uer. impedimentum. 12. §. si. notata sunt aliqua. primò, quia in tali acceptione mutui concurrunt tria. primum est finis propter quem accipitur puta subuentio necessitatis. secundum est quod petitur puta mutuū. tertiū est quod sequitur receptio usuræ. Quantum ad primum notandum, q̄ aliquando illud est peccatum mortale, puta quando accipit mutuū, ut committat adulterium uel stuprum. Aliquando ueniale, puta quando ad inanem gloriam uel ut laute comedat. Aliquando indifferens. Aliquādo est bonum, puta ut familiam congruenter gubernet. Aliquādo propter necessitatem. Quando fit tribus primis modis, dī cōiter à doctorib. q̄ non potest fieri. s. sine peccato siue mortali siue ueniali nec est necesse, q̄ quando dicunt, q̄ non potest fieri, semper intelligit de mortali. Si uerò fiat duobus modis ultimis tunc est bonum fieri. Quantum autē ad secundum principale. s. quod petitur, puta mutuū, necesse est, ut possit fieri sine peccato. quando ipse dans uelit. Quantum ad tertium. scilicet quod sequitur oportet, q̄ ipse petens non intendat, neque petat, neque sibi placeat, sed illud præscitum permittat, & eo utatur. Nec hoc debet habere radicem. i. motiū à petente, sed habet radicem ab auaritia dantis, & ab eodem habet rationem scandali pasciui, & istis scilicet auaritia, & receptione usuræ, utitur petens ad bonum suum, redimendo uexationem suam. Eodem modo dicitur de eo, qui incidit in latrones, qui dicit noli me occidere, quia habeo bona in agro, & cetera. hic enim finis est conseruatio propriæ uitæ, quod est bonum, & hoc petit, & querit: petit etiam uelle ostendere bona sua, quod potest fieri sine peccato, sequitur rapina, quā præsciens non intendit neque petit, sed illud permittit, & eo utitur ad bonum suum, quod hēt radicē

noniam in auaritia eorum, id est ratione scandali. Sic etiã dicitur de publicola querenti, &c. Nam finis erat consecutio sui crediti quod est bonum, petebat autem asecuratione siue fidei iustionem, quod poterat fieri sine peccato. Illud quod sequitur id est iurare per falsos Deos hoc non petebat, sed radicem habebat in infidelitate eius, & hoc prescians permittebat & eo utebatur. Similiter potest dici de Loth, si tamen illum uelimus saluare, ut uideatur facere scriptura secundã. Pe. 2. tibi dicit illi iustum. Finis enim eius erat seruare illos iuuenes à crimine pessimo, & hoc petebat quod erat bonum: petiuit etiam q̄ educeret filias extra, quod poterat fieri sine peccato si illi uoluissent: illud autem q̄ dixit abutimini, dixit solum permissiue, abusione autem illorum urebatur ad liberandum pueros, uide aliquid, uer. excusari §. fi. Et simile posset esse, de gestis circa uxorem leuitã. Iud. 19. quamuis non oporteat forte illum excusare, sicut Loth. Nec oportet dicere sicut quidam dicunt quod eligat minus malum, ut fugiat maius, quia nec etiã licet mala facere, ut ueniant bona, sed debemus dicere quod uitur malo, uel permittit, uel quod redimit uexatione suam. Non sic autem dicere possumus de eo qui est maliatus, ut curetur ab incantatore. Ibi enim est primò liberatio maliati quæ est bona, petiuit uerò est operatio incantatoria qua debet eum liberare, quod non potest fieri sine inuocatione demonum quod est malum, quando igitur petit hoc quod non potest fieri sine peccato, & sic causat aliquo modo scandalum acriuum, & est aliquo modo radix, & mouens, ideo non licet. De eo autem qui dat pecuniam in deposito usurario de quo uerisimile est, q̄ non seruabit depositum sed ex illis faciet usuram, uel maiores usuras, non est simile, quamuis sit ibi ratio conseruationis depositi, quæ est bona, & hoc petit quod potest fieri sine peccato, & possit non intendere usuram, sed permittere seu uti, &c. quia tamen est alia ratio determinandi, eo q̄ non eligat fidelem conseruatore, quia indiget pecuniis, & est usurarius, & hoc si bi constat, ideo se habet sicut ille qui deponeret custodiendam uirginem luxurioso, uel cibum delicatũ, guloso, & similia.

vñ S. T. concludit, q̄ non possit fieri, secus esset de illo usurario, qui habet pecunias abundantes, & est probabile, q̄ seruabit fideliter depositum. supra §. 4. Intelligitur igitur omnia quæ dicuntur in toto isto c. secundum has declarationes. uide aliquid, uer. simonia. §. 26. in fi.

DE USURA NON ratione pœnæ.

- 1 Accipi an possit aliquid supra sortem ratione pœnæ.
- 2 Obligatus ad totum, & facias partem. an debeat totam penam soluere.
- 3 Officiales deputati quis non accusant, an teneantur ad aliquam penam.

V Sura §. ¶ utrum possit aliquid accipi supra sortem ratione pœnæ. Resp. Em Pa. in c. dilecti. de arbi. in gl. fi. q̄ uel loquimur in foro pœnitentiã, aut in foro contentioso. Primò casu tenet cõditer q̄ non hęc locum impositio pœnæ: ad hoc est tex. secundum unũ intellectũ quẽ sequitur ibi gl. in c. fraternitatis. 12. q. 2. & sequitur Col. in d. c. dilecti. & communiter doc. sequentes. & D. Ar. Flo. 2. tit. 1. cap. 7. §. 20. ibi. Quid de pœna ubi ait, q̄ non est honestum in omni euentu petere pœnam, imo nec est licitum quando reus factus est impotens sine culpa sua. Quomodo etiam non incurat excommunicationem propter impotentiam, uer. excommunicatio 2. §. 12. Potest addi dictum Inn. in c. sicut dignum. de homi. q̄ si quis infert damnum proximo non ex proposito, nec lata culpa, non tenetur resarcire damnum in foro pœnitentiã, sed satis est reddere pœnam, secus in foro contentioso, ut infra Panor. in d. capitu. dilecti. limitat nisi lex poneret pœnam ipso facto, ut in heresi, & crimine læsæ maiestatis, quia tunc non putat, q̄ ille possit retinere cum bona conscientia, quia ius est statim acquisitum fisco. Not. tamen quod semper ad hoc q̄ incorporetur ipsi fisco requiritur sententia iudicis ad minus declaratoria, nec ante sententiam teneur in conscientia nisi forte esset notorium. de hoc uide diffusè. uer. hęcicus.

hereticus. §. 4. & se. & uer. excommunicatio. §. casu 2. §. 9. No. quòd quando dicitur q̄ pœna nō habet locū nisi post sententiā, vel q̄ non hēt locū in foro consciētiz, intelligit̄ q̄n est pœna ex parte utriusque. s. actoris, & rei q̄d intelligitur q̄n illud quod petitur in pœnā non aduenit ipsi reo, uel non fuit ablatum ab ipso actore, vel p̄pter interesse, vel aliter: ista. n. esset si ipsa res quæ petitur in pœnā fuisset acquisita reo, vel ablata ab actore, vel ipse actor habuisset interesse. De hoc uide uer. pœna. §. 8. Secundò autē casu principali, scilicet in foro cōtēioso aduertendum est pœnā esse multiplicem. Nam quando pœna imponitur à lege canonica, uel ciuili, q̄nq; est ex cōsuetudine, q̄nque est pœna contumacit̄z punitiua, q̄nque est iudicialis, q̄nque compromissoria, q̄nq; conuentionalis extra iudicium. Prima. s. à lege posita potest exigi à laicis, & clericis sine usura. 17. q. 4. cap. si quis deinceps. & seq. & in ca. sacrilegium. Nam quod fit lege permittente non est peccatū. 23. q. 4. c. qui peccat. & in l. græcus. C. de adul. Secunda pœna, scilicet consuetudinaria potest exigi etiam à religiosis, ut in c. dilecta. de off. ordi. & in ca. 2. de deli. p̄ue. duntamen sit rationabilis. ca. fin. de consue. Tertia pœna, scilicet contumacit̄z punitiua, potest licitè imponi ad habēte potestatem, caueat tamen iudex ne ex auaritia hoc faciat, consulitur autem iudici ecclesiastico, ut fugiat notam auaritiæ, ut in p̄as causas illas dispenset, ut in cap. 1. de homi. & in c. licet. de pœnis. & iudex non potest petere nisi post sententiam secundū S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad tertium. pars uerò non debet exigere s̄m Host. ultra suum interesse, hāc pœnam. cap. q̄m. §. in aliis. ut li. non cont. contrarium uideretur dicere S. T. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad primum. sed potest intelligi quantum ad interesse, uel intelligitur de iudiciali. Quarta pœna, scilicet iudicialis pōt impune exigi ad hoc. c. si. de do. & contu. & ca. olim. de iureiu. & cap. grauis. de resti. spo. unde licitè etiam clericus agit ad extimationem iniuriæ, sibi illatæ. Quinta pœna, scilicet compromissoria licitè potest exigi à quocunque, ut in c. dilecti. de arbi. & in c. tuas. eo. Nā ista est permilla, ut puniatur contumacia nolentis obseruare promissa, & ut alteri

parti satisfiat de laboribus, & expensis. Item hęc pœna cedit loco rei promissæ, si tamen pars non possit ex toto adimplere laudum, puta quia inops, tunc licet de rigore iuris committatur in totum, tamen de æquitate canonica non debet exigi, nisi quatenus interest partis secundū Host. & hoc casu loquitur, cap. suam. de pœnis. Sexta & ultima pœna, scilicet conuentionalis extra iudicium, potest exigi quatenus pars prædicit interesse, & non ultra, & hoc tenuit Ho. in c. dilecti: sed Inn. d. c. suam. dicit, q̄ potest exigi etiam ultra interesse dummodo nō posita in fraudem usurarum, & hoc tenet Pa. in di. c. dilecti. & dicit ibi probari: quia ponitur ad puniendum, qui parere nolunt pactis, secus tamen esset si ex impotentia, uel sine culpa, ut dictum est in prin. Vide de multis pœnis. uer. pœna. §. 5. & se.

2. ¶ Primò, ¶ utrum obligatus ad totum, & facit partem debeat totam pœnam soluere, Resp. secundū Pa. in c. suam. de pœnis q̄ est diuidua tenetur pro parte, puta dēt scribere duos libros, & scripsit unum si autem est indiuidua, puta debet scribere unum librum, & scripsit medietatem, non ualeat, quia q̄ se n̄ satisfacit. uer. pœna. §. 9. ¶ Secundò, ¶ utrum officiales deputati qui non accusat teneantur ad aliquam pœnā. Resp. s̄m S. T. 2. 2. q. 67. ar. q̄ uel se obligauit per iuramentum, uel per aliud, & sic peccat non accusando, & tenetur parti pro damno, si uerò se non obligauit non peccat nisi faceret in fauorem malorum, & si quis accepit pro non accusando tenetur dare illi in cuius præiudicium factum est.

DE VSURA DECIMÒ ratione dotis.

1. *Dotis ratione utrum possit quis sibi aliquid computare supra sortem.*
2. *Heres mariti possidentis pignus dotis, mortuo marito, & simile de uxore utrum teneatur ponere in sortem.*
3. *Genere si daret in pignus possessionem quam habet alteri, & ille mutaret centum uirum ille posset fructus resinere.*

V Sura. † 10. utrum possit quis aliquid computare supra sortē rōne dotis. Respon. in c. salubriter. de usu. dicitur q̄ non tenetur computare fructus pignoris in sortem propter onera matrimonii, vide quæritur. primò q̄ pater puellæ promissit certam quantitatem pecunie pro dote, suo genero, & præstitit cautionem de ea numeranda certo tempore, & promissit interim dare certos denarios pro libra quolibet mense, nunqd liceat, & videtur ex isto text. q̄ sic. Ioan. And. est in contrarium, dicens q̄ non reperitur alius tex. nisi ille qui loquitur de possessione, nec valet q̄ sustineat onera. ga per cap. uestras, de do. inter uir. & uxo. debet poni apud mercatorē. &c. & D. Anton. uidetur dicere q̄ nisi sit mora non potest, & sim eun. D. Ant. quatuor sunt necessaria ad hoc q̄ possit aliquid accipere d. ca. Primò q̄ maritus sustineat onera matrimonii. Secundò q̄ onera illa sint certa, & sic non poterit retinere fructus maiores quam sint onera, quia deficit causa. Tertiò q̄ fructus subiiciantur fortunæ, unde si quid certum accipere esset usura, nec valet quia sustinet, quia potest providere per d. c. per uestras, & dicit Io. And. q̄ qui dicit contrarium alleget, nullus enim text. alius est quam d. c. salubriter: qui loquitur secundum q̄ dictum est, & cum sit exorbitans à iure communi debet strictè sumi. Quartò requiritur q̄ dos sit simpliciter promissa. Pa. uerò respondet q̄ aut à principio fuit datus terminus, & sic nihil interim potest accipere, quia sicut potest sine dote accipere. d. cap. per uestras, ita potest expectare, & si pignus medio tempore interueniat tenetur ponere in sortem fructus, uel nihil fuit dictum & sic si recipiat pignus, uideatur intellexisse secundum istum tex. & secundum eum possit à principio pacisci ut daret aliquid pro centenariò, ratione inter esse quod paritur ex onere matrimonii, nec iste tex. est contra quia loquitur communitè, maxime quando est solitus mercari, uel ponere apud mercatorem, & quidam dicunt, quòd etiam Papa respondit de aliis & pro certo ista ultima opinio est magis *lra* rationem tex. ut dicamus q̄ tria requiruntur. Primum ut sustineat onera matrimonii. Secundò ut non excedat. Tertiò

quòd nō fuerit appositus terminus à principio, & ratio enim ipsius text. ut patet est quia sustinet onus cui pater uxoris debet subuenire.

¶ Primò † sed quid de hærede mariti possidentis pignus dotis, mortuo marito, & simile de uxore utrum teneantur ponere in sortem. Anno. dicit q̄ sic, quia hæredes possunt se liberare, & uxor debet esse cauta ut accipiat insolutum. hæc s̄m Pan. nec ipsa patitur onera matrimonii. Sed quid dicendum quando est statutum, ut infra annum non teneantur hæredes restituere dotem, utrum in illo anno possit uxor accipere alimentum nō ponendo in sortem. Panormi. ibi dicit, quòd relicta alia opinione, hæredes tenentur alere maxime q̄n aliter non habet unde uiuat, & statutum esset iustum in quo ordinatur quòd hæres qui tenetur alere relictam, quousque restituat dotem, sed certam quantitatem quousque restituat & hoc uidetur honestius quam alimenta minutatim recipere. Aliqui tamen tenent quòd tale statutum sit usurarium, sed primum uerius secundum Panormi. in cap. salubriter, de usu. scilicet quando fit in poenam morosi, uel ratione interesse ante moram, & sic intellige quod dicitur de isto statuto. supra. nec. dos. §. 16.

¶ Secundò † quid si gener daret possessionem quam habet in pignus alteri, uel illi mutualet. cap. utrum ille possit fructus retinere. Respon. secundum Vuerua. si gener libera donatione dedisset sua iura & ille gratis mutualet potest, secus si ratione mutui recepisset, & aliquis possit emere tale in iurisdictionem. con. Archi. Flor. secundum da. titul. primo. cap. 7. §. 24. ibi quæritur utrum etiam gener.

DE VSURA XI. SCILICET ab inimicis.

¶ *Usuram ab inimicis accipere an liceat.*

V Sura. † 11. utrum sit licitum accipere usuram ab inimicis. Respon. q̄ non ratione usure, quia semper est illicitum sed potest accipere uel suum restituendo, uel iure domini, ut recuperet rem suam quam

quam aliter non potest. 14. q. 3. cap. ab illo & q. 4. dñs, ubi iudeis fuit dictum q ab inimicis illius terræ, quam Deus dederat iudeis, acciperet usuram, nūc aut nihil pnt, immo totū suum amiserunt, & facti sunt serui ex morte Christi, & quamuis sū aliquos, christiani possint à iudeis usuras accipere quia suam accipiunt. Alii tamen tenent contrarium quia in conuersatione ciuili nō sunt inimici, immò parati seruire. 23. q. 8. c. dispar. De aliis autem infidelibus si sunt inimici, licet contra eos bellum mouere, & à fortiori usuras recipere, immò cōtra omnes infideles qui tenent terras quæ aliàs fuerunt xpianorum. sūm Inn. in c. quod super his. de uoto licet. Maximè secundūm Host. & alios ibidem, non pnt hīc dñum, unde ecclesia prohibet sibi dari subsidium, & Christus regnauit in omnem terram. unde San. Thom. secunda. secundæ. q. 66. ar. 8. ad primum & secundum sic ait. Circa prædam distinguendum est, quia si illi qui prædantur hostes, hnt iustum bellum, ea quæ per uolentiam acquiritur in iusto bello eorū efficiuntur, possent tñ peccare si non ratione iustitiæ, sed cupiditate talia facerent, & ad secundū ait. Intantum infideles res suas in iustè aliqui possident, inquantū eas sū reges tyrannorū principū amittere iussi sunt, & tō ab eis pnt per uolentiam abstrahi, nō priuata autoritate, sed publica, & sic concludit q illi, qui pnt allegare interesse contra eos, vel inuidione aliquā pnt usuram accipere. vide ver. infidelitas. §. 11.

DE VSURA XII. RATIO
ne periculi.

- 1 *Ratione periculi mutuum quis possit plus accipere.*
- 2 *Meres quando quis mittit per mare, uel uel terram, & ego suscipio periculum in me mutuum possim aliquid accipere.*
- 3 *Fideiusor an aliquid accipere possit.*

1 **V**Suræ. 12. ¶ utrum ratione periculi possit aliquis plus accipere, & ut q non, quia in c. nauigati, de usu. dicitur q eo quod suscipit in se periculum recepturus aliquid, supra sortem usurarius est, quidā dicunt q ratione periculi potest

aliquid accipere non rōne mutui: sed hoc uideretur expressè contra tex. qui dicit eo q periculum, & c. præterea uel tex. intelligitur ratione mutui, & sic lex fuisset de in dubitato, quod est: non debet, uel ratione periculi, & sic haberetur propositum. Rossella in uer. usura. 1. §. 62. dat vñā gl. uide licet, q si ille q accipit mutuū. primò mouetur, & petit assecurationem, potest aliquid accipere, secus si ipse qui mutuatur in actu mutuandi diceret sum cōtentus mutuare, & suscipere periculum & des mihi tantum, & c. sed non uideo q ista responsio multum faciat ad substantiam rei, & posset etiam fieri fictè q ille prius quæret, & c. & ideo melius est stare in responsione cōi. sūm Io. de Cald. in d. c. nauiganti, scilicet q uel accipit illud ultra sortem tñ ratione mutui, & sic est usura non obstante q periculum ipse suscipiat, & istè est casus. d. decisio. nauiganti. Aut recipit præcisè ratione periculi, ut precium periculi, & sic est licitum, nam et si non mutuaret, posset, nec fuit factus deterior propter mutuum. ut dicit. S. Th. q. 78. ar. 2. uel partim accipit ratione mutui & partim ratione periculi, & sic est usura ratione illius partis, & ad illam teneret, & c. nec hoc est contra tex. quia intelligit quando accipit ratione mutui, non obstante q periculum recipiat, & sic non est de indubitato, quia dubitabatur utrum accipiendo periculum excuseretur si supra sortem recipiat pro mutuo, hoc idem tenet D. Ar. Fior. 2. tit. 1. cap. 7. §. 20. ibi quid de eo qui mutuatur, hoc idem Pif. uer. usura. 1. §. 24. & patet q instantiæ quas ponit (supple. ibidè non ualent ut dictum est, sunt. n. illæ quæ posita sunt in principio dubii.

¶ Primò ¶ quæritur quando quis mittit merces per mare, uel per terram, & ego suscipio periculum in me, utrum possim aliquid accipere. Respon. communiter tenetur q sic, & uideretur contractus locationis secundūm. d. Ar. Flo. secunda. tit. 1. capit. 7. circa fin. de securitatibus. §. 2. ibi quid cū tu mittis, quasi iste locet sub suo periculo & cum tali mercede conductio-nem harum mercium, uel est contractus in nominatus, dat enim ut faciat, nō enim, datur propter mutuum quod ibi non est sed propter securitatem, hoc idem tenet

Ioan. de Anania. in d. cap. fin. & communiter alii doc.

- 3 ¶ Secundò ¶ quæritur de fideiussore, utrū possit aliquid accipere. d. Ar. Flor. secunda titul. 1. c. 7. circa fi. de securitatibus, arguendo, pro & contra, concludit post Lau. de Ridol. quoddā cōtractus est dubius, Rosella. ver. usura. 1. §. penult. dicit quod S. Ber. tenet esse contractum illicitum. Angelica in uer. fideiussor. §. fi. dicit qd si vere est periculum, & ipse qui fideiuber non sit causa illius periculi, nec teneatur remouere periculū, & seruet quæ promittit, pot accipere, secus si aliter, quia uidetur in fraudem, & hoc satis videtur equum.

V S V R A X I I I . D E P A G I S ,
& scriptis.

- 1 *Pagas, & scripta, quis accipere debeat.*

- 1 **V**Sura 13. ¶ de pagis & scriptis putata quis debet accipere pagas de. 1500. in 1503. vult illas uendere utrum possit alius emere pro. 15. solidis pro libra sperans habere. 20. hinc ad. 3. annos, sic enim est Ianuæ consuetudo, uel similis. Quidam dixerunt nō esse usuram eo qd non interuenit mutuum sed turpe lucrum. Alii dixerunt esse contractum licitum emptionis & uenditionis non mutui, & sic non potest esse usura quæ solum est in mutuo. de usu. ca. in ciuitate. quamuis possit interuenire iniustitia plus, uel minus emendo, & qd sit iusta emptio & uenditio probant. Nam sicut dicit Pan. post Innocen. & do. Ant. in ca. quia plerique. de immu. eccl. in sua. 9. q. quando emptor & venditor sciunt naturam rei, & etiam sciunt iustum precium, & non est ignorantia neque dolus ex parte alicuius, neque necessitas naturalis, scilicet in qua teneatur sibi subuenire, prout declarat supra ver. usura. 1. §. 6. & 7. & ver. elemosina. §. 4. & seq. tunc si etiam uēdat plus & minus iusto precio uidentur pro derelicto habere illud & uelle donare. ut no. doc. in l. 2. C. de rescin. ven. & in ca. dilecti de emp. & ven. facit regula scienti & consentienti. de re. iu. lib. 6. & regula cuius per erro-

rem. ff. de re. iur. unde etiam fm prædictos doc. non tenetur restituere in foro conscientie, sed sic videtur cōiter accidere in prædictis pagis, & scriptis, & si aliqui accideret necessitas, secus esset dicendum, uide supra. ver. emptio. §. 2. circa medium, præterea res tantum ualeat quantum uendi potest, & cōiter appreciatur, sed publice sic uenduntur ab omnibus cōiter, & similiter sic cōiter appreciantur, & nō plus igitur. Secundò dicunt esse licitum contractum quia inest periculū: aliquando enim ciuitas nihil dat & sic totum amitteret, ut infra, & labor in rehabēdo. Tertiò quia sicut plus ualeat fructus maturus quā acerbus, ita & pagæ maturæ, quæ est in 3. anno, facit 4. q. in talibus ciuitatibus ut ad sensum patet multū extimatur presentia, & usus pecuniæ, sunt. n. cōiter mercatores, & uidemus et qd illi qd habent magnas pecunias et libenter quique soluunt magnum interesse, ut habeant alias pecunias & communiter existimant se plus posse lucrari, pp abundantiam pecuniarū, quā sit illud interesse, & sic ut esse uerum interesse lucri cessantis, facit etiam ad hoc qd multi faciunt hoc sine scrupulo conscientie, & sic contra rium multos damnat. Quidam disputant hanc. q. & concludunt, qd stando in principis moralis filosofie est usura, sed est licita ex statuto Ianuensium qd habentes merum imperium, ut habet imperator in toto orbe de iure, possunt donare id quod est alterius ex causa iusta quæ est fauor publicus, & expedit tam ciuitati quā uendentibus quæ omnia patent ex consuetudine. & concludunt qd ista opinio. s. qd aliquis possit istas pagas emere, est uerior maximè post factum & qd Calixtus & Sixtus declarauerunt hanc donationem esse ueram, simile habes supra uer. usura. 1. §. 7. in fi. Quidam alii dicunt scilicet Angelica. uer. Laura. 1. §. 64. & Rosella. uer. usura. 1. §. 50. qd si quis ad instantiam amici emit pagas prædictas qui potius uellet negotiari cum suis pecuniis quā talia emere, tunc poterunt talia emere tantò minus quanto uerius similiter extimat interesse quodcumque suum: propter periculum autem uel laborē non extimat qd possint minus uno solido emere, quia iudicio communi, labor ille siue periculum quasi nihil extimatur;

si autem

si autem sponte minus emit propter expectationem pecunie solvendæ est usura, de usu, c. si. & in ciuitate. & S. Th. q. 78. ar. 2. ad ultimum. & sic uidetur hic fieri, quod patet, quia emens plus, & minus dat secundum quod plus, & minus expectatur pecunia, unde uidetur illud lucrum ex expectatione procedere. Idem dicendum in simili de eo qui emit iura Titii, qui debet recipere in certo termino ab aliquo, 100. & uendit pro 80. quia nunc soluit, nam si iste emit tantò minus quantum uerè extimatur interesse suum, uel quantum timetur ne ille debitor soluat, uel labor, uel quocunque modo seu lucri cessantis, & c. potest sine usura, si uerò propter præmaturam solutionem, est usura, ut dictum est. Rñderunt autem ad contraria dicentes, quod quamuis non sit formaliter mutuum, est tñ interpretatiuum cum expectatione lucri, c. consuluit. & c. in ciuitate. & c. si. e. Idem enim est ac si mutuaret illud minus nunc & expectaret maius, nec labor seu periculum excusat, quia uerisimile est, quod habebit totum sine magno labore, uel periculo, & communis extimatio est corruptela, quod patet, quia est memoria hominum quæ erat cõis extimatio, illum contra tñ esse usurariũ, sed quia quidã magistri minus facientes consulerunt contrariũ non intelligetes, quod licet fructus agrestis minus possit emi, quã maturus, non tñ minus, quã quã computatus periculis, semper plus ut ualiturus, quã ematur, unde si pp solã præmaturitatem. i. anticipacionem minus ematur, est usura. ut in c. allegatis. & ex his concludit Angelica ubi supra quod est usura. Rosella etiam ubi supra ut idem tenere, sed ipse expressè tenet contrarium ubi infra in si. Fit alius contractus, qui dicitur emptio scriptarũ bñchi, qui fit hoc modo: debet quis habere in banco talis campfortis. c. sed quia campfort non tenetur soluere nisi hinc ad tot dies, uel menses tendit illam scripturam, hoc est. ista. c. pro 95. alteri statim soluenti, qui est similis ut patet superiori, hæc omnia sũ prædictos. Patet igitur hos casus esse dubios, ex quo magis de hoc dubitant, & in dubiis securior uia est eligenda, ideo cautius uidetur tenendum esse usuram. Tñ si quis bene consideret, rationes secundæ opinionis sunt

fortes, nec illi quarti, etiam utriusque soluit, maxime ad rones emprionis, & illi doc. ibi allegati sunt magni fundamenti in legib. apertis, & similiter ratio de appreciatione non sufficienter soluitur, quia negatur quod sit corruptela, & illi magistri erant doctores. Etiam cum sint quasi omnes mercatores, & præsentia pecuniarum multum apprecietur, ideo multũ facit maturitio. i. pœna pecuniarum, & quãtior uia fit eligenda uerum, maxime quò ad se sed tamen non est præcipitandum de peccato alterius, quia etiã pp hoc non dimitunt aliqui, & sic fortè peccant ubi nõ peccarent, quod aut fiat ad instantiam alterius non multũ facit ad substantiã contractus, & quãuis periculũ, & labor non multũ fit est tñ aliquid, immo posset totum amittere. Et de hoc habes exemplũ nunc. si r 14. Veneris, ubi pp guerras nihil soluunt in suis montib. qui sunt sicut loca lanuz, nec põt negari quã sit possibile sic fieri lanuz, nec est uerũ quod fiat solũ pp expectationem pecuniz quãuis minus ematur quã plus expectat, sed est quia minus extimatur pp causas prædictas, nec est ibi mutuum, sed uenditio talis iuris. Non est multũ cogit, quod in memoria sit, quod esset cõis opi. quod esset usura: quia nunc melius considerauerunt, & appreciatio pecuniz multum creuit, & negatur, quod plus ualeat quã emitur, sed sic extimatur, ut dictum est. Multum etiã facit ratio secundæ opi. s. donatio dominationis pp rationabilem causam, dubii declarationem, & utilitatem uenditionum, & gabellarum quæ declarata sunt per summos pontifi. noli igitur præcipitare. Posset tñ sic distingui saluo semper meliori iudicio, quod emere pagas potest esse dupliciter. Primò quã non sunt certæ quantum ad suam quantitatem, ut si quis emat redditus decem locorum ad decẽ, uel quinque annos quicquid reddiderint, & sic est licitum, & clarum nec sic întedimus disputare. Secundò quando scitur certè summa, puta quod loca tali anno reddent tantum, puta 40. solidos qui exigere non possunt usque ad tres annos, & de tali loquimur ubi iterum distingue, quòd uel est hic tantum interesse quantum est illud quo minus uenditur quocunque modo, siue sit damnum, uel periculum, uel lucrum

caſſans , & ſic ſine dubio contractus eſſet licitus, uel non eſt tñ ſed minus, & tunc uel tenemus ibi eſſe uenditionem, quod ut credo faciliter defenderetur, & tunc dico etiam q̄ eſt contractus licitus quamuis forte poſſet eſſe aliqua iniuſtitia reſpectu plus uel minus, & hoc ut credo probant ſufficienter rōnes. 2. opinionis. Si autem tenetur quòd non tñ ſit intereſſe & q̄ non poſſit ibi eſſe emptio, ſic ſine dubio dicitur uſura, per mutuum implicitum, & quaualde probabile v̄r̄ ut ibi ſit emptio. talis iuris, ideo p̄babile eſt ut nō ſit uſurarius, q̄ aut poſſit uēdi ſic perſuaderetur, quia nō minus v̄r̄ hic eſſe quoddam ius percipiendi talē pagam ſicut eſt ius locorū quia v̄r̄ ſe habere ut totū & pars, puta, qui habet unum, habet ius percipiendi, omni anno in perpetuum, ſed ille qui habet unā pagā habet ius percipiendi in uno anno, annus aut ad totū tempus ſe habet ſicut pars: ſi igitur totum uendi pōt ergo & pars, quia par ratio, ſed cōiter tenetur q̄ loca poſſint uendi, aliter multos religioſos damnabimus & precīū d̄r̄ iuſtum em̄ q̄ currit. Nec ualeat q̄ qñ emit loca non emit fructus certos ſicut qñ emit pagas, quia parum facit hoc in propoſito cū aliqñ ſit plus aliqñ in minus, & hic accipiunt medium, hoc etiā eccleſia ſcit & tollerat. Imo Caſtus. 3. & Sixtus. 4. cōceſſerunt eas. ſ. pagas emi poſſe ſine ſcrupulo. nec ualeat quòd quidam dicunt q̄ hoc ualeat quādo emūt ab ipſis proreſtoribus, non aut in ementibus à priuatis, quia tēpore moderno non ſit amplius iſta diſtinctio: multum facit ad hoc q̄ ſic poſſint uendi conſuetudo obtenta in iudicio & ſequitur uilitas & ſauor ciuitatis cum donatione cōitatis, & declaratione ſummorū pōtiſicū, & cōis uſus & q̄ loca uendantur, hoc confirmat Pan. poſt Inno. & alios doc. in cap. in ciuitate. de uſu ſimiliter hic non uideretur eſſe mutuum, & ex conſequenti neque uſura quia in mutuo periculum remanet apud illum qui recipit pecuniam ex quo ſequitur quòd dās non poſſit fructum recipere, ſed hic periculum remanet apud dantem pecuniam, ſcilicet apud ementem & ex conſequenti recipit fructus, & quāto plus diſtant iſtæ pagæ uilius uendantur ſicut fructus uinez nec emit pecuniam, ut quidam credunt,

ſed emunt ius quod alius habebat, hoc uideretur eſſe dictum Barto. in l. corem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. ubi dicit q̄ emens ueſtigal non emit propriè pecuniā ueſtigalem ſed emit commoditatē talem pecuniam percipiendi, hanc ultimam opinionem ſatis probabile ſcilicet quòd tam pagæ quàm loca poſſint uēdi & emi tenet Roſella in uer. uſura. ſecundo. §. 1. §. circa medium. poſt multo doc. adducens multas allegationes. idem tenet Lau. de Ridol. ſecundūm quòd recitat. D. A. re. Flo. ſecunda titu. primo. cap. 1. 1. de materia mori. §. 6. ibi quantum ad ſextum. uide aliqui infra. cap. ſequen. in fin. & uideretur eadem ratio de ſcriptis.

DE VSVRA XIII DE
locis, & præſtitis.

Ciues à quibus ciuitas accipit centum contra eorum uilitatem an poſſint accipere annuum cenſum ab ipſa ciuitate ſine uſura.

A Sura. 14. † de locis Ianuz, de montibus Venerijs & ſimilibus, utrum ciues à quibus ciuitas accipit. cap. contra eorum uoluntatem poſſint accipere annum cenſum ab ipſa ciuitate ſine uſura. puta. §. uel 6. uel miuus. ubi eſt notandum quòd iam diu diſputata eſt inter antiquos & modernos doct. quibusdam dicentibus eſſe uſuram & aliis dicentibus quòd non, ſed licitus contractus, ubi eſt ſciendum quòd iſta quæſtio diuerſimodè diſputata eſt ab antiquis q̄ à modernis aliter. Nam antiqui diſputabant ſub nomine mutui, moderni uerò ſub nomine emptionis, & fortè cauſa huius fuit quia erat diuerſa opinio, ſcilicet utrum poſſint emi annui redditus, ſiue redditus pecuniarii, non ab antiquo conſtituti, quibusdam dicentibus quòd non. ut Inno. in cap. in ciuitate. de uſu. quibusdam uerò quòd ſic. ut Panormit. in eo. capit. & ratio credo erat iſtius diuerſitatis quia aliquando conſtituuntur iſti redditus in aerem, puta illis qui non habent iſtos redditus, uendant, & reſpōdent tñ pro cap. qui contractus eſt ſuſpectus, & ex conſequenti dicebāt iſtum contractū eſſe mutuum, & non uenditionem, qñ aut fundatur in redditibus ueris,
tunc

tunc dicitur contractus verus, & bonus, & solet nominari emptio pro indiviso. Et quòd antiqui haberent istum contractum pro mutuo patet, nam do. Archiep. Flor. in 2. par. ti. 1. cap. 11. post Lau. de Rodol. & alios doc. ibi alleg. sic disputat primo querendo utrum civitas possit statueri, ut civis qui in necessitate subveniunt civitati, possint recipere s. annuatim, & quidam dicunt, ut ipse recitas quòd non, quia esset contra utilitatem civitatis, & nutrient usuram. Aliis melius dicentibus, quòd potest ratione utilitatis civitatis, & ne grauet civis. Secundò querit utrum recipientes aliquid ex isto mutuo sint usurarii: quidam dicunt quòd non, quia civitas dat liberè id quod esset pro in teresse, moti seruitio sibi impenso, & commo- do ex inde suscepto, vel lucro consecuto, vel ex animi nobilitate quadam, ipsi autem civis sunt moti charitate, & ne cessitate. Tertio querit utrum isti, qui fuerunt coacti possint vendere aliis, & quidam dicunt, quòd possunt vendere residuum sortis, & non aliud. Alii dicunt, q. possunt totum vendere. Quarto querit utrum alii possint emere, & disputant quòd non, quia primi fuerunt coacti non isti, & sic isti videntur lucrum voluntarium querere ex mutuo. Et deinde querit utrum isti secundi possint recipere redditus, & quidam dicunt quòd sic, quidam non. vnde patet quòd isti, omnia disputant ac si hic non sit venditio, sed mutuum. Quidam autem moderni disputant sub nomine venditionis, ut Paormitanus in dicto capitulo in civitate. ubi sic ait, extra gloss. queritur de no. & quotidiana questione nunquid sit licitum dare alicui. capitulo vt ipse singulis annis in perpetuum, seu ad usum det tibi annuum redditum certum, puta s. Hosti. & Inno. & communiter omnes doc. sequentes, dicunt, quòd sic, siue annuus redditus constituarur ex redditibus alicuius fundi, vel domus siue ex laboribus liberæ personæ, vel serui, quia non potest dici, quòd hic sit usura, cum in veritate non interueniat mutuum. unde licitum est isti emptori petere precium ad libitum, sicut ergo quis potest emere liberè totam possessionem, vel capere possessionem in emphiteosim, vel eme-

re annum redditum iam constitutum ab antiquo, ita licitum est de nouo constituere, & emere, nec obstat si dicatur quòd tria. Qu temporis poterat iste percipere plusquàm sit precium, quia hoc etiam contingit in emptione. Item iste emptor exponit se periculo, quia fortè ille venditor efficietur inops, & per hoc non obstat. c. fi. Nam ibi res erant in presenti, sed precium dilatum, sed in q. proposita res, & precium sunt in presenti. Item hic nulla fraus, & per hoc idem dnt doc. in actione empta. Nam si habes actionem contra Titium ad mille nō est pctm q. ego emā pro octingēris, quia hic est vera venditio, & expono me periculo cum dubius sit euentus litis. Nā posset ille debitor effici pauper, vel fugere. Sed si aliquis reciperet. c. & constitueret se daturum omni anno plusquàm reciperet tunc hoc non esset licitum, quia non posset propriè dici emptio annui redditus, & ex his inferatur ad q. Venetiis, & Florentiæ tempore necessitatis civis compellitur subuenire cōi, & cōe postea statuit liberè eis lucrum. videlicet s. pro 100. & qnque minus, & non possunt civis illud capitale repetere, sed bene possunt vendere illud alteri, nunquid committatur hoc casu usura, cōter moderni hic. & in c. fin. de usu. dicunt q. non propter hoc dictum Inn. Nam civitas habet redditus. unde vñ constituere annum redditum ex redditibus suis. Item hic non est mutuum, quia civis cōpelluntur subuenire civitati, & nō possunt repetere qn voluunt, sed cōe potest se onerare ab illo debito soluendo capitale. Item cōe liberè constituit lucrum. facit c. & si questiones. de simo. & 1. q. 2. sicut. hæc Pan. formaliter, ubi pater q. dicit esse emptionem annui redditus in istis locis ex consequenti est similis ratio, & tales redditus Ianuæ, & alibi ubi verè habent redditus, siue in terris, siue gabellis, possunt licitè emi, & vendi, etiam si ipsi civis non intenderent vendere, quia sicut civitas posset ipsis iniuris dare possessionem pro insoluto, ita in proposito, secus fortè posset esse si civitas non haberet ipsos redditus, quia non posset recipere nisi pro vero interesse, vel libera donatione, patet igitur qualè istæ q. ab aliquib. disputatur sub rōne mutui, & sic casus remanet

valde dubius. Ab aliquibus autē sub rōne vēditionis & isto mō, casus est securus fm opinionem cōiter doct. f. Host. & Innoc. Io. An. D. Ant. & aliorum, & q̄ in isto casu sit emptio, & non mutuum sic probatur. Nā in mutuo periculum, & dominium stat apud accipientem pecuniam, & mutans potest illud reuocare: in venditione autem est totum oppositum, nam emēs. i. d. ans pecuniam retinet dominium possessionis & substat periculo, nec potest reuocare, ob quam causam potest fructus accipere siue usura, & sic est hic in proposito. Nam ipse q̄ emit loca dat pecuniam & retinet dominium talis iuris, & periculum, nec potest repetere, sed bene potest uendere, igitur. Ex his igitur patet solutio multarum dubitationum. Nam quaritur primò utrum si tantum interesse quantum recipiunt. secundò utrū cōitas liberè donet, uel possit donare utrum liberè, uel coactè. tertio utrum liberè, uel coactè, isti ciuites moueantur ad dandas pecunias ciuitati, uel sint primi, uel secundi. quartò utrum faciant sub spe lucri, uel charitate. quinto utrū acceperint plus quam sit capitale, & omnia hmōi quæ habent locū in nudo mutuo, & nō in emptioe & uen. & sic casus, primo modo erat suspectus. Secundo autem mō erit securus, & ad hoc q̄ sit securus facit quia ecclesia, & ecclesiasticæ personæ iā diu hoc sciuit, & tñ nunquam expressè reprobaui sicut fecit de aliis suspectis. ut patet in ca. in ciuitate. & cap. consuluit. & ca. fin. hoc ualde corroborat quia cōis usus, & omnes personæ tā religiose quàm seculares tam obseruantes quàm conuentuales, tam deuotæ q̄ in deo te, omnesq̄; indifferentes emūt & uendūt, vñ si esset casus dubius ecclesia non toleraret. Ex his etiam patet q̄ pagæ possint emi, ut dictū est in præcedenti. §. & uendi. Nam paga non uidetur aliud esse nisi pars iuris prædicti, habere. n. loca est habere ius petēdi in perpetuum talem annuū redditum: habere autem pagam, est habere ius petēdi talem redditum pro uno, uel pluribus annis, & substat periculo illius anni. Nam si ciuitas pro illo anno nihil posset dare pderet capitale, & sic patet q̄ se habet sicut pars sed secundum Pan. ubi supra si totum potest uendi etiam pars poterit uendi, ut dictum est in præcedenti. §. & hoc est quod

ipse Panormitan. uideret tenere loquens de montibus uenetiarum sic inquires. Ille qui habet in pecunia. M. emit ex eis tot loca communis qui postea uendit alteri ius suum, & emolumentum omne quod percipit à communij, quæritur an istæ contractus sit licitus, & dicit quòd sic quia recipit redditum in pecunia iam constitutum, & nota uerbum iam institutum, ut supra iam notauimus quia si non haberet redditum fieret in aerem & si quis aliter posset decenter uiuere consulerem. &c. Vide aliquid infra uer. usura. decimaquinta. §. nono.

DE VSURA XV. SCILICET de cambiis.

- 1 In cambijs: utrum possit aliquid supra sortem accipi.
- 2 Cambium quomodo fiat 3. 4.
- 5 Pecuniam qui mutuauit ad certum tempus recipitur aliam alterius generis, credens uerissimè sit r ipsam plus ualituram an sit usura. Es quid de frumento. nu. 6.
- 7 Emens fructus in herbis, uel uenturos ad, duos uel tres annos an sit usurarius.
- 8 Condentes de aliquo quòd erit, uel non erit, & sic ponunt decem, an liceat.
- 9 Ementes uilissimo precio, res tempore maximè periculi an teneantur.
- 10 Usura an sit, si quis emat à communitate, uel collegio, uel singulari persona certis annos reddidit in uita emptoris &c.
- 11 Pecuniam mutuare an liceat, ad certum tempus cum conditione quòd si infra decemium moriatur alter eorum debitor sit liber, si uerò superuixerint ambo dabit aliquid supra sortem.

VSura. 15. † in cambiis utrum possit aliquid supra sortem accipi. Responsio. q̄ cambia fiunt tribus modis in cōi, primus modus dī cambiū reale tantum, & minutum, & fit isto modo cāp for cambiano recipit unum solidum pro florēdō. & dicit lo. de Ligna. in cap. si. de usu. quòd uidetur usura. eo quòd uidetur, vende-

uendere pecuniã quæ est inuendibilis, secundum Ar. 14. q. 4. c. 1. non potest igitur accipere, nisi ratione interesse, sed si hoc esset verum multi damnarentur, unde dicitur secundum alios, quod licitus est, unde Bal. in c. 1. de plu. de. dicit q̄ talis contractus est licitus iure gentium & necessarius, & munitus ratione naturali, & quod campfor potest multiplici ratione aliquid plus accipere, tum quia pecunia etiam ualet, scilicet naturaliter ponderet, & materia, & ex lege positiua, puta plus ualet bono. Bononiz quàm alibi, tñ ratione interesse operarum, pensionum fidorum, salariorum, factorum, expensatum, propter labores, & pericula, & multa alia, hæc ars est etiam necessaria ad utilitatem peregrinantium, ad commutationem rerum, siue quo non bene potest uita humana quæ sine nummismate non potest esse, & iste per campfores prouidentur. Non potest dici iste contractus mutuum, quia non speratur lucrum propter dilationem temporis, nec redditur idem spes, neque numero, non potest etiam dici emptio, quia emptio stat in rebus quæ nummismate appreciantur, dicitur autem commutatio quæ est triplex, scilicet communiter, pro omni translatione. Secundò propriè pro commutatione rerum materialium necessarium ad usum humanum. Tertio propriè pro commutatione nummismatum, & sic est in proposito, & secundum Rosellam. uer. usura. 6. §. 6. si. potest etiam fieri à non tenentibus appotecam quamuis habeat minorem causam quamuis alii dicant contrarium, potest tamen in huiusmodi esse iniustitia cum dantur monetæ falsæ in se minutz, & mixtz, similiter si plus quàm sit debitum recipiat. Potest et esse peccatū si ex auaritia. Regula determinatæ quantitatis non potest dari. con. D. Arc. Flo. 2. tit. 1. c. 7. ubi loquitur de securitatibus.

2 ¶ Primò, ¶ sit aliud cambium quod reale p̄ literas d̄r, & sit dupliciter. Primò sic. Ego habeo hic Ianuz. c. aureos uellem, q̄ respōderentur mihi Romæ, cōuenio cum capso re, ut faciat mihi literas, quibus dentur mihi nonagintaquinque solum, & reliquum lucrerur, dicitur secundum Bal. ubi supra in dubio præcedenti, quod est contractus licitus, & probatur ut in dubio præcedenti,

Secunda pars

& iterum magis propter pericula portandi pecunias. Secundò fit sic, est ultramontanus qui habet in patria sua. c. ducatos uenetos, quos intendit portare Venetiis ubi plus ualet, & ibi expendere, inuenit campforem indigentem pecuniis in sua patria habentem tabulam cambii pro Venetiis, & tradit sibi ad forum cambii pro Venetiis, & ibi recipit centumquinque, aliquando plus, aliquando minus. Talis cōtractus potest esse licitus quando recipit non ratione expectationis, & maxime si principaliter intendat sibi prouidere, ut illos habeat Venetiis, pro suis necessitatibus. Non enim uendit pecunias quæ est inuendibilis, sed tantum hic recipit quantum ibi numeratur, nam tantum ualet Venetiis ducatus sine denario, quàm alibi cum denario, cursus monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, & industria accedit rei licitè. l. si hæres. ff. ad l. fal. Si autem traderet illas intendens principaliter lucrum propter aliquam expectationem, esset mutuum cum intentione principali lucri, & sic esset usura, nisi forte, ut dictum est hoc faceret diuersitas monetarum, uel industria, & in istis semper campfor prius recipit quàm det.

3 ¶ Secundò, ¶ sit. Tertio modo aliud genus cambii, quod dicitur cambium per Venetias, siue cambium sicum, uel cambiū ad libras grossorum, quod multis modis fit. Nam aliquando sic fit, recipio Florentiæ à campfore decem libras grossorum, quæ nunc ualent. 100. florenos. cum pacto quod teneat ipsi campfori tantum dare quantum infra decem dies post celebratum contractum ualebunt librz grossorum Venetiis, quæ aliquando ualent plus, aliquando minus, ut in plurimum tñ plus ualent, & hoc hinc ad mensem receptionis eorum, uel si plus uult retinere de mense in mensem renouatur modo prædicto, & in isto cambio lucrum expectatur in cremento probabili alicuius monetæ. Alio modo fit, ego habeo. 100. ducatos hic Ianuz, & trado illos Petro, ut restituat mihi Romæ hinc ad mensem, ubi creditur plus ualere. Tertio modo habeo Ianuz. 100. trado Petro indigentem, ut mihi respondeat Lundres siue Bruges, hinc ad tres menses, alterius generis monetam, puta tot libras ad sterlinglis

Sum. Tab. fff ubi

ubi similiter creditur illas plus ualere. quarto modo trado Ianuæ certas monetas ut respondeat Lugduni institutis, tempore nundinatum hinc ad tres menses, ubi creditur plus ualere, uel propter concursum mercatorum uel conditionem pecuniarum & istis quattuor modis credit semper plus recipere quia isti quatuor modi uidentur reduci ad eandem difficultatem ideo simul. primò adducam rationes dicentium istos contractus esse licitos. secundò eorum qui dicunt esse illicitos. Quantum ad primum, arguitur. primo sic quia in hoc contractu uel est mutuum uel cambium si primo modo non uideretur usura quia non plus accipit quàm dedit & sic non supra sortem accipit, sed uel decem libras uel centum ducatos sicut dedit quòd autem plus ualeant est ex alteratione uel uariatione pecuniarum, uel locorum patet quia aliquando ducatus ualet. 50. hinc ad mensem ualet. 52. si igitur mutuarem tibi nunc ducatum ualentem. 50. & hinc ad mensem restitueres mihi ducatum similem ualentem. 52. non uideretur usura. Secundò sic quia si hic interueniat commutatio siue cambium non uideretur usura quia non est mutuum, in mutuo enim obligatur restituere idem eiusdem speciei, sed hic restituit alterius generis, puta grossos pro ducatis & similiter in mutuo fit solum ad instantiam recipientis hic autem solum ad instantiam dantis, puta quia uult pecunias suas in alio loco uel ad instantiam utriusque, puta quia unus indiget Ianuæ alius in Bruges, quando autem dicitur mutuum fit de meo tuum debet intelligi negatiuè. id est non est mutuum nisi fiat de meo tuum nam in emptione fit de meo tuum & tamen non est mutuum. Tertiò sic quia iste creditor uideretur in se recipere periculū quia potest plus & minus ualere, uel locator quia retinet periculū re locatæ p̄t ultra sortem recipere iure. n. naturæ ad illū p̄tinet emolumentū a d̄ quæ p̄tinet periculū. Quarto rōne dubiū nō plus uendere. ca. si. de usu. sed hic est dubiū plus ul minus, nec determinauit q̄ non minus uellet accipere. Quintò quia q̄libet p̄t recipere q̄ sibi uoluntariè donatur capitu. de eulogiis, dist. 18. sed isti sic mutuo conueniunt uoluntariè & sine deceptione. Sextò quia effectus eius uideretur

bonus scilicet prouisio ciuitatis in necessariis copia uictualium & similitum. Septimò, quia in dubiis debemus mitiorem partem accipere de regu. iur. capitu. secundò promptiores enim debemus esse ad soluendo quàm ad condemnandum, & non debemus de dolo iudicare nisi appareat, sed hic non est apparentia usuræ ut patet ex dictis igitur. Octauò quia iste uideretur contractus innominatus, puta do ut des, & accedit ad emptionem in qua licet uendere plus quando partes sunt, & consentiunt nec adest necessitas naturalis, uidentur enim uendere ducatum pro flandensibus. Nonò quia licet pacisci in mutuo de interesse ut supra uersicu. usura. secundo sed si iste non reperit cum isto cremento mutuas pareret interesse nā dat ducatos uentos uentis qui plus ualent uel tantum uentis quantum ualent ille pecuniæ quæ restituntur si essent uentis. Decimò quia ista uideretur esse opinio Io. Cal. Lau. de Ridol. & secundum cōmunem opinionem in capit. in ciuitate licet campforibus aliquid accipere. Undecimò quia si quis uellet permutare. c. duratos ibi uentis in monetas flandensibus posset, cum igitur, à fortiori si expectat. Duodecimò quia si quis uellet habere pecunias in Bruges pro mercantia non esset dubium q̄ esset licitus, sed hoc quod est indigere & non indigere non mutuat contractum igitur. In contrarium arguitur q̄ non sit licitus contractus. primò quia ut mutuum cum expectatione lucri supra sortem & sic est usura per diffinitionem, quòd expectet aliquid supra sortem principaliter patet quia non aliter daret ut presupponitur, q̄ sit mutuum patet quia est in rebus cuius usus est consumptio & sic fit de meo tuum & transfertur dominium secundò quia hoc uideretur tenere Goff. in summa de usu. ubi dicit q̄ si quis mutuauit pecunias recepturus in termino alterius generis monetam, si hoc facit ut in extimatione lucretur censendus est usurarius, & hoc etiam tenet Host. in summa de usu. §. An in aliquo. uer. q̄ si quis pecuniam, ubi dicit q̄ iste talis censendus est usurarius sicut hi qui de nundinis in nundinis mutant pecunias quam usuram dicit esse ex crabiliorem omnibus aliis quantuncunq̄

sub specie permutationis seu uenditionis fiat. Tertio, quia Lau. de Flor. in tractatu suo de usu. dicit si quis mutuat vinum, uel granum recepturus in alio tpe in quo est maioris extimationis, si uerisimile est q̄ debeat eē maioris extimationis eo tpe, & non erat usque ad illud tempus seruaturus committit usuram, ut in c. nauiganti, &c. in ciuitate ergo idem debemus dicere in casu nostro, immo multo magis cum iste mutuauerit pecuniam recepturus in alio tempore alienam monetam, de qua uerisimiliter extimatur, quod debeat lucrari cum ducatus uenetus non tantum ualeat in Brugis, scilicet grossos. 52. ergo debet censeri contractus usurarius. Quarto, quia dato etiam, quod sit uenditio, & non mutuum iterum est usura, quia uendit iste plus. M. ducatos quam ualeant propter dilationem temporis, scilicet duorum mensium solutionis sciendæ in Brugis, &c. Ad hæc quatuor argumenta respondent tenentes contrarium. Ad primum quod non est mutuum, sed uenditio, uel commutatio ad hoc, quod dicitur de meo tuum dictum est in secundo argumento adducto ad contrariam partem. Ad secundum dicitur q̄ Gos. & Hostien. loquuntur de uero mutuo, ubi principaliter intendunt lucrū hic autem principaliter intendunt commutationem, ita enim determinant ipsimet ubi allegantur, scilicet quod si mutuant uerisimiliter credentes, quod plus ualebit, & sub ista spe mutuuant est usura, secus si ut seruiant, & similiter est dicendum ad 3. Ad 4. dicitur, quod non uendit plus propter dilationem temporis, sed propter cursum cambii. Ad argumēta. Primò facta. Respondent tenentes aliam opinionem. Ad 1. dicitur q̄ siue sit mutuum siue commutatio est usura, nam si est mutuum patet expresse quod plus sperat aliter enim non daret, & quando dicitur q̄ accipit quod dederat. Respon. q̄ accipit cum melioramento siue si quis mutuaret frumentum expectās melius nec uolebat retinere est usura. d. c. si. & quamuis partim sit ex alteratione pecuniarum, tamen expectabat meliorem, ut in exemplo dato & eodem modo diceretur de ducato si illo sine fecisset, scilicet, ut plus acciperet. Ad secundum dicitur, quod esset mutuum implicitum nam idem est

ac si mutuaret talem pecuniam expectās meliorem. d. c. consuluit. Ad tertium dicitur quod quamuis sit periculum, & dubiū est magis uerisimile de maiori, & credit, aliter non daret secundæ patet ad quartum. Ad quintum negetur, quod fiat uoluntariæ nec hoc præsumitur. Ad 6. dī, q̄ non intendit illā utilitatē, sed aliud. Ad 7. dī, q̄ illud in telligit in foro cōtentioso, & quando est occultum. Ad 8. patet per 1. & 2. Ad 9. dicitur, q̄ nisi speraret lucrari non daret. Ad decimum dicitur, q̄ dicti doct. intelligunt secundū quod dictum est supra de cambio reali minuto, uel per literas, illi sunt boni. Ad undecimum dicitur, quod non inueniret cum tāto lucro. signū est quod non est uerisimile, quod expectaret si posset tunc habere. Ad 12. dicitur, quod ibi principaliter querit commoditatem pecuniarum que licite potest queri hic autem principaliter lucrum. Ex his igitur patet quā dubia sit ista. q. tam ex diuersis Doct. quā rationibus, unde omnino cautum esset abstinere, si quis tamen uellet in hoc perseverare non esset propter hoc condemnandus ex quo magni doc. hoc tenent esse licitum. Ego tamen ultra alios sic distinguem, quia uel principaliter in tali contractu querunt aliquam rationabilem causam uel utilitatem honestam, puta quia indiget illa pecunia in illo loco pro quo accipit cambium, uel dans siue accipiens ex beniuolentia, uel aliqua causa iusta hoc facit, & sic crederem, quod cum bona conscientia posset, uti illo cambio quamuis accedat utilitas illius cambii, & tunc habet locum illud dictum, quod in dustria accedit rei licite d. l. si hæres. ff. ad l. sal. Si uerò principalis intentio esset solum propter lucrum iterum distinguitur, quia hoc quod plus accipit, uel accipit hæc ratione solum, quia expectat, puta quia uolebat illuc ire, uel ibi accipere ipse, uel alius pro eo, & sic est clarus casus, scilicet quod est usurarius d. c. consuluit, & c. nauiganti. & c. in ciuitate, si autem accipit ratione precii uariati, uel periculi, uel dubii uerisimilis, puta ibi recipit, ubi plus ualeat uel est uariatum precium, est sic & aliquis ratio periculi, uel dubii sic etiam crederem, quod posset admitti, non tamē ita clare sicut in primo & maxime quā

do volebat illud seruare ad illud tempus vel portare ad illum locum & sic facillimè possunt omnes doctor. saluari, & reduci ad concordiam. Mouentur enim tenentes, quòd est vsurarius ut patet ex suis rationibus quia ex mutuo intèdit lucrum propter expectationem. Alii autem quia accipit precium iustum, vel quia faciunt bono sine scilicet indigentia, ex quo ut mihi videntur debet nominari iste cōtractus secundum d.c. consuluir.

4. ¶ Tertio, ¶ fit etiam aliis tribus modis. primò quòd aliquis indiget pecunia, & nō inuenit quī mutuet nisi sub isto cambio de Londres, vel simili paliato, cū nec dans nec accipiens habeat ibi respondentens vel saltē accipiēs nihil ibi habeat agere, sed solum querit pecuniā pp indigentia. secūdo etiā mō sub isto colore accipit ut remittat, & tamen non illuc vadit nec habet respondēte vel accipientem pro se sed vt habeat tēpus ad soluendum, & tunc credo quòd isti modi sint vsura paliata. tertio modo de eo qui fit Romæ scilicet q̄ post excessum qui fit ratione cambii, volunt etiam 5. uel 8. pro 100. & ista uideretur usura expressa, nisi forte ibi esset tantum interesse.

5. ¶ Quarto, ¶ ex his quæ dicta sunt maxime ad autoritatem Gof. & Hostien. patet quid dicendum sit ad q. qua queritur de illo qui mutuat pecuniam ad certum tempus recepturus aliam alterius generis, uerisimiliter credens ipsam esse plus ualituram, & dicitur quòd si hoc fecit principaliter propter lucrum ex mutuo sic est usura, si autem gratis mutuauit ex charitate principaliter potest accipere sine usura si etiam fecisset propter lucrum tamen erat dubium utrum plus uel minus deberet ualere, sic etiam non esset usura, similiter secundum aliquos si fecisset ut uitaret damnnum, puta quia timebat ne minus ualeret. Aliud enim est uitare damnū & aliud sperare lucrum, maxime sine interesse alterius, puta alius expendit antequam minus ualeret, similiter dicitur ad q. quam Inno. & Hostien. mouent in capitu. sin. scilicet de illo qui recipit pecuniam à mercatore uelendam, & reddendam ultra mare, certa mercede accepta, dicitur quòd potest accipere etiam si reciperet ratione asecurationis quia recipit propter o-

peras & custodias suas, nec est simile de casu in predicto. c. fi. uide supra usura. primo. §. 9.

6. ¶ Quinto, ¶ ex his etiam patet ad q. quam mouet Pe. de Anch. in c. usurarum, de usu. li. 6. & Io. Cal. in c. fi. eo. scilicet de eo qui mutuat frumētum restituendum alio tempore, & breuiter Respon. quòd si est dubium quòd plus uel minus debeat ualere, maxime accipiendo medium, potest, si uerò erat uerisimile quòd plus & uolebat ipsum retinere usque ad illud tempus, potest etiam in d.c. fi. Si uerò uolebat ipsum seruare & est uerisimile quòd plus ualebit & maxime si auferat libertatem se liberandū in tempore medio, est usura, eodem modo intellige si erat frumentum uetus. con. Ray. & Vueruan. & Pisa. uer. usura. primo §. 20. & 26. & Ar. Floren. secunda tit. 1. cap. 7. & 8. circa fi. ibi. Item si mutuat & §. 12. ibi. Sed quid cum mutuan. Angelica. uer. usura. primo §. 36. Panorm. in c. fi. de usu. circa fi. eodem modo dicitur de uino, pecunia, & aliis similibus. Notandum tamē quòd si quis mutuat uetus uel aliter minus bonum ut recipiat magis bonum & tamē principaliter facit ex charitate, non esse condemnandus.

7. ¶ Sexto, ¶ quid si emat fructus in herba uel uenturos ad duos uel tres annos. Respon. secundum Vueruan. quòd ex forma non est usurarius si fiat sine fraude computatis periculis & aliis concurrentibus. con. Pisa. uer. sic. usura. 3. §. 45. Archid. Floren. secunda titul. 1. c. 8. ibi quid si quis uendat circa fi.

8. ¶ Septimo, ¶ quid de his qui contendunt de aliquo quòd erit uel non erit & sic ponunt decem. Resp. q̄ si concurrat aliquid uanum, puta talis moritur ante annum sic lucrum erit etiam uanum, si autem cōcurrat aliquòd turpe, etiam lucrū erit turpe, forte dandum pauperibus ex bono consilio, si uerò nullum istorum concurrat, sed fiat ratione solatii uel alterius liciti, & uolunt se supponere fortunæ ambo, tunc crederem q̄ possit retinere licitè nisi forte interueniret fraus ab altera parte, puta quia illud sciebat & ostēdebat contrariū.

9. ¶ Octaudo, ¶ quid dicemus de his qui emūt tempore magni periculi pro uilissimo precio, puta tempore guerræ, uel quando ali-

quis uult auferre illicitè à quo non pōt se defendere, & est periculum inuincibile, q̄ perdat̄ur, sicut etiam esset in magna fortuna maris. Resp. quòd licere potest facere eo quòd periculum, & dubium est magnū, & sic tunc non plus ualet. l. cum hæreditate, & l. quòd si in uenditione. ff. de hære. & ac. uen. Hostien. autem & Archi. consulti, q̄ inde fiant largè elemosinæ.

10 ¶ Nonò, queritur quæritur consequenter ad dicta Pa. supra de locis. s. uer. usura. 14. utrum sit usura si quis emat à communitate collegio uel singulari persona certos annuos redditus in uita emptoris uel ad aliud quodcunque tempus uel usum fructum aliquis possessionis. Resp. secundum Guil. q̄ non, ex forma contractus, possit autem esse illicitus ex parte uenditorum, quia uideretur assumere materiam desiderandi mortem eius, aut ex parte emptoris, quia fortē nimis paruo precio emit, pensatis circumstantiis de uerisimili uitæ eius, & quantitate precii, uel ualoris ipsius ususfructus, si uerò quando emitur à priuata persona dicatur in uita ipsius uenditoris, esset tūc magis clarum quantum ad hoc q̄ non datur materia desiderandi mortē. Inno. tamē in c. in ciuitate de usu. dicit q̄ non licet de nouo posito, sed antiquos, sed hoc dixit, quia aliquando fictè. s. in aere ponuntur. i. ab his qui habent illos redditus in aliquo. Ab. uero & alii tenent indifferenter q̄ sic, & hoc intelligo quando constituuntur in aliquo, fructus habente. con. Pisa. uer. usura. 3. §. 5. supra e. 5. §. 8.

11 ¶ Decimò, queritur quando aliquis mutans pecuniam Ioan. ad decem annos cū pacto, quòd si infra decennium moriatur alter eorum, debitor sit liber: si uerò superuixerint ambo dabit aliquid ultra sortem, & simili modo est statutum in ciuitate, q̄ quicumque habens filiam unius anni, & dat. 100. ciuitati cum conditione si uixerit illa filia usque ad 15. annū ipsa ciuitas det. 500. ad maritandam eam, si autem ante mortua fuerit, ciuitas totum lucretur utrum sit usura Angelica. uer. sic. usura. i. §. 42. & 43. & Ro. sel. uer. sic. usura. i. §. 40. dicunt, quòd sic nec excusat periculum, ubi ratione temporis aliquid plus accipitur. capitu. si. de usu. unde uidetur lucrum, ex mutuo principaliter intentum. capitu. ple.

Secunda pars

rique. 14. quæsti. 3. Similiter si sic mutasset particulari personæ, esset usura: ergo à fortiori, quia magis tenetur subuenire ciuitati. Item, quia periculum non excusat, quando dominium non remanet apud tradentem, ut in societate, possit tamen dici, quòd si istæ ambe partes uellent se submittere fortunæ, & non sit melior conditio unius quam alterius, pensatis periculis, & aliis quæ circa istum contractum occurrunt, quòd non sit usura quamuis uideatur citius ludus fortunæ, & sic non consulendus. Non obstat primum, quia non accipitur aliquid ratione expectationis, sed solū ratione periculi, & sic est solum secundum. Ad tertium negatur, quòd sit usura in particulari persona, ad quartum dicitur, q̄ tam capitale quàm lucrum stant sub periculo usque ad terminū fortunæ, & sic non est simile de societate.

DE VSVRA XVI.
de retrouendendo

- 1 Circa contractum de retrouendendo tria considerare possumus.
- 2 Contractus de retrouendendo fit multis modis.
- 3 Contractus de retrouendendo an sit licitus in foro conscientie.

1 **V**Surat̄ 16. circa cōtractum de retrouendendo circa quem possumus. Tertia considerare. primum est substantia contractus quæ est emptio, & uenditio quæ fundatur in intentione emendi, & uendendi, nam si intenderent locationem, uel pignus uel aliud nō esset emptio c. ad nostram, de em. & uendi. & capitu. illo uos, de pigno. & similiter, quòd nō sit precium minus mediocritate ualoris. secundum pertinet ad æquitatem contractus, uel iustitiam, scilicet quòd precium sit iustum, & id quod recipitur pro fructu sit æquum. Tertium pertinet ad præsumptionem quantum ad forū cōtentiōsum quæ possunt esse plures conditiones. Prima est retrouenditio. Secunda modicitas precii, Tertia appositio termini ad redimendū.

Sum. Tab. lll 3 Quarta

Quarta remotione libertatis ad redimendum, puta quia non uult remere ante biennium uel triennium, & similia. Quinta quando det uenditori ad affectum. Sexta quando promittitur aliquid supra formam in reemptione. Septima quando emens est usurarius, uel assuetus ad similes contractus.

2. **¶** Primò, ¶ sciendum est igitur q. iste cōtractus sūm Pan. in d. ca. ad nostram sit multis modis. Primò quando precium est iustum, & solum apponitur pacto de retro uendendo siue ad tempus, puta decennium siue in perpetuum quo casu contractus non presumitur usurarius, nec pignoratitius, & emptor lucratur fructus donec retro uendatur nec computabit in restitutione, fructus in fortem, ut est text. in l. 2. C. de pact. inter emp. & uen. & quòd procedat iust. l. de iur. canonico apertè uult glo. in d. ca. ad nostram, & clarius Ar. in d. a. plerique. 14. q. 3. & facit text. d. cap. ad nostram qui non solum ponderat pactum de retro uendendo, sed q. non licebat recuperare quando cunq. Item ubi interueniat modicitas precii. Et q. iste casus sit licitus tenet Do. Ar. Flo. post Ray. & Vuer. 2. ti. 1. ca. 8. §. 8. ubi, quid si quis uendat. Secundus casus magis dubitabilis est quando interuenit pactum de retro uendendo pro modico precio, nunquid ex istis duobus debet presumi feneratorius. Dy. post Ia. de Are. in l. 3. C. plus ualere, quod agitur, tamen quòd non, etiam si concurrat. Tertium quòd emptor sit usurarius, & nititur respondere ad istud. ca. ad nostram, & ad c. illo uos, nec aliter declarat, sed glo. in d. cap. ad nostram uiderur uelle quòd hæc duo sufficiant, & apertus tenet in cap. conqueilus, de usu. & Archi. in d. capitu. plerique. D. Anto. in d. capi. illo uos, hoc tenet expresse, sed hoc iure non probatur, quia in ca. ad nostram fuit presumptio magis iurgens, quia fuit appositum pactum de retro uendendo à septennio usque ad nouennium, & sic nō licebat recuperare rem uenditam quando cunq. sed uolebat interim lucrari fructus, d. cum tamen in se uiderur uerum, & not. quia ex modicitate precii presumitur qualitas contractus, ut est glo. not. l. 1. ff. de superfi. & per Barro. in l. dotem. §. qui maxima. ff. de publica. & facit text. in l. cū hi. §. modus. ff. de transac. Nam nemo præ-

sumitur tacere suum capito. super hoc de renun. & in l. cum in debito. ff. de proba. pu. to tamen quòd non sufficit qualibet iniustitia, sed debet esse precium ualde reuue respectu ualoris rei duplici respectu. Primò, in quia commahentes solent se decipere in precio. Secundò, quia res minus ualet propter illud onus retro uadendi in uenditione appositam ar. in l. fundi parte. ff. de contrahen. uenditio. & maxime, hoc procederet si emptor esset usurarius, & not. hunc casum, quia quotidie accidit & habes notabiles auctoritates. Tertius casus est quando fit pactum de retro uendendo certo termino elapso pro modico precio, & talis contractus presumitur feneratorius, & iste est proprie casus capituli ad nostram, nam presumptio est, quòd in teram uoluerit emptor lucrari fructus. Quartus casus quando fuit appositum pactum de retro uendendo in maiori precio, & quòd fructus computarentur in fortem ille contractus presumitur feneratorius, & iste est proprie casus capituli, illo nos. & oritur hæc presumptio ex pacto appposito contra naturam contractus, nam si erat uera uenditio, debebat emptor lucrari fructus, illud enim pactum cōgruit magis naturæ contractus pignoratitii, & illud quod uoluit ultra, primum precium, presumitur extortum causa usury. Quintus casus est quando quis petebat mutuum offerendo reum suum hypothecam, & aliter dicit nolo mutare, sed emere, & sic secutus fuit contractus emptionis, quo casu dicit Hostien. quòd ex hoc solo nostri usurarii moderni conuincuntur, sed uiderur uelle Hostien. ex illis uerbis, quòd oportet, quòd emptor sit usurarius, alias autem ego non uideo, quòd illa prima requisitio per se sufficiat. Nam sepe quis uellet, recipere mutuum, & non reperit mutuantem, sed facilius reperit emptorem rei quam uult obligare, sed posset procedere illud dictum, quando uenditio fuit secuta, per illam pecuniam quam petebat mutuo. Nam tunc modicitas precii cum præsumpta uoluntate, quæ colligitur ex prima petitione, presumitur quòd contractus sit uerè pignoratitius quòd indubiè procederet quando cum hoc fuit appositum, pactum de retro uadendo

retrouendendo & per hæc habes multa iura declarata. Modicitas igitur precii non est sufficiens argumentum doli, sed requiruntur aliæ circumstantiæ hæc secundum Panormitanum ex quibus patet qualiter iudicandum sit in foro contentioso quomodo autem iudicandum sit in foro conscientie vide. §. sequentem.

¶ Secundo, † quantum autem ad forum
conscientie quando concurret uoluntas
emendi & uendendi etiam conditionata,
puta quia non libenter uendit, sed pro-
pter occurrentia vitius uale uendere qua
aliter facere, & concurret iustam precium
cum iusto ficto seu redditu, & emens accipit
in le conditiones emptores, puta quod
stet periculo & similia, tunc est iustus con-
tractus, etiam si accidant alię præsumptio-
nes, puta de retouendendo siue tempore
determinato siue perpetuo, aut quod non
possit in aliquo tempore, & quod afficit
uenditori uel quocunque alia præsumptio,
unde potest multis modis formari secun-
dum casus. primò quando ponitur pa-
ctum solum de retouendendo. secundò
cum certo tempore, & istis duobus modis
si sit intencio emendi & uendendi cum ius-
to precio & iusto ficto est licitus contra-
ctus secundum omnes. tertio sit cum pacto
retouendendi ad terminum, puta ad de-
cem annos & cum pacto quod ante. 3. uel
quinque non possit redimere, & tunc nisi
fieret illa conditio, iusta causa, puta quia
bonificauit stercorezando, &c. esset sus-
pectus. Quarto cum prædictis conditio-
nibus, & deinde cum pacto ut loer uenden-
ti sub certo affectu, iste contractus si astu-
mit conditiones. Intentio emendi, & uen-
dendi, iustum precium iusti fictum & condi-
tiones ementis scilicet, quod subleat peri-
culo, est licitus contractus. quibus sit quan-
do quis uendit possessionem non habenti
pecuniã cum pacto qd si infra biennium
non soluerit ex tunc teneatur soluere cer-
tum quid pro centenario, iste contractus
uoluntarius ut in glo. in c. conquestus, de usu.
& concludit qd hic perit fructus tanquam
interesse, percipit enim emptor fructus
quos accepisset uenditor. sexto sit quando
uendit sine termino & uult quamdiu non
deserit precium recipere fructus, quidam
dicunt quod non potest quia nõ est in mo-

ra, sed melius uidetur ut dictum est supra
uer. uel iura. secundum quod à principio posita
constitui mora.

DE VSU ET VSFRACTU.

- Vsus quid sit.*
Vsufactus ad quid tenetur.
Vsufactarius non prestas cautionem à princpio & recipiens fructus an teneatur eos restituere. Et an testator remittere poterit ne de iur cautio. m. 4.
Vsufactarius an teneatur ad expensas in re de qua habes usufactum.
Vsufactarius omnium bonorum an teneatur soluere res alienum de propriis bonis.
Vsufactarius si sunt plures & unus moritur an reuertatur ad proprietarium.
Vsufactus si relinquatur al' cui donec filius pupillus ad pubertatem uenerit, & pupillus moriatur ante pubertatem, quantum durabit.
Vsufactus uniuersaliter gregis uel armentis si legatur, & mariatur an usufactarius teneatur restituere.
Vsufactus legatus filio existenti in potestate patris an amittatur per eius mortem.

VSUS † & usufactus, usus secundum glo. in l. i. ff. de usu. & ha. quod est ius utendi rebus alienis salua rerum substantia ex qua diffinitio, glo. ibi insert quod usus non potest proprie consistere in rebus que solo usu consumuntur, sicut nec consistit proprie usufactus quia eis non competit diffinitio quia consumendo & utendo non saluaretur rerum substantia, differant autem quia in usu potes solum pro te accipere in usufactu. uero potes etiam aliis communicare, & similiter si habere solum usum peccorum possit solum uti ad itercondandum, in usufactu autem potest uti lacte & lana. in l. i. de usu. & ha. habitatio autem plus continet quia non solum ipse cum suis potest habitare, sed etiam potest alteri locare diuisim à se.

¶ Primo, † Ad quid tenetur usufactus. Respond. quod tenetur prestare cautionem, qd in rebus que usu non consumuntur arbitrio boni

boni viri ipsi vtetur salua rerum substantia, sicut quilibet bonus vir vtitur & fruitor re propria, & secundo, quòd finito vsufri. restituet proprietario id quod super est. In rebus verò quæ vsu consumuntur debet præstare cautionem, de his exhibendis in ea qualitate, vel si vult consumere, quòd præstabit æstimationem illorum bonorum. c. vltimo. de pigno. in glo. & ff. de vsufri. earum rerum, quæ vsu consumuntur. l. 1. 2. & 3. de his verò quæ vsu non consumuntur, sed veterascunt, vt vereges, & similia, dicit Pan. in d. cap. fin. quòd cauebit de restituendo quod supererit finito vsufri. vt patet in l. 1. ff. vsufri. facit. l. 1. ff. de vsufri. earum rerum. vbi ista duo ponuntur, vt diuersa, scilicet quæ vsu consumuntur, & quæ vsu diminuuntur, & ideo iura quæ volunt ut æstimatio præstetur, loquuntur in his quæ vsu consumuntur, vt in l. si ubi vini olei. ff. de vsufri. earum re. ergo non debent extendi ad ea quæ non consumuntur, sed minuuntur, quia aliter vsufriuario esset præiudicium, & facit pro hoc exemplum in re commodata, quæ vsu minuitur vbi damnus pertinet ad dominum non ad commodatarium. l. eū qui. ff. commodati.

3 ¶ Secundo, ¶ vtum vsufriuarius non præstans cautionem à principio, & recipiens fructus teneatur eos restituere. Respond. secundum Panor. in cap. cum constet. de pigno. quòd doc. communiter distinguunt concordando glo. iuris civilis, quæ sunt contrariae sic. Aut bona fide recipit, puta quia non fuit exacta cautio nec malitiosè distulit præstare, & habet locum glo. in l. vxor, la prima. ff. de usufri. lega. quæ tenet quòd non tenetur restituere. Aut exactus non præstitit cautionem, vel fuit in mala fide malitiosè eum sciret se obligatum, & non præstitit, sic tenetur restituere tanquam indebitè perceptos, quia non facit suos, & sic intelligenda est glo. in l. si cuius. ff. de vsufri. facit. l. sed & n. §. scire. ff. de peti. hæred. vbi errans in iure facit fructus suos, & non malè fidei possessor.

4 ¶ Tertio, ¶ sed nunquid testator poterit remittere, ne detur cautio. Respon. quòd potest in rebus quæ vsu consumuntur. In aliis verò secus, ratio quid daretur mate-

ria delinquendi, nec curaret uti sicut bonus vir, sed in aliis cessat, eum solum teneatur ad extimationem, quod verum est nisi proprietas fuisset eidem vsufriuariario legata vsque ad certum diem, & vsufriuctus purè, quia hoc casu cautio non est præstanda, vt in l. si vsufriuctus. §. planè. ff. de vsufri. nec sufficit iuratoria quando vsufriuariarius est suspectus, alias sic, secundum Panor. in d. c. cum constet. ar. in c. per vestras. de dote, post diuor. resti.

5 ¶ Quarto, ¶ vtum vsufriuarius teneatur ad expensas in re, de qua habet vsufriuctum. Respon. secundum Lud. de Ro. in nouel. quòd sic, ad expensas paruas, & ad collectas & ad refectionem, de collecta quòd teneatur, habes in l. quarto. ff. de vsufri. lega. l. apud Iulianum. §. hæres. quod limita, nisi collecta tanta esset quòd equiualeat perceptioni fructuum, quia solum teneatur dominus, glossi. est in l. qui concubina. §. qui ortos. ff. de leg. 3. quam sequuntur Dy. & Barro. in l. his verbis. §. idem testator. ff. de leg. 3. Idem dic in expensis pro refectione, nisi esset ei legatus vsufriuariarius generaliter omnium rerum, quia sic tenetur ad omnes expensas, vel renuntiare. l. athenus. ff. de vsufri. De vsuario autem dicit idem Ludo. quòd aut dominus participat in commodo rei, citius mihi legatus est vsus, puta quia domus est ampla, & tunc tenetur dominus tantum. Aut non participat, sed solus vsuarius, & sic tenetur ad expensas. l. si dominus. ff. de vsufri. & habi.

6 ¶ Quinto, ¶ vtum ille qui relictus est vsufriuariarius omnium bonorum teneatur soluere etiam alienum de temporis bonis. Resp. secundum Hosti. quòd sic, secus si solum esset relictus vsufriuctus aliquarum rerum. ff. de usufri. lega. l. si. Pau. de Cast. consil. 385. dicit quòd proprietarius tenetur principaliter. s. ad vendendum de bonis pro solutione æris alieni, & sic vsufriuariarius participabit in solutione quæ minorem vsufriuctum habebit, pro quo facit. l. si. §. si autem etiam alienum. C. de bonis quæ libe.

7 ¶ Sexto, ¶ vtum quando sunt plures vsufriuarij, & unus moritur, reuertatur ad proprietarium. Respon. quòd non, sed accre scit alteri. ff. de usuf. accre. per totum, solum,

ergo reddit ad proprietarium, quando omnes deficiunt. Insti. eo. §. 1.

8 § Septimò, † quid si usufructus relinquatur alicui donec filius pupillus ad pubertatem venerit, & pupillus moriatur ante pubertatem. Respon. quòd usufructus durabit usque ad ætatem perfectam, si verò sit relictus sub incerto tempore puta donec talis furiosus resipuerit, & antequam resipiscat moritur sic durabit toto tempore vitæ usufructuarii, quia possibile fuit in toto tempore eius, quòd in furia perseverat, ut in l. ambiguitatem. C. eodem.

9 § Octavò, † utrum cum usufructus vniverfaliter gregis vel armenti est legatus si moriatur teneatur usufructuarius reficere. Respon. quòd sic, ex agnatis gregum tenetur submittere alia loca mortuorum capitum. Secus tamen si in animalibus legeretur usufructus, quia nõ tenetur reficere si moriatur sine sua culpa. ff. eod. l. vetus. Insti. de rerum diui. §. sed & si gregis. Idem dic, quòd debet in vinearum mortuorum & arborum, locũ, aliàs constituere & colere. Nam quasi bonus paterfamilias debet uti, vt in d. §. sed & si gregis.

10 § Nonò, † utrum usufructus legatus filio existenti in potestate patris amittatur per mortem eius. Respond. Barto. in l. literis. C. de usu. & habi. quòd non, quia præsumitur factum contemplatione patris, & remanebit patri. Si verò pater præmoriatur sic præsumitur cõtemplatione filii, & non extinguetur, sed erit filii aduentitium. Et potest fructuarius uendere vel cedere commoditatem usufructus, secundum Bar. sed non ius usufructus.

DE VXORE.

1 *Vxor que dicatur.*

2 *Vxorem verberare an possit maritus.*

3 *Vxor an teneatur sequi virum suum.*

4 *Vxor si concipiat patitur mortis periculum, & vir sit incontinentis, quid agendum.*

1 **V**XOR † dicitur mulier postquã contraxit per verba de præsentis, in fauorabilibus. vide versicu. sponsalia in principio.

2 § Primò, † utrum maritus possit verbe-

rare vxorem. Respon. secundum Hostien. in cap. quemadmodum. de iur. iur. quòd sic ex magna causa & leui verberatione, ar. in l. prætorius. ff. ad l. acqui. de homi. ad audientiam, sed sine causa, vel grauiter verberans vir punitur ad dandum ei tertiam partem donationis propter nuptias, vt in authen. vt liceat. ma. & au. §. si quis autem propriam. Verbera enim ingenuis aliena sunt gloss. 7. quæstio. prima. cap. si cur. Et quamuis lex civilis penam nõ imponat interficiendi uxorem adulterantem. l. gracus. C. de adulte. 33. quæstio. secunda. inter hæc, si inuenit in actu adulterii. Lex tamen canonica, & diuina dicit: Non occides, & ideo non licet. Vide aliquid uersu. percutere.

§ Secundò, † utrum uxor teneatur sequi uirum suum. Respon. secundum quòd colligo not. in cap. si quis necessitate. 34. quæstio. 2. quòd aut transfert domicilium, & sic tenetur eum sequi, & hoc verum nisi pactum fuisset, vt nõ transferret, quia sic non teneretur nisi post pactum aliqua necessitas aduenerit quæ impediret maritum ibi manere, puta infirmitas, uel capitalis inimicitia, quia sic tenetur sequi, non obstant pacto, ar. cap. vnaqueque. decimateria. quæstio. secunda. Si verò non transfert domicilium sic non tenetur eum sequi secundum Hostiensem. Similiter non tenetur eum sequi si est vagabundus, secundum gloss. in d. cap. vnaqueque, nisi sciens eum vagabundum contraxit cum eo, quia sic tenetur, hoc torum limito verum quando ex causa honesta, vel trãfert domicilium, vel est vagabundus: secus si ex causa non honesta, uel si uellet eam trahere ad peccatum, uel immineret sibi periculum vitæ, quia sic non teneretur eum sequi, vt sentit gloss. in d. c. si quis. Similiter etiam libertus non tenetur eum sequi dominum vagabundum ad præstandum ei operas. cap. de illis. de spons.

§ Tertio, † sed quid dicemus ad quandam casum, de quo fui interrogatus. Erat quædam uxor ituenis, & similiter maritus erat iuuenis, & uxor erat talis conditionis, quòd secundum consilium medicorum si conciperet moreretur in partu, & secundum conditionem suam nõ possunt continere, & uir talis conditionis, quòd

non posset stare cum vxore intrando, & retrahendo se, non emittendo semen, & sic necesse est uel quòd intus emittat & sic in grauid abitur, & sequetur periculum mortis uel quòd extra mittat & sic peccat, nec ualet si quis dicat quòd pòt procurare per medicinas, ne ingrauidetur uel quòd sequatur abortus, quia esset contra finem principalem ipsius actus matrimonialis. Nò ualet etiam si quis dicat quòd possunt continere scilicet ieiunando, uigilando, & alia faciendo, quibus caro refrenatur, uel intrare religionem, quia respondent ipsi dicendo quòd non possunt, & possent uerum dicere præsupsita conditione eorum, sicut dicitur in Euangelio, quòd necesse est ut ueniant scandala scilicet præsupsita conditione hominum. Ad hoc igitur respondi quòd tenentur continere, sicut dicit in simili. S. Thom. quòd mari-

tus tenetur cōtinere si uxor sit infirma uel econtra, similiter quando de consilio medici immineret periculum magnæ infirmitatis ex actu matrimoniali tenetur continere, ita dicitur in casu proposito.

Xps quantum uixit uel prædicauit uer. prædicare. §. fin. Vide aliquid uer. Iesus.

Ypoctifis. uide uer. simulatio.

YRONIA. uide uer. hironia.

YSTRIO. uide uer. histrio.

Zelus. uide uer. inuidia.

FINIS SECVNDÆ PARTIS SVMMÆ TABIENÆ



